

in exone

Perpetuam esse
est: nisi subrogetur

5595

- I. Concurrat ha
causam se aran
- II. ~~condictio~~ di
condictio. sine ca
- II. Cum condicti
tuò. ff. de condict
- II. Cum condicti
uz consumptos.
- V. Si fullo (Eyo
inde am
tus p... erit, p
habet fullo, ad ce
ducto, & condicti
quasi sine causa
- VI. Si quis scripse
rationis, quæ ta
opponere excep
terea habet actio
si quasi ~~reptu~~
perpetua, sed ten
si is, qui testa. h
§. qui iniuriarur
d dices: Cū
litat n: quorsur
culiar officium
ætera... iones
uocat... iam
talem effe

4^o Jo^o Vini^o

Katha bay


son del m^o fr. Daman
de fructos de suento
de padicados de Bel^o.

45

428.







D I V I N I
P L A T O N I S
O P E R V M O M N I V M
Q V Æ E X T A N T ,

Ex Latina MARSILLI FICINI
versione, nunc multò accuratius quàm
antea cum Græco contextu collata,
& quàm plurimis locis
emendata,

Tomus Tertius.

Cum Argumentis, Notis, & Indice.



APVD IACOBVM STÖER,

M. D. XCII.



CATALOGVS LIBRO-
RVM QVI HOC
TOMO TERTIO
continentur.

1	Dialogi de Rep. x.	pag. 3
2	Timæus Platonis vel de Natura	415
3	Timæus Locrus de Anima Mundi	617
4	Particula Timæi Platonis à M. Tullio conuersa 636	
5	Critias vel Atlanticus	614
6	Dialogi de legibus xxi.	680
7	Epinomis	1172

REIPVB.



REIPVB. PLATONIS,
VEL, DE IVSTO
Dialogus I.
MARSILII FICINI

ARGVMENTVM.

Quanto oculus praestat manibus, caput
pedibus, ratio sensibus, anima corpori,
finis omnibus qua diriguntur ad finem,
status motui, aeternitas temporis, tanto
contemplatiua vita actiua praestare vi-
detur. Contemplatio enim actionis & principium est
& finis, diu itaque illa pro arbitris atque sistit, iubens
denique inferiores motus, externamque desinere actio-
nem, ut intrinseca stabilisque actio liberior tandem
possideatur. Sic utique ab ipsa contemplatione Dei cae-
lestes naturalesque motus, & actiones omnes tanquam
a principio ducuntur, & reducuntur, veluti ad finem.
Quaobrem Plato nosse eo saltim cateris ciuitatum le-
gumque conditoribus est excellentior, quo cateri qui-
dem velut humani ad actionem magis ciuitatem insti-
tuerunt, ipse vero quasi diuinus actionem ciuitatis om-
ninem tam publicam quam priuatam potissimum perducit
ad contemplandum, ciuitatemque constituit sui ipsius
antequam orbis dominam, neque tam multum timendam,
quam cunctis gentibus veneradam, caelestem quasi Hieru-
salem pro viribus in terra expressam, in qua sublatis
propriae possessionis gratia contentionibus communia sint
pro ipso iure natura omnibus omnia, communis sit copia,
firma concordia, cunctorum una voluntas, ideoque ad
contemplandum sepe expedita tranquillitas. Componit aut

rem integrā absolutā Reip. formam denario librorū numero numerorū omnium integerrimo, numeros tū intra se numeratos continente, tum ex se innumeros replicante. Atque ut sepe hu in libro precipue in secundo declarat, totā disputationem de iustitia à nobis inscribi mauult, q̄ de Republica: docens, ut arbor, rem omnē a cōtionēque, & publicam & priuatam, non ad copiam, non ad potentiam, non ad victoriā esse, sed ad ipsam iustitiam penitus referendam. Quae quidē iustitia omni sublata perturbatione, expulsisque cōtentionū impedimentū ciues tandē reddidit expeditissimos ad verum inuestigandum, deūmq; colendum. Eiusmodi verò contēplationē atque cultū Plato noster iudicat p̄cipuū resp. finē: ut quod neq; unus, si sol⁹ vixerit, neq; plures si simul habitauerint, sine lege efficere possūt, multi saltē ciues cōmuni lege in vniūciuitatū cōtū congregati perficiāt. Præterea docet nos Timæū, & Critias ante ingentē terrarum inundationē Athenas alias extitisse, & apud Græcos, & apud Ægyptios, similibus inter se legibus gubernatas, quas dea Pallas condidit, educavit, & docuit, eāmq; illis tradidit reipublica formā quam in huius libro Plato conscribit. In libro verò de Legibus rem publicā ex gubernatione Cretēsi, ex Lacedæmonia, & Attica noua cōponit, ipsāmq; compositionē à Deo inchoat legū omnium anthore. Verūm ut ad præsentia redeamus, hāc quoque rem publicā felicibus auspiciis exorditur ab ipsis diuina sapientiæ sacris, à seniorū consuetudine atque consilio, à religiosa iustitia atque sanctitate. Ex eo enim quod & vota Deo, & sua cuique reddenda dixerat, incipit iā de priuata quadā iustitia disputare, p̄ quam ad publicā opportunè suo loco transibit. Tu verò memōto in huius à Platone significari, absque diuina humanæque iustitia, seniorūque consilio, ac sapientiæ diuina fauore, non posse ciuitatē vel ab initio constitui prosperē, vel cōstitui-

stitutam feliciter gubernari. Deinceps argumenta
 primi libri perstringens, ex plurimu grauibuſq; præ-
 ceptis necessaria quadã excerpam. Moderata iuue-
 tus facilem effici ſenectutem, immoderata difficile.
 Qui corporis obſequatur libidinibus, proculdubio in-
 ſanus ſeruit tyrãnis. Animus in ſenectute ſedatu per-
 turbationibus quas ſecũ affert iuuentus, ſegregatus
 à corpore, diuina propius & apertius inſpicit. Inno-
 centia ſola optima in poſterum ſpẽ animo præbet, v-
 ni cum vita ſolane. Vir ſana mentis ad id in primis
 pecunias eſſe vtilis iudicabit vt quicquid vel Deo
 vouerit, vel homini promiſerit, aliſq; debuerit, im-
 plectat, neque ob paupertatem adducatur aut mentiri
 cuiquam, aut vlla in re deſraudare. Pecunia nãque
 referenda ſunt ad iuſtitia, iuſtitia verò ad vita alta-
 rius præmium. Sed antequam diſputationẽ de iuſti-
 tia proſequamur conſiderandum moneo ſingula ſub
 allegoria quadam à Platone diſponi. Primo quidem
 Cephalus ſenex, id eſt caput, præbet diſputattoni ca-
 put. Deinde Polemarchus, quod & nomen eius ſigni-
 ficat, princeps, id eſt primus moderatè pugna aggre-
 ditur. Deniq; Thraſymachus, id eſt puginator ſerox
 agit aſperius. Socrates autẽ, id eſt ſeruator potẽs vbi
 que ab errore omnes, & iniuſtitia ſeruatur. Sed allego-
 ria cõmentariis relinquentes, ad definitionẽ iuſtitia
 iam pergamus. Simonidẽ Pittacum Briantẽ, dixiſſe
 ferant iuſtitia eſſe vera fateri, ac debitum unicuiq;
 reddere. Quod quidem ita nonnulli interpretantur:
 Simpliciter verum cuiſibet aperire, & quod accepe-
 rit, reſtituere. Id autẽ idẽ Socrates improbat, quoniã
 inſano neque omne verum patefaciendum eſt, neque
 arma reddẽda ſunt, que ſanus dũ erat apud te de-
 poſuerat. Atq; ſic exponunt: Dare unicuiq; quod ſibi
 cõuenit, ceu amici emolumentũ, inimicu verò dam-
 nũ prodeſſe quidẽ bonu, malos autẽ ledere. Id iterum
 improbat, ppter ea q; ne ninẽ unquã ledere do-

eat Quicunque enim aliquid ledit, id ipsum ad opus
 suum propriamque virtutem deterius efficit. & ine-
 ptius. ut qui canem ledit, ad propriam canis virtu-
 tem reddit ineptum. Iustitia vero hominum virtus est.
 Quisquis ergo ledit hominem, ad iustitiam facit de-
 teriore. At iustitia iustitiam nunquam minuit, sicut
 neque musica opus musica destruit. Quamobre non est
 iustum aliquem ledere. Inter hac Thrasymachus, quod
 & alij multi alias obicit Socrati pro respodere nun-
 quam velit, semper autem interrogare. Te vero la-
 tere non debet multum de causis Socrate querere suli-
 tum semper potius quam docere. Prima, ut arrogan-
 tes admoneret in omni aetate discendum esse potius
 quam docendum. Secunda, ut significaret verita-
 tem mentibus per opportunam inquisitionem se-
 gregatis a corpore atque erroribus, statim infun-
 di diuinitus. Quod & Avicenna magnopere com-
 probat. Tertia, ut ostenderet verum formas esse animis
 nostris ingenitas, per quas ipsa rerum veritas animis per
 interrogationem ad eas conuersis quandoque subruti-
 let. Quarta, quod declararet humanam scientiam in ne-
 gatione quadam falsi potius quam in veri affirma-
 tione consistere. Adducitur deinde definitio iustitiae
 a Thrasymacho, qualis & a Callicle in Gorgia, iustum
 esse quod est potentioribus utile. Sed per enim potentiores
 dominari, atque ad utilitatem suam ferre leges, ac sub-
 ditos gubernare. Tunc verum subditos iuste agere, cum
 illi parent legibus, quae sunt ad utilitatem gubernan-
 tium constituta. Socrates hunc ad contradictionem tra-
 hit. Quoniam possit princeps per ignorantiam manda-
 re quae sibi met sunt detrimento futura. Quae si obser-
 uet priuatus, non iniustus erit, quia dominanti pareat:
 tum iniustus, quoniam agat contra dominantis utili-
 tatem. Addit artem quamlibet absolutam, ideoque
 minimè indignam, in tractandis materiis, & homi-
 nibus, non suis, sed rerum sibi commendatarum uti-
 litatis

litati consilium, quasi pupillus tutor, medicus agris, nautis gubernator: similiterque magistratum legitimum subditorum utilitati prospicere. Si qua vero ars ceu medicina mercedem exigit, non quatenus medicina est, cuius finis est morbi curatio. quantum facit, sed quatenus cum mercenaria quadam & quaestuaris commiscetur. Artem ergo civilem omnium perfectissimam, ideoque minime indigentem atque servilem constat multo minus utilitatis gratia gubernare. Tu vero nota non decere quinquam petere principatum, & magistratus ambire. Item si quando bonorum virorum existet civitas, non aliter pugnatos gratia non imperandi, quam nunc certent imperandi cupiditate. Tria vero nunc adverte. Primum, malos non esse admittendos ad magistratum. Secundum, cives non malos, quo libentius grave onus gubernandi suscipiant invitandos, imposito quodam praemio stipendii atque honoris. Tertium, probos homines qui neque avaritia, neque ambitione moneantur, eo duntaxat discrimine metumque provocari ad rem publicam oportere, ne videlicet ipsi deteriorum iniusta gubernationi subiiciantur. Plato diuinitus intelligit, si quis unquam alius, officium gubernanda patriae, si iustum sit, voluntarium esse debere. Sed probatissimi civis exemplo vult inquam illorum arrogantiam improbare qui qualibet via semper ambiunt magistratus, dignitatesque aucupantur. Qua vero ratione dignitatibus ipsi digni fiant, omnino non curant. Vult ergo id officium voluntarium esse simul atque necessarium, ut vir probatissimus libentissimè patriae suae suscipiat gubernacula, sed tunc solum id faciat, quando necessitas postulat, interea vero contemplationem praeferat actioni: verum rebus quandoque urgentibus actionem circa publicum bonum ad tempus contemplationi propriae anteponat. Id totum ex epistola Platonis ad

Archytam Tarentinū cōprehendi planissimè potest.
 Confutatur deinceps tyrannicōm Thrasymachi dictū
 iustitiam quidem in genere insipientia malique, in-
 iustitiā verò in genere sapientia bonique colleccans,
 quod quidē ideo falsum esse monstratur, quia quali-
 bet ars, sapientia quadā est, atq; circa qua sapiēs est,
 circa eadem est & bona. Vir autem in quauis arte
 doctus non plus alio docto in actione artificiosa qua-
 rit, imò pariter actionem exequi atque simi-
 liter. Et quamuis doctum adaequare tantum
 velit indoctum tamē vult superare. At indoctus te-
 merè nonnunquā plus sibi assumere tentat q̄ doctus
 simul atq; indoctus. Illi simillimus est vir iust^o, nihil
 plus habere cupiēs alio iusto, sed aliquid tamē, id est
 virtutu plus iniusto. Iuiust^o autē indocto simili tam
 iusto q̄ iniusto plus habere contēdit. Cōclude contra
 Thrasymachū, iustitiā qdē ad sapientia boniq; gen^o,
 iniustitiā verò ad genus insipientia maliq; referē-
 dū. Adde iniustitiam esse infirmitatis omniū cau-
 sam. Nam in quolibet cœtu odiū & discordiam pa-
 riēs, infirmū simū primo cœtum reddit, deinde dissol-
 uit. Eatenus verò cōsistere cœtus potest, quatenus nō
 nihil distributionis iusta seruatur. Per iustitiam
 ergo consistit, per iniustitiam verò dissoluitur. Per
 illā & sibi inuicem, & alius est amicus, per hanc un-
 dique inimicus. Quòd autē in qualibet congregatio-
 ne, idē & in quolibet animo iustitia & iniustitia fa-
 cit, ut iustus quidē secum ipse cōsentiāt, amicisq; sibi
 sit, & hominibus, atque superi. Illi enim iustissimi
 sunt, ut non mirū sit iustum illi simi lē etiam amicū
 esse. Iniustus autē in his omnibus omnino contrā se ha-
 bet. Præterea res qualibet propriū quoddam habet
 opus. Requirit quoque virtutē propriam, quandam
 scilicet facultatem per quam aptissimè proprium
 perficiat opus, sine qua id efficere nequit. Cum igitur
 anima proprium quoddam habet, ceu consuleve

atque gubernare multoque prius & viuere propriam quoque virtutem exigit, per quam hac commodissime peragat, qua sublata laborat. Virtus autem animi iustitia est, iniustitia vero vitium. Quapropter per iustitiam perfecte consulit, & gubernat, viuitque feliciter. Sublata vero iustitia, contra. His dictis primus liber cum quadam correptione concluditur. Nempe cum prius dicendum esset quid iniustitia sit & quale factum est hactenus e conuerso, dum Socrates partim disputantes sequeretur, partim per notiora principia disputans, audientium tum ingenio indulgeret, tum facultati consuleret.

SOCRATES, GLAVCO,

POLEMARCHVS, THRA-

symachus. Adimantus,

Cephalus.

DESCENDERAM heri in Piræum unam cum Glaucone Aristonis filio, ut & Deam precarer, & celebritatem spectarem, quoniam modo acturi essent, quæ tunc primum agebatur. Pulchra igitur mihi indigenarum pompa visa est: sed nihilominus, ut videbatur, decens fuit ea quam Thraces mittebant. Cum vero & precati essemus, & spectaculo interfuisset, in urbem regrediebamur. Aspexerat autem procul nos redeuntes domum Polemarchus Cephalii filius, seruulumque currentem mittendo se expectare iussit. A tergo igitur veste me apprehendens seruus, iubet vos, inquit, Polemarchus manere. Egoque ad eum conuersus, vbinam ipse esset, interrogaui. At

Occasione dialogi.

te ponè sequitur, inquit, verum expectate. Ex-
 pectauimus, respōdit Glauco. Ac paulò post Po-
 lemarchus venit, vnāq. Adimantus Glauconis
 frater, & Niceratus Niciae filius, & alij complu-
 res, qui à pompa venire videbantur. Igitur Po-
 lemarchus, Videmini, inquit, ô Socrates, tan-
 quam abituri ad urbem contendere. Non ma-
 le, inquam, coniectas. Vidēsne, inquit, quot su-
 mus? Quidni? Aut ergo his fortiores esse vos
 oportet, aut hęc manere. Vnum hoc concede-
 ti, inquā, vos videlicet permissuros abire, nos
 si persuaserimus dimittendos esse. An persua-
 deretis, inquit, nō audietis? Nequaquā, inquit
 Glauco. Perinde itaque tanquam audituri non
 simus, inquit, deliberate. Tunc Adimantus,
 a Nescitis, inquit, vesperi facibus cursūq. equo-
 rum ludendam in honorem Deæ? Equorum
 cursu? inquam. Nouum hoc certè. Facēsne ge-
 stantes, & vicissim illas sibi tradent, equisque
 certabunt? An ita dicis? Ita prorsus, inquit Po-
 lemarchus. Nocturna præterea sacra peragent
 digna certè spectatu. Surgemus enim post cœ-
 nam, eaque sacra spectabimus, aderimusque
 illis inter multos adolescentes & confabula-
 bimus. Sed manete, nec alitet facite. Atque
 Glauco, Videtur, inquit, manendum esse. Ve-
 rum si videtur, inquam, sic facere oportet. Pro-
 fecti igitur sumus domum Polemarchi, ibique
 reperimus & Euthydemum & Lysiam Pole-
 marchi fratres, Traimachum Calcedonium,
 Charmantidem Pæneium, & Clitophonem
 Aristonymi filium. Erat & intus pater Pole-
 marchi Cephalus, valdè quidem senex, vt mihi
 videbatur: iam dudum enim eum nō videram.
 Sedebat autē coronatus in quodam cervicali,
 & sede. In aula enim domus vestibulari sacri-
 ficauerat.

a Læpadas
 equis currē
 ter gestabāt
 & sibi inui-
 cē tradebāt
 in sexto Dia-
 logo quod in
 Pyrao cele-
 brabatur.

ficauerat. Consedimus igitur iuxta eum plerif-
 que sedibus in orbem dispositis. Ut primum
 itaque me conspicatus est Cephalus salutauit,
 dixitque: O Sociates, rariò admodum ad nos
 accedis in Piræum descendens, non rectè au-
 tem facis. Nam si ego facilè in urbem venire
 possem, minimè opus esset vt tu huc ad nos,
 sed nos ad te tenderemus. Nunc autem te huc
 crebriùs aduentare decet. Profectò quatiò ma-
 gis me alix corporis voluptates deficiunt, tan-
 tiò cupiditas [sermones mutuò de feriis qua-
 stionibus conferendi,] & voluptas quam ex ea
 re capio, augetur. Hoc igitur age, & vnà cum
 istis iuuenibus huc ad nos veni, tanquam ad
 amicos apprime familiares. Atqui, inquam e-
 go, ò Cephale, valdè quidem delector senum
 sermonibus. ^a Videtur enim mihi audire ab
 his oportere, qui viam aliquam iam confecer-
 rint, qua nobis quoque ingrediendù sit, quàm
 aspera, & difficilis, vel quàm facilis sit, & per-
 uia. Atq; ex te libenter audirè, quidnã de hac
 re sentias, cum huc ætatis perueneris, quod in
 limine senectutis esse poëta aiunt, vtrù diffi-
 cultatem vitæ, vel quomodo ipsum enunties.
 Ego tibi per Iouem, inquit, dicam, ò Socrates,
 quale mihi videtur. Sæpe conuenimus pleriq;
 ferme æquales, antiquù illud seruantes prouer-
 biù. Plurimi ergo nostram in eo cœtu lamen-
 tantur, voluptatù quibus in iuuentute frui li-
 cuit, desiderio affecti, & re venerã, & cõviam,
 cæterãq; generis eiusdẽ [& quæ ista necessariò
 comitantur] recordati, grauitèrque ferunt, tanquã
 maximis privati rebus: & tunc quidem se bene
 vixisse affirmant, nunc autem ne viuere quidẽ.
 Nonnulli etiam domesticorù conuitia contu-
 meliãsq; deplorant. Et insuper hanc senectutẽ
 [semper in ore^b habent, & inculcant] quãtorù

^a Senũ fami-
 liaritas &
 consuetudo
 adolescenti-
 bus utilis.

* *Aduersus* malorum ipsis sit causa. * Qui mihi non vide-
querulas se- bantur accusare quod esset accusandum. Nam
nes senectū- si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vi-
tu incommo su euenirent, reliquisque omnibus qui huc ex-
da accusan- tatis processerūt. Verū ego etiā multos nō ita
tium: quem affectos inueni, & cum Sophocle poeta non-
locum elegā nunquā versatus sum, ex quo cum quidā quæ-
tor expressit tetet, vt teteturne rebus venereis, Dij meliora,
Cicero libro inquit, libenter verò isthinc, tanquam à domi-
de senectū- no agresti & furioso profugi. Perbellē igitur
ta. illi respondisse tunc mihi visus est, & nunc nō

minus. Omnino enim ab huiusmodi rebus in
 senectute multa pax inest & libertas. Quando
 enim defet buerunt iam, cessaueruntque libi-
 dines, omnino hoc Sophocleum accidit: nam
 à multis dominis & his insanientibus libera-
 mur. Sed & horum, & eorum quæ de domesti-
 corum conuitiis & cōtumeliis dicuntur, vna
 quædā causa est, ō Socrates, non senectus, sed
 hominū mores. Moderati enim, & nec diffici-
 les senes, tolerabilem agunt senectutem. im-
 portunitas autem & inhumanitas omni ætati
 molesta est. Tum ego mirificē his quæ dicebat
 delectatus, plurāque audire cupiens, ita eum
 ad reliqua prouocauit. Existimo profectō, ō Ce-
 phale, multos, quum ita dicas minimē hæc ad-
 mittere: verū putas facile senectutem ferre
 te propter diuitias potius quàm propter mo-
 res. diuitibus enim multa solatia adesse dicūt.
 Vera, inquit, dicis. Nō enim admittūt, & est i-
 stud quidem aliquid, sed nequaquā in isto sūt
 omnia: vt Themistoclem ferunt Seriphio cui-
 dam in iurgio respondisse, cum ille dixisset,
 non eum sui, sed patrie gloria splendorem as-
 secutam. Nec hercles, inquit, si ego Seriphius
 essem, nobilis nec si tu Atheniensis esses, cla-

tus vnquã failles. Quod eodẽ modo de iis po-
 test dici, qui quã non sint diuites, grauitet se-
 nectutẽ fecũt. Neq; enim in sũma inopia leuis
 esse senectus potest, ne sapienti quidẽ: nec in-
 sipienti in summa copia nõ grauis. Vtrum autẽ
 inquã ego, his quæ habes plura tibi à maiori-
 bus relicta sunt [an alia, supra ea quæ tibi reli-
 cta sũt acquisuisti?]. Nõ nihil acquisuisti, inquit,
 ò Socrates: medius enim in pecunia quærenda
 extiti inter patrem & auum. Auus nẽpe meus
 Cephalus cũ tantundem ferẽ quantum nunc
 mihi est accepisset, supra id multum accumu-
 lauit. Lyfanius autem pater minores etiam eas
 opes quàm nunc sint, effecit. Ego autem sat ha-
 beo, si non minores istis relinquo, sed aliquã-
 tulò maiores quàm accepi. ^a Hæc ego ideo in-
 terrogauì inquam, quoniam mihi videbatur
 non multum diuitias admirari, quod quidem
 plurimum iij faciunt, qui sibi eas non peperẽ
 re. Qui autem illas parauerunt, duplò magis
 quàm alij amant. Quemadmodum enim &
 poetæ poemata sua, & filios patres diligunt,
 eodem modo qui acquisuere pecunias, [erga
 illas impensius afficiuntur tanquam erga opus
 suum, nec duntaxat vsus & necessitatis gratia
 vt alij]. Ex quo difficilis eorum est familiari-
 tas, cũ nihil aliud præter diuitias laudare ve-
 lint. Vera, inquit, narras. Et valde quidem, in-
 quam ego. Sed hoc etiam mihi declara. Quid
 boni maximè ex diuitiarum possessione te e-
 xistimas consecutum? Quod, inquit, non mul-
 tis fortè persuaderem, si dixerim. ^b Certò enim
 scias, ò Socrates, quòd postquam eò deuenit
 aliquis, vt breui iam moriturum se opinetur,
 incidit in eum timor, & cura quædam eorum
 quæ in superiori vita neglexit. Illa etenim

^a Pecuniam
 & opes plu-
 rimi faciunt,
 qui eas sua
 industria
 acquisiue-
 runt.

^b Quantus
 circa vita
 exitum fru-
 ctus, sit bo-
 na conscien-
 tia, & vocor
 dationis vi-
 ta iuste &
 transa-
 cta.

quæ ut fabulæ de inferis circumferuntur, quæ admodum eos qui iniuste egerunt, pœnas illic dare oporteat, irritæ hæctenus mouent tunc animum, ne fortè veræ sint suspicantem: atque ipse sine propter senectutis debilitatem, seu quòd alteri vitæ propinquior illa acutiùs inspicit, sollicitudinis & timoris plenus redditur, atque reputat examinâtque si quem iniuria aliqua affecerit. Qui ergo inuenerit multas suas in vita iniquitates, ex ipso somno tanquàm pueri frequenter excitus extimescit, & pessima in spe viuit. Qui autem nullius iniuriæ sibi cõ-

a Spes optima senectutis nutritrix.

b Sûmus hic & præcipuus usus diuitiarum notatur, ut nemini iniuria illata, quod cuique debetur, tam diu, quam hominibus illud reddatur: unde oritur occasio disputationis de Iusto.

c Hinc incipit disputatio de Iusto.

sciùs est, huic iocunda spes semper adest, *a* *optimæ senectutis nutritrix*, quemadmodum Pindarus ait. Scitè nanque ille, ò Socrates, illud cecinit: Quicumque videlicet iustè sanctèque vitam exigit, dulcis eum spes comitatur, cor nutriens, senectutemque fouens, quæ maximè hominùm volubilem gubernat animum. Bene igitur & apprimè miradum dicit. Ad hoc ego existimo pecuniæ possessionem plurimi faciendam esse, non cuius homini, sed modesto & æquo. *b* plurimum nanque ad id cõfert pecuniarum possessio, ut quis illuc intrepidus proficiscatur, cum neque inuitum quempiam circumuenerit, neque mentitus fuerit, neque debeat vel votas Deo victimas, vel pecunias homini. Habet præterea & utilitates alias, ac sanè per multas: sed si singulæ seorsim æstimentur, & postea inuicem conferantur, ò Socrates, non minimum ego duxerim, quòd ad hoc homini mentem habenti, imò plurimum conferant pecuniæ. *c* Egregiè loqueris, inquam, ò Cephalè. [Hoc autem ipsum, nempe iustitiam vtrum dicemus idem esse simpliciter quod veritatè] & reddere quod quis acceperit: vel *an hoc eadem*

eadem facere, aliàs iustum, aliàs iniustum est
 tale quid piam dico. Vnusquisque sanè dixerit
 si gladium quis apud te sanæ mentis deposue-
 rit, repetat infaniens, quòd reddere peccatum
 sit: nec iustum esse eum qui reddat, vel rursus
 qui homini sic affecto vera omnia dicat. Re-
 ctè, inquit, loqueris. Non ergo hæc est iustitiæ
 definitio, vera dicere, & deposita reddere. Re-
 ctè sanè dicis, ô Socrates, sermonem suscipiès
 Polemarchus inquit, si quid credere decet Si-
 monidi. Hic Cephalus, Sermonem vobis tra-
 do, inquit. Nam sacra me curare oportet. Nun-
 quid Polemarchus, inquam tibi hæres est? Et
 ille quidem arridens, Est profectò, inquit, &
 simul ad sacrificandum discessit. Dic, inquam,
 igitur sermonis istius hæres, quid rectè dici de
 iustitia à Simonide asseris? Quòd, inquit, iu-
 stum esse dicit debitum unicuique reddi. At-
 que hæc dicens rectè loqui videtur. Atqui
 non facile, inquam, est fidem Simonidi abne-
 gare. Sapiens enim & diuinus vir. *Verùm*
 quod dicit, tu fortasse intelligis, ô Polemar-
 che, ego autem ignoro. Manifestum enim est,
 non hoc eum dicere quod paulò antè diceba-
 mus, scilicet depositum alicui non sano repo-
 sienti reddere. Atqui debitum quodammo-
 do est hoc, quod depositum est. Nónne? Cer-
 tè, inquit. Reddendum autem, neque tamen
 tunc, quando aliquis non sanus repetat. Vera
 dicis, inquit ille. Aliud igitur quàm hoc dicit
 Simonides, quando iustum esse asserit, debitum
 reddere. Aliud per Iouè, inquit, Amicis enim
 putat amicos bene facere debere, non autem
 male. Intellego equidem quòd minimè debita
 redderet ille, qui ei à quo depositum accepisset,

*Iustitia
 non est sim-
 pliciter Ve-
 ra loqui, &
 unicuique
 depositum red-
 dere, sed red-
 dere unicui-
 que quod de-
 bitum & cõ-
 ueniens est,
 amicis nem-
 pe bonis, ini-
 micis, malis.*

aurum redderet, siquidem retributio & receptio noxi foret, amici autem essent qui recipit & qui reddit. Nonne sic dicere affirmas Simonidem? sic profus. Quid autem? inimicis reddendum est quodcumque debetur? Omnino quod illis debetur. Debetur autem inimico, ut arbitror, ab inimico quod conuenit, malum videlicet aliquid. Ergo poetice, inquam ego, significauit Simonides quid iustum sit. Iudicabat enim ut apparet, iustum esse tribuere quod cuique conuenit. Hoc autem debitum appellauit. At quid putas? inquit Per Iouem ita, inquam. Si ergo quis eum roget, ô Simonides, quænam ars quibus, & quid tribuens debitum & conueniens, medicina vocatur? Quid nobis responsurum existimas? Nempe quæ corporibus medicamenta, cibos, portiones. Item quæ ars quibus & quid præstans debitum & conueniens, coquinaria nominatur? Quæ obsoniis condimenta. Age itaque, quæ ars quibus & quid tribuens, iustitia nuncupabitur? si antè dicta sequi oportet, ô Socrates, ea est iustitia quæ amicis utilitates, inimicis detrimenta reddit. Ergo bene amicos, malè inimicos afficere, iusticiam dicis. Ita mihi videtur. Quis maximè potest morbo laborantes amicos bene afficere, inimicos autem contrà, & ad bonâ valetudinem, & ad malam? Medicus. Quis autem nauigantes ad maris periculum? Gubernator. Iustus verò in qua actione, & ad quod opus maximè potest amicis prodesse, inimicis nocere? Impugnando & propugnando, ut mihi quidem videtur. Non ægrotantibus, ô amice Polemarche, medicus est inutilis. Verum dicis. Non nauigantibus. Gubernator. Certè. Num igitur non pugnantibus

gnantibus iustus inutilis erit? Haud hoc admitto equidem. Vtilis igitur & in pace, iustitia. Vtilis. Agricultura quoque in pace utilis, nonne? Et hæc. Ad fructuum perceptionem. Sanè. Et coriaria. Vtique ad comparandos puta calceos. Planè. Quid autem de iustitia? Ad quem usum aut questum eam in pace utilem dices? Ad commercia Socrates. Commercia verò dicitur communicationes, vel aliud quid? Istud ipsum. Nū igitur iustus bonus & utilis erit in iaciendis talis communicator? An ille qui talo ludit? Ille profectò. Atqui in laterum lapidumue structura melior & utilior socius ipso architecto iustus erit? Minimè. Sed in qua communione iustus melior erit quàm citharista communicator, quemadmodum citharista iusto in pulsandis chordis utilior? In argento, ut mihi videtur. Non tamen, ò Polemarche, ad utendum argento, quando oporteret equos vendi argento vel emi. Tunc sanè rei equestris peritus utilior esset. An non? Apparet. Et quando nauigiū, faber navis, siue nauta? Videtur. Ad quem igitur communem usum auri vel argenti iustus aliis est utilior? Quando id deponere volumus, & saluum esse, ò Socrates, cupimus. Nunquid dicitis, quando nihil oportet ipso uti, sed iacere? Prorsus. Quando igitur inutile est argentum, tunc utilis in ipsa iustitia? Apparet. Et quando falcem oportet custodiri, iustitia utilis est & priuatim & publicè: quando aurem uti, vinearum cultura? Patet. Dices præterea cum clypeum & lyram opus est custodire, non autem in usum promere, utilem esse iustitiam? Quando autem uti his volumus, tunc disciplinam armorum & musicam esse utilem? Necessè est. Atque de aliis omnibus

similiter est dicendum: iustitiam scilicet in v-
 su rerū inutilem esse, quando verò non uti-
 mur, esse vtilē? Apparet. Non multo igitur stu-
 dio, o amice digna est iustitia, si tantum sit ad
 inutilia utilis. Verum hoc consideremus. Nonne
 qui aptissimus ad percutiendum est in pu-
 gna siue pugili, seu quavis alia arte idē quoque
 & ad cauēdū aptus erit? Prorus quidē. Nū igitur
 & morbum quicumque vitare & occultare
 poterit, idem & inferre valebit? Mihi quidem
 videtur. Atqui exercitus idem optimus est cu-
 stos, qui hostium & consilia & alias actiones
 furatur. Sic est profectò. Cuiuscunq; ergo quis
 aptus est custos, eiusdē & fur est aptus. Appa-
 ret. Ergo si maximè seruare argentum poterit
 iustus, poterit & furari. Ita ratio, inquit, indi-
 iis quos pro cat. Fur itaque aliquis iustus vt apparet de-
 amicis habere monstratus est, videris que ab Homero didi-
 mus, & concisse. Ille enim Autolicum matrem Vlyssis
 nocere auum admittatur, eumque affirmat pro ceteris
 ijs, quos amici & furto & iureiurando valuisse. Videtur igitur
 eorum loco iustitia & secundum te & secundū Homerum
 ducimus: se atque Simonidem furatoria quaedam facultas
 queratur vt esse, ad emolumentum quidem amicorum, &
 cum contin detrimētum inimicorum. Nonne ita dicebas?
 gat errare. Minimè per Iouem, inquit, sed nondum noui
 in amicorū quid dixerim. Hoc enim mihi adhuc videtur,
 delectu. & prodesse, amicis iustitiam, inimicis obesse. A-
 malos pro ho micos autem dicis tu esse, vtrum eos qui vni-
 nis sibi ami- cuique boni, vtilēque videntur, vel qui sunt,
 eos asciscere etsi non videantur? & inimicos eodem modo?
 vt iustitia Decens est inquit, amare quos bonos & vtilēs
 esset malis. quis putet, odisse autem quos malos & inuti-
 prodesse, & les arbitretur. Nonne in hoc aberrant ho-
 bonis noc- mines, vt videantur multi sibi boni & vtilēs
 re. esse, quum mali sint & inutiles: multi autem
 contra

contrariâ? Aberrant certè. Istis igitur boni quidem inimici, mali autem amici. Valdè quidè. Attamen iustum tunc istis, malos quidem iuare, bonos autem lædere. Apparet. Atqui boni quidem iusti sunt, talèsque vt nil perpetrèt iniustè Vera loqueris. Secundum verò sermone[m] tuum eos qui nulla iniuria afficiant, iustum est lædere. Minimè, ô Socrates: praua enim hæc videtur oratio. Iustum ergo iniustos lædere, iustos verò iuare. Probabilior hæc oratio quam superior. Continget ergo, ô Polemarche, multis eorum qui in iudicandis amicis errarunt, iustum esse vt amicos lædant: mali enim quandoque amici sunt, atque item vt inimicis profint, cum quandoque sint boni. Atque ita contraria dicemus eorum quæ profertur à Simone de dicebamus. Ita prorsus accidet, sed mutemus. Videmus enim non rectè amicū inimicūq; posuisse. Quo modo posuimus, ô Polemarche? Quòd diximus amicū esse eū qui bonus videtur. Quomodo in præsentia corrigemus? Amicū dicemus eū qui bonus utilisque & videatur, & sit. Eū verò qui videatur, quidè sed non sit, videri quoq; amicū, non tamè amicū esse. Atque eadè ratio de inimico erit. Amicus igitur, vt videtur, hæc ratione bonus erit. Inimicus autè malus. Prorsus. ^a lubes nos addere iniusto aliquid præter ea quæ dicebamus? Dicebamus porrò iustum esse amico prodesse, inimico nocere. Nūc autem vis dicamus iustum esse vt amicum qui bonus est, iuemus inimicū qui malus est, corra lædamus? Perpulchrè mihi quidè hoc pacto dici videtur. Est igitur viti iusti vel quemcūq; hominè lædere. Oportet sanè prauos & inimicos lædere. Si lædantur equi, meliorésne an deteriores fiunt?

^a Ex superiori redarogatione, nascitur correctio præcedētis definitionis Iustitia. vt dicatur. Iustus essent qui simpliciter amicis, sed amicis qui bonis sint, profit.

*2. Iterum op
pugnatur
quanquam
amendata
definitio iu
stitia: si e
nim iustitia
esset inimi
cos, qui ma
li sunt dam
no afficere.
Iustitia in
iustos effice
ret, quod ab
surdum est.*

Deteriores. Num ad canū virtutem, an ad equorū potius. Ad equorum. Nōne & canes læsi deteriores ad canum, nōn ad equorū virtutē efficiuntur? Necessariō quidem. Homines itaque, o amice, detrimēto affectos, nōne peiores ad virtutē hominū iudicabimus? Omnino. Atqui iustitia nōne humana virtus est? Est planē. Necessē itaque erit læsos homines iniultiores fieri. Videtur. Possūntne igitur, inquā ego, musici ipsa musica aliquos amulos reddere? Nequaquā. Nū & equites equestri, ab equestri peritia alienos? Nō licet. An iusti viri iustitia ipsa iniustos? Et ad summā, virtute ipsa boni malos facere possūnt? Nō certē. Nō enim calorū existimo opus esse frigidū aliquid reddere, sed contrarij. Sic est. Neque siccitatis humidū, sed cōtrarij. Valdē quidē. Neque igitur boni lædere est, sed eius contrarij. Videtur, iustus autem bonus? Omnino. Non igitur iusti opus est, o Polemarche, nocere vel amico, vel alteri cuiquā, sed contrarij eius iniusti. Verissima loqui videtis, o Socrates. Siquis ergo iustum esse dixerit debita cuique tribui, deberi autē intellexerit inimicis à iusto dāna, amicis vtilitatē, haudquaquam sapiens iudicandus qui hoc dixit. Neque enim vera hæc. Constitit namque nullo modo iustū esse, quenquā lædere. Fateor equidē, inquit. Pugnabimus itaque vnā ego ac tu, si quis hoc asserat vel Simonidem, vel Biātrē dixisse, vel Pittacū, vel aliquem aliū sapientū beatorūmq; virorum. Equidē pugnare tecū vnā aduersus eū paratus sum. Sed nosti cuius mihi esse hæc sententia videatur, qua iustum asseritur prodesse amicis inimicis obesse? Cuiusnam? inquit. Perisātri esse existimo, vel Perdicæ, vel Xerxis, vel Ismeniaz Thebani, aut al-

terius

terius cuiusdam opulenti viri, maxima se posse putatis. Vera inquit, loqueris. Sit ita, inquam ego. Postquam verò neq; hoc apparet iustitiam esse, aut iustum, quid aliud hoc esse quis dixerit?

* Thrasymachus autem sæpius disputantibus nobis cōtradiceret concupisceret, sed à presentibus qui nos audire desiderabāt prohibitus acquieuerat. Postquam verò finem dicendi fecimus, atque ego hæc dixi, non vltius cōtinuit: verū seipsum colligēs, tāquā fera quæ dā in nos impetū fecit, quasi nos protinus discerpturus. Itaq; ambos, ego atq; Polemarchus, exterriti sumus. Ille verò exclamavit, Quæ vos nugæ vsq; adhuc, o Socrates, occupatū? Quidne inter vos ineptitis, vobis ipsis succubentes? Quod si reuera nosse cupis iustū quid sit, ne interroga solū, neue vincere cōcupisce redarguendo, postquā tibi respōsum fuerit, animaduertēs facilius esse interrogare quàm respōdere. Sed tu ipse responde quid esse iustū existimes: neque mihi dicas quod decēs sit, neque quod vtile, neq; fructuosum, neq; conducibile, neque cōferens, verū planè & perspicuè mihi edillere quiddam dicas. Neq; enim admittā, si huiusmodi nugæ induxeris. Hæc ego audiēs, exterritus sum, & ipsum intuitus, metuēbā: atque vt arbitror, nisi prior eū aspexissem, quā ipse me, mutus penitus euasissem. Nūc quādo oratione ipsa exasperati sumus, respexi ad eum prior, quo cetero respōdere illi potui, subtermissè neque dixi, O Thrasymache, ne in nos sæuias. Si enim in dispiciendis rationibus lapsi sumus egoque & hic, pro certo habeto inuitos etrasse nos. Profectò si aurum rimaremur, nunquam sponte ita succuberemus inuicem inquirendo

a Thrasymachi impudentissimi Sophista mira audacia & impudentia eleganter describitur.

ut inuentionem impediremus. Quare ne existimes cum in presentia iustitiam persequeremur, rem multis aureis longè pretiosiorè, ad eò ineptè nos inter nos cedere, ut non omni studio ananitamur, quò ipsam planè competiamus. Sed, ut puto, eà assequi non valemus. Quapropter nostri multò magis vos sapientes misereri decet, quàm indignari. Tunc ille hæc audiens, valdè Sardonicè profusèq; risit, & ô Hercules, inquit, hæc illa solita est Socratis ironia. Verum hæc ego cognoui, atque his prædixi, quòd tu respondere quidem nollès, sed ironia potius vtereris, & denique omnia faceres potius quàm interroganti cuiquam responderes. Sapiens, inquam, es, ô Thrasymache, rectè que nosti, quòd si quem interrogares, quot duodecim sunt, interrogansq; prædiceres, ne mihi dicas amicè duodecim esse bis sex, neq; ter quatuor, neque sexies duo, neque quater tria, alioquin minimè huiusmodi nugæ admittam, nemo tibi sic interrogati responderet. At si tibi dixerit, quomodo, ô Thrasymache dicis ne respondeam eorum quæ prædixi quicquã? Vtrum, ô mirabilis vir, neque etiam si horum aliquid est, sed alienum quiddam dicam à vero? vel quo pacto id ais? Quid tu illi ad hæc? Esto, inquit, ut sit hoc illi simile. Nihil prohibet, inquam, ego. ^a Quamuis enim simile non sit, si tamen interrogato illi simile videatur, putasne illum minus ex hoc quod sibi videbitur responsum, siue nos interdiciamus, siue non? Sic & tu facies, inquit? & aliquid eorum quæ interdixeram, respondebis? Quid mirum, inquam ego, si inquirenti mihi sic videtur? At si ego aliam responsionem, inquit, de iustitia demonstraero præter omnes istas, istis- que me-

*a In Dial.
 ticus dispu-
 rationibus,
 licet respon-
 denti respon-
 dere quod
 sibi videtur.*

que meliorem, qua te dignum poena putabis? Quanam alia, inquam ego, quam ea quae conuenit ignorantibus? Conuenit autem ut à docto discat. & ego igitur hoc pati me dignum existimo. Quam facetus es, inquit: verum praeter hoc quod dicis, etiam pecuniam tribues. Cum videlicet aderit, inquam. Imò verò adest, inquit Glauco, pecunia. Dic iam Thrasy-mache, neque enim deerit pecunia. Quinetiam nos omnes [Socrati erogabimus.] Ita profus existimo scilicet, ^a ut suam Socrates seruans consue- ^a *Socratis* dinem, nihil respondeat, sed respondentis ora *consuetudo,* tionem accipiens redarguat. Quoniam pacto *erat nunquã* inquam, ut optime, respondere quis posset, *respondere,* primo quidem qui neque sciat, neque scire se *sed alios re-* pta dicit: deinde siquid de his existimet, tamè *spondentes* à viro non mediocri autoritatis prohibitus *redarguere.* sit quae existimat dicere? Sed te magis æquum est dicere: profiteris enim scire, posseque dicere. Gere igitur mihi morem, neque inuideas Glauconem istum aliosque docere. Hæc ego cum dicerem, Glauco cæterisque hoc idem ipsum orabant. Eratque manifestum Thrasy-machum maxima cupiditate dicendi affici, ut se ostentaret. Atbitrabatur enim habere optima quae responderet, verum simulatè contendebat à me ut ego responderem. Tandem verò concessi. Hæcque, inquit, Socratis est sapientia, ipsum quidem nolle docere, [sed ab aliis hîc & illuc discere, nullamque gratiam pro iis quae didicerit referre.] Quòd ego ab aliis discam, verum, inquam, dicis: quòd autem gratiam non referam, procul est à vero. Persoluo enim quæ possum, possum autem laudare tantum. Pecunias verò non habeo. Quam verò propensa animi voluntate istud etiam, si

quis mihi bene dicere videatur, intelliges
 mox cū respōderis. Existimo enim te bene di-
 scitū. Audi igitur, inquit ille. ^a Affirmo enim
 iustum nihil aliud esse quā quod potentiori
 vtile. Cur non laudas? Scio, noles. Siquidem di-
 ciero, inquam prius quid dicas. Nunc autem
 nondum noui cū dicis iustum esse quod po-
 tentiori est vtile, quid velis inferre Thrasyma-
 che. Neque enim tale quid dicis. Si Polydamas
 nobis fortior athleta sit, & illi quidem confe-
 rat bubula ad corpus, hunc cibum esse & no-
 bis illo debilitioribus vtilem simul & iustum.
 Scelestus nimium es, inquit, ô Socrates, atque
 hâc accipis dicta, quâ deprauatē maximè ser-
 monē possis. Haud est ita, vir optime, inquam.

^a Iusti defi-
 nitio allata
 à Thrasyma-
 cho, Iustum
 illud esse
 quod poten-
 tiori sit vti-
 le.

^b Explicat
 definitionem
 Iustitiæ à se
 allatam
 Thrasyma-
 chi.

Sed tu planius hoc enarra. ^b An ignoras, in-
 quit, ciuitatum has quidem à tyrannis, illas ve-
 rò à populo, nonnullas ab optimatibus guber-
 nari? Noui equidem. Nonne in quavis ciuitate
 id plus potest, quod imperat? Quidni? Fert
 autem leges principatus quisque ad suam sem-
 per vtilitatem, popularis quidem gubernatio
 populares, tyrannica verò tyrannicas, in cæ-
 terisque similiter accidit. Ponentes autem le-
 ges, ostendunt id iustum esse his qui subiecti
 sunt, quod sibi sit vtile, atque hoc transgre-
 dientem puniunt, tanquam iniustum & con-
 tra leges agentem. Hoc igitur est, ô optime,
 quod ego dico, in cūctis ciuitatibus idem esse
 iustū quod illi principatui confert. Principa-
 tus autē ubiq; vitore potentior dominatur.
 Quare constat rectè colligenti, ubique idem
 hoc esse iustum, quod potentiori conducit.
 Nunc demum inquam, quid dicas intelligo.
 Verum autem idne sit, tentabo perdiscere.
 Vtile quidem & tu respondisti iustum esse

Thraſy-

Thrasymache, quanquam mihi ne id responderem, interdixeras. Præterea autem illud adiunctum est. potentiori. Exigua forsitan, inquit, hæc additio. Nōdum manifestum est inquā, magnāne sit an parua. Sed quōd hoc inuestigandum sit an vera dicas, perspicuum est. Quandoquidem enim iustum esse utile quiddam ego confiteor, & tu addis, Potentiori utile, ego autem ignoro, considerandum erit. Cōsidera, inquit. Faciam inquā. ac mihi dicas, parere dominantibus iustum esse asseris? Equidem. Vtrum qui imperant in ciuitatibus quibuscunque, [eiusmodi sunt, vt nunquam peccent, an peccant quandoque?] peccare interdum possunt. Nōne igitur quum leges ferre aggrediuntur, partim rectè ferūt, partim verò non rectè? Sic existimo. Rectè autem ferunt, cum sibi vtilia statuunt: non rectè, cum contrā? Itāne, an aliter dicis? Ita profus. Quæ verò tulerint obseruanda sunt à subiectis. Atque id est iustum. Quidni? Non solū itaque secundum sermonem tuum iustum est id agere quod conducatur potentiori, sed contrā quoque, quod obsit. Quid ais? Quod & illi, vt quidem mihi videor. Verū diligentius inquitamus. Nōne iam conuenit inter nos, principes nonnunquā ea imperare, quæ ab eorū utilitate aberrent: atque etiā quæcunque ipsi imperent, iustū esse vt qui subiecti sunt obseruent? Nōne hæc inter nos cōueniēt? Ita vt opinor, inquit. Putato igitur inquā, inutile imperantibus & potētioribus facere, iustū esse abs te esse cōcessum: quando imperantes ea quæ sibi mala sunt, ex inicitis imperant. Tu autem iustum esse affirmas, hæc facere quæ ab illis imperantur. Nōne tunc, o sapientissime Thrasymac-

a Primum hoc absurdū in definitione à Thrasymacho allata inuenit Socrates, quod iustum non sit magis id quod utile est potentioribus, quàm quod noxiū est illis.

che, contingit iustum esse contrarium facere eius quod tu dicebas? Quod enim potentioribus inutile est, subiectis quodammodo imperatur. Hic Polemarchus, Per Ionem, inquit, manifestissima hæc sunt, ô Socrates. Ita prorsus, si tu testis, inquit Clitophon, accesseris. Quid opus, inquit, est teste? Ipse enim Thrasymachus confiteretur principes nonnunquam quæ sibi non conducant, imperare: quæ quidem pernici ab inferioribus iustum sit. Nam facere, inquit Clitophon, quæ à principibus imperatur, iustum esse posuit, ô Polemarche, Thrasymachus. Etenim potentiori, inquit Polemarchus, vile, ô Clitophon, iustum esse posuit. Hæc autem utraque ponens, confessus est rursus quandoque potentiores quæ sibi vilia non sunt, inferioribus imperare. Ex his autem concessionibus sequitur, ut non magis quod potentiori vile quam quod inutile, iustum sit. Ad hæc Clitophon, Potentiori, inquit, vile hoc vocabat Thrasymachus, quod sibi conferre potentior existimavit, idque agendum esse subiectis, atque esse iustum. sed Polemarchus, Non sic à Thrasymacho dictum est, inquit. Nihil, inquam, refert, ô Polemarche. Quod si nunc ita dicit Thrasymachus, sic & nos accipiamus, & tu mihi dic, ô Thrasymache, hocne est quod iustum dicere volebas potentiori vile, scilicet quod ipsi vile videatur, siue conferat, siue non conferat? Itane? Minimè, inquit. An verò tu me eum putas, qui abertet, potentiozem vocare cum peccat? Existimabam, inquam, te sic dicere, quando principes non esse omnino extra errorem, sed peccare quandoque confitereris. Sycophanta profectò es in sermonibus Socrates. ² Siquidem circa

2 Absurdū sibi proximè obiectū conatur effugere Thrasymachus adhibita hac dīstinctione potentiozem, siue principē civitatis, quatenus talis est, nunquā decipi & errare, in imperando eo quod sibi vile est.

agrotantes peccantem, statim medicum ap-
 pellis, quatenus peccat. Vel computatorem
 cum in ratione ponenda peccet, cum peccat,
 secundam hunc errorem. Sed ut existimo, ita
 loqui consuevimus, quod medicus, & rationis
 supputator, & grammaticus peccat. Arbitror
 tamen nullum istorum, quatenus est id quod
 appellamus, quinquam peccare. Quare secun-
 dum exactam rationem (quando & tu ad vinum
 resedas) nullus artifex peccat. Quisquis enim
 peccat, deficiente scientia peccat, in quo sane
 non est artifex. Quapropter artifex, vel sapiens,
 vel princeps nullus peccat tunc cum princeps
 est. Sed quis diceret & medicum peccasse,
 & principem peccasse. Huiusmodi igitur ali-
 quid respondisse me tibi existimato. Illud ve-
 ro exacta ratione dicendum, principem qua-
 tenus princeps est, non peccare, non peccan-
 tem autem, quæ optima sibi sunt, imperare.
 Hoc verò illis qui sub imperio eius sunt, fa-
 ciendum est. Quamobrem ut à principio dice-
 bam, iustum esse aio, quod potentiori condu-
 cit facere. Sit ita ô Thrasy-mache, videor sy-
 cophantæ instar calumniari? Et maximè qui-
 dem. Turasne me ex insidiis inquam, te ita in-
 terrogare aggressum, ut modò interrogabam?
 Atqui penitus, inquit, hoc novi. Sed nihil
 proficies. Neque enim me tux latent insi-
 diæ: neque cum lateant, vim verbis infere
 valebis. Minimè hoc aggrederet, ô beate,
 inquam. Sed nequid tale rursus nobis
 accidat, distingue utram principem & po-
 tentiorem dicas secundum vulgus, an secun-
 dum exactam rationem, quod & tu paulò
 antè dixisti, cuius utilitatem cum ipse poten-
 tior sit, iustum est à subiectis effici. [Eum

intelligo, qui exactissima ratione appellatur princeps.] Peruerte hæc tuis istis, si potes, cavillationibus Socrates. Nihil enim deprecor, neque enim poteris. Putasne, inquam, aded

* Leonem
tondere.

ne furere, ut * leonem tondere audeam, & Thrasy-macho insidias tendere? Certè aggressus es, inquit, cum tamen nihil assequi possis. De his satis dictum fuerit, inquam. Sed mihi

*a Sequenti-
bus rationi-
bus redar-
guntur Thra-
symbachus
& eò dedu-
citur, ut co-
gatur fate-
ri, principis
& eius qui
imperet a-
lijs, esse non
suum, sed sub-
ditorum cõ-
modum qua-
rere.*

dicito ^a Qui recta ratione est medicus, quem-
admodum paulò suprà ipse dicebas, utrum pe-
cuniarum conquistor, an ægrotantium est cu-
rator? Atque de eo dicas qui reuerà sit medi-
cus. Morborù certè curator, inquit. Guberna-
tor autem, qui reuerà sit gubernator, & nauta-
rum princeps est, an nauta? Nautarum prin-
cipis Nihili existimo hoc esse faciendum,
quòd in naui nauiget, nec nautam esse vocan-
dum. Non enim propter nauigationem guber-
nator appellatur, sed propter artem ipsam nau-
tarumque principatum. Vera loqueris, inquit.
Nõne istorum cuique aliquid vile est? Est
proctus. An non ad hoc tendit ars, ut quod v-
tile sit cuique, inuestiget atque præbeat? Ad
hoc ipsum, inquit. Nunquid vnicuique arti est
aliquid aliud vile, quàm ut sit quàm maximè
absoluta? Quomodo istud interrogas? Quem-
admodum si me rogares, an corpori satis sit
esse corpus, an cuiuspiam alterius rei indigeat,
responderem omnino indigere. Et propter
hoc ars quidem medicina nunciuenta est,
quoniam corpus debile & infirmum est, ne-
que ipsum tale esse satis est. Ut ergo huic uti-
litatem afferat, ipsa ars est inuenta. Sed nam
tibi videor vera dicere? Vera proctus, inquit.
Quid autem? ars ipsa medicina, vel alia ars,
per se quidem ita debilis sit, ut aliqua virtute
indigeat,

indigeat, quemadmodum oculi visu, aurisve
 auditu, propter quod in ipsis opus sit aliqua
 arte quæ inuestiget præbeatque quæ ad hæc
 eadem conferant? ² Vtrum & in ipsa arte inest *Ars seipsa*
 defectus aliquis, & indiget vnaquæque ars a *perfecta est,*
 lia arte, quæ ipsi quod utile est, consideret, & *nec indiget*
 illa item alia indiget alia, ita vt in infinitum *vlla alia re*
 procedatur? Vel quæque sibi ipsa quod condu *qua perficitur*
 cat prospicit? Vel neque seipsa, neque alia in-
 diget ad inuestigandum quod aduersus defe-
 ctum eius conferat? Neque enim defectus, ne-
 que error vllus vlli arti inest. Neque decet ar-
 tem vtilitatem quærere, nisi illi rei cuius est
 ars. Ipsa autem integra & syncera semper est,
 quatenus quæque tota integra qualis est per-
 seuerat. Tu igitur illa ratione exacta conside-
 ra, sicne, an aliter se res habeat. sic certè. Ergo
 nec medicina medicinæ prospicit, sed corpo-
 ri. Ita est. Neque equestris equestri, sed equis:
 neque alia vlla ars sibi ipsi: non enim indiga
 est, sed illi cuius ars est. Sic apparet. Atqui, ô
 Thrasymache, præsumt artes & dominantur
 illi, cuius sunt artes. Hoc ille quamuis ægrè,
 tamen concessit. Nulla ergo scientia vtilitatem
 potentioris inquirat, aut præcipit, sed imbecil-
 lioris, & eius cui imperatur ab ea. Neque
 hoc ille negabat, sed parabat a Thrasymache pugnare.
 Quum autem confessus esset, sibi nonxi, Nul-
 lus medicus eò quòd medicus est, medico
 conferre studet, aut in eo aliquid præcipit,
 sed ægrotanti. Est enim concessum, qui verè
 quidem medicus est, eum esse dominum cor-
 porum, non pecuniarum cumulatorem. Non-
 ne id est concessum? Consensit. Nonne & e-
 xactum gubernatorem nauis, nauarum prin-
 cipem esse, non nauam? Et hoc. Haud i-

Videns se gigitur gubernator talis ac princeps id in-
 redargui quirit & præcipit, quod ipsi gubernatori con-
 Thrasyma ferat, sed quod nautis qui ab eo regantur.
 chus cum Hæc quoque ille agrè confessus est. Atque
 Thrasyma hic ego? Neque alius vllus inquam, Thra-
 insultatione symache, in aliquo principatu, & facultate im-
 insurgit & perans, quatenus princeps est, quod sibi con-
 similitudine ferat, cogitat aut præcipit, sed quod subiecto
 pastoris & conducat, & quæ dicit, quæque facit, cuncta ad
 gregis osten illius vtilitatem decorèque dicit & facit.
 dit principem Cum huc deuentum esset, omnibusque pate-
 atque adeo rei definitionem iusti in contrarium decidisse,
 eum qui ce Thrasymachus non respondit quidem vt de-
 teris impe buit, sed, Dicit, inquit, ô socrates, est tibi nu-
 ver, suam dicit? Quid? inquã, nonne respondere decebat
 taxat non magis, quam talia querere? Quoniam, inquit,
 subditorum te negligit, & oppletas tibi nares nõ emungit,
 autem vtili cum tamè indigeas, qui neque pecudum, neq;
 tatem que pastoris cognoscis officium. Cur istud inquana?
 vere, iustitiã Quia putas, inquit, opiliones vel bubulcos pe-
 denique a- cudum, bouumue bonum considerare, pingue-
 lienum bo- faceretque & curare, ad aliud respicietes quam
 num esse, eo ad dominorum, & ipsorum vtilitatem. Et illos
 quod subdi- qui in vrbibus, vt decet, præsumt, aliter ad eos
 tus parens qui sub illis sunt, existimas, respicere, quã tan-
 imperantis quam pastorem ad oues: & aliud cogitare no-
 commodis in- ctes atque dies, quam vnde vtilitas ad ipsos
 feruit. Inu- proveniat. Atque aded procul abes ab iusto iu-
 stitiam verò stitiãque, & iniusto & iniustitiã, vt ignores iu-
 esse propriã stitiam iustãque alienum esse bonum, ac re-
 bonum, quod uerã imperantis & potentioris emolumetum,
 iniustus & detrimentum verò proprium obediẽtis & su-
 potentiorom bdit: iniustitiã verò contrã, ignavis iustitiã
 ad suã que hominibus dominari: qui autem parent,
 commodum facere quæ imperanti potentiorique condu-
 eferat. cunt, illãque obsequio beatam reddere, sibi
 autem

autem ipsis non consulere. Considerare profecto sic decet, o ignauissime Socrates, iustum virum omnino minus iniusto habere. Primum quidem in mutuis commercijs, ubi aliquid cōtrahunt iustus vnā atque iniustus in dissol. e. da societate semper minus reportare iustus quam iniustus reperietur. Cum verò in rebus publicis aliqua tributa conferenda sunt, iustus plus confert quam sui æquales, iniustus autem minus. Quando autem aliquid inde accipiendum est, iustus nihil, iniustus multa reportat. Etenim si quando magistratu quodam vterq; fungitur, ù nulla alia iusto iactura contingit, hæc saltem illi non deest, vt res domesticæ detertius per negligentiam disponantur, ex publico autem nihil, propterea quòd iustus sit, lucretur. Accedit ad hæc, quòd domesticos & familiares sibi infensos reddit, cum illis obsequi nulla in re vltra iustum velit. Iniusto verò, omnia contrā eueniunt, nimirum quod antè dixi, eum præ cæteris vbique lucrari. Hinc ergo considera, si vis iudicare quantum magis cuique conferat priuatim iniustum esse quam iustū. Facillimè autem disces, si ad extremam perueneris iniusticiam, quæ iniuste agentem felicissimum efficit: eos contrā qui afficiuntur iniuria, ac neminem iniuste lædere volunt, in-^a *Extrema* felicissimos. ^a Est autem hæc tyrannis, quæ non *iniustitia,* paulatim, sed simul omnia aliena vsurpat, & *hoc est tyrā* clam, & vi, & sacra, & sancta, & priuata, & pu- *nis describi-* blica. Siquis verò in [singulis istorum parti- *tur à Thra-* bus] deliquerit, deprehensusque fuerit, mul- *symacho, tā-* ctatur, & opprobrio subiacet maximo. Et *quam felici-* enim sacrilegi, fures, latrones, surreptores, *tatis cumu-* & omnino per singulas quasdam partes pec- *lum comple-* cantes, ab huiusmodi criminibus nominantur. *na.*

Sed postquam aliquis ultra huiusmodi rapinas pecuniarum, etiam ciues ipsos in seruitutem suam redegit, non iam tam probrosis notatur vocabulis, sed & beatus & felix vocatur, non à ciuibus suis tantum, verum etiam ab omnibus, qui cum audiunt nequitiam omnem adimpleuille. Non enim idè vituperant iniustitiam, quicūque eam vituperat, quòd iniuste faceret, sed quòd perpeti metuant. Hoc igitur pacto, ô Socrates, iniustitia omnibus suis partibus absoluta, robustius quiddam est, liberalius, & regalius, quàm iustitia: utque ab initio dicebam, id quod potentiori confert, iustum est: iniustum verò sibi ipsi vtile est, & conferens.

Hæc cum dixisset Thrasymachus, abire iam mète cõceperat, postquam [instar balneatoris] sermonè plurimum maximo cum impetu auribus nostris infuderat. Non tamen hoc permiserunt qui aderant, verum coegerunt & permanerè, & affecte eorū quæ dixerat rationem egoque in primis vehementer rogabam: O

*Refellitur
exceptio &
similitudo
proximè al-
lata à Thra-
symacho, de
scripto veri
pastoris, &
quatenus
est pastor, of-
ficio.*

beate Thrasymachè, quasi sermone iacto abi-
te festinas prius quàm abundè vel doceas, vel
discas, siue hoc vt dicis, an secus. An fortè pu-
tas paruam quandam rem te aggressum esse
definire? non autem rationè vitæ, quam si quis
nostrū acceperit, quàm optimè viuat? An ego,
inquit, putem istud aliter te habere? Videris,
inquã, nullã de nobis curã gerere, neque cura
re utrū peius viuamus, an melius, id nesciètes
quod tu te scire affirmas. sed ô bone vir, liben-
ter hoc nobis ostende. Neque enim malè loca-
ueris beneficiū, quod nobis qui tot sumus, con-
tuleris. Dicã equidè quòd sentio. Nequaquam
mihi persuades iniustitiam maius quàm iusti-
tiam lucrum affecte, etiam si omnis ei licentia

præbeatur, vt quæcunque cupit, efficiat. Sed ô bone, Esto iniustus aliquis, possitq; iniuriã facere vel furtim vel vi, nõ tamẽ mihi persuades maius esse in ipsa iniustitia lucrũ. Qua quidẽ in sententiã nõ ego tantũ fortasse, sed alius aliquis nostrũ est. Persuade itaque nobis beate vir, nõ rectẽ iustitiã pluris quã iniustitiã nos fecisse. Quomodo, inquit, amplius persuadebo? si his quæ modò dicebã, nõ es persuasus? Quidnã vltèrius faciã? An in animũ tibi sermonem impingã? Minimè, inquã, per Iouẽ. Sed hoc primũ velim vt dictis maneas: vel si quid immutare vis, hoc palam facias, nõ ut nos decipias. Nunc autẽ vides Trasimachẽ, vt superiora iterũ resumamus, quòd cũ primò verũ medicũ definißes agrotatiũ curatorẽ, deinde nõ ita synce rẽ verũ pastorẽ definiẽdũ putasti, vt quatenus pastor est duntaxat custodiat. Imò pascere ipsum oves quantum est pastor arbitraris, nõ ad [id quod ouibus optimum est respiciẽtem, sed duntaxat vt gulæ & ventri indulgeat] non tantũquam pastorem, sed conuiuã qui vesci debeat, vel pecuniæ studiosum, qui sit veditarus. Profectò * pastoralis arti nihil aliud curæ est, quàm vt id quod custodit, se optimè habeat. Nam ipsi quatenus vera pastoralis facultas est, nihil deest, quò minus sufficiens sit & optima. Sic ego putabam necesse esse nos confiteri, vnumquemque principatum in eo quod principatus sit, nullius alterius bonum prospicere, nisi eius quod sub illo sit, & ab eo curetur, siue priuatus sit, siue publicus [sit ille principatus.] Tu autem principes in ciuitatibus, qui verè principes sint, volentẽsne magistratibus fungi putas? Nequaquam, inquit, puto, sed certè scio. Quid verò, inquã, ego, alios

**Proprium
Veri pastoris
quatenus est
pastor, effici-
cium.*

*¶ Cum artes
inter se di-
stinguantur
& differant
proprijs suis
sibus, osten-
dit Socrates
arti alijs im-
perandi ne-
quaquam pro-
positum esse
commodum
eius qui im-
perat, sed
huc propriū
esse finem
mercenaria
qua se huic
arti sicut &
alijs ferè om-
nibus com-
misceat.*

principatus, nōne nosti neminem volentem accipere, sed præmium ex his requirere, quasi nulla sibi ex imperio tali, sed subiectis potius sit utilitas prouentura? ^a Dic age, inquam, nōne quælibet inter se artes diuersas ex eo dicimus, quòd diuersam inter se habent facultatem? Neque enim, ò beate, præter opinionem respondeas, vt aliquid perficiamus. Hoc ipso, inquit, diuersa. An non utilitatem vnaquæque propriam nobis aliquam præbet, & nō communem cum alijs quemadmodum medicina quidem sanitatem, gubernatoria in nauigando salutem, aliæque similiter? Prorsus quidem. Nōne & pretium mercenaria? hæc enim illius facultas, an medicinam & gubernatoriam tandem vocas? vel si quidem velis, absolutius definire, atque distinguere quemadmodum statuisti, etiam si quis nauem gubernans sanus efficiatur, eò quòd sibi nauigatio conferat nihilò magis tamen ob hoc gubernatoriam ipsam medicinam vocabis? Non certè. Neque etiam vt arbitror, mercenariam, si quis mercenarius ipso ministerio sanus efficiatur. Neque hanc. Quid autem: Medicinam mercenariam, si quis medicans quæstum faciat? Minimè. Nōne & utilitatem cuiuslibet artis propriam quandam esse concessimus? Esto. Siquam igitur utilitatem communiter nanciscuntur omnes artifices patet quod communi quodam vno eodémque vtentes, ex eo utilitatem huiusmodi nanciscuntur. Videtur. Dicimus autem artifices mercedem accipientes utilitatem consequi ex eo quòd mercenaria arte vtuntur. Vix assensus est. Non igitur à sua arte cuique utilitas hæc scilicet præmii acceptio propenit. Sed si volumus diligenter inqui-
tere

Tere, medicina quidem sanitatem parit, mercenaria qua stū: & architectura ædificiū, mercenaria verò hanc secuta, mercedē, & reliquæ omnes similiter. Suū porrò quæque opus perficit, & confert illi ad quod est inuenta. Si autē præmiū ipsi nullū detur, nū artifex vtilitatem ab arte aliquā accipit? Nullā. An igitur neq; etiam prodest tunc cum gratis operatur? Ego quidē existimo. Nōne igitur, ô Thrasymache, sicut iā manifestū est, nulla ars, nullūque magistratus sibi quidē vtilitatē parit, sed quæadmodū in superioribus dicebamus, quod subito cōfert, parat & imperat, inferioris illius cōmodū semper, nō superioris respiciens? Ob hæc itaque ego modò ô chære Thrasymache, dicebā, neminē volētem imperium suscipere, & alienorū malorū vltiō emendationem aggredi, sed præmiū quætere: quoniā qui ex arte rectē acturus sit nunquā in suū agit commodū, secū dum ipsius arti imperiū, sed ad inferioris vtilitatē. Quāobrem, vt videtur, præmiū ponendum est iis, qui libenter gubernaturi sint, seu argentū, siue honor, siue pœna, nisi imperium capiant. Quomodo istud ais, ô Socrates? inquit Glauco. Equidē duo priora præmia noui, multam verò quam dicas, & quomodo in mercedis parte penas non noui. Ergo optimorum, inquā præmium ignoras, cuius gratia imperāt optimi vici, quoties volunt imperare? An te latet & ambitiosum esse & auarū probro haberi atque esse? Noui equidē, inquit Glauco. Hac ergo de causa, neque pecunia, neque honore ducti, boni homines imperare volunt. Neque enim apertē pecuniam magistratus præmiū accipientes, mercenarii vocari volunt: neq; clāculū fures. Neq; rursus honoris causa.

^a Quod magistratū gerentibus præmia proponenda sunt, argumento est, eius qui magistratus gerat quatenus talis est, finem non esse proprium & priuatū commodum.

Non enim ambitiosi sunt. Oportet igitur necessitatem illis imponi & mulctā si futurū est ut velint magistratum accipere. Quamobrem videtur turpe haberi, ut quis sponte ad imperandū accedat, neque expectet necessitatē. Maxima verò mulctatū est, deterioris imperiū ferre, nisi ipse imperare velit. Hanc utique poenā timentes, magistratus capere probi homines mihi videntur, si quando capiunt: & tunc ad eos accedunt non tanquam ad emolumentum aliquod, neque tanquā ex eis voluptatem aliquam capientes, sed tanquam ad rem necessariam, cum neque melioribus, neque similibus se committere valeant. Quippe si bonorum virorum extaret ciuitas, in ea, ut arbitror, haud aliter nō imperandi gratia pugnaretur, quā nunc certetur imperādī cupiditate: ibique pateret, reuera legitimū principem non sui ipsius, sed eius qui sub ipso est, commoditatem respicere. Quare vnusquisque qui non amens sit, potius eliget alium sibi prodesse, quā dum aliis ipse consulit, sese negotiis implicare.

a Magistratum sponte & ultrò nemo debet suscipere: sed metu, ne si ipsum relinquat, alijs aut deterioribus, aut certè non melioribus, quā sit ipse parere cogatur.

b Refutatur quod supra dixerat Thrasymachus iniustam vitam meliorem esse vitam iustam.

Hoc igitur ego Thrasymacho nullo pacto concedo, iustum quidem esse, quod potentiori utile est. *b* Verūm hoc deinceps considerandū multò autem mihi maius videtur esse quod nunc Thrasymachus dicit, cum iniusti vitam meliorem vitam iusti esse affirmet. Tu itaq; o Glauco, utrū istorum tāquā verius eligis. Iusti, inquit Glauco, vitam potiorem existimo. Audisti, inquā ego, quor paulò antè iniustæ vitæ bona Thrasymachus numerabat? Audiui equidem inquit. Non tamen assentior. Visne illi monstremus, si quo modo possumus, vera eum minimè dicere? Quidni velim? inquit ille.

Si orationem contrariam orationi illius opponentes, & contentione facta, enumeremus quot insuper bona qui iustus sit consequatur, ac ille rursus conferat sua, oportebit ut tertius aliquis enumeret iterum metiaturque bona, quotcunque vtrique in vtroque collegimus atque ita iudicibus quibusdam altercationem hanc ditimentibus opus erit. Sin autem, quemadmodum nuper cepimus, alternis concessionibus adductis in medium, tem ipsam discutiamus, oratores ipsi nos simul & iudices erimus. Sic, inquit, omnino est. Vter tibi modus magis placet? Ille, inquit. Age igitur, ô Thrasymache, responde nobis à principio. Affirmas tu quidē extremā iniustitiā extrema iustitia vtiliorem esse? Affirmo equidem, inquit, & rationem attuli. Age itaque, de ipsis quo modo dicis? nunquid istorum vnum virtutē, alterum vitium vocas? Quidni? Nōne iustitiā quidā virtutē, iniustitiā autē vitium? An istud fateri, vir lepide, mihi conuenit, qui iniustitiam prodesse dicā, iustitiā minimē? Quid ergo? Contrarium, inquit ille. An fortē iustitiā vitium appellabis? Non, sed valde generosam stultitiā. Iniustitiā ergo nequitiam vocas? Ne istud quidem. At bonum consilium sagacitatēque. Num iniusti viri Thrasymache, prudentes ac boni esse tibi videntur? Qui sanē perfectē inquit, iniusta facere possunt, & ciuitates ac nationes sibi subiicere. Tu autē me fortasse loqui putas de his, qui oculos clanculum secant: profunt & hæc quidem, si lateant, sed estimatione digna non sunt. Imō quæ paulō antē dicebā. Equidē quod vis intello. Sed admodum miror, si in parte virtutis & sapientiæ iniustitiam ponas, in cōtrariis verō iustitiam.

*Impudētia
Thrasymachi iniustitiam in parte virtutis
& sapientiæ
in contrariis
verō iustitiam ponens.*

Omnino sic pono. Durius hoc iam, o amice, neque amplius inuētu facile quod quis dicat. Si enim conducere quidem iniustitiam posuisses, vitium tamen vel turpe quoddam esse ipsam esse confessus es, quemadmodum alii quidam aliquid ad hæc secundum ea quæ existimantur dicere possemus. Nunc autem perspicuum est dicturum esse te & pulchrum & robustum quiddam iniustitiam esse, cæteraque illi daturum omnia, quæ nos iustitiæ tribuimus, quandoquidem & in virtute, & in sapientia ponere eam non dubitasti. Verissima profectò varicinaris. Non tamen desistendum est inquirere disputando, quoad te putem quæ cogitas dicere. Mihi namque videris Thrasy mache, in præsentia minimè cauillari, sed quæ tibi vera videntur, afferre. Quid tua refert, siue id videatur mihi, siue non videatur, cū rationē meā non confutes. Nihil certè. Sed hæc præterea mihi responde: An iustus videatur tibi plus iusto habere velle. Nullo pacto. Non enim urbanus esset, ut nūc, & simplex. Quid autem plusne iusta actione? Neque iusta etiā actione. Iniusto autem utrum dignum putaret plus habere, idque iustum existimaret, vel contra? Existimaret utique, dignumque putaret, sed non posset. Atqui ego isthuc non interrogo, sed utrum iusto quidem plus habere neque dignum putet, neque velit iustus: iniusto autem contra. Sic est profectò. Quid autem iniustus? An æquū censet plus habere & iusto, & actione iusta? Quidni? cū omnibus plus habere se dignum existimet. Nū igitur & iniusto homine iniustæque actione, iniustus plus habet, & certabit ut in habendo omnes exuperet? Vera hæc sunt. Sic itaque dicimus. Iustum quidem simili non plus habere velle, plus autem

autem dissimili. Iniustum verò utroque plus accipere velle. Rectè dixisti. Atqui prudens & bonus, iniustus ipse est: iustus autem neutrum. Rectè & illud. Ergo prudenti & bono similis est iniustus, iustus autè minime. Quid obstat, inquit, quominus qui talis talibus quoque similis sit: qui verò non talis, similis nò sit? Ais bellè. Talis igitur est uterque ipsorum quales hi quibus similis est. Quid tum? inquit. Sit ita sanè, sed dicas Thrasymache, uti ñ musicū aliquid voces, aliquid verò non musicū. Equidè. Vtrū istorum prudentè, vtrum imprudentem? Musicū sanè prudentè, expertè musicæ imprudentem. Nónne in quibus prudentem, in eisdè & bonum: in quibus imprudentem, & malū? Nempe. Eodèmq; pacto de medico dicemus? Eodem. Videtur tibi vit optime cum musicus vit lyram temperat, velle intensiōe & remissionè chordarum, musicum vitum exasperare, vel dignum putare, vt eò plus assequatur? Minimè. Expettem verò musicæ superare contendit? Necessè est. Quid medicus? in cibo aut potu dicēsne plus assequi, quàm aut medicus alter: aut res ipsa cupit? Nequaquam. Plus autem quàm medicinæ artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas denique contemplare scientias, & inscientias si quis tibi videtur, qui quidem scientiam habeat, plus sumere velle vel dicendo, vel faciendò, quàm alter sciēs, non autem eadem ad actionem eandem, quæ & ille qui ipsi similis est. Fortallè sic se res habeat necesse est. Quid autè indoctus? nōne plus docto sibi allumere vellet, atque etiā indocto? Fortallè. Sed doctus, nōne sapiens? Concedo. Sapiens autem, nōne bonus? Est istud etiam. Bonus ergo & sapiens non vult plus nec

*² R. dargui-
tur Thrasymachus, &
iam conc. Sa
minore nem
pe improbu
velle & co-
nari plus ha
bere & sibi
simili & dis
simili hoc est
improbu &
bonu max.
concessurus
maiores ne
minim peri-
tum ac pro-
inde bonum
ut alioq; ar-
te velle plus
habere &
scire in sua
arte, & a
sibi similes
hoc est docti
habeant, sed
duntaxat
q. dissimiles
hoc est indo-
cti: cog. t. r.
fateri impro-
bum nō esse
prudentem
& scientem,
ac proinde*

quod tamen ipse affirmat. sibi quàm sui similis habeat vendicare: plus tamen quàm dissimilis & contrarius volet. Videtur. Malus autè & indoctus tã simili quàm dissimili sibi plus arrogabit. Apparet. Nõne iniustus Thrasymache, plus usurpare contendit, quàm vel similis, vel dissimilis? An ita dicebas? Dicebam equidem. Iustus autem simili quidem non plus volet, sed dissimili. Fateor. Est itaque similis, iustus quidem sapienti & bono, iniustus autem & malo & inscio. Apparet. Atqui concessimus talem vtrunque esse qualis sit is cui similis est vterque. Cõcessimus plane. Iustus itaque nobis bonus esse sapiensque apparuit: iniustus autè, indoctus & malus. Hęc omnia concessit Thrasymachus, non tamen ea facilitate qua ego nunc refero, sed vix atque pertractus plurimo cum sudore: erat quippe tunc æstas. Et vidi ego tunc primũ quod nunquam antea videram, erubescentem Thrasymachum. Cum igitur constitisset iustitiam & virtutem esse & sapientiam, iniustitiam verò vitium & insitiã: Maneat, inquã, hoc ita nobis. Dicebamus autè validũ ac potens quiddã iniustitiam esse. Nõne meministi Thrasymache? Memini equidẽ inquit. Sed mihi quæ nũc dicis, non placent: habeoque aduersus ea quæ dicã, quæ si adducerẽ, certè noui te esse dicturum me concionari. Quare aut sine me dicere quæ velim: aut si tu vis interrogare, interroga. Ego autè tibi, veluti aniculis fabellas narrantibus, assentiã, & annuã & abnuam. Nullo pacto, inquã ego, præter sententiam tuam. Ut tibi in omnibus gratificer, postquam non finis loqui, an quid aliud vis? Nihil per Iouem, si istud feceris, sed facito: ego autè interrogabo. Interroga iã. Hoc interrogo nunc quod & paulò

paulò antè, vt ordine suo in sequenti sermone consideremus, quomodo se iustitia aduersus iniustitiam habeat. Dictum enim est potentiorē atque robustiorē esse iustitiā iustitia.

^a Nunc autē inquit, si quidem sapientia & virtus est iustitia: facile, vt arbitror apparebit robustior esse quàm iniustitia, quando quidem iniustitia inscitia est, nec vllus hoc ignoraret. Verū non ita simpliciter ò Thrasymache, agere cupio, sed hac via considerare. Ciuitatēne aliquā affirmares iniustā esse, & alias ciuitates velle iniustē in seruitutē redigere, seruāsque sub se multas habere? Cur non? Imò verò hoc summopere faciat illa quæ præstātissima erit, & quæ ad extremam peruenerit iniustitiam. Intellego equidem quòd tua hæc erat oratio. Sed hoc circa istā considero vtum hæc quæ præstantior sit ciuitas ciuitate absque iustitia hanc sit potentiā habitura vel necesse sit vt habeat cū iustitia. Si quidē, vt tu paulò ante dicebas, iustitia ipsa sapientia est, necesse est cum iustitia. Sin autē vt ego, sine iustitia. Respōsiōnib. tuis, ò Thrasymache, valde delector quoniā non modò annuis, & abnuis, sed & præclare respondes. Tibi inquit, gratū facio. Facis tu quidē bene. Sed in hoc quoque gratificare mihi, & dicito.

^b An censēs ciuitatem aliquā vel exercitū, seu latrones, sine fures, vel aliū quemuis ceterum hominū iniustē aliquid vnā agredientium perficere posse quicquam, si iniuria inuicem se affecerint? Nequaquam. Quid autem si ab iniuria abstinuerint? Nōne magis? Prorsus. Seditiones namq; Thrasymache iniustitia inimicitias contentionesque inter illos parit: iustitia verò concordiam & amicitia. Nōne. Esto, ne à te dissentiamus. Bene agis

^a Iustitiam non solum in ciuitate, sed in singulis hominib. potentiorē esse iniustitia, probat Socrates: non solum ex eo quod putabat Thrasym. quod nepe conuictus coactus fuerat scire hanc esse inscitiā, illā scientiā, sed ex effectibus utriusq;.

^b Iustitia & iniustitia effecta in ciuitatib. & societatis. hominum cum singulis hominibus.

vir optime. Sed mihi & hoc dicito. Si hoc iniustitiae opus est, ubiunque insit, odiū gignere, nōne inter liberos & seruos si fuerit, efficiet ut inter se odia atque contentiones exerceant? nulloque pacto possint aliquid ex communi concordia facere? Omnino. Quid autem? Si inter duos haec sint, nōne dissentient inter se, insequenturque odii, & inimici erunt & sibi & iustis? Erunt sanē. Sin autē in vno insit, o mirifice vir, iniustitia, nōne ipsius potentiam dissipabit? Vel nihil minus habebit? Nihil minus habeat. Nōne talem aliquam vim habere videtur, ut cuiusque insit, siue ciuitati, siue genti, siue exercitui, siue alteri cuiuslibet primò quidē impotens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter dissensionē atque discordiam: deinde inimicum efficiat ipsum & sibi, & contrario cuiuslibet, atque iusto? Nōne ita? Ita. Atqui & in vno si fuerit, haec eadem faciet omnia quae natura sua facit. Primū quidem impotentē agendi eum reddet quā secum ipse dissentiat, neque sibi meti constet. Deinde & sibi & iustis faciet inimicum. An non? Certē. Iusti autem, o amice, sunt & dei? Sint. Ergo deis inimicus erit, Thrasymache, vir iniustus: iustus autem, amicus. Satia te eo confidenter inquit, pro libidine his orationis dapibus. Nō enim tibi aduerlabor, ne istos mihi inuenios reddam. Age itaque, reliqua conuiuij adhibe, quemadmodum paulò antè respondens constat profectò, sapientiores, meliores, potentioresque ad agendum iustos esse: iniustos autem ne inter se quidem tractare quicquam posse. Verū quod diximus validissime in commune simul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt, haud omnino verum est.

Non enim abstinerent ab iniuria mutuo inferenda, si prorsus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quandam quæ ipsos ita afficiat, ut se iniuicem lædere nolint nec alios quibus cum veriantur: & per quam agunt, quæcunque agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia cum seminali essent. Nam qui ad summam nequitiam & iniustitiæ peruenerunt perficere omnino nihil possunt. Hæc quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Vtrum autem & melius viuant iusti quam iniusti, & feliciores sint (quod quidem postea considerate posueramus) considerandum est. Et ut mihi quidem videtur, hoc ex his quæ diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de te quadam vili spernendaque, sed quoniam modo viuendum sit, habetur oratio. Consideras iam. Ecce, considero. Dic igitur, opusne equi tibi aliud quod esse videtur? Mihi quidem. Nunc hoc quidem diceres, & equi & alterius cuiuslibet opus, quod vel solo illo, vel maxime quis faceret? Haud intelligo. At hoc modo. Aliane te, quam oculis vides? Minimè. Quid verò aliane audires quam auribus? Nequaquam. Ergo hæc horum opera rectè dicimus. Rectè. Possesne gladio, & scalpello, & multis aliis, vitis palmitibus amputare? Quidni? Veruntamen non ita commodè ut falce ad usum hunc fabricata. Est ut dicis. Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profectò. Existimo melius te nunc tenere, quæ paulò antè dicebam, quàm interrogarem an id cuiusque opus esset, quod vel solo illo vel melius quàm cæteris efficitur. Intelligo iam. Idque mihi cuiusque opus esse videtur. Age, inquam. Nonne & virtus ibi esse

a Improbi qui aliquam iniuicem iniustitiæ seruant, nondum ad extremum usque malitiæ gradum peruenerunt.

b Cum propriè opus animæ sit viuere: & virtus uniuscuiusque rei perficiat optimamque reddat proprium ipsius opus & iustitia sit virtus animæ, efficitur iustitiam præstare animæ ut bene viuat, ac proinde iustum esse felicem iniustum miserum.

videtur in vnaquaque re cui aliquod opus ad-
 scribitur? Reuertamur igitur ad priora. Ocu-
 lorum dicimus esse opus aliquod? Certè. Er-
 go nonne & virtus oculorum est? Et virtus.
 Quid autem? nonne opus aliquod est aurium?
 Est. Est ergo & virtus? Est. Nonne de reliquis
 omnibus eodem modo dicendum? Eodem.
 Nunquid oculi opus suum pulchrè exerce-
 rent, virtutem propriam non habentes, sed
 pro virtute vitium? At quomodo? Cæcitatem
 nanque fortasse pro visu dicis. Quæcunque il-
 lorum sit virtus, nam ad præsens non id qua-
 ro, sed vtrum propria virtute rectè suum opus
 exerceant, vitio verò non rectè. Vera loque-
 ris. Nonne & aures & sua priuata virtute,
 malè suum opus exercebunt? Malè. Idem-
 ne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age
 & hæc præterea contèplare. Estne animæ ali-
 quod opus quod nulla re alia faceres, veluti
 curare, impetare, consulere, & alia generis
 eiusdem? An hæc alteri rei quàm animæ iure
 tribuere possemus, diceremusque ipsius pro-
 pria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum vi-
 nere? An non animæ opus esse dicemus? Ma-
 ximè. An non & virtutem quandam animæ
 esse dicimus? Dicimus. An anima quandoque,
 ô Thrasymache, propria virtute priuata, opera
 sua bene explebit? Vel nullo modo poterit?
 Non poterit. Neesse est igitur malâ animam
 malè impetare atque curare, bonâ verò hæc
 omnia benefacere. Neesse. Cõcessimusne vir-
 tutem animæ iustitiâ esse, iniustitiâ vitium?
 Concessimus. Iusta ergo anima iustusque vir
 bene viuet, iniustus autè malè, ita secundum
 rationè tuâ apparet. Qui autè bene viuuit, bea-
 tus est & felix. Qui malè, contrâ. Quidni? igitur
 iustus

iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserū esse non prodest, prodest autē esse felicē. Proculdubio. Nunquā igitur, ō beate Thrasymache, vtilior erit iniustitia quā iustitia. His epulis fueris acceptus in Bendidiis *, ō Socrates. Tua quidem opera Thrasymache, postquam mitior mihi effectus es, difficilisque esse cessasti. ^a Non tamen abundē vesci contigit, atque id mea quidem causa potius quā tua. Nam quemadmodum epularum avidiores homines incontinentēsque rapiant semper quodcumque in conuiuio superfertur, gustantque illud antequam prioribus dapibus satis vescantur: ita & ipse, vt mihi videor priusquam inuenirem quod principio fuit propositū, quid ipsum videlicet iustum sit, eo pratermisso ad considerandū me contuli, utrū prauitas sit & inscitia, an sapientia virtūsque. Ac postremò incidente oratione illa quæ asserebat vtiliorem iniustitiā esse iustitia, nō me cōtinui, quin ab illo ad hoc descēderē. Quapropter mihi in p̄sentia ex hac disputatione cōrigit, vt nihil norim. Quando enim iustū quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtūsne sit, an contrā, atque utrū qui id possidet, beatus sit, vel nō beatus.

* *Diane ferro, ex Sira bone.*

a Breuis recapitulatio eorū quæ disputata sūt & probata hoc dialogo: tum sequentibus tractatōrum indicatio.

DIALOGVS SE-
CVNDVS DE RE-
PVBLICA.

Marsilij Ficini Argumentū.

Secundus dialogus à trina exorditur diuisione bonorum. Bonum profectò idem atque expetendum.

Expetimus autem aliquid suū ipsius gratia tantum,
 ut voluptates & gaudium. Aliquid alterius solum
 gratia, qualia quaecunque laboriosa sunt. Aliquid
 & gratia sui & aliorum quæ inde sequuntur, eū co-
 gnitiōe, ac prosperam & aletudinem. Iustitiam ve-
 rō dicit, eū aliorum ex ea sequētur, tum vel ma-
 ximè suū ipsius gratia expetendam. Sed antequā de
 iustitia perfectè quicquā definitur. Glauco quæ præ-
 termissa sunt à Thrasymacho, pro iniustitia patro-
 cino epiposius elegantissq; persequitur, adde & mo-
 deffluus. At enim non quia ita senti: sed ut prouo-
 cet Socratē ad iustitiam acris defendendam, iniu-
 stitiam se laudaturum. Similia quadā habemus &
 in Gorgia. Post eum Adimantus, & primū pro iu-
 stitia verba facit, premia illi & humana tribuens &
 diuina, ubi notabis religiosa quadā mysteria poeta-
 rū. Deinde nonnulla pro iniustitia adducit in mediū,
 personam videlicet, & Socrati, & Thrasymachi re-
 ferens, addēs etiam se non iustitiā vniuerare velle,
 sed quodammodo Socratē irritare. Operat autē laudes
 a iustitia, quæ non ab externis, sed ab intrinse-
 ca iustitia natura ducantur, quales afferri ab aliis
 non consueuerunt. Tu verò animē ducere non temere
 Platonem multa h. c. rursus ad poetas sacerdotēsque
 pertinentia posuisse: ostendit enim in hu. sape à poe-
 tis sepius à malis sacerdotib; peccandi licentiā proue-
 nire. V. b. gentiū superstitiones irridet. Præterea haud
 ab re in hu. libru omniū sibi charissimas charissimas
 sibi personas inseruisse, Glauconem, Adimantumque
 fratres eius patrēque Aristonē. Rursus Socratē
 nihil in omni eius vita propensius contemplatum,
 quàm seclusis externis aff. tibus, quid nam sit
 quæ tve faciat virtus ipsa, vitiūque in animo.
 Quod quidem & sponis & prouocatus deinceps de
 iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic in-
 iustè nimium prætermisi mirū illud iustitia præmiū

ex Musai mente adductum, perpetuam inquã ebrietati. Quod quidem Musæus accepit ab Orpheo, idipsum per Dionysii sacra significante. Hoc illi prophætico simile: Inebriabor ab ubertate domus tue. Ebrietas ergo fit duplex. Altera quidã sub lunas Lethæ inducã potu per quã anima extra se posita, & infra se posita obliuiscitur diuinorũ circa terrena delirans. Altera verò super lunam nectæea proueniens potione, per quã animus extra se positus supra se positus morborũ mortalitã obliuiscitur, suscipiensq; diuina quasi primo illorũ splendore caligat: siue potus saporẽ gustans nouo quodã calore è priori habitu permutatur. Mox verò perspicuè cernit gustatq; salubriter, imò verò nutritur. Profectò idæa diuina per quam factus est animus, redeunt illabitur animo, cui gustui sapor. Ab eo primùm suauiter siquid alienum est diluit. Deinde penitus implet, magisque implendo delectat. Tertio redigit in seipsam ineffabili voluptate perfundens. Vbi animus ex anima primùm factus est intellectus, ex intellectu demique Deus. Neq; ulterius sicut primus sapit, neque que primus, sed sapit aliter atq; alia. Et quæadmodũ apud nos imaginatio vehemens mouet firmatque corpus & ibi corpus subiectum anima sensuque eius à potentissima cogitatione mentis mouetur protinus & formatur adeo vt ineffabili dulcedine mentis mirabiliter & sensus dulcescat, & corpus. Sed iam ad iustitiam reuertamur. Hanc Socrates tanquam disputationis suæ finem atque obiectum per singula quæ e; quia difficile inueniretur in animo, prius quærit in ciuitate, tanquã in ea manifestiorem futuram, vt per hanc demũ, animi iustitiam manifestè definiat. Vt autem iustitiam in ciuitate considerare queat, constituit ab initio ciuitatem, dicens primò qua sit eius origo, scilicet indigentia mutua deinde qua materia scilicet res artẽsq; necessaria postremo

qua forma videlicet regula victus legitimæque gubernatio. Et video quantum laudet vitam sobriam quantum vituperet delicatam atque luxuriosam. Illa quidem sana atque sufficiens, hæc autem insana & indigens plurimorum. Denique, quum ob hanc nascatur bellum, opus est in eiusmodi civitate militibus, quapropter ad diligentem militaris artis institutionem descendens, quot necessaria sint militi strenuo & custodi patriæ accurate prosequitur. In omnibus vero momento, neminem ad diuersa aptissimum nasci posse. Idcirco, nullum diuersas artes exercere debere. Præsertim quum ex alterius opere opus impediatur alterius. Oportere & unumquemque, artem suam statim à puero & per omnem vitam continuè exercere. Præterea militem patriæ custodere talē & nasci & educari debere, ut canum instar & erga notos sit mitis, & aduersus ignotos ferox, semperque vigil & sagax. Proinde asserit Socrates principium cuiuslibet operis maximū quiddam esse, in tenera præsertim ætate facile utrinque formabili. Idcirco futuros milites à teneris unguiculis, & secundum animum primò per musicam, & secundum corpus, deinde per gymnasticam ritè format, sub musica comprehendens fabulas quoque poeticas. Quas præcipit assidue puerorum auribus adhibere. Sed tales solum quales ad militare studium quasi præludia quadam & prouocent & erudiant. Similitèque, ceteros huiusmodi à pueritia fabulæ iubet assuescere, quæ studio potissimum futuro conducant. Contrarias verò longius arcet. Id verò maximum est præceptum. Detestatur mox poeticam impietatem turpia de diis fingentem. Atque eiusmodi audiri fabulas prohibet. Subiungit geminas theologia figuræ. Primam Deum omnino bonum esse, honorumque duntaxat causam. Mali verò nullius causam esse Deum. Item si quem Deus punit punire gratia boni. Secundum verò, Deum esse penitus immutabilem.

labilem ex eo quòd simplicissimus, potētissimus, optimus, sapientissimus. Quo fit ut neget Deum aliquando quinquam fallere, vel fictu simulachris, vel signu atque verbu. Neque enim in varias mutatur firmus, neque cum non mutetur, simulat permutari. Conclude librum aurea quadam sententia. Mendacium maximè omnium & diis & hominibus est odiosum. Quòd si mendacium in sermone odiosum est, idque simulachrum est mendacii ipsius quod est in animo, nimirum mendacium quod in animo est, & diis & hominibus est admodum odiosum. Eiusmodi verò mendacium est ignorantia per quam circa rerum veritatem sibi met animus ipse mentitur. Quoniam verò veritas ad id quod esse dicitur, spectat idèoque falsum ad non esse declinat, merito mendax quatenus in falsum labitur eatenus in nihilum quippe prolabitur.

HÆc quū dixissem à disputatione liberatum me esse putabam: verum hoc, ut videtur, proœmiū modò fuit. Glauco enim & semper aliàs vit certè ad omnia for-

tilissimus, & tunc quidem Thrasymachi disputationis abrenunciationem haud probavit, sed dixit: Vtrum, ô Socrates nobis persuasibile videre cupis an reuerà persuadere, quod omnino præstet iustum esse quàm iniustum? Ego quidem, si in mea optione esset, reuerà persuadere malle. Non igitur facis, inquit, quod vis. ² Die enim mihi videtur tibi huiusmodi aliquid esse bonum quod quidem eligemus, haud certè quæ ex eo sequantur cupientes, sed ipsam gratia ipsius amantes? quemadmodum gaudere, & voluptates quæcumque sine nocumento sunt & quæ in posterum nihil

² Inuestigaturus naturam & definitionem inquit Socrates proponit tria bonorum generatum in quo trium illorum sit reponenda in iustitia quaerit.

præter gaudium allaturę sint eas habenti. Mihi sanę videtur, inquam esse aliquid tale Quid autem? Estne aliquid, quod & ipsum gratia ipsius, & eorum quę ab eo fluunt, amemus? Quemadmodum sapere, videre, valere. hæc enim huiusmodi propter utrunque, amplectimur. Certę inquam. Tertium autę vides, inquit, genus boni. in quo est exerceri, & grotantę curari, medicationemque & pecuniariam exercere? Hęc utrique laboriosa fatemur esse, prodesse autem nobis. Et ipsa quidem sui gratia nunquam expeteremus, sed quęstus & aliorum quę ab eis proficiuntur gratia. Est hoc planę, inquam genus tertium. Quid tum? In

a Iustitia in eo honorum genere reputatur, quod tam propter seipsum, quã propter ea quę ab ipso promanant expostur.

quonam istorum, inquit, iustitiã ponis? ^a Mea quidem sententia in pulcherrimo, quod tam propter seipsum, quã propter ea quę efficit ab eo qui beatus sit futurus, expetitur. Haud ita multis videtur, sed laboriosę generis esse, quod quidem propter præmia, & honores & gloriam sit expetendum, propter seipsum autem tanquam difficile fugiendum. Noui equidem iãtunc multis videri, quocirca iam pridem à Thrasymacho quasi tale quiddam sit, vituperatur: iniustitia verò laudatur: sed ego hebes

b Glauco disputationis partes reliquit. a Thrasymacho suscipiens iniustitiam defensionem profertur adversus orationem.

sum, ut videor. Age itaque & me audi, inquit, si tibi quoque hæc videantur. ^b Thrasymachus nempe prius quã oportet, tanquam serpens carminibus delinitus abs te fuisse videtur. Mihi autem nondum ex sententia utrunque demonstratũ est. Capió enim audire quid sit utrunque, & qualem vim habeat ipsum secundum seipsum existens in animo: præmia verò, & quę ex ipsis proueniunt mittere. Sic igitur faciam, si & tibi placet. Renouabo equidem Thrasymachi orationem, & primũ

dicam

dicam eiusmodi iustitiam esse dicant, & unde exortam fuisse velint. Secundo verò loco omnes quicumque iustitiam colunt, inuitos quodammodo eam sequi, tanquã rem necessariam, sed non bonam Tertio, meritò id agere. Multo ergo melior iniusti vita quàm iusti, vt tradunt. Mihi quidem, ô Socrates, non ita videtur. Ambigo tamen plerunque, quia ob- tundor quotidie Thrasymachum aliòsque in- numeros audiens. Orationem verò pro ipsa iustitia quòd melior quã iniustitia sit, ex nul- lo adhuc audiui vt vellem. Cuperem quippe iustitiam ipsam secundũ seipsam audire lau- datam, maximè verò ex te hoc me arbitror auditurum. Quapropter dicam latius iniustã vitam laudans, dicendòque ostendã tibi, quò- nam maximè modo audire te velim, vitupe- rantem quidẽ iniustitiã, iustitiam verò laudan- tem. Sed vide an hoc tibi placeat. Maximè in- quam, omniũ: de qua enim re qui sanã mentis libentius & audiat, & dicat? Præclarè inquit, loqueris. Enimverò quod primũ de hoc dice- re pollicitus sum, iam audi quale sit, & unde sit orta iustitia. ^a Natura quidẽ dicunt iniu- riam facere bonum esse, iniuria autem affici malum, sed longè plus mali esse in patiendo iniuriã, quàm in inferendo boni. Quamobrem postquã vicissim iniuriam & intulerint & acceperint, & vtrunque gustauerint, qui ne- queunt vitare illud: consequi operæpretiũ fo- re ducunt, vt ita inter se paciscantur, vt neque inferri, neque accipi possit iniuria: hincq; vo- lunt originẽ habuisse ^b leges, placitãq; ipsarũ & nominatã esse præcepta legũ legitima atq; iusta. Hanc itaque iustitiæ originẽ & substan- tiam esse volunt, quæ media quodammodo

^a Iustitiam unde nata sit dicat, iniusti- tie patrem.

^b Leges est dem habent originẽ quã iustitia.

fit optimum inter & pessimum. Quandoquidem optimum est inferre iniuriam, nec dare poenas pessimum verò pati, nec vlcisci posse. Iustum autem horum in medio constitutum amari non tanquam bonum, sed tanquam ex imbecillitate iniuriam inferendi honore affectum. Eum sanè qui hoc efficere possit, verèque sit vir, cum alio pacisci nunquam decernerèque ne vltro citroque iniuria inferatur, alioquin insaniret. Hæc est, *b* Socrates, natura iustitiæ atque huiusmodi & ex talibus vt ferunt, progenita. Quòd autem qui iustitiam seruât, inuiti id agant, cum iniuriam inferre nequeant, planè perspicceremus, si tale quiddam animo fingeremus, si vtrique licentiã largiremur quodcunque liberet agendi, & iusto pariter & iniusto: deinde ponè sequeremur, explorantes quò rapiat vtrunque libido: deprehenderemus: profectò iustum plus habendi auiditate compulsus ad eadem se atque iniustum conferte. Hoc siquidem natura omnis vt bonum expellit, lege autem ac vi ad æqualitatem seruandam ducitur. Erit autem licentiã quam dico, talis istis si detur, qualem aliquando ferunt fuisse *b* Gyga lydi progenitori: fuisse enim ipsam ferunt mercenarium pastorem eius qui tunc Lydis imperabat. Magna autem inbrium tempestate exorta, motaque terra, ferunt terram hiatus fecisse in ea regione, vbi ille armenta pascebat. Quæ cum vidisset mirabundas in hiatus descendit, conspexitque & alia quæ fabulantur miranda, & equum æneum concauum cuius in lateribus fenestræ erât, quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudinè inusitata, quod nihil habebat aliud præter aureum in digito anulum.

a Iustitiam secundum opinionem patronorum iniustitia est aliquid contractum & minime spontaneum.

b Fabula siue historia Gyga à Cicerone Offic. lib. 3. ex hoc loco expressa.

Tum. Quem vt detraxit, abiit, ac tum in concilio pastorū se recipit, quod ea re fieri solebat vt de rebus peculij ad regem per singulos menses referrent, iuxtaq; alios assedit. Acciditque vt cum fortē palā eius anuli ad palmā conuertisset à nullo videretur: aliique de illo tanquam absente loquerentur. Admiratus ergo, denuò contrectans anulū, palam in lucem conuertit, quo facto, rursus apparuit. Hoc ille animaduertens, diligentius periculum fecit, vtrū hanc anulus vim haberet: atque ita illi compertum fuit, quod versa ad se gemma, à nemine videretur, versa autem ad alios, cōspicius fieret. Quod quidem expertus, curauit, vt legatus ad regem vnā cum aliis mitteretur, profectūque vxorem eius stuprauit, & de rege interficiendo cum ea consilium iniit, quo caso regnum occupauit. Si igitur duo tales anuli essent: alterūmq; iustus, iniustus alterum possideret ac ferret, nullus profectus esset, vt videtur, adeò adamātinus, vt in ipsa iustitia permaneret, & ab alienis abstinere vellet, cum liceret illi ex foro intrepidē quodcunque vellet arripere, ingredi que alienas domos, & pro libidine cum quouis congregari, & interficere & ex carcere quemlibet soluere, & alia quasi par deo sit, inter homines facere. Hæc igitur cum vterq; faceret, nequaquam alter ab altero in agendo differret: sed ambo eodem tenderent. Quæ quidem maxima esse potest coniectura, neminem volentem, imò inuitum esse iustum quasi id per se, & priuatim non sit bonum. Quoniam vbiunque iniuste agere quisque se posse confidit, agit protinus, prodesse enim quisq; priuatim multo magis existimat iniustitiam quam iustitiam recteque sentit quisquis

ita iudicat, vt sermonis huius perhibent auto-
res. Quòd si quis huiusmodi facultatem na-
ctus velit ab iniustitia abstinere, neque a-
liena tangat, infelicissimus & stolidissimus
apud eos qui hoc aduerterent, putaretur, lau-
darent tamen illum alij coram alijs, sese mu-
tuò decipientes, quia maximè timent, ne affi-
ciantur iniuria. Atque hæc quidem ita sint
dicta, vitam verò vtriusque, iusti videlicet &
iniusti, ita planè diiudicabimus, si iustissimum
virum seorsum & iniustissimum distingue-

a Ut rectè
qua vti sic
iniustitia,
quæq; iusti-
tia puro &
panis secre-
ta à contra-
rio suo vtra-
que confide-
randa est.

b Iniustitia
extrema est
iustum vi-
deri, eū qui
non sit in-
iustus.

c Summa iu-
stitia est esse
virum bonū
re ipsa, nec
talem vide-
ri super.

mus, aliter verò nequaquam. Sic autem hæc
discretio talis, vt nihil auferamus iniustitiæ
ab iniusto, neque quicquā ab iusto iustitiæ,
sed perfectū vti unq; in suo studio ponamus.
Primū igitur iniustus, tanquā optimi artifices,
faciat: videlicet quæadmodū gubernator sum-
mus vel medicus, quæ in arte sua cōfici possūt,
& quia nō possunt, sentit: & illa quidem ag-
greditur, ista relinquit: & si qua præterea in re
peccauerit corrigere potest: ita & iniustus re-
cè iniurias aggrediens, lateat, si maximè iniu-
stus futurus est. Sin autem deprehensus fue-
rit, iners existimandus est. *b* Extrema enim
iniustitia est, iustum videri eum qui non sit
iustus. Danda est igitur perfectè iniusto per-
fectissima iniustitia, neque auferenda: sed per-
mittendum, vt is qui est iniustissimus, apud
omnes iusti habeat opinionem & si qua in re
peccarit, corrigere possit, sitque ad persua-
dendum idoneus, si quid de ipso mali facino-
ris nuntiatur, & ad vim, si opus fuerit inferen-
dam, fortitudine & robore, opūque & ami-
corum copia. Cum hunc talem finxerimus,
iuxta ipsum virum ponamus iustum, simpli-
sem hominem & ingenuum, *c* qui vt scriptū

est ab Æschylo, non videri, sed esse bonus studeat. Remouenda quippe ab eo iustitiæ omnis opinio, ne iustus cuiquam videatur. Si enim videbitur iustus esse, aderunt illi honores & præmia. Incertum igitur erit, iustine, an honorum munerumque gratia talis sit. Præiudicandus itaque rebus omnibus præterquam iustitiæ, atque ita ponendus, ut superiori contrarius sit: nihil enim iniuste agens, iniustissimus esse credatur: ut quasi quodam examine ad iustitiæ sit probatus, ex eo quod nec infamia, nec his rebus quæ eam sequuntur, [moueatur aut labefactetur] sed usque ad mortem immobili perseveret, dum per omnem vitam iniustus existimatur, est tamen iustus: ut cum utriusque ad extremum peruenerit, hic quidem iustitiæ, ille autem iniustitiæ, iudicetur vter eorum sit beator. Papæ, quam vehementer inquam, ô amice Glaucæ, utrunque virum, quasi statuam quandam in iudicium manifestum inducis. Quam maximè inquit possum. Cum ergo tales sint, nihil iam, ut arbitror, difficile narratu est, qualis utrunque vita maneat. Dicendum igitur: quod si asperius aliquid dicatur, ne existima me Socrates, hæc dicere, sed eos qui præ iustitiæ iniustitiæ laudant. Dicent enim quod ita affectus iustus cædetur, torquetur & vincula patietur. Eruentur illi oculi, atque demum omnia mala perpessus suspendetur, atque cognoscat, non esse, sed videri iustum concupiscendum esse. Æschyli autem carmen rectius intelligi poterat de iniusto. Dicent profecto iniustum, utpote veritati consona sectantem, neque ad opinionem hominum viuentem, appetere quidem non videri, sed esse iniustum, *presudam futeu, & fræfermas*

in mente habentem, ex quo præclara germinant consilia. Primum quidem magistratus capere in sua ciuitate, cum iustus appareat: deinde vnde velit uxorem ducere, & inas cui velit e-locare, cum quibuslibet congregari communi- carique, atque ad hæc omnia, vtilitatem cape- re quæstum facientem cum inferre iniuriam minimè vereatur: in certaminibus tum publi- cis, tum priuatis superiorem euadere, plûsque emolumenti quàm aduersarios inde excerpe- re: atque hinc effici diuitem, vnde & profit amicis, & inimicis obsit, deos autem donariis & sacrificiis cumulatè & magnificè colat, & multò melius quàm iustus conciliare sibi pos- sit quemlibet vel hominum, vel deorum, ex quo consentaneum esse volunt, vt deo charior sit quàm iustus. Hac ratione aiunt, ô Socrates, & apud deos, & apud homines melius iniusto vitam institutam esse, quàm iusto.

a Succenturiaturus fra-
tri Glauceni
Adimantus
prodit & cõ-
firmat va-
riu argumẽ-
tu & ratio-
nib. ea qua
ab eo de iu-
sticia & in-
iusticia di-
sta fuerant.

b Primum qd
iustitia ius-
quam & a
nullis ex sei-
psa commen-
detur, sed
dütaxat ob
præmia qua
consequitur
tam à diu-
quã ab ho-
minibus, quo
ipsius opinio-
nẽ sibi com-
pararunt.

HÆC cum dixisset Glaucò, egoque ad hæc respondere aliquid cogitarem, frater eius Adimantus, Nondum, inquit, ô Socrates, satis de hac re dictum putas. Quid igitur? inquam. Quia id, inquit, dictum non est, quod maximè dici oportuit. Fratet, inquam ego, adesto viro, vt habet prouerbium. Quare tu si quid hic prætermisit, adiua, quanquam me quæ dicta sunt ab isto, [idonea sunt ad me debellandum & efficiendum,] vt defendere iustitiam nequeam. Tum ille, Nihil, inquit, dicis. Audi & hæc præterea. Decet enim & contrarias ora- tiones inducere earum quas hic attulit, quibus laudatur quidem iustitia, iniustitia contrà vi- tuperatur, vt manifestius fiat quod mihi Glau- cò velle videtur. *b* Præcipiunt sanè patres si- liis, atque omnes qui curam aliquorum habet, oportet

porserere iustum esse, non ipsam iustitiam lau-
 dantes sed eos qui inde sequuntur honores: ut
 qui iustus habetur, ex ea opinione magistra-
 tus, & connubia, & quæcunque de eo qui iu-
 stus habetur, paulò antè dicebat Glaucos, asse-
 quatur, quinetiam gloriam quoque illi præ-
 terea adiungunt: nam commemorantes deo-
 rum benevolentiam, summa referre possunt à
 diis beneficia, sanctis viris collata. Quòd ge-
 nerosus Hesiodus, Homerúsque testantur. Ille
 enim iustis deos hoc concedere perhibet, ut
*querens in ramis altioribus glandes ferat, in me-
 diis apes, & oves lana onerentur, multa que alia ge-
 neris eiusdem bona.* His similia dicit & aliter.
 Quomodo inquit, probo regi, qui que deo si-
 milis [suis reddat iura] ferat terra nigra triti-
 cum atque hordeum, fructu oneretur arbo-
 res, fecunda pecudes facile pariant, mare pi-
 sces subministret. Musæus item atque eius fi-
 lius excellentiora etiam bona iustis ab ipsis
 diis tribui voluerunt. Apud inferos enim a-
 gentes, ipsosque in sanctorum conviviis col-
 locantes, coronatos faciunt magna semper in
 voluptate ebrios vivere, existimantes pulcher-
 rimum virtutis præmium æternam ebrietatè.
 Qui autem longiora his præmia à diis dari vo-
 lunt, filios dicunt, posteròsque iusti fidelisque
 viri genus suum per secula prorogare. His &
 huiusmodi iustitiam laudant, prophanos ve-
 rò atque iniustos cæno quodam apud infe-
 ros obruunt, & aquam cribro ferre cogunt.
 Viuentes etiam infamia notant. Ac demum
 quæcunque supplicia eorum narrabat Glau-
 co, qui iusti sunt, & videntur iniusti, eadem in-
 super iniustorum enarrat, alia verò non ha-
 bent. Laus igitur & vituperatio utrorumque

² Cõtra à quòd
 iniustitia à
 nulla in sei-
 ipsa vitupe-
 retur, sed diis
 taxat ob pec-
 nis qua &
 hic & apud
 inferos ma-
 nere credun-
 tur eos qui
 ipsi dedis-
 sisse vult
 sint.

Præterea
quod diffici-
le sit vir-
tutē & iusti-
tiā sectari,
facile autē
sit deos pla-
care, & auer-
tere deorum
iram ab in-
iustis, quæ o-
mnia cōfir-
mātur rece-
ptū opinio-
nibus & poë-
tarum testi-
moniis.

ea est. Præter hæc considera Socrates aliam
quandam de iustitia iniustitiæque orationis
speciem & priuatim & à poetis inductam. Om-
nes enim vno ore canunt bonum quid
temperantiam & iustitiam esse, difficile autem
& laboriosum: Intemperantiam verò & iniu-
stitiam iucundum quidem & facile compara-
tu, opinione tantumque lege turpe. Vtiliora
quinetiam iustis iniusta ut vulgò dicunt. Et
malos quidem diuites potentisque faciliè ho-
norant, priuatimque ac publicè beatos appel-
lant: eos autem contemnunt qui imbecilles &
pauperes sunt, quamuis concedant ipsos me-
liores cæteris esse. Horum verò omnium ma-
ximè mirandi de diis & virtute sermones cir-
cunferuntur, deos plurimis bonis hominibus
infelicem vitam dedisse, malis autem contrà.
Circulatores insuper & vates ad ianuas diui-
tum accedentes persuadent se vim habere à
diis per sacrificia, & carmina in feriis & lu-
dis publicis expiandi, si quod scelus ab his, aut
eorum maioribus patratum fuerit, & nocendi
paruo etiam sumptu cuiunque velint inimi-
corum, & iusto pariter & iniusto. Asserunt
quippe tum blandimentis quibusdam, tū vin-
culis se deos inducere, ut sibi in his obsequan-
tur. Ad hæc omnia poetarum afferunt testimo-
nia partim quòd faciliè labamur in vitium.
(Nam ad vitium peruenire faciliè est: plana enim
est via, & admodum prope habitat. Ante virtu-
tem autem sudorem Dÿ posuerunt, longamque viam
& arduam.) Partim quòd Dij precibus nostris
muneribusque flectantur, Homerum adducit
testē, quoniam & ipse inquit, *Flecti quoque Dÿ
possunt, & hos quidem sacrificiis, votis, libationibus,
natore flectant homines supplicantes quum qui pec-
centis.*

Alia 1.

carit. Libros autem circumferunt Musai & Or-
 phei, Lunæ (vt aiunt) & Mutarum filiorum se-
 cundum quos sacra celebrant, persuadentes
 non priuatis solum, verumetiam ciuitatibus
 solutiones & purgationes scelerum per sacri-
 ficia cum ludorum oblectamentis fieri & viren-
 tibus & defunctis: quas quidem Teletas, id est,
 expiationes vocant, quæ nos ab illis quæ illic
 mala sunt, liberent: sacrificiis autem præter-
 missis, græua nos manent. Hæc omnia ô So-
 crates talia ac tanta de virtutis vitique præ-
 miis, quò ad deos & homines pertinet, dici-
 mus. Quid putamus acturos hæc audientes
 animos eorum iuuenum, qui solertes ingenio
 sunt, & ad omnia dicta commodè celeriterq;
 conuersi, & quasi conuolantes, ex iis quæ di-
 cuntur ratiocinari possunt qualem eum esse
 deceat, & quam viam ingredi qui optimè vi-
 tam agat? Consentaneum est iuuenem talem
 Pindari illud animo voluere, *Vtrum iustitia cõ-
 scendam alta manna, an obliquas doli vias ingre-
 diar, meque ita succiens vitam agam?* Ea enim
 quæ dicta sunt, mihi quidem si iustus sim, non
 tamen appaream, nihil prodesse dicunt, labo-
 res autem & pernas certas esse. Iniuſto verò
 opinionem iustitiæ assequuto, vita diuina
 adesse dicitur. *Nonne igitur postquam exi-
 stimatio hæc iustitiæ, vt sapientes tradunt ve-
 ritatem cogit ac violat, & ad beatitudinem
 est præcipua ad eam omnino tendendum est:
 induere itaque imaginem oportet, & quandã
 præ se ferre virtutis adumbrationem, à tergo
 verò illam sapientis Archilochi vulpem astu-
 tam ac variam trahere. At dicerit fortè quis
 piam haud facile esse vt malus quis semper la-
 teat. Nos verò respondebimus, nihil magnum*

*Musai &
 Orphei libri
 de expiatio-
 num ritibus,*

quod

*Ex proxi-
 mè dictu col-
 ligit Adä-
 mant pene-
 iustitia spe-
 cie & opinio-
 nem nõ autẽ
 ipsam iusti-
 tiam omnia
 esse ad felici-
 tatẽ homini
 comparan-
 dam.*

*Respon. ad
 obiect. nõ in
 proclini esse,
 semper rege-
 re & occul-
 tare posse
 fraudẽ & in-
 iustitiã nec
 coram homi-
 nibus nec co-
 rã diu.*

esse facile. Veruntamen si beati esse volumus, hac eundum est, quâ rationum vestigia ducunt. Etenim ut nostra improbitas occulta permaneat, coniurationes societatesque inibimus. Adsunt quinetiam persuasivæ magistri qui sapientiam concionatoriam & iudiciale tradunt ex quibus partim persuasibimus, partim cogemus, ut dum nobis plura arrogamus, pœnas minimè persolvamus. Sed deos quidem neque latere, neque cogere possibile est. Verùm si non sunt, vel humana non curant, haud nobis curandum est ut eos lateamus. Sin autem sunt & curant humana, nos non aliunde id novimus, vel audimus, quàm ex multorum sermonibus, & ex poetis genealogiam ipsorum scribentibus. Idem verò ipsi perhibent posse deos sacrificiis, suavis precibus, & muneribus flecti. Quibus vel utrunque credendum est, vel neutrum. Si ita credendum, & iniuste agendum, atque ex ipsa rapina diis sacrificandum. Iusti enim si simus, illæ si à diis erigimus, & quæstus qui per iniustitiam comparantur, à nobis repellimus. Iniusti autem divitias parabimus, sceleribusque patratæ, illos precibus flectente, à pœna liberabimur. Sed enim apud inferos pœnas dabimus eorum quæ hic iniuste commiserimus, vel nos vel nati natorum? At, ô amice, dicit ille idem sapud se rem reputans:] expiationes pro peccatis commissis multum possunt, exorabilésque dii sunt, ut maximæ civitates dicunt. Et deorum filij poetæ, vatésque à diis geniti, hæc ita se habere restantur. Ergo quæ ratio ulterius nos inducet, ut summæ iniustitiæ iustitiam anteponamus: quandoquidem si iniustitiam sub adulterina specie

A quibus hoc est poetæ inieci est olim metus deorum sceleratis hominibus ab iisdem excogitata sunt rationes ad vanum & irritum metum illud reddendum.

eie honestatis occultauerimus, & apud deos,
 & apud homines omnia nobis ex sententia
 succedent, & viuentibus, & defunctis, quem-
 admodum multorum excellentiūque viro-
 rum testatur oratio? ^a Ex omnibus iam di-
 ctis, ô Socrates, quis crediderit eum hominem
 iustitiam velle colere, cui sit aliqua vis aut for-
 tunc, aut opum, aut corporis, aut generis, ac
 non potius subrisurum, si laudari eam audi-
 uerit? Quinimò si quis falsa ostendat quæ dixi-
 mus, rectèque norit iustitiam optimum esse,
 vehementer ignoscat, neque irascetur iniustus,
 cum intelligat, nisi quis diuina quadam na-
 tura iniquitatem oderit, vel doctrina absti-
 nuerit ab iniustitia, neminem sua sponte esse
 iustum: sed præ timiditate, vel senectute, vel al-
 lia quadam imbecillitate vituperare iniusti-
 tiam, cum eam exequi nequeat. Quod qui-
 dem ex eo patet, quoniam vt primum quis po-
 testatem adeptus est, primus pro viribus agit
 iniuste: horūque omnium alia nulla est cau-
 sa, quam ea vnde hæc omnis oratio mihi &
 huic ô Socrates, aduersum te profecta est.
^b Quoniam ex vobis, ô mirifice Socrates, qui-
 cunque laudes iustitiæ profitebantur præcis il-
 lis heroibus incipientes, de quibus aliqua
 extat memoria vsque ad nostros homines, nul-
 lus vnquam aliter laudauit iustitiam, vel in-
 iustitiam vituperauit, quam ad gloriam mu-
 neræque, vel pœnas respiciens, quæ ab illis
 proficiuntur. Ipsum verò vt tunc suapte
 natura quid agat in habentis animo, latens

^a Cū tanta
 sint illece-
 bra, & tam-
 ta commoda
 iniustitia o-
 stendit vix
 quenquam
 sponte, sed p-
 propter imbecil-
 litatem dur-
 taxat iusti-
 tiā sectatu-
 rum nisi di-
 uinitus in e-
 ius animo ius-
 titia amor
 cōtrahat, odiū
 iniustitie ac
 censuram sus-
 citat.

^b Postquam
 ostendit, A
 dimantus
 quid in v-
 sitatu lauda-
 tionibus iu-
 stitia & vi-
 tuperationi-
 bus iniusti-
 tie deside-
 ret & repre-
 hendat pe-
 tit à Socra-

te vt iustitiam & iniustitiam ipsas in sese nudas remota opi-
 nione & iudicio hominum de vtraque excutiat, qualisq; sint
 consideret.

deos & homines, nullus inquam vel in poematis, vel alio sermone satis enarravit, quod videlicet iniustitia sit maximum malorum omnium, quocumque in sese habeat animus, iustitia verò maximum bonum. Si enim sic ab omnibus vobis fuisset à principio dictum, & nobis ab ipsa pueritia persuasum, non alij alios prohiberemus ab iniuria inferenda, sed unusquisque sui ipsius custos esset, timens ne iniuste agens, maximo malo adhaereret. Hęc, ô Socrates, hætenus. forte verò & plura Thrasymachus, aut aliquis alius de iustitia & iniustitia, utriusque vim inuertens, diceret, & importunè admodum, ut mihi videtur. Sed ego nihil abs te celari volens, cupiensque ex te audire contraria, orationem protraho. Ne ergo nobis solùm ostendito iustitiam iniustitia præstantiorem esse, sed quomodo ipsa per se afficiens utraque animũ, hæc quidem malum, illa bonum sit. Opiniones autem auferas, ut etiam Glauco iuilerat. Si enim non abstuleris utrinque veras, falsas autem apposueris non iustum dicemus laudare te, sed id quod iustum videatur: neque iniustũ vituperare, sed quod videatur iniustum, iuberẽque iniustum latere & assentiri Thrasymacho. Iustum quidem alienum bonum, potentiori conferens: Iniustum autem, sibi quidem conferens atque utile, imbeciliori tamen inutile. Postquam igitur assensus es iustitiam maximis bonis annumerari, quę & propter illa quę sequuntur, & multò magis ipsa propter se sunt expetenda, videlicet: videre, audire, sapere, bene valere, & quęcumque alia bona suapte natura fecunda sunt, non autem opinione, hoc utique ipsum laudare in ipsa iustitia, quod

quod per se ipsa habentem iuvat, cum iniustitia lædat. Opiniones autem & præmia aliis laudanda relinque. Nam ego quidem ceteros, quos ita iustitiam laudarent, vel vituperarent iniustitiam, ferre possem, ut opiniones & præmia laudare, vel vituperare viderentur. Te autem minimè nisi fortè tu iusseris, quoniam omnem vitam nulla in te alia, quàm in hac speculatione consumpsisti. Ne igitur nobis solum oratione ostendere præstantiorem iniustitia iustitiam esse, sed quoniam modo utraque ipsarum sui participem afficiens, siue lateat, siue non lateat deos & homines, hæc quidem bonum sit, illa malum.

Hæc ego cum audissem, quamvis & aliàs semper Glauconis & Adimanti ingenium adamassem, tunc tamen vehementer admiratus sum, dixique: Non malè in vos, o filij illius viri, principium eorum carminum amator Glauconis scripsit, qui cum in Megarensi prælio fortiter pugnauissetis, *O filij, inquit, Aristonum inclyti viri, diuinum genus.* Hoc bene dici videtur amici. Diuinè enim affecti estis, si non estis persuasi, iniustitiam iustitia meliorem esse, cum sic pro ipsa dicere possitis. Videmini autem mihi persuasi non esse. Coniecturam capio ex vestris moribus, quoniam secundum orationem ipsam vobis minimè credidissem. Quò autem magis credo, eò magis quò me vertam ambigo. Nam quomodo adiuuem nescio. Videor quippe non posse. Illud autem signum est, quòd ea quibus ego supra aduersus Thrasymachum sufficienter ostendisse putabam, iniustitia melior esse iustitiam, non admisistis. Neque rursus quomodo non succurram inuenio, veritus ne fortè im-

Socr. iustitia
adu. accusa
tiones Thra
symachi
Glaucōnis
& Adimā-
ti præfatione
quadam v-
titur, cōm-
difficili sit
cognitu nec
ita obuia
suique iusti-
tia qua in-
est in singu-
laribus ho-
minibus esse
dit eius vim
& naturam
spectandam
esse in ma-
iori & cui-
dēiori spe-
cie iustitia
ea nimirum
que est in ci-
uitate.

Ex rebus
magis notis
& euiden-
tiorib. simi-
liū qua mi-
nus nota, mi-
nusq. euidē-
tia sunt, noti-
tia capiēda
est. * iustia

pium sit, vt qui iustitiam coram vituperari in-
telligit, subterfugiat, neque pro eius defensio-
ne verba faciat, quandiu spirare & loqui con-
ceditur. Præstat itaque pro viribus ipsi operam
ferre. Tūc Glaucō & cæteri omnes rogarūt,
vt omni ope auxiliarer, neque disputationem
relinquereim, sed perscrutarer quid esset vitū-
que, quæue reuera vtriusque vtilitas. Dixi igitur,
vt mea erat opinio, quæstionem hanc
quam agimus, non esse contemnendam, sed
hominis acutè cernentis opus, vt mihi videntur:
ac postquam nos aliter non valemus,
perinde inuestigandam esse iustitiam, ac si
quis non acutè cernentibus literas paruas
procūlque positas legendas mandasset: dein-
de animaduertisset aliquis easdem literas esse
alibi in maiori quodam loco maiores, atque
inde operæpretium censuisset, vt eas primò
legentes, ita demum minores, si eadem sunt,
considerarent. Ita profus. Adimantius in-
quit. Sed quid tu simile in hac de iustitia in-
quisitione vides, o Socrates? Dicam inquam.
Dicimusne iustitiam hominis vnus esse? an
& totius ciuitatis? Planè, inquit ille. At-
que ciuitas nonne maior vno viro? Maior,
inquit. Fortasse igitur iustitia amplior in
maiori inest, faciliorque est cognitu. Qua-
re si vultis, prius quæramus in ciuitatibus,
quidnam sit. Idque deinde in singulis con-
siderabimus, maioris ipsius similitudinem
in minoris * natura contemplantes. Scite in-
quit, loqui mihi videris. Si ciuitatem ora-
tione constitutam inspiceremus, iustitiam
quoque eius & iniustitiam videremus. For-
tassis, inquit ille. Quo facto spes erit fa-
cilis cognoscendi quod quærimus. Ma-
ximè.

ximè. Opus est igitur istud efficere. Nam non parua res est, vt arbitror. Considerate itaque. Iam consideratum est, inquit Adimantus. Sed tu ne aliter facito. ^a Fit vtique, inquã ego, ciuitas vt existimo: quandoquidem nullus nostrum ex seipso sufficiens est, sed multorum indiget. An verò tu putas aliud existisse ciuitatibus constituendis initium? Nullum aliud, inquit ille. Sic itaque alius aliud ad vsum aliud, itemque aliud adiungentes, cum multis indigeamus, multos in habitatione vnã comunicatores adiutoresque congregauimus. Quem ceterum ciuitatem nos appellauimus, nonne? Omnino. Impertunt ergo vicissim sua, & aliena vicissim accipiunt, conducere sibi vicissitudinẽ hanc existimantes. Ita prorsus. Age iam constituamus oratione nostra à principio ciuitatem. Faciet autem ipsam, vt videtur, indigentia nostra. Quidni? Prima verò & maxima omnium indigentia, est præparatio victus, vt & simus & viuamus. Certè. Habitationis secunda. Tertia vestitus & huiusmodi. Est vt dicis. Age igitur. Sed quonã modo ciuitas ad [hunc apparatus] sufficiet? An non vnus erit agricola, ædificator alius, alius textor? Nonne & coriarium ibidem annumerabimus, vel aliquem alium rerum ad corporis vsum pertinentium curatorem? Maximè. Erit itaque ipsa ciuitas saltem ex quatuor, aut quinque viris. Apparet. Quid igitur? Vnumquenque istorum oportet suum opus aliis communicare? Videlicet agricolã vnã viris quatuor victum parare, & in quadruplo tempus & laborem in agricultura consumere, atque aliis communicare? an potius aliorum cura neglecta, quartam sibi soli partem parare, parando videlicet alimenta in

a Qualis sit ciuitatu iustitia vel iniustitia inuestigaturus Socrates, primum ciuitatem constituit & postea causa, propter quam in vnã ciuitatem homines conueniant, quod nimirum singuli homines non sunt sibi sufficientes ad comparãdã vitam necessaria inquirit quæ res, quorũ artifices sint necessarij ad constituendã ciuitatem.

quarta temporis parte? Reliquarum autem partium temporis vnam in construenda domo aliam in vestitu, aliam in celocis conficiendis contetere, neque laboriosè aliis rem suam communicare, sed ipsum sibi sine alterius auxilio prouidere? Fortè hoc modo, ô Socrates, inquit Adimantus, facilius esset quàm illo. Minimè per Iouem, inquit, absurdum enim. Nam te loquente considero, nasci nos quidem non admodum similes, sed differentes inter nos, singulosque ad singula opera promptos natura produci. An nõ tibi videtur? Mihi verò. Quid autem ageretne melius aliquis vnus omnes simul artes, vel singuli singulas? Singuli singulas. Atqui & hoc manifestum esse existimo, quòd si quis opportunitatem alicuius operis præterit, perit ei opus. Patet. Non enim quod faciendum est, facientis otium expectare vult, sed necessitas cogit facientem, [obseruare opportunitatè eius quod faciendū est, nec ipsum obiter & perfunctoriè facere] Necesse est. Ex his patet singula fieri, & plura & melius & facilius, quando singuli singula secundum naturam opportunitate seruata, ab aliis cessantes, efficiunt. Sic est omnino. Pluribus igitur, ô Adimante, opus est ciuibus quàm quatuor, ad ea quæ diximus comparanda. Non enim agricola, vt videtur, sibi aratrum conficiet, si còmodum operi futurum est neque ligones & rastros, neque alia instrumenta quibus agricultura indiget. Neque rursus edificator. Multis enim & huic opus est. Idemque de textore & coriario dicendū erit. Nonne? Idem. Fabri igitur lignarii & ferrarii, alique huiusmodi plures artifices, nostri in oppidulo conciuēs facti. frequētius ipsum efficiēt.

Verà

¶ Cum vnus quisque à natura magis sit aptus ad rem aliquam, quàm ad alias, præstat in ciuitate singulis opificijs dare operam, quàm vnus plura curare.

Vera loqueris. Sed nondum satis amplum hoc esset, nisi ipsis bubulcos, & opiliones & pastores alios adderemus, vt & agricolæ ad arandû boues haberent, & architecti iumentis ad conuectandum materiẽ cum agricolis vterentur, textores autem & coriarii pellibus ac lanis. Haud sanè parua esset ciuitas, quæ omnia hæc haberet. Atqui constituere ciuitatem in eo loco in quo aduectionibus non indigeat, fermè impossibile est. Impossibile. Indigebit igitur & aliis, qui ex alia vrbe importent, quibus hæc indigeat. Indigebit. Vanus autem esset minister nihil adducens earum rerum, quibus indigent hi, à quibus affert ea, quorû sua ciuitas indiget. Vacuus enim rediret. Nonne? Videtur. Oportet igitur non solû ea confici, quæ illi ciuitati sufficiant, sed qualia & quot iis sufficiant sub, quibus illa indiget. Oportet sanè. Pluribus igitur agricolis & aliis artificibus nobis opus est in ciuitate. Pluribus certè. Et aliis insuper ministris qui & importent & exportent singula. Isti autè mercatores sunt. An non? Sunt. Mercatoribus igitur indigebimus. Certè. Et si quidem maritima mercatura erit, multis etiam opus erit, qui rerum quæ ad navigationem pertinent, periti sint. Multis planè. Quid autem in ipsa ciuitate? quomodo inter se impertient ea quæ singuli operantur? [quarum rerum impertiendatû gratia] cõmunicationem induximus, ciuitatẽq; construximus. Patet, inquit, quòd emendo & vendendo. Forum itaque nobis & nummus in commerciis ex hoc permutationis gratia instituetur? Ominino. Nûm igitur ferens in forum agricola aliquid ex his quæ facit, vel aliquis alius artifex, si non in eodem tempore ve-

a Mercatores cur necessarij in ciuitate.

niant, quo & illi quibus cum est hæc permu-
 taturus, cessabit ab opere, in foro consistens?
 Nullo modo, inquit. Sed sunt qui cum
 hoc animaduertant, seipsos ad hoc ministeriũ
 præbeant. In ciuitatibus enim rectè institutis
 id agunt homines quidam imbecilles corpore,
 & ad aliud opus inutiles, qui illic constituti
 circa forum, partim quidem argento commu-
 tant cū his qui aliquid vendituri sunt, partim
 res dant pro argento his qui empturi. Hæc er-
 go necessitas nobis cauponum genus in vrbe
 procreat. An non caupones eos vocamus, qui
 se in foro ad venditionem, emptiõemque cõ-
 stituunt? Qui verò ad alienas vrbes migrant,
 mercatores? Proculdubio. Sunt & alii præ-
 terea, vt arbitror ministri, qui cum huic soci-
 tati parum animi viribus conferre possint, ro-
 bur corporis sufficiens ad labores habent. Isti
 ergo roboris vsu vendentes, quia ipsum præ-
 mium mercedem appellant, mercenarii nuncu-
 pantur. Nonne ita? Ita prorsus. Complementũ
 itaque ciuitatis & mercenarii sunt. Videtur.
 Nunquid, ô Adimante, ita iam à nobis ad-
 aucta est ciuitas, vt sit perfecta? Fortasse. V-
 binam in ipsa, iustitia erit & iniustitia, & cui
 simul ianata atque insita ex his rebus quas tra-
 ctauimus? Equidem, ô Socrates, nescio, nisi for-
 tè consistant in mutuo quodã usu eorũ que di-
 ximus. Forsitan inquã, bene dicis. Consideran-
 dũ tamen, neque desistendũ. Et primũ quidẽ
 intueamur qua ratione victu vtentur, qui ita
 instituti sunt ciues. An non cibos parabunt, &
 vinũ, & vestes, & calceamenta, & domos? Æsta-
 te quidem plerunque sine veste, & sine calceis
 opus facient. Hyeme aut vestib. & calceis quã-
 tũ sat est, induti. Nutrientur aut ex hordeo &
 fru-

*Caupones
 cur necessa-
 rii in ciuita-
 tibus.*

frumento farinam conficientes, & partim qui dem pinſendo, partim [addito fermento ſub-
 igentes] placentas egregias panéique ſuper ca-
 lamis, aut paris foliis imponentes, in lectif-
 que ex herbis ſmilace atque myrto factis,
 diſcumbentes, commellabuntur ipſi & eorū
 filii, bibentes vinum coronati, & deos lau-
 dantes, iucundè ſimul viuent, nec ultra
 cenſum filios generabunt, cauentes pauper-
 tatem aut bellum. ^a Ei Glauco reſpondens,
 Sine obſonio, vt videtur, inquit, cōuiuantes fe-
 ciſti. Verū dicis, inquā. Oblitus enim hoc etā,
 quod habituri eſſent obſoniū, ſal videlicet &
 oleas & caſeū & bulbos: præterea holeria quaſi
 agrorū pulmēta coquent. Et bellaria ipſis ap-
 ponemus ficuū, cicerū, & fabarū, & baccas myr-
 ti, & fagineas glandes prunis torrebunt, mode-
 ſtè bibentes. Sicque quietè & ſalubriter viuē-
 tes vt pat eſt, ſenio conſecti aliam cuiſmodi
 vitam poſteris ſuis relinquent. Si ſuiſus, ō So-
 crates, ciuitatem inſtituiſſes. quā nā alia ipſis
 cibaria præparaſſes? Quid ergo agendū? Glaucō.
 Quod multi ſolent, inquit, ſuper thoris di-
 ſcumbendum, niſi miſerè velimus viuere, epu-
 liſque ex menſa veſcendum: obſoniſque & bel-
 lariis, quibus his tēporib. vtūtur. Eſto Glaucō,
 inquā ego. Intelligo: non .n. urbē, vt videtur,
 conſideramus ſolum quomodo fiat, ſed deli-
 catam urbem. Fortaſſe igitur non malè ſe ha-
 bebis. Hāc enim intuentes, forſitan de præhen-
 demus ubinam inſtitia & iniuſtitia ciuitatibus
 innāſcantur. Vera vtique mihi ciuitas eſſe vi-
 detur quam diximus, tanquam ſana. verū ſi
 vultis, ciuitatem quoque turgidā ſeu ^a tume-
 ſcentem conſideremus. Nihil enim prohibet.
 Profectò hæc, vt videtur, quibusdam nequa-

ciuitate re-
 bus & artiſi
 cibus dunt a
 xat neceſſa-
 riis conſtan-
 te, inueſtiga-
 turus dein-
 cept Socrat.
 quomodo in
 eiſmodi ci-
 uitate inge-
 neretur iuſti-
 tia vel iniu-
 ſtitia, tradu-
 citur à Glau-
 cone, ad de-
 ſcribendam
 & delineam-
 dā ciuitatē,
 qualem cor-
 rupti homi-
 num mores
 ferāt delica-
 tam nempe
 comptam,
 turgidam
 multiſq; re-
 bus & artiſi
 cibus non ad
 neceſſitatem
 ſed ad luxū
 delicias &
 voluptatem
 comparatis,
 redundantē.
 φλεγματικῆ
 οὐρα.

quã efficiet. atq; hic victus non placebit, sed & thori addentur & mensæ, & alii apparatus, & vasa, & obsonia, vnguentaque, & suffitus, scortata aromata, condimenta oblectamentaque, singulãque horũ omnis generis. Neq; solũ ea quę supra retulimus, necessaria ponenda sunt, domus, vestes, & calcei: sed addenda rursus pictura, & varietatis artificia, aurum & ebur, cęteraque eiusdem generis omnia. nõnne? Omnino, inquit. Nõnne igitur maiorẽ ciuitatem oportet constitui? Illa enim sana non amplius sufficiens est, sed mole quadam & multitudine replenda est, eorum qui non amplius necessitatis causa in ciuitatibus sunt: quales sunt venatores omnes, & mimi, imitatoresque partim circa figuras atque colores, partim circa musicã, poëtã scilicet, eorũque ministri thapsodi, recitatorũque carminũ, actores, cantores, saltatores, operũ publicorũ tedẽptores, & apparatus instrumentorũmq; variorũ artifices, tũ aliarũ rerũ tũ earum quę ad muliebrẽ mundum pertinent. Quinetiã ministris pluribus indigebimus. An non opus esse tibi videtur pedagogis, nutricibus, educatoribus, compticibus, torsoribus, & iis qui obsonia & culinam parent? præterea & subulcis egebimus. hæc enim nobis in priori ciuitate non erant: non enim erat opus. In hac autem & hæc, & aliis escis cõpluribus ex animalium carnibus indigebimus, si quis illis vescitur: an non? Quidni? An non & medicis indigebimus multo magis ita viuẽtes, quã vt antea dicebamus? Valde quidem. Atqui & regio, quę tunc eos homines sauẽ comode alebat, ex copiosa parua erit. Aut quo modo dicimus? Est vt dicis. Nõnne igitur de finitimorum regione nobis aliquid viurpabimus,

bimus, ut satis agri habeamus ad pascendū atq;
 arandum, & finicimi quoque de nostra, si & il-
 li ad cumulū diuitiarū se conferant infinitū,
 necessitatis terminos excedentes? Admodū ne-
 cessē erit, ō Socrates. Pugnabimus ergo? vel
 quid agemus? Pugnabimus. Atque nondū dici-
 mus, quid aut mali, aut boni bellū afferat: sed
 hoc solū, quòd originē bellorū inuenimus: ex
 quibus cū eueniūt, & publicē & priuatim ma-
 gna vrbē calamitates inuadunt. Sic proliis ac-
 cidit. Igitur & maiore ciuitate opus est ad ex-
 ercitiū maximū comparandū, qui ob ea quę di-
 cta sunt, incurrentibus hostib. obuius sit. Non-
 ne ad pugnandū isti sufficiunt quos narraui-
 mus? Non: siquidē tu atque nos omnes rectē
 superiora concessimus, cū vrbē cōstituentes,
 in hoc conuenimus, impossibile est vnū plures
 artes bene exercere. Vera loqueris. Certamen
 bellicū nōne artificiosa facultas est? Est, & ma-
 ximē quidem. An igitur de coriaria magis,
 quàm de bellica est curandum? Minimē. Pro-
 hibuimus autem ne coriarius opera simul ag-
 gredereur agricolæ, vel textoris, vel archi-
 tecti, & in sua duntaxat arte versari percepim-
 us, ut opus ipsius quàm optimē nobis con-
 ficeretur: singulisque aliis singula pro cuiusq;
 ingenio tribuimus, ut quisque id vnū ad quòd
 natura ducit, aggrederetur, otiumque à cæteris
 agens, & temporis opportunitate seruata, opti-
 mē illud efficiat. ^b An verò parum interest, v-
 trū bellica rectē peragātur, necne? An fortē vs-
 que adeò facile hoc studiū, ut possit quis belli-
 cosus simul vir esse & agricola, vel coriarius,
 vel aliquis alius artifex? Iusor autem talorum
 vel alearū, nullus quidē idoneus esset, ni à pue-
 titia studium illi arti adhibuisset, sedulusq; in-

*Belli neces-
 si as qua &
 unde in ciui-
 tate malè fa-
 na & tumē-
 te.*

*b Quanto
 studio, & di-
 ligentia ars
 militaris ad-
 discenda, tra-
 ctanda & ex-
 ercenda à na-
 turā idoneam
 & delictū
 ad eā rem.*

cubisset? Et scutum quidem accipiens, vel alia quædã militaria arma & instrumenta, vno die idoneus miles erit in quouis certandi genere: aliorum autẽ instrumentorũ nullũ aliquem artificem faciet, vel athletã, neque vile erit illi qui in eo studio peritus non fuerit, & satis cõmodè exercitatus. Pretiosa inquit, admodũ instrumenta essent. Nõne quantò magis custodia opus est, tantò maiori otio indigebit, artẽque & exercitatione maiorẽ? Ita existimo. Nõne & natura ad studiũ ipsum idonea? Quidni? Nostrũ igitur erit officiũ, vt videtur, quoad fieri possit, deligere, quæ & quales naturæ idoneæ sint ad urbẽ custodiendã. Nostrũ planè. Per Iouẽ, non humile negotium sumpsimus: non tamen est formidandũ, quatenus vires sapperunt. Nõ certè. Existimã sine differre naturã generosũ canis, & generosũ adolescentis ad custodiã agendã? Quid ais? Vtrunq; ipsorũ sagacẽ oportet esse ad sentiendũ, & velocẽ etiã ad insequendũ, atque robustũ, cũ afsecutus fuerit, ad pugnãdũ. Opus certè est omnibus istis. Atqui audax & fortis sit oportet, si quidẽ bene pugnaturus sit. Quidni? An verò fortis erit & audax qui iracundus non sit, siue equus, siue canis, seu quoduis aliud animal? An non animaduertisti inexpugnabilem inuictãque esse iram? qua præsentẽ animã omnĩs intrepida ad omnia est & inuicta? Animaduerti. Manifestum est qualem corpore custodem esse oportet? Manifestum. Quinetiam qualem & animã, scilicet iracundum. Et hoc. Quomodo ergo, ô Glauco, asperi & aggresses non erunt aduersus se inuicẽ ciuẽsq; alios, cùm tali natura prædicti sine? Haud facile istud per Iouẽ. Veruntamen oportet erga suos man-

Qualis natura esse debeat eorum qui arti militari duntaxat vacaturi sunt, ad id opus electi, & custodes civitatis constituti.

fuetos, aduersus autē hostes, immites esse: alio-
 quin haud expectabunt donec ipsos alij per-
 dant, sed ipsi seipsos perdent. Sic accidet. Quid
 igitur faciemus? Vbinā mansuetū simul & ira-
 cundum ingenium reperiemus? Contraria nā-
 que iracundæ natura mitis apparet. Apparet.
 Verū qui alterutro horū carebit, custos bo-
 nus non erit. Hæc autē fieri non posse videntur.
 Atque ita sequitur, vt bonus custos inue-
 niri non possit. Videtur vt dicis. Et ego hæsi-
 tans, mecūmque ipse animo superiora reuol-
 uens, Merito, inquam, dubitamus amice. Nam
 ab ea quam supra induximus, cōparatione di-
 gressi sumus. Quo pacto id ais? An non inue-
 nimus tales qualdam esse naturas, quales mini-
 mē putaueramus, habentes hæc simul in se cō-
 traria? Vbinam? In aliis animalibus hoc vtique
 videre licet, & non minimē in eo, cū quo no-
 strum custodem comparabamus. * Nocti enim
 generosi canis hunc à natura morem esse, vt
 aduersus familiares & notos mitissimus sit, cō-
 tra verò aduersus ignotos. Noui certè. Ergo
 neque impossibile est, neque præter naturam
 quod quærimus, talē videlicet esse custodem.
 Sic apparet. An videtur præterea tibi opus ef-
 se, vt qui futurus sit custos ad ferocitatem illā
 addat vt natura philosophus sit? Quomodo
 istud ais? Non enim intelligo. Atqui & hoc in
 canibus intueri licet, quod quidem in bestia
 dignum admiratione sit. Quale istud? Quem
 enim ignotum viderit, grauitè fert, & si nihil
 mali ab eo sit perperissus. Noto autē blanditur,
 quāuis nihil boni ab eo susceperit. An nouidū
 hoc admiratus es? Haud valde hucusque ani-
 maduertit, quod autē hoc facit, manifestū est.
 At enim videtur hic natura ipsius affectus

* Custodes eō
 tutati e ani-
 bus similes
 esse debent.

ingenuus, ac verè philosophicus. Qua ratione? Quoniam aspectum nulla re alia amicū & inimicum discernit, quàm quòd hunc quidē nouit, illum autem ignorat. Nōne igitur meritò dicendum erit discendi cupidum, atque studiosum, quòd cognitione & ignorantia discernit domesticum ab extraneo? Erit. Quidni? Porto discendi studiosus & philosophus. Idem. Cur igitur audacter non ponamus & in homine, siquidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophū ipsum esse, & discendi cupidum oportere? Ponamus. Philo-
 sophus igitur, & iracundus, & velox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus. Sic est omnino. Talis itaque custos sit. At quo pacto nutrietur à nobis, erudienturque custodes? Atque hæc consideratio nunquid nobis conferet ad id, cuius gratia consideramus omnia, competendum, quomodo scilicet in ciuitate iustitia insit & iniustitia? Id certè cogitandum est ne forte vel necessaria dimittamus, vel superuacua prosequamur. Reor equidem, inquit Glauconis frater, disceptationē hanc summopere ad id quod nobis propositum est, conducere. Ita & ipse per louem, & amice Adimante, existimo. Non igitur desistendum, neque etiam si hæc longiora essent. Non certè, inquit. Age itaque quemadmodum in fabulis otium agentes con-
 fabulantēque, oratione hos homines instrua-
 mus. Nempe sic decet. ^b Quæ igitur erit di-
 sciplina? Num difficile erit inuenire melio-
 rem illa, quæ hæcenus longo tempore est in-
 uenta? est autem hæc ad corpus quidem per-
 tinens gymnastica, ad animū musica. Est pla-
 nè. An non à musica eruditio hæc prius quàm

^a Custos ci-
 tatis debet
 esse Philoso-
 phico inge-
 ma.

^b Qualis à
 pueritia de-
 beat esse edu-
 catio & in-
 stitutio mili-
 tu & custo-
 du ciuitatis.

à gymnastica, incipere debet? Certè. Cùm musica dicis sermones etiã ponis, necne? *Non.* Oratiois autem species duæ, vera & falsa. ita est. Erudiendus utique in utraque cultus futurus, priùtque in falsa. Haud intelligo, inquit, quid dicas. Nescis quòd pueris fabulas prius narramus? hæc autem, ut simpliciter dicã, falsa sunt, insunt tamen etiam vera. prius autẽ fabulis ad pueros quàm gymnasiis utimur. Est ut dicis. Hoc ego volebam, cùm dicerem attingendam esse prius musicam quàm gymnasticam. Probè. An nescis in ynaquaque re maximum quid principium esse? præsertim iuveni & tenero cuique. Maximè enim tunc formatur, induiturque figura quam quis vnicuique imprimere vult. Omnino quidem? An adeo facile permittemus quilibet fabulas à quibuscunque fietas audire pueros, animis que imbibere opiniones ut plurimum contrarias illis, quas cùm adoleuerint, habere illos debere existimamus? Nullo modo id permittemus. Primùm igitur, ut videtur, fabulatũ ficto-ribus præficiendi sunt, qui si quã bonam fabulam fecerint, eligant, reliquas autem abiciant. Quas denique elegerint, per nutrices, & matres pueris narrandas curadimus, ut ipsorum animi fabulis multò magis informetur quàm corpora manibus. Ex his verò quas nunc recentent, multæ erunt abiciendæ. Quales, inquit. In maioribus, inquam ego, planè minores videbimus. Oportet enim eandem figurã esse, eandemque potentiã, & maiorum patite, & minorũ. An non censet? Censet equidem. Verùm quas maiores appelles, nequaquã intelligo. ^b Quas Hesiodus & Homerus reliquique poetæ scripserunt. hi nãque hominib.

^a Cum à fabulis inuicè ducatur educatio & instructio pueri fabularũ est delectatio adhibenda.

^b Fabula Poetarum quæ de diis indigna reserunt ab adulescentiũ auribus procul amouenda.

falsas fabulas effinxere; quæ quotidie circumferunt. Quas fabulas dicis? quidve in ipsis damnas? Quod & primò & maxime damnum oportet, præsertim cum aliquis non bene mètur. Quid istud? Quando quis verbis malò fingit, quales dij & heroes sint, instar pictoris nulla ex parte similia figurâs ad ea quæ imitari conatur. Atqui talia meritò vituperantur. Verùm quomodo & qualia dicimus? Primum quidem & maximum, & de maximis rebus mendaciù, quod non probe mentitus est Hesiodus, quando gesta illa à Cælo fingit, additque quemadmodum Saturnus eum punit, quæue egit Saturnus recenset, & quæ à filio perpeffus est. Quæ quidem etsi vera essent, non tamen putarem tam apertè ad homines mentis inopes, adolescentèsque proferenda, sed tacenda potius. Sin autem necessitas adesset loquendi, in arcanis audienda paucis non porcum sacrificantibus, sed pretiosam quandam rarâmq; victimam, vt quàm paucissimos audire contingat. Profectò duri sunt hi sermones. Neque dicendi, ô Adimante, in ciuitate nostra. Neque dicendù iuueni audienti, quod qui iniquissima facinosa perpetrat, nihil mirum committat: aut qui peccantem patrem supplicio afficit, non multùm præuaricetur: imò faciam quod primi maximique deorum fecerunt. Non per Iouem inquit. Nam neque mihi quidem digna hæc videntur, quæ dicantur. Neque omnino quòd cum diis dij bellum gerant, insidiètur & pugnèt. Neq; enim verum siquidè oportet futuros apud nos ciuitatis custodes, turpe putare inter se dissidere. Quare nec vllò pacto narrandù illis gigantù bellum, præliæve permulta deorù & heroum cognatis

suis proximisque illata: sed si quo pacto persuasuri sumus, nullum unquam civem civi aduersatum esse, neque esse hoc sanctum, talia quædam potius & pueris statim, & adolescentibus à senioribus aniculisque narranda sunt, cogendisque poetæ, ut ad hæc fabulas suas dirigant. Vincula autem Iunoni à filio iniecta, & Vulcanum cælo à patre deiectum, cum ille matri verberatæ subuenire vellet aut deorum pugnas quas Homerus scripsit, minime in civitate recipere debemus, siue per * allegoriã dicta hæc sint, siue sine allegoria. non enim adolescens hæc dignoscere potest, sed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, difficilimè elui euellique consueverunt. Quorum fortè gratia danda omnino est opera, ut hæc fabellæ quas primas audient, optimè institutæ ad virtutem sint. Non est procul à ratione quod dicitis. Verùm si quis interroget hæc quæ sint, & cuiusmodi fabulæ, quidnam dicemus? Tum ego, O Adimante, inquam, poetæ quidem nos in præsentia neque ego, neque tu sumus, sed civitatis institutores: hos autè nosse oportet figuras in quibus fingere poetæ fabulas debeant, quas si excesserint, fabulæ huiusmodi permittendæ non sunt. Neque tamen ad civitatis institutores pertinet fabulas fingere. Rectè inquit. Sed hoc mihi declarata, quales istæ circa theologiã figuræ? Tales quædam inquam ego, qualis ipse Deus est, talis semper est describendus, siue carminibus describatur, siue canibus, siue etiã tragedia. Ita decet. Nonne bonus & ipse Deus est, & ita dicendū? Proculdubio. Atqui nullum bonum noxium est. An non? Nullum, ut arbitror. Quod innoxium est, nunquid nocet? Nequaquam. Quod non

* *Ἰπποκρίτου*
obscuri & latentis cuiusdã sensus involucrum.

a *Qualis Deus est natura sua, talis describendus est veris que & natura ipsius consentaneis opinionibus. de illo nõ solum adolescenti, sed cuiusvis ætatis hominis animus fit imbuendus.*

*Dei boni
duntaxat
auctor nun-
quam mali:
quod si pau-
nas scelerata
su immisit,
non sunt illa
pœna mala,
sed bona qua
profunt illis
quib. immis-
suntur.*

Iliad. ω.

Iliad. δ.

Iliad. υ.

nocet, nunquid malum facit? Neque istud
quidem. Quod autem nihil mali facit, nul-
lius mali est causa. Nullius. Item, nonne con-
ducibile bonum est? Prorsus. Ergo bene feli-
citerque agendi causa est. Est: Non igitur
omniū causa bonum est, sed eorum quæ bene
se habent causa: eorum verò quæ malè nequa-
quam. Sic est omnino. Non igitur Deus,
quum bonus sit, omnium causa est, ut multi
dicunt, sed paucorum quidem hominibus in
causa est, multorum verò extra causam. Mul-
tò enim pauciora nobis sunt bona quàm ma-
la. Et bonorum quidem solus Deus causa est
dicendus. Malorum autem quamlibet aliam
præter Deum causam quærere decet. Verissi-
ma loqui mihi videris. Neque Homeri igitur
neque alterius poetæ admittendum est
peccatum, stultè de diis dicentis, *in Iouis limi-
ne duo iacere dolia plena sortibus, bonu unum,
mali alterum. Cùmque ex his Iupiter inuicem com-
mixtu impertit alicui, alias huic bene, alias malè
est.* Cui verò ex altero datur, *hunc vesana fa-
mes super terras exagitat.* Neque verò admit-
tendum est, Iouem nobis dispensatorem
esse bonorum atque malorum. Confusio-
nem verò iuramentorum induciatūque à
Pandaro factam, si quis per Iouem & Miner-
um factam fuisse dixerit, nequaquam lauda-
bimus, neque deorum controuersiam, & iu-
diciū per Themim atque Iouem. Neque
quod dicit Æschylus, adolescentes audiant
Deum mortalibus causam præbere, quando
vult funditus domum subuertere. Verum
si quis iambica inducat, in quibus quæ Niobe
acciderunt referantur, vel Pelopidis, vel
Troianis, aut aliquid huiusmodi, vel sciendū
non

non est cum dicere, hæc Dei esse opera, vel si Dei sunt, inuenienda est in his ea quam nunc quærimus ratio, dicendumque Deum quidem bona iustaque egisse, atque eos puniendo iuuisse. Quod verò miseri sint qui pœnas pendunt, sitque Deus qui sic affligit, poetam dicere non est permittendum. Sed si diceret malos homines, utpote miseros, pœnis egere, easque soluentes à Deo iuari, permittendum. Malorum autem alicui causam esse ipsum Deum, quum bonus sit, refellendum est omnino, neque permittendum hoc quenquam dicere in sua ciuitate, si bonis institui legibus ciuitas debet, neque insuper quenquam audire, siue sit ille iunior, siue senior, siue carminibus hæc inferantur, siue soluta oratione narrentur, tanquam quæ neque dicta sancta sint, neque nobis vtilia, neque inter se consona. Assentior tibi hac in lege ferenda, mihi nempe hæc placent. Hæc itaque vna sit lex atque figura ex his quæ circa deos ferendæ sunt, in qua cogitatur vnusquisque & dicere, & inducere Deum non omnium causam, sed bonorum. Sufficit, Quid autem hæc secunda? Num existimas præstigiatorum esse Deum, & tanquam ex insidiis aliàs alias sub species apparere? & aliàs quidem in multas formas

Deum nequaquam se in varias formas & species vertit.

speciem suam mutantem, aliùmque effectum, aliàs autem nos decipientem, vanasque de se nobis imagines offerentem? vel simplicem potius minimèque omnium sua ex specie discedentem? Nescio quid in præsentia de his dicam. Quid autè hoc? Nonne necesse est si quid à specie sua discedat, vel ipsum à se mutari, vel ab alio? Necesse. Haudquaquam ab alio quæ optimè se habent, mutantur atque vertuntur.

quemadmodum corpus à cibis, & poculis, & laboribus, & plantaria omnia ab æstu, tempestatibusque ventorum, & huiusmodi passionibus, ubi quod integerrimum est, & robustissimum minimè permutatur. Ita certè. Nonne animum quoque fortissimum, & sapientissimum externa perturbatio minimè permutaret? Sanè. Quinetiam composita omnia vas, ædificia, vestimenta eadem ratione bene constructa, ac bene se habentia minimè vel tempore, vel passionibus aliis immutantur. Est ut dicis. Quicquid igitur bene se habet, vel natura, vel arte, vel utrisque, minimam per-

a Deus mutari non potest quia firma & optimè se habente constat natura.

b Si mutaretur Deus, in peius mutaretur, quod esset absurdum.

mutationem ab alio suscipit. Videtur. ^a At verò Deus ipse, & quæ Dei sunt, omni ex parte quàm optimè sese habent. Quidni? Hæc igitur ratione minimè formas plures Deus susciperet. Minimè. Nunquid autem se in se verteret mutaretque Deus? Manifestum hoc est, siquidem mutaretur. ^b Verùm igitur in melius, & pulchrius, vel in peius ac turpius seipso? necesse est in peius, si modò mutatur. Non enim indigum pulchritudinis & virtutis esse Deum dicimus. Rectissimè loqueris. Verùm cum hæc ita se habentis credisne, ô Adimante tu, sua sponte aliquem, siue Deum, siue hominem deteriolem se facere? Impossibile certè istud. Impossibile igitur Deum mutare se velle. Sed ut videtur, pulcherrimus optimusque cum sit deorum quisque, quo fieri potest, omnes sua in forma sempiterna & simplici permanent. Necessarium esse omnino hoc arbitror. Nullus igitur poetarum nobis, ô vir optime, dicat, *deus in spiritibus similes variis in formis urbes adire*. Neque aliquis de Proteo, & Thetide similia mentiatur. Neq; in

Odyss. 7.

tragædia

et agædiis, aut aliis poematis inducat Iuno-
 rem in sacerdotis speciem permutatam. Ina-
 chi Argivi fluminis filius vitæ donatis munera
 colligentem: ceteraq; talia nemo audeat fin-
 gere. Neque matres vanis his fabulis pueros
 terreat, deos quosdam nocte vagari peregrin-
 nis quibusdam, variis sub formis, per similes, ne
 simul & in deos malè dicant, & ipsos pueros
 timidiore reddant. Nullo modo. ^a At verò
 nonne dii ipsi immutabiles sunt, sed quibus-
 dam præstigiis nos decipientes varias in for-
 mas mutari videntur? Forsitan ita. Quid ve-
 rò, mentitine Deus vult, aut verbis, aut re
 falsam obiectans imaginem? Nescio istud. An
 nescis quod ipsum reuera mendacium, si mo-
 dò dici id potest, omnes homines dique o-
 derant? Quid istud ais? Sic inquam. Nullus
 enim sponte vult ipso quodam sui præcipuo
 præstantissimòque, & circa res præcipuas
 præstantissimâq; mentiri, sed summopere il-
 lud ibi mendacium timet. Ne nunc quidem
 intelligo. Puras me magnam aliquid dicere.
 Ego autem dico quòd ipsa anima circa res i-
 plas mentiri, & mentitum esse, & inscicia
 falli, atque in ea habere accepissèq; menda-
 cium, nullus vnquam cuperet. Mendaciù quip-
 pe habere in animo summopere omnes ode-
 rant. Summopere. Atqui rectè quod modo di-
 cebam, hoc reuera mendacium vocaretur, bin
 animo mentientis inscicia. Quoniam quod est
 in sermone mendacium, imitatio quædam est
 passionis eius quæ est in animo, & posterius
 procedens simulachrum, haud omnino pu-
 rum mendacium. Nonne ita? Ita prorsus. I-
 psam itaque reuera mendacium non solùm
 diis, sed hominibus etiam est odiosum. Mihi

^a Sed neque
 Deus ipse in
 se immuta-
 bilis variis
 spectris & i-
 maginibus
 ludit & fal-
 lit homines
 quia ipse
 mentiri nec
 scit nec
 vult.

^b Si homo sa-
 piens procul
 velit abesse
 à mendacio
 multò magis
 Deum.

*a Mendacium
quando uti-
le.*

quidem videtur. ^a Quid autem ipsum in ver-
bis mendacium, quandónam, & cui adeò v-
tile est, vt non sit odio dignum? Nónne ad-
uersus hostes, atque eos qui vocantur amici,
quando ob furorem atque aliquam inscitiam,
malum aliquod facinus aggrediuntur? Tunc
portò auertendi gratia tanquam medicina
quædam vtile est? & in his quas modò dice-
bamus confabulationibus, eò quòd non co-
gnoseamus in quo antiquarum rerum confi-
stat veritas, assimilantes veritati mendacium.
Ita enim maxime id vtile facimus. Sic est pror-
sus. Secundum ergo quid istorum, menda-
cium est vtile Deo? An quia non cogno-
scat vetera, sed veritatis imagine mentiatur?
Ridiculus istud quidem esset. Poeta igitur
mendax in Deo non est. Non mihi videtur.
An metù hostium mentietur? Longè abest. An
propter familiarium dementiam atque insa-
niam? At nullus stultorum & insanorum,

*b Deo nõ est
causa cur
mentiri ipsi
aliquando
expediat.*

*c Conclusio
& comple-
tio breui eo-
rum qua no-
bis de Deo
credenda
sunt.*

Deo amicus est. ^b Non igitur est cur Deus
mentietur? Non. Ergo omnino sine menda-
cio est deorum dæmonumque natura. Omni-
no. ^c Quare & simplex omnino Deus, & ve-
rax dictis ac factis neque mutatur ipse, neque
alios decipit, neque per visiones, neque per ser-
mones, neque signis immittendis, neque no-
bis dormientibus neque vigilantibus. Ita quo-
que mihi ipsi te dicente videtur. Concedis er-
go hanc secundam esse figuram, in qua oportet
de diis ita dicere, & fingere, tanquam qui
neque præstigiatores sint, neque se mutant,
neque mendacium nos, aut dictis, aut factis, se-
ducant? Concedo. Multa igitur ab Homero di-
cta laudantes, somnium ab Ioue Agamemno-
ni missum nequaquam laudabimus. Neque

Iliad. B.

Ælchi-

Æschilū, cūm Thetidem inducit dicentē, quod Apollo in eius nuptiis cecinerat, bonā Thetidū stirpē fore longēq; auam, morbisq; intactā dicens. Fortunas meas Deo amicas fore, & lætitiā me laudationib. suis affecit. Atq; ego o; Phœbi sperabam diuinū, veridicū futidicūq; esse. Ipse verò idem qui laudabat, in mersa & ipse disci ūbens, ipse hæc fatus, ipse idē meum filiū interfecit. Talia quædā quoties de diis dicentur, protinus reclamabimus, exhibabimūsq; neq; permittemus, vt ludorum magistri ad iuuetutis disciplinā istis vtātur, si custodes apud nos pij atq; diuini, quoad homini possibile est, futuri sunt. Accipio, inquit, equidē hanc formā, p̄tōq; legibus vbiq; vtat.

DIALOGVS TER- TIVS DE REPVBLI- CA: VEL DE IVITO.

Marsilij Ficini Argumentum.

Dialogus tertius custodum educationem in secundo inchoatā proseguitur. Atque sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaq; de diis, ita hic vetat tragica audire de inferis, quæ reddere illos possint timidores. Itē & comica, quæ effusiores concitant risum. Tam. n. mollis euadit, qui quotidie in lachrymas risu profusiore resoluatur, quā qui dolore lachrymare cōpellitur. Quoniam verò non solum procul à timiditate custodes arcendi sunt, verū etiā ab inēperantia & auaritia, atq; iniustitia ideo rursus audiri vetat carmina poetarū, quibus vel deorū, vel heroum magnorūq; virorū libidines, rapina, iniquitatesq; finguntur. Hac autē educatio militarū

omnib. ferè ciuibus est aequè cõmunu. Inter hæc quæ
 de mendacio dicit attende. Mendaciũ ciuitatũ caba-
 mitat est, videlicet quãdo priuati inter se mentiun-
 tur, maxime verò si magistratib. mentiantur. Per-
 inde ac si agroti medico, vel natura mentiantur gu-
 bernatori. Licet autem gubernatorib. interdum uti
 mendacio salutis publica gratia, & priuato quãdo-
 que erga priuatũ, solim gratia mali cuiusdã gra-
 uis mi deuitandi. Licet & cõfabulari moderatè de
 rebus antiqui, quarum veritas ignoratur, & quasi
 per imagines, quasdã res illas, quarũ certã formam
 vix habemus, effingere. Proinde orationem in species
 tres distinguit. Aut n. simplex narratio est, aut imi-
 tatio simplex, aut ex vtrisque permixta. Omnè verò
 sermonẽ reprobat, quã vilissima quaque refert abs-
 que delectu, & agit hominẽ perturbatum. Quisquis
 enim diu studiose aliquid imitatur, in eius transit
 naturam. Quocirca poetam perturbatos animos a-
 crius imitantẽ, tanquã iuuentuti noxium iubet vel
 mutato stylo constantem habitũ imitari, vel ex urbe
 procul abire. Dicit quoque eum qui plura, vel imi-
 tãdo, vel faciẽdo pertractat, in singulis tandõ ita de-
 ficere, ut in nullo euadat egregius. Pergit verò dein-
 cept ex prima musica, id est, pœsi, ad sequentẽ, eã-
 que in tres distribuit species. Orationẽ, harmoniã, at-
 que rithmũ. Principio phtongũ musici vocẽ vocãt
 harmonicã, id est, consonãtia aptam, quæ neq, adeò
 grauis sit, ut nequeat ab eodẽ cantore grauior fieri
 neq, tam acuta, ut edi non possit acutior. Harmoniã
 quinde ex phtongũ cõstituit, congruã videlicet men-
 suram in excessu atque defectu grauium vocum, &
 acutarũ, atq, mediarũ. Sunt hĩc voces quatuor, gra-
 uis atq, acuta, & surgens in acutã, & declinans ad
 grauiẽ. Item prima proportionẽ quatuor, dupla inter
 duo atque unũ. Sesquialtera inter tria atque duo.
 Sesquitercia inter quatuor atque tria, Sesquicũta

inter nouem atq; octo. Proportionē duplam sequitur
 consonantia uocis octaua: Sesquialtera, quinta: Ses-
 quitertiam, quarta: Sesquioctaua deniq; tonus. Sed
 de his alibi diligentius. Accedit tertio loco rythmus,
 id est ordo quidam motionis, & temporū ut ex secu-
 do Legum percipitur. Postquam enim uoces har-
 monica quadam excessus defectūque mensura per-
 intent: anē remissionēq; conciliasti, opus est rythmo
 per quem uocum acutarū grauiū mediarum motus
 ac tempora metiaris, & in singulū, & inter singu-
 las. Motus dico blādiore, seuuiores, & medios. Tem-
 pora dico longiora, breuiora, equalia, per accentus
 longos breuesque & medios. In his nota basem vo-
 cabulum esse diuersum: nam ut res exigit significat,
 fundamentū, sed empondus, progressūque & ter-
 minum. Prater hæc considerandi sunt nouem conso-
 nantia, & dissonantia cōmunissima gradus. Primus
 in ratione, id est opinio cum ipsa rei ueritate con-
 sentiens. Cuius contraria est opinio falsa à ueritate
 dissentiens. Secundus in imaginatione. Cuius conso-
 nantia est consecutio rationū. Dissonantia uerò pro-
 secutio externorū. Tertius in affectu uel temperan-
 ter rationē sequente, uel imaginationem interpre-
 tante. Quartus in sermone decoro, uel indecoro, qua-
 tenus uel rectam rationem, uel imaginationem tu-
 multuariam sequitur. Quintus in cantu. Cuius conso-
 nantia est decorū imitari sermonem, dissonantia in-
 decorum. Sextus in sono cantum aliter uel aliter i-
 mitante. Septimus in saltu concinno, uel incon-
 cinno, ad choream pertinente. Octauus in quadam
 membrorum corporisq; totius compositione, tam
 sp. Faculo grata, quam exercitio gymnastico propta.
 Nonus in artificiosis cuiuslibet artū operib. musica
 quadam proportionē compositis. Hi nouem gradus
 Musas tibi referat nouem. Memento uerò optimam
 omnium harmoniam esse animi temperantiā. Quam

& sequentes cetera imitantur, vicissim cum frequenterantur, auget. Quapropter iubet eas duratim consonantias exerceri, audiri, Spectari, quæ habitum mentis constantem referant, non superbia elatum, non iracundia offeratum, non voluptate molitum atque resolutum, non fractum dolore, non misericordia, vel indigentia querulum. Probat ergo concentum grauem atque conflantem, improbat autem extremos, id est concitum atque mollem: damnat quoque multiplicem, laudat præ ceteris simplicem. Plurimum verò in animum posse iudicat harmoniam. Si quidem harmonia quadam diuina sit animus, cælestique harmonia aliquando, ut Platonicè dixerim, assuetur. Rursus harmonia quadam consistit corpus, conflatur & Spiritus. Præterea consonantia vocum aer aerum spiritum motu penetrans, affectumque canentis & animum secum transferens, audientis affectum mouet affectum & animum affectu animo sensumque mores infundit. In omnibus animaduerte quam non civilis solum, sed etiam religiosam admodum obseruantia Plato suam erudiat civitatem: semperque quod & præcipit in Politico, temperantiam cum fortitudine misceat. Denique quam turpem, quam dissonantem esse censeat veneream voluptatem, ideòque ab amore legitimo procul eam segreget: pulchra semper & consona solum desiderante. Primum verò de Musica tractat atque gymnastica maximi enim momenti erant: omnes enim in his incumbere, debentque incumbere. Illa enim animum spiritumque, hæc corpus animi gratia mirificè format atque componit. Addit, non ex corpore bono bonum animum, sed ex animo bono corpus fieri bonum. Subiungit simplicem musicam animi, vitiumque simplicem corporis sanitati prodesse, multiplicem verò vitisque nocere, hominesque dum sobrii vixerent, non indiguisse medicorum auxilio physico.

ficorum. Damnat superstitiosas corporis observatio-
nes circa victum, atque medelas. Signumque pra-
cipuum civitati male insituta dicit esse, si diligenti
medicorum iudiciumque indigeat opera. Describit
medici iudicijque officium & iudicem eligit inge-
nio bonum, prudentem, senem, multos homines & bo-
nos & malos expertum. Asserit pravitatem, quasi
privationem quandam neque se neque virtutem co-
gnoscere. Virtutem vero quasi habitum, per se so-
lam cognoscere se, per se quoque addito rerum usu
de vitio iudicare. Meminisse vero semper oportet,
Platonem non solum hic, sed etiam in Legibus, &
Politico, & Protagora confirmare nihil magis neces-
sarium esse omni quidem viro, praecipue vero civili
atque philosophico, quam complura ex fortitudine
pariter temperantiaque constitam: ut per illam
alta petantur, per hanc non spernantur humilia &
utrinque nihil unquam nimis aut audeas, aut me-
tuas. Per illam rursus privatas publicasque propul-
ses iniurias, per hanc abstinere ab iniuria. Per illam
ad honesta voceris, per hanc cohiberari a turpibus.
Quò fit, ut gymnasticam simul & musicam ad eua-
hac denique refrat, ut per illam fortitudo, non tam
corporis quam animi, per hanc temperantia compa-
retur. Iubet autem ambo rite inuicem commisceri.
Siquidem sola gymnastica parit ferocitatem, musi-
ca sola molliciem, ambo vero fortitudinem atque
temperantiam. Ex eorum denique numero qui sic
educati sunt eligit & custodes, id est magistratus, &
defensores id est milites. Ad magistratum vero assu-
mi vult senes prudentes fortes, publici amatores bo-
ni, atque in hoc ipso per experientiam correptatos.
Probari item praecipit iuvenes in mediis volupta-
tibus & doloribus quo discernatur, utrum tempera-
ti fortesque sint, an contra: atque utrum sententiam
boni publici conservandi propter fallacias, aut rursus,

aut illecebras sint aliquando facile mutaturi. Dicitur
que ingenia hominum metalli similia esse dicit. &
aptum quidem ad gubernandum auro, aptum vero
ad militiam argento, ad episcopium vero, & agri-
culturam ferro & ari. tubus singula ingenia ad ista
quibus apta sunt conuerti: itaque gubernatorum fi-
lios interdum pro ingenio ad viliora, atque vicissim
inferiorum filios ad munera nobiliora similiter, Pro-
hibet quoque milites proprium aliquid possidere, ne
per auaritiam ex canibus conuertantur in lupos.



Hæc igitur sunt, ut mihi videtur
quæ de diis audienda aut non
audienda sunt ab ipsa statim pue-
ritia, his qui deos & parentes
honoraturi sunt, communem-
que amicitiam non parui facturi. Existimo,
inquit Adimantus, nobis sic rectè videri.

Quid autem his qui fortes futuri sunt? non-
ne ea discenda, quæ ipsos mortem minimè me-
tuentes reddant? an putas aliquem fortem
esse vnquam, qui hanc timeat? Minimè per-
louem, inquit. Sed & qui ea quæ de inferis
dicuntur credat, & terribilia esse existimet, pu-
tâne eum intrepidum ad mortem futurum,
in ipsâque pugna mortem seruituti & captiui-
tati præpositurum? Nequaquam. Oportet ita-
que nos, ut videtur, præcepta dare etiam his,
qui de his rebus fabulantur, precarique ne ita
omnino quæ apud inferos sunt vituperent,
sed magis laudent, tanquam neque vera dicant,
neque vtilia his qui pugnaces futuri sunt. O-
portet sanè. Delebimus igitur eiusmodi om-
nia ab hoc versu sumentes exordium: Mal-
lem equidem in re rustica conseruo inopi seruire,
quam defunctis omnibus imperare. Et illud De-

a Quib. præ-
ceptu imbue-
di sint ad
fortitudinē
animi milit-
um & custo-
dum ciuita-
tis deinceps
docet.

b Primū ab
illorum au-
rib. remouē-
das esse illas
voces, quib.
inferos & ma-
nes terros &
formidādos
reddunt p. e.
1a.

esse profecto mortalibus immortalibusque horribi-
 lu, vail inferensque videatur, quam etiam dij o-
 dio habent? & illud, O miseri nunquã tuam apud
 inferos anima atque imago? At verò mens adest
 nulla. & illud, Sole sapere: ceteri umbra volitât.
 Item, Anima soluta membris ad inferos volat, suã
 deplorans calamitatem, cuius & sortem & teneram
 atatem reliquerit. Item, Anima sub terras velu-
 ti sumus ciulans abit. Item, Quam admodum no-
 ãne vasto sub antro volantibus volanti postquam
 aliqua de ordine ceciderunt ex petra in qua cohe-
 rebant, sic illa simul stridentes ibant. Hæc utique
 & cetera talia, bona Homeri & reliquorum
 poetarum venia abiciamus, non quia poetica
 non sint, & apud multos auditu iucunda, sed
 quoniam quanto magis poetica sunt, tantò
 minus audienda pueris atque viris, quos libe-
 ros esse oportet, seruitutem magis quàm mor-
 tem timentes. Sic est omnino. Nonne insip-
 per nomina quæ his imposita sunt, horrenda
 terribiliaque abicienda sunt? Cocytos inquam,
 & Styga, & inferos, & mortuos, aliãque eius-
 dem generis nomina. Terrent vehementer
 quippe omnes quicumque audiunt. Ac fortasse
 ad aliud quippiam conferunt. Nos autem cu-
 stodibus nostris ab huiusmodi nominibus val-
 de meruimus, ne ex hoc pauore molliores
 quàm decet, reddantur. Et meritò formida-
 mus. Auferenda sunt igitur. Auferenda. For-
 ma verò his contraria dicenda, & inducenda
 est. Videlicet. ² Ergo lamentationes commi-
 serationesque illustrium virorum auferimus.
 Necessè est, si quidem etiam superiora. Con-
 templare igitur, rectène au contrà id facia-
 mus. Dicimusne moderatum virum modera-
 to viro amico suo mortem non grauem exi-

Iliad. 4.

Odyss. 2.

Iliad. 4.

Iliad. 4.

Odyss. 2.

² Deinde plã

sua & ciula

tus, quos ii-

dem poëta

tribuit he-

roib. & viris

fortibus.

stimaturum? Dicimus quidem. Non igitur in morte illius, tanquam gratia passi lamentabitur. Non Enim verò & hoc asserimus, hominem huiuscemodi seipso ab bene viuendum contentum esse, minimèque omnium alio indigere. Vera narras. Minimè igitur moleste feret liberis, aut fratribus, aut diuitiis, reliquisque huiusmodi priuari. Minimè certè. Itaque neque lamentabitur, sed moderatissimè feret, cù in aliquam huiusmodi calamitatè incidit. Certè. Meritò igitur clarorum virorum ploratus è medio tolleremus: relinqueremus autem mulieribus, neque his quidem bonis, ac viris insuper ignavis, vt dedignentur illi quos ad regionis custodiam educamus, similia istis facere. Probè. Rursus Homerum, & ceteros poetas orabimus, ne Achillem deæ filium nunc in latus cubantem faciant, nunc supinum, nonnunquam etiam pronum: aut exurgentem errare tristitia affectum in litore maris: aut vtraque manu ardentem puluerem capientem in caput fundere: neque alia eiularem, & lamentantem, quot & qualia ipse fecit. Neque Priamum, coram diis apparentem supplicantemque, & summo se prouoluentem, singulisque nominatim clamantem. Multòque magis Homerum eundem orabimus, ne in hunc modum plangentes inducat, Hei mihi miserè, Hei mihi quàm infeliciter optimum filium peperì. Quòd si quos deos, saltem non deorum maximam vsque a deò dissimili figura imitari audeat, vt eum ita inducat dicentem, Heu quàm charum mihi virum circa urbem meis oculis profligatum cerno. Vnde mihi cor mæret. Atque item, O me miserum, quandoquidem dilectissimum mihi

Iliad. α.

Iliad. σ.

Iliad. χ.

Iliad. ς.

Iliad. η.

Iliad. τ.

mihî omnium Sarpedonem farû cogit à Patro-
clo Menetide domari. Si enim ô amice Adi-
mante, studiose iuvenes hæc audirent, neque
ridicula putarent, tanquam præter dignitatem
dicta, nunquam cû se homines esse scirent, aut
illa se indigna existimarent, aut se continerent,
câm quid illi eiusmodi vel dicendam,
vel faciendum in mentem veniret. Quinimò
sine vilo vel pudore, vel tolerantia, in mini-
mis etiam quibusque iacturis, in maximos
ploratus eiularûsque erumpere. Vera in-
quit, loqueris. Neque verò id decet, vt ratio
nobis paulò antè dictabat: cui nisi quid me-
lius interim nacti fuerimus, credendum est.
Non decet profectò. Sed neque in risum ni-
miùm profusos non esse oportet. Nam ef-
fusum risum vehemens mutatio sequitur. Ita
mihî quoque videtur. Non igitur admitten-
dum est, quando quis summae autoritatis vi-
ros in risum solutos inducit, & multo minus
si deos. Multò certè minus. Ergo neque ab
Homero audiemus talia de diis: *Inextinguibili
visus dâs concitatus est, dum Vulcanum per ærum
properantem viderent, utpote qui claudus esset.*
Haud admittendum est hoc, secundum tuum
sermonem. Si meum vis sermonem hunc po-
nere, nequaquam admittere debet. ^bQuine-
tiam multi facienda veritas est. Si enim rectè
paulò antè dicebamus, & reuera diis inutile
est mendacium, hominibus autem pro medi-
camento est utile, nimirum publicis medicis
concedendum, priuatis autem hominibus mi-
nimè attingendum Patet. Igitur republicam
administrantibus præcipue, si quibus aliis, mè-
titi conuenit, vel hostium, vel ciuium causa
ad ciuium utilitatem. Reliquis autem à nra-

^a *Amonida
quoq; à iuue-
num aurib.
carmina il-
la, quib. im-
moderatus
& effusus ri-
sus Dîs &
heroibus tri-
buitur.
Iliad. a.*

^b *Priuatis à
médacio pe-
nitus absti-
nendum est,
Temp. verò
administran-
tib. est quò
permittitur
ipso vti.*

dacio abstinendum est. Sed aduersus huiusmodi principes priuatum mentiri, idem ac magis peccatum est quam agrotum mentiri erga medicum, vel se exercentem, erga ludimagistrum circa sui corporis vitia, vel erga nauis gubernatorem, de naue & nauis minimè vera dicere, quemadmodum vel sua cuique, vel sociorum sese res habeat. Vera narras. Si quidem ergo deprehenderis alium in ciuitate mentientem ex eorum genere qui artifices sunt, vatem videlicet, vel morborum medicum, vel lignarium fabrum, eum punito, tanquam rem quandam inferentem, ex qua ciuitatis ipsius, veluti nauis euersio & pernicijs sequitur. Sic planè agendum: si quidem sermone opera peraguntur. Quid præterea nonne temperantia nostris adolefcètibz opus erit? Absque dubio. *Temperantia autem nonne hæc talia quò ad subditos maxima sunt, vt videlicet obtemperet magistratibus: quò ad ipsos autem principes, vt ad rerum venerearum, e-pularumque, & comotationum vsu[m] continententes sint? Mihi sanè videtur. Hæc itaque talia bene dicta assènerabimus, qualia apud Homerum Diomedes ait. *Hæc age silentio confide, ac meis verbu[m] obtempera & alia hu[ic] similia Ibant robur spirantes Achivi silentio, duces t. mer. Et alia quæcunque in hanc sententiam dicuntur. Probè. Quid autem hæc? V. n. lente, canu[m] oculos habens cor autem ceruis: & cætera quæ sequuntur, & alia huiuscemodi priuatorum in superiores superbè ac iuueniliter dicta siue quis soluta in oratione, siue in poemate inserat, an rectè dicuntur? Nequaquam. Non enim existimo ad iuuenum temperantiam hæc, vt audiantur, conferre: nihil autem mirum, si quo modo*

*Iuuenes ad
temperantiã
cohortãdas,
qua voces
poetarũ p[er]
sunt qua no-
ceant.

Iliad. 9.

Iliad. 7.

Iliad. x.

modo delectent. Vel quomodo tibi videtur? Ita Quid autem? videturne tibi idoneum esse hoc iuueni ad continentiam consequendam? si quando audierit virum sapientissimum apud poetam ita loquentem, *Pulcherrimum omnium esse mihi videtur, cum plena sunt mense dapibus carnibusque. Vinum autem è cratere hauriens pincerna pocula infundit atque circumferi?* Vel illud, *Misererrimum esse fame perire, & sortem subire aduersam?* Siue cum dicitur Iouem cæteris tum diis, tum hominibus dormientibus, omnium quæ vigilando tractauerat, rerum venerarum cupiditate oblitum, & usque ad eò visa Iunone perculsum esse, ut * nec in cubiculum venire sustinuerit, sed ibidem humi congedi statim voluerit, dicens vehementiori se cupidine inflammati, quàm olim cum primùm clam parentibus inuicem congressi fuerunt? Siue cum narratur Martem ac Venerem à Vulcano *vinctos? & alia eiusmodi. Non per Iouem mihi videtur idoneum. Verùm sicubi modestè, & constanter virorum excellentium facta vel dicta narrantur, animaduertenda & audienda hæc sunt. Veluti cum dicitur, *Pellus percussioneor increpuit, dicens Perpetere, ô cor, nam longè alia grauiora tulisti.* Omnino sic est agendum. Neque etiam muneribus corrumpi ipsos ciues permittendum est, neque auaros esse. Nullo pacto. Non ipsis igitur canendum, *Munera crede mihi, placant hominèsque, diòsque.* Neque laudandus Phœnix Achillis præceptor, quasi probè locutus fuerit dum consuleret ipsi munera accipienti Achiuis auxilium ferre: non accipienti verò, ab ira nequaquam recedere. Neque rursus Achillem ipsum dignum existimabimus, consentientis que ad eò pecuniæ su-*

Odyss. 17.

Odyss. 11.

Iliad. 5.

* *σωφρονος*

Odyss. 5.

Odyss. 7.

Iliad. 6.

Iliad. 7.

pidum esse debere, ut ab Agamemnone reci-
 piat munera, atque ut Hectoris cadaver sine
 precio reddere nolit. Certè talia laudare non
 decet, inquit. Vereor equidè, inquã ego, ppter
 Homer ù dicere, nepe nõ esse fas hæc de Achil-
 le asseruisse aliisve asserëtib. credere. Et eundè
 rursus aduers. Apollinè dixisse, *Perdidisti me A-*
pollo deorum perniciosissime omnium, quem certè ul-
ciscerer, si mihi potestas esset. Item ad fluuium
 Deum quàm peruicaciter se habuerit, etiam
 pugnare paratus. Rursus alteri flumini Sper-
 chio sacratis comis, *Patrocle, inquit, heros, mortuus*
iam, comam furendam dabo. Nec credendum est
 hoc illum egisse. Tractatus autem Hectoris
 circa Patrocli sepulchrum, & iugulationes ca-
 ptiuorum supra rogam, cunctaque huiusmo-
 di, neque vera esse affirmabimus, neque sine-
 mus nostris persuaderi, quod Achilles dea
 filius, & Pelei temperatissimi viri, & ab Ioue
 tertij à Chirone sapientissimo educatus, tanta
 perturbatione plenus fuerit, ut duobus con-
 trariis morbus animi laborauit, illiberalitate
 cum auaritia, atque item deorum hominũ-
 que contemptu. Rectè admodum loqueris.
 Rursus neque hæc credamus, neque dici si-
 namus, Theseum Neptuni filium, & Pirithoum
 filium Iouis in rapinas adeò maxi-
 mas, irruisse, neque alterius dei filium, siue
 heroem autem esse vnquam tam grauia im-
 piãque patrare, qualia de his quotidie men-
 tiuntur. Verùm poetas ipsos cogamus, vel
 negare horum hæc esse opera, vel non affir-
 mare filios deorum esse: ambo verò hæc si-
 mul nequaquam asserere, neque operam da-
 re, ut nostris iuuenibus persuadeant, quòd
 ex diis mala aliqua oriantur, quòdue heros
 ho

Iliad. ω.

Iliad. χ.

Iliad. ρ.

Iliad. ψ.

Iliad. φ.

hominibus nihilò meliores sint. Quoniam, ut iam dictum est, neque sancta hæc sunt, neque vera. Ostendimus enim, ex diis mala provenire non posse. Ostendimus planè. Quinetiam audientibus hæc nocent. Omnes quippe prauitati suæ ignoscent, persuasi, talia quædam facere, fecissèque & illos qui proximè ex deorum genere nati sunt, Ioui propinqui, quorum circa idæum verticem Iouis patriæ ara extat in æthere, & neque dum ipsis enanuit sanguis deorum. Quamobrem fabulæ huiusmodi reprimendæ sunt, ne facilem occasiōnem ad nequitiam nostris adolescentibus præbeant. Sic prorsus agendum. Quæ deinceps reliqua nobis species est sermonum, differētibus quales cuique narrandi, vel non narrandi sunt? De diis enim quemadmodum loqui decet est dictum. Itémque de ipsis dæmonibus & heroibus, & his quæ sunt apud inferos. Satis abundè. An esset fortasse reliquum, ut de hominibus diceremus. Certè impossibile istud in præsentia, ò amice, statuere. Curnam? Quoniam existimo nos dicturos, poetaratorèsq; de hominibus circa ea quæ maximi momenti sunt perperam dicere. Iniustos quidem multos felices esse, iustos autem infelices, conducereque iniuste agere, si id lateat. Ipsam verò iustitiam aliis quidem utilem esse: habenti verò perniciosam. Hæc inquam, & cetera huiusmodi nos vetaturos esse ne dicant, contraria verò, ut canant & fabulis inserant, mandaturos esse puto, an non? Certè noui. Nonne igitur si confitearis rectè me dicere, dicam te concessisse, quæ iandiu quærimus? Rectè, inquit, censes. Nonne & de hominibus, quòd talibus oporteat sermonibus uti, tunc concedemus, cum qualis iustitia sit inueneri-

mus, & quòd natura ipsa proficit habenti, seu videatur esse iustus, sine non videatur? Vera loqueris. * De his ergo quæ dicenda sunt, quæue non satis est disputatum: deinceps de dicendi ratione, ut arbitror esse discernendum, atque ita nobis & quæ & quomodo dicenda sint compertum erit. Quid dicas, inquit Adimantus, non satis intelligo. Oportet tamen id te intelligere inquam, atque ita fortasse clarius hoc intelliges. An non quæcumque à poetis, vel fictoribus fabularum dicuntur, narrationem esse dicimus, vel præteritorum, vel præsentium, vel futurorum? Quid enim aliud, inquit. Non ergo vel simplici narratione, vel per imitationem facta, vel etiam utroque modo narrant? Clarius inquit, hoc tu genera, quoque exponi requiro. Ridiculus inquit, equarit ex quidam præceptor, & in primis obscurus vis his tribus, deor. Quemadmodum igitur qui dicendo quodnā magis sit utile parum valent, efficere solent, ita ego nunc, in ea tibi quod volo, conabor ostendere. Et primum mihi dic- uostin Iliados principia, in quibus ait poeta, Chrysem Agamemtoni supplicare, ut sibi filiam restitueret. Huc autem succensere. Quod postquam non impetrauit, imprecari contra Achiuos Deum? Equidem. Et illud credo nosti, quòd vsque ad hos versus, Precatus est omnes Achiuos, in primis Atrei filios, gentium duces: ipse poeta loquitur, neque tentat alio mentē nostram conuettere tanquam alius quàm ipse loquatur. Deinceps verò ita loquitur ac si Chryses ipse sit, conaturque non Homerum se nobis, sed sacerdotem illum senem ostendere. In cæterisque ita semper exponit, tum rebus gestis apud

* Postquam dicitur quib. sermonib. de beant imbuti iuuenes ad virtutē capeffendā deinceps docet, quo poema: in genere debeat illa præcepta tradi, eumq. tria sunt poema tu genera, quarit ex his tribus, quodnā magis sit utile custodib. & an unum à singulis, vel plura exerceri oporteat.

Iliad. α.

apud Ilium, tum apud Ithacam, tum quæ in Odyssæa acciderunt. Sic est omnino. Nonne igitur narratio est, & quando orationes continuas affert, & quædo ea quæ inter ipsas intercedunt? Quidni? Verum cum orationem profert tanquã aliud quidã sit, nonne tunc dicemus orationẽ suã ei quã simillimã reddere, quem loquentem introduxerat? Quidni dicamus? An non alteri se similem reddere vel figura, vel voce, est cum imitari cui facit se similem? Proculdubio. In hoc igitur, vt videtur, & ipse, & reliqui poætæ per imitationem narrant. Assentior. Vbi autem se non celat poætæ, vniuersa illa poësis & narratio sine imitatione est. Ne autem dicas te neque hoc quidem intelligere quomodo fiat, ego dicam. Si enim Homerus cum dixisset, Chrysem venisse filiã redempturum, & supplicasse Achiuis præcipueq; regib. deinceps non tanquam Chryses, sed Homerus esset locutus, nosti profectò imitationem illam non fuisse futurã, sed simplicem narrationem. Sic verò se res habuisset. Dicã enim sine versu, cum non sim poëticus. Profectus sacerdos precabatur, vt dii eis darent, vt incolumes ipsi Troiam caperent, sibi que acceptis danis filiam restituerent, Deum Apollinem venerantes. Hæc cum dixisset, reliqui sacerdotis dicta probarunt. Agamemnon verò efferatus, ipsum protinus abire, neque postea redire iussit: neque enim ipsi dei vel coronã, vel sceptrũ profutura: asseruitque priusquã ipsi filiã redderet fore vt illa secum in Argo cõsenesceret. Quamobrem abire eũ iussit, seque vt saluus abire posset, non irritare. Quæ cũ audisset senex, extimuit, tacitũsq; discessit. Castra autẽ egressus supplex Apollinem multis verbis eius agno-

* *phrasis* Est
 autem *phrasis*
 locus aliquis
 potius certum
 numerũ
 versuum com-
 pletions.

mina commemorans, orauit, si quid unquam aut in ædificandis templis, aut hostiis litandis illi gratū fecisset, ut puniret Achivos, suāque lachrymas sagittis vlcisceretur. Hunc in modū & amice simplex narratio sine imitatione fit. Intellego iam. Et illud præterea scito, contrarium huic esse, cum remotis poetæ verbis, quæ inter orationes intercedere solent, orationes ipsæ vicissim continuatæ relinquuntur. Id quoque intellego. Est enim & in tragædiis quiddam simile. Rectè admodum accepisti, existimōque tibi iam nunc aperire, quod antea non valebam: poesim videlicet, fabularūque figmenta, aut esse omnino per imitationem, quemadmodū ipse dicebas in ^atragædia atque comædia: aut per enuntiationem ipsius poetæ, quod maximè in ^cdithyrambis inspicitur: aut per vtraque confici, ut in ^dheroicis, aliisque multis apparet, si modò intelligis. Intellego iam quod tunc dicere volebas. Atqui etiam ante hoc momento, quod dicebamus quæ dicenda essent iam dicta esse: quo autem modo dicenda essent, deinceps considerandū esse. Memini quidem. Hoc igitur erat, quod oportere dicebā inter nos conuenite, vtrum sinamus poetæ imitatione perpetua vti, an partim imitari partim minimè, & qualia vtraque sint, an nihil penitus imitati. Auguror equidē consideraturum te, utrū recipienda sit comædia, & tragædia in ciuitate, necne. Fortasse inquam: & his etiam plura. Nondum enim noui: sed quò nos ratio ut ventus feret, eò eundem est. Præclare loqueris. Hoc igitur, & Adimante, considera, vtrum imitatores nos habere custodes oporteat, necne: vel etiam hoc ex superioribus pendet, quòd singuli singula

*¶ Poeseos tria
genera.*

*¶ Tragædia
& comædia*

¶ Dithyrābi.

*¶ Heroica
carmina.*

gala rectè conficere possunt, plura verò minime: quòd si quis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficit, vt in nullo euadat egregius, Sic proliis accideret. Nõne & de imitatione eadem ratio, quòd plura aliquis equè ac vnum bene imitari non potest? Non certe. Vix igitur studio alicui æstimatione digno quis simul incumbet, & imitabitur multa, eritve imitator idoneus, quando neque duas quidem imitationes, que parum differre inter se videntur, iidem homines bene simul tractare possent, vt comœdiam simul & tragœdiam. An non imitationes quædam paulò ante istas esse dicebas? Equidem, ac vera dicis, quòd iidem æqueant. ^a Neque etiam rhapsodi, (id est cantores heroicorum,) simul esse, & histriones possunt. Vera. Sed neque histriones iidem sunt cum tragœdis aut comœdis. Hæc autem omnia imitationes quædam sunt, an non? Imitationes. Quinetiam in minora his videtur, o Adimante, natura hominis esse concisa, vt nullo modo possit bene plura imitari, vel etiam ea facere, quorum imitationes ipsæ similitudines quædã sunt. Est vt dicis. Si ergo ratione superiore ratã haberi volumus, custodes nostros à reliquis omnibus artificiis alienos, patriæ libertatis artifices esse oportere, vade quidẽ solertes, neq; aliud quicquã curare quod huc non tendat, nihil aliud agere eos, vel imitari oportet: ^b vel si imitetur, imitari que istis cõsentanea sint. statim à pueritia fortes scilicet tẽperãtes, sanctos, liberales, & reliqua ciuimodi, iustiberalia autẽ neque facere neque imitari posse, neque aliud quicquã turpe, ne ex ipsa imitatione tales efficiantur, quale id quod æmulantur. An nõ animaduertisti imitationes, si à

^a Rhapsodi
& histriones
differunt.

^b Quenam
imitari &
exprimere
in vita &
moribus
ciuita
stotes ciuita
sunt conueniat.

teneris annis incipiāt perseuerētque, in mo-
res & naturam abire, tum quantum spectat ad
corpu. tum ad vocem, tum ad cogitationem i-
psam. Et maxime quidē. Non permittemus igitur
villo modo eos quorū habendā curam dici-
mur, quōsve præstantes viros esse oportet, cū
viri sint, mulierem imitari, adolescentem, vetu-
lāve, vel marito conuersantē, vel cum diis con-
tendentē, exultantē cū se felicē esse putet, vel
quæ ærumnis circū. antea fleat atque eiulet, do-
leat, amore teneatur, dolore partus opprima-
tur. Minimē id permittemus. Nullo modo. Ne-
que seruas, & seruos, ea quæ seruorum sunt fa-
cientes. Neq; hoc quidē. Neq; viros itē prauos,
vt videtur, timidos. & cōtraria eorū quæ dixi-
mus facientes, conuitiātes, iurgātes, turpiāque
inter se obloquentes, siue ebrios. siue vigiles so-
briōsque, & alia quocunq; homines isti & in
verbis, & in operibus. tū in seipso, tū alii in a-
lios peccāt. Neq; etiā debent vt arbitror, simi-
les se pe. imitationē, vel verbis, vel actionibus,
insanientibus reddere. Cognoscendi enim insa-
ni & mali sunt, tā viri quā mulieres: nihil ta-
men ex eorū dictis & factis. vel agendū est. vel
imitandū. Verissima loqueris. Quid aut, artifi-
cēsue ex arte aliquid fabricātes, vel aliud quip-
piā molientes, vel remiges nauū, vel præcipiē-
tes istis, vel aliud aliquid circa hæc imitari eos
debet? Quonā pacto, inquit, cū neq; rebus vllis
huiusmodi mentē adhibere his liceat. Num e-
quos hinnientes, vel mugientes tauros, aut fra-
gorē in murmuracionēq; fluuiorū, aut maris
in emitum, vel tonitrua, vel cetera eiuidem ge-
neris imitabuntur? Atqui prohibitum illis est,
aut insanire, aut insanientibus se similes red-
dere. Si igitur quæ dicis intelligo, est quædam
ora-

Orationis, & narrationis species, qua vir optimus, cum quid dicturus est, utitur: & alia quaedam huic dissimilis, qua semper utitur, qui contra ac ille natus atque nutritus est. Quales vero haec sunt? ^aVidetur mihi vir moderatus, quando in narratione devenit ad aliquam viri boni vel orationem vel actionem, perinde ac si ipse ille esset pronuntiaturus, & sine ullo rubore, aut dedecore imitationem huiusmodi suscepturus: maximè quidem imitans virum bonum, prudenter & sine errore agentem: rarius autem ac minus, morbis, vel amore labentem, aut ebrietate, aut casu quovis alio. Quando autem ad aliquem indignum se venerit, nolet, ut arbitror, dedita opera similem se deteriori præbere, nisi breviter quidem, & cum boni quicquã peragit sed erubescet, cum rudis sit ad hos imitandos, & ægrè feret se ipsum exprimere, & deteriorum formam induere, animo eos vituperans, nisi forte ioci oblectamenti que causa id fecerit. Non iniuria. Nonne igitur narratione utitur tali, qualem paulò antè in versibus Homeri dicebã? eritque oratio ipsius particeps utriusque, imitationis videlicet, & narrationis alterius? Exigua verò pars in multa oratione imitationis erit? Dicone aliquid, an nihil? Dicis certè, qualem necesse est esse oratoris istius figuram. Nonne igitur qui talis non erit, quo erit ineptior & indoctior, eò plura narrabit, & omnia imitabitur, nihilque se indignum esse existimabit? Quare omnia imitari aggredietur, & in conspectu quidè multorum, ea præsertim quæ paulò antè commemorabamus, Tonitrua, fremitus veterum, & grandinis, axes rotarum, tubarum, tiliarum, fistularum, & omnium denique organorum sonitus: præterea canum, pecudum,

a Custodum
ciuitatis ora
tio ut pluri
mum debet
constare sim
plici narra
tione, aut si
quid imita
tionis ha
beat, illud
paruum sit
& exiguum
græue & mo
deratum, ad
hibeaturque
duntaxat ad
representan
das bonorum
virorum lau
dabiles ac
tiones.

& auium voces. Erítque huius oratio vniuersa penè per imitationè, & voce ac gestu, vel paulù quid narrationis habebit. Necessariù quoque istud. Atq; hæ sunt orationis species duæ, quas supra dicebã. Sunt planè. Nónne ipsarum vna quidè paruas mutationes habet? & si quis decentem, consonantiã & rhythmũ orationi tribuat, ferme ad eandem orationis formã semper dicendum est rectè loquenti, atque in vna insuper consonantia: exigua namque mutationes, eodèmq; modo in rhythmo ferme cõsimili? Omnino inquit, sic se res habet. Quid autè alterius species? nõne contrariis indiget, omnibus videlicet consonantiis, omnibùque rhythmis, si propriè dicenda est, cum multas & varias habeat mutationum formas? Sic est omnino. Nõne & omnes poete, & alii qui aliquid dicunt, vel harũ vna dicèdi figura videntur, vel altera, vel vtrisque cõmixtis? Necessè est. Quid igitur faciemus? Vtrum has omnes in ciuitate suscipiemus, vel alteram simplicium, vel permixtam? Si meã sententia proberetur, simplicè decori imitatricem. Atqui, ò Adimante, mixta quæque iucunda est: multò autè iucundissima pueris, & pædagogis, itèque vulgò contraria illis quã tu eligis. Iucundissima prorsus. At fortè, vt arbitror, reipublicæ nostræ conuenire eam non existimabis, quoniam non sit duplex vir, neque multiplex apud nos, quandoquidem singuli singula faciunt. Non conuenit cetè. Nõne igitur sola in ciuitate hac coriariũ inueniemus duntaxat coriariũ esse, non gubernatorem præterea? Et agri cultorem duntaxat agri cultorem, non insuper iudicem? Militem quoque militem, non etiã nummularium? ceteròque eodem modo? Vera hæc sunt. Si quis ergo

ergo in nostram urbem venerit, qui animi sapientia in omnes possit sese vertere formas, & omnia imitari, volueritque poemata sua ostentare, venerabimur quidem ipsum, ut sacrū admirabilem & iucundum: dicemus autem non esse eiusmodi hominem in repub. nostra neque eas esse ut insit, mitteremurque in aliam urbem, vnguentum in caput eius effundentes, lanāque coronantes. Nos autem austeriori minūque iucundo utemur poeta, fabularūque fictore, utilitatis gratia, qui decori nobis orationē exprimat, & quæ dicuntur dicat [ea ratione & forma, quam à principio sanximus, quando milites instituere aggressi sumus.] Ita profus, si esset in nobis, efficeremus. Videmur iam, ô amice, satis de ea musica parte dixisse, quæ circa orationes fabulāsque versatur. Nam & quæ dicenda sunt, & quomodo, exposuimus. Mihi quoque idem videtur.

In Repub. bene morata toleranda est unū pœseos genus, nempe imitatio simplex & quidem fact. vñ & auctorum grauium, honestorum.

Restat de cantus & melodiæ ratione disserere. Certè. An nō omnes iā inuenirent quæ nobis de his dicenda sunt, qualia esse oporteat, si quidem antè dictis contenti e debeamus? Tum Glaeco arridens, Ego, inquit, ô Socrates extra eos omnes esse videor. Non enim satis in præsentia possum concilicere, qualia dicenda sint. Suspicio tamē. Omnino certè inquā ego, primū quidē hoc satis dicere potes, Melodiā ex tribus cōstare, oratione, harmonia, rhythmo. Hoc inquit posū. Nōne melodiæ pars oratio, nihilò differt ab oratione illa: quæ sine cantu est, quò ad hoc, ut oporteat. iisdē formulis exprimi, de quib. paulò antè dicebamus & eodē modo? Vera loqueris. Atq. harmonia, & rhythm^o orationē sequi debēt. Quidni? Quinetiā lamē-tatione luctūque dicebamus in orationibus.

nos minimè indigere. Non certè. *Quænam*
 igitur querula harmonia sunt? Dic mihi.
 Tu enim musicus es, Lydiæ mixtæ, Lydiæque
 acutæ, cæteræque huiusmodi. Nõne remo-
 uenda hæ sunt? Inutiles enim etiã mulieribus,
 bonis saltem, nedum viris. Valde quidem. Præ-
 terea vinolentia, mollities, & pigritia custodes
 minimè decent. Minimè. *Quænam* igitur molles
 & conuiuiorum harmonia? Ionica & Lydiæ
 quæ laxa remissaque vocantur. His igitur, o
 amice, num quoquo modo vteris ad militum
 vtilitatem? Nullo modo. Sed videtur iam
 tibi reliqua esse Dorica & Phrygia harmonia.
 Haud equidem, inquã, harmonias noui: sed
 eam relinque harmoniam, quæ vt decet, imi-
 tatur fortiter euntis in prælium, & ad quodli-
 bet negotiũ violentũ viriliter se gerentis, vo-
 ces atque accentus & periclitantis, siue in vul-
 nera, siue in mortẽ irruentis, siue in aliã cala-
 mitatẽ incidentis, in omnibus istis fortunam
 constanter atque viriliter propulsantis. Aliã
 que iterũ relinque harmoniã, quæ voces imi-
 tatur atque accentus hominis in tranquilla &
 minimè violenta, sed spontanea actione ver-
 fantis, vel aliquid alicui persuadentis, vel sup-
 plicantis, vel votis Deo, vel doctrina & admo-
 nitione homini, vel contrã hominis alij suppli-
 canti, aut docenti, aut dissuadeti facili se præ-
 bentis, & qui licet voti cõpos sit factus, non ta-
 men superbia efferatur, sed in his omnib tẽpe-
 ratè & modeste se gerat: sortèque omnẽ rectè
 ferat. Has inquã duas harmonias, violentã, vo-
 luntariã, infortunatorũ, fortunatorũ, tẽperan-
 tium ac fortĩũ quæ sonos pulcherrimè imita-
 buntur, has relinque. At, inquit ille, non alias
 relinqui iubes, quàm eas quas ego supra dice-
 bam,

*Quæ har-
 monia de-
 beant locum
 habere in
 Repub. bene
 morata.*

ban. Non igitur opus erit in cantibus & melodiiis harmonia quæ multis constat chordis omnibusque concetibus. Non, ut mihi videtur, Ergo Trigonorum, pectidum, & omnium instrumentorum quæ multis constant chordis, & plurimis consonantiis, fabros non nutriemus. Non, ut videmur. Quid autem? tiliarum artifices & tibicines in ciuitate relinques? an non instrumenta multarum chordarum, harmoniarumque omnium tibi imitantur? Patet, inquit ille. ^a Lyra itaque restat & cithara in ciuitate uilis, & fistula in agris pastoribus commoda. Ita ratio nobis offendit. Nihil alienum inducimus, o amice, dum Apollinæ, & Apollinis instrumenta, Marfia ipsi, & organis eius præponimus. Non per Iouem, ut mihi videtur. Per Canem sensim & clam eulum, purgare cepimus ciuitatem, quam supra nimis deliciis deditam dicebamus. Et quidem sapienter. Age, purgemus & reliqua. Sequitur ad ea quæ de harmoniis dicta sunt, ut rhythmos ita persequamur, ne per varios admodum vagemur, neque per quolibet motus, sed qui vitæ fortis & temperatæ rhythmus sunt, dignoscamus. Quibus cognitis, pedem cantumque cogamus orationem huiusmodi sequi, non orationem sequi pedem, & cantum. Qui verò sint ^b rhythmus tales, tuæ sunt partes declarare, quemadmodum harmonias exposuisti. Per Iouem, inquit, quid dicam non habeo. Quod enim tres quædam species sunt ex quibus motus isti texuntur, quemadmodum in vocibus quatuor, unde omnes harmoniæ conficiuntur, animaduertentem, dicere possem. Quales autem qualis vitæ imitationes sint, aperire nequeo. At de his inquæ, cum Damonem delibetabimus, quinam pedum motus

^a Quæ organa & instrumenta musica relinquantur in Rep.

^b Quis rhythmus conueniat in moderata Rep.

*a Bellicosus
rhythmus.*

apti sint illiberalitati, petulantique, insanix, alif-
que viris, quiue rhythmum contrariis con-
gruant. Arbitror autem audiuisse, quamuis
non satis aperte, cum ipse ^a bellicosum quen-
dam nominaret compositum, & dactylum heroi-
cumque, qui nescio quo modo ornabat, quum
eum pariter & supra & infra poneret in breuem
longumque euadentem, utique existimo iambum,
& alium quendam trocheum appellabat. Lon-
gitudines autem & breuitates adhibuit. Et
in aliquibus istorum arbitror cum vituperare
vel laudare dictiones pedis, non minus quam
rhythmos ipsos, vel aliquid ex utrisque com-
mixtum. Neque enim declarare satis hæc
possum. Verum hæc, ut dicebam in Damo-
nem ipsum reiecta sunt. Prolixa quippe ora-
tione ad hæc distinguenda opus esset. Num id
putas? Prolixa per Iouem. Hoc autem ita discer-
nere potes, quod concinnitas atque ineptitu-
do congruitatem & incongruitatem rhythmum
sequuntur. Quidni? Atqui congruum quidem
pulchram orationem sequitur, & tanquam
simile imitatur: incongruum verò contraria.
Quinetiam consonum ipsum, & dissonum eod-
dem modo: ^b quandoquidem rhythmus & har-
monia, ut paulo ante dictum fuit, orationem
sequuntur, non ipsa oratio rhythmum & har-
moniam sequitur. Certè orationem sequi hæc
debent. Quid verò loquendi modus ipsaque
oratio, nonne animi affectionem sequitur?
Absque dubio. Orationem verò cetera quoque
sequuntur: Nèpe sermonis itaque decor, con-
sonantia, venustas, & rhythmum congruentia
affectionem animi moderatam sequuntur, quam
^c *ὀυδία* appellant. Non eam dico, quam sæ-
pe, cum inicitia quadam sit, blanda quadam

*b Rhythmus
orationem: o-
ratio animi
motus & af-
fectus sequi
debet, & ad
eos componi.*

*c ὀυδία in
bonam par-
tem.*

[extenuatione] *et* *et* nominamus, imò verò
 eam *et* *et*, inquam, quæ reuera cogitatio-
 nem significat moribus optimis præditâ.
 Sic est omnino. Nonne igitur ubique hæc iu-
 uenes sequi debent, si rem suam agere volunt?
 Debent sane. Est autem ars pingendi vniuer-
 sa horum plena, & omne huiusmodi artifi-
 cium, plena quoque texendi facultas, & va-
 riægandi & ædificandi, omnis præterea ca-
 terorum suppellectilium instrumentorum-
 que effectio: quin & corporum plantarum-
 que natura. Porro in omnibus istis, aut con-
 decentia quædam inest, aut indecentia. Et in-
 decentia quidem, & rhythmici inconcinnitas
 atque dissonantia, sermonis turpis & impro-
 bi moris sorores sunt, contra verò contrarij
 temperantis & boni moris germana, & imi-
 tationes quædam sunt. Est ut dicis. [^a An
 solis Poetis præscribenda est lex.] cogendi que
 ut imaginem boni moris in suis poematis ex-
 primant, vel apud nos non scribant? aut an
 etiam præterea & aliis artificibus præscribe-
 mus ac verabimur, ne mali moris simulachrū
 aliquod non bene castigatum opus, illiberale,
 indecens, siue in figuris animalium, siue in
 ædificiis, siue in quouis alio artificio faciant?
 Vel si quis hoc præstare non potest, ne quid
 apud nos agat prohibendus est, ne in prauitatis
 imaginibus nobis enutriti custodes, tan-
 quam noxio in gramine, & multa quotidie
 paulatim à multis decerpentes, pascentēque,
 vnum aliquod maximum malum ignari in
 animo contrahant? Quamobrem illi qua-
 rendi sunt artifices, qui naturali quadam in-
 dustria possint, tanquam per vestigia expri-
 mere pulchri ipsius decori que naturā, ut tan-

*Non solum
 à Poetis, sed
 et omnibus a-
 liis artificibus,
 requirenda
 sunt imita-
 tiones hone-
 stas.*

quam in loco salubri habitantes, iuniores ex omnibus adiuuentur, vnde cumque à pulchris honestisque operibus siue ad oculos, siue ad aures eorum honesti aliquid peruenit, veluti suavis aura quædã à locis salubribus afferens sanitatem: quæ quidem statim afflate à primis annis incipiens, sensim animos hominum in similitudinem, amicitiam, & concordiam honesta oratione rationeque conciliat. Egregie admodum isto pacto nutriuntur. Ob hæc igitur causam, inquam ego, ô Glaucô, ex ipsa principali in musica educatione rhythmus & harmonia interiora animi subeunt, feriuntque vehementissimè animum, decoram quandam figuram ferentia, per quam decorus & pulcher efficitur, quisquis rectè eruditur: contra verò, si contra quis fuerit educatus. Et quoniã rursus imperfecta, neque rectè fabricata, aut non bene orta acutissimè sentiet, qui illic, quemadmodum oportet, nutritus fuerit merito ægrè hæc ferens, pulchra quidem laudabit, eaque amans, avidèque arripies, ipsis aletur, ac bonus inde efficietur & pulcher. Turpia verò iure vituperabit, oderitque, etiã in ea ætate in qua rationem nondum susceperit. Aduentantem denique rationem, qui ita nutritus erit, libenter amplectetur, eam ex ipsa propinquitate, familiaritatèque prorsus agnoscens. Mihi quoque harum rerum gratia, in musica nutriendi videntur. Quemadmodum tunc profectò literas satis rectè callemus, quando elementa nos non fugiunt, quæ quibuscunque in rebus versentur, pauca sunt, & neque in paruis, neque in magnis spreuimus, quasi non oporteret ea intelligere, sed vbi que ea conati sumus cognoscere, utpote qui prius grãma

Quãtopere
profit in mu-
sica graui
moderata
& honesta à
tenuis annis
educatum
esse.

fici futuri non sumus, quàm nos ita cõparauerimus. Veta loqueris. Imagines præterea literarum sicubi vel in aquis, vel in speculis appareant, non prius cognoscemus, quàm ipsas literas nouerimus. Est enim hoc artis & exercitationis eiusdem. Omnino. ² Vtrum igitur (per deos) ita est vt dico? neque musici prius erimus, vel nos, vel ipsi quos ad vrbis custodiam erudimus, quàm temperantiæ species, & fortitudinis, liberalitatis, & magnificentiæ, & quæcunque harum sorores sunt, ipsi quæ contraria cognouerimus, vbicunque sint: ita vt & hæc, & ipsorum imagines quibuscunque insunt, perferentiamus, neque in paruis neque in magnis contenamur, sed eiusdem esse putemus & artis, & studij? Necessè est omnino. Nonne igitur si quo in homine hæc concurrant, vt in animo pulchri mores insint, & in corporis specie illis singula respõdeat cõsentiantque, eandem suscipientia formam, pulcherrimum hoc erit ei qui inspicere possit spectaculum. Valde quidem. Atqui quod maximè pulchrum & amabile maximè? Prorsus. Tales quosdam homines maximè vir musicus adamaret: siquid verò absolum aduerteret, minimè. Non certè siquid animo deesset: siquid verò duntaxat deesset corpori, sufferret quidem aded, vt diligere amplectique velit. Intellego equidem, quia tales quidam vel amantur abs te vel amati iam sunt: atque assentior. Sed hoc mihi dicas. Estne vllum temperantiæ cum soluta nimis que voluptate cõmercium? Quõniam pacto? Quippe cum voluptas huiusmodi non minus quam dolor mentem è suo statu dimoueat. Aliis verò virtutibus? Minimè. Quid autem? petulantia intemperantiæque habeat

² Musica
gravi hone-
sta & tẽpe-
rata, nemo
delectari, pos-
sit nisi prius
temperantia
& alia vir-
tutib. quare
musica hone-
sta est ima-
go quadam,
imbutus sus-
rit.

cum nimia voluptate cōmunionem. Maximè omnium. Hæcne maiorē & vehementiorem voluptatem, quàm quæ circa venerea? Neque vehementiorem vllam habeo, neque furiosiorē. Rectus autem amor sua natura temperatè & iusticè amat pulchrum atque decorum. Propterea, nihil ergo furiosum vel intemperantiæ proprium recto amori est adiuuendum. Non certè. Neque igitur iungenda illi est voluptas, neque in ea communicare debent amatores cum legitimè dilectis adolescentibus, amantesque cum amatis. Per Iouem nullo modo, ô Socrates.

a Turpi & obscenus amor inueniuntur tanquã abhorrens à vera & legitima musica ex R. p. ex terminatur.

videtur, in ciuitate instituta legem condere, amatorem amare, vnà esse, & tangere amatum, si persuaserit, tanquam filium, honestorū causa, atque in omnibus sic versari cum eo què amat, vt nunquam diutius quam hoc patiatur, esse cum illo videatur. Sin minus ignominiam subeat, tanquã qui nihil omnino sapiat musicum, pulchrumve. Sic propterea, Nonne tibi videtur finem suum iam sermo de musica consecutus? Quo enim finiri debet, eò iam peruenit.

b Musicam oportet in amatoriã pulchri definire.

Oportet enim musicam in amatoriã pulchri finiri. Assentior equidem.

Post musicam verò in gymnastica exercendi sunt iuuenes. Quidni? Oportet enim & in hac per omnem vitam diligenter à pueris educari. Id autem ira se habet quodammodo,

c Animus bene affectus, vt sua corpus quoad fieri potest optimus reddat.

vt opinor. Animaduerte & tu. Mihi quidem non videtur bene affectum corpus, vt sua bonum animū facere, sed contrà bene affectus animus, vt sua corpus quoad fieri potest, primum reddere. Tibi verò quidnam videtur? Quod & tibi. Nonne si postquã mentem satis excoluerimus, trademus ei, vt quæ ad corpus pertinent

pertinent

pertinent, diligenter & exactè inquirat & cu-
 ret. nos autè quali qualidã formulas propone-
 mus, ne longiores simus, rectè facietur? Omni-
 no. Ab ebrietate itaque ipsi diximus abstinèn-
 dum. Vnicuiq; .n. magis conceditur quàm cu-
 stodi, vt ebrietate grauitatus vbi tetarrũ sit, ne-
 sciat. Nempe ridiculum esset custode indigere
 custodẽ. De cibis autem quid dicemus? Athle-
 tæ enim hi viri sunt, & maximi quidem certa-
 minis. Nonne? Maximi planè. Num aliorum
 athletarum habitudo illis conueniens esset?
 Fortasse. At verò somnolenta hæc est, & ad
 valetudinem dubia. An non vides quòd vitã
 edormiunt? & si parum quidẽ ab instituto vi-
 ctu discedunt, grauitè egrotant exercitatores
 huiusmodi? Video equidẽ. Elegantiore igitur
 aliqua exercitatione opus est bellicosus Ath-
 letis, quos tanquam canes insomnes esse oportet,
 & quàm acutissimè videre atque audire, &
 multas in exercitu mutationes aquarũ, & alio-
 rum ciborũ, ætus & frigoris ita perpeti, ne fa-
 cilè in morbos delabantur. Ita mihi videtur.
 Optima igitur gymnastica soror esset simpli-
 cis musicæ, de qua paulò antè tractauimus.
 Quomodo istud? Simplex utiq; & cõueniẽs
 gymnastica, & maxime militum exercitatio.
 Quo pacto? Ab Homero quidẽ id discere pos-
 sumus. Nosti enim quemadmodũ in belli ex-
 peditionibus in herou conuiujs, neque pisces
 ipsius parat, quamuis ipsi in Helleponto mari
 essent, neque elixas carnes, sed assas, quæ faci-
 lius à militibus præparantur. Vbiq; enim fa-
 cilis est, vt paucis dicã, ipso igne vti, quàm va-
 sa circumferre. Sanè. Neque vnquam variorum
 cõdimentorũ, vt arbitror Homerus meminit.
 Sed hæc & alij sciũt quicunq; exercetur, quod

*Athleticos
 vitium non
 conuenit cu-
 stodibus cui-
 tati.*

*Simplex vti
 etus amon
 omnibus cu-
 cupedis &
 condimentis
 optimis cui-
 tati custodi-
 bur.*
 Iliad C.

*• Syracusa-
na & Sicu-
le mēse lau-
ditiu redun-
dantes.*

cui corpus robustum esse dēbet, à cunctis hu-
iusmodi rebus est abstinēdum. Rectē quidem
& sciunt, & abstinēt. ^a Syracusanas itaque &
amicas, mensas, & Sienlorū, ut videris, obsonio-
rum varietatē nō laudas, siquidē hęc ita tibi
rectē se habere videntur. Nō certē, ut mihi qui
dē videor. Vituperas & Corinthiū luxū blan-
dientium puellarum, in his qui optima corpo-
ris habitudine futuri sunt. Sūmopere. Quine-
tiam Attica bellatia condimentaque, quę iu-
gunda plurimis & delicata videntur. Necessē
est. Omnem enim, ut existimo, huiusmodi vi-
ctum, si similem esse dicemus melodix & cau-
tilenę quę in omni genere harmoniæ, omni-
būque rhythmis versantur, rectē comparau-
rimus. Planē. Ibi quidem intemperantiam va-
rietatis parit, hic motibū simplicitas autē secun-
dum musicam; in animis temperantiam, secun-
dum verò gymnasticam, in corporibus sanita-
tem. Verissima loqueris. Intēperantia verò &
motibus in ciuitate multiplicatis, & tribuna-

*• Iudicium
& medico-
rum neces-
sitas in ciuita-
te arguit ci-
uim iniusti-
tiam & in-
temperan-
tiam.*

lia & medicorū officinę aperiuntur. ^b Vnde
iudiciatia & medicina in pretio habentur,
quando & liberi multi his summopere stu-
deant. *Quisēni?* Igitur malę & turpis disci-
plinę in ciuitate nullam maiorem potes con-
iecturā capere, quā summis iudicibus ac me-
dicis indigete, non modò abiectos homines &
mechanicos, sed eos etiā qui in liberali disci-
plina educatos esse se gloriantur. Nōne tur-
pe videtur, & malę institutionis magna conie-
ctura, ut cogamur ob proprię virtutis inopiā
iustitia uti externa aliorum, videlicet tāquam
dominorum & iudicium? Omnium profectò
turpissimum. An non hoc quoque turpius
esse putas? quando aliquis non modò multū

etiam tempus in iudicijs, tum accusando, tum
 defendendo conterit, sed & rudi quadam elatus
 instantia, eo ipso gloriatur, quasi sit potens ad
 iniuriam inferendam, suisque versutis vsque-
 adeo tergiuersari valeat, eaque perugia inue-
 nire, ut nullas soluat penas idque minima-
 rum vilissimarumque rerum causa ignorans
 quanto praeclarior ac melior esset, ita compa-
 rare & instituire vitam suam, ut somnolentum
 iudicem non desideret. Certè hoc illo turpius
 est. Absurdum praeterea existimandum est,
 homines medicis egere non ad vulnera sanan-
 da duntaxat, morbosque curandos intemperie
 acris, & pro anni tempore aliter atque aliter
 incidentes, sed ob desidiam, & quem in victu
 supra damnauimus, luxum, ut homines lacu-
 narum instar aqua, flatuque exuberantes, coe-
 gerint praeclaros Aesculapij successores mor-
 bos quosdam nouo nomine flatus & cathar-
 ros appellare. Noua sanè hæc morborum,
 inquit, nomina, nimirumque absurda. Hæc,
 ut arbitror, Aesculapij tempore non erant.
 Quod hinc cõlicio, quod eius filij apud Troiam,
 poculum, Patrocli iussu, à muliere oblatum
 saucio Eurypylo non improbarunt, cum
 tamen in eo mixta esset Prænnio vino farina,
 & insuper attritus caseus, quæ pituitam au-
 gent. Profectò absurdum id poculum, mini-
 meque ita affecto conueniens. Non. Quia si
 adueris, inquam, hac nostra medendi facul-
 tate, morborum prædagogâ, Aesclepiadæ ante
 Herodicum, ut fertur, minimè sunt vsi.
 Herodicus autem quum esset exercitandorum
 magister iuuenum, essetque valetudinarius,
 miscens gymnasticam medicinæ, primò qui-
 dem seipsum, deinde & posteros multos

*a Veterum me-
 dicina, qua-
 lu esset belli
 Troiani tem-
 pore.*

*l. liad. 2.
 b Operis &
 difficultatis me-
 dicina, qua
 certam vi-
 tæ rationem
 præscribit
 aegrotis, bon-
 gâque cura-
 tionem adhi-
 bet. d. d. d. a. n. a.
 tur, & quan-
 do primò ca-
 perit, decla-
 ratur.*

fatigauit. Quonam pacto? Longam quippe sibi mortem præstitit. Nam dum morbum qui letalis erat subsequeretur, neque curare, ut opinor, se poterat, & medelæ studio occupatus, omnibus reliquis omnibus, vitâ in hac corporis indulgentiâ conterebat: malè quidem affectus si paulo à consueto victu discederet, ægrè tamen moriens. hac sapientia ad senectutē peruenit. Egregiâ inquit, palmam ex arte sua reportauit. Nempe, inquam, quam decebat reportare illum, qui ignorabat Æsculapium, non ignorantia quidem & imperitiâ huius medendi formæ posteris hoc non ostendisse, sed quoniam videbat in ciuitate optimè instituta, suum cuique opus assignatum esse, quod perfici necesse sit, nec ulli superesse otium, ut per omnem vitam valetudinarius in corpore curando occupetur. Quod quidem modo quodam ridiculo in artificibus animaduertimus: in illis verò, qui opulenti felicesque censentur, nequaquam. Quomodo istud? Faber si quando in morbum incidit, à medico curationem exigit, vel per vomitum, vel deiectionem ventris, vel vstionē, vel incisionē. Si quis autē diuturnâ illi victus obseruationē præcipit, capitisque suffarcinationes, cæterâque huiusmodi, statim obiicit non esse sibi ad ægrotrandū otium, neque præstare sibi ita vitâ trahere continuis curationibus, iacubenti, suumque opificiū negligētī. Deinde medico hoc valere iussu, ad consuetū victū reuertens, si conualescit, opus suum exequitur: si autem sustinere corpus morbum non potest, vita functus negotiis liberatur. Ita profectō medicinis uti artificii cōuenire videret. Atque idcirco opus illi propositum esse dixi, quod nisi peragat, viuere ipsi

ipſi nõ expedit. Cõſtat. Diues autẽ, vt diximus, opere nullo vtgetur, à quo ſi quando vi arceatur nõ amplius ſit ei viuendũ. Nullo proſus, vt fertur. ^a Phocylidẽ forte non audis dicentẽ, oportet virtutẽ exercere, quando ad vitũm neceſſaria parata ſunt. Arbitror autẽ & prius. Nihil in hoc illi aduerſetur, ſed ipſi nos doceamus, vtrũ huic lõgx curationi quã morbum alit debeat dare operam diues & ei qui illi non det operam, vita non ſit vitalis] fabili ſiquidẽ arti ac cæteris impedimẽto id eſt: nam ab opere mentẽ diuertit: præceptũ verò Phocylidis nihil impedit. Etiã per Iouẽ. Ac ſemẽ omniũ maximẽ, ſiquidẽ magis quã gymnãſtica, ſuperuacua iſta curatio corporis nos occupat. Etenim rei familiari & militari, & urbanis om̄ibus magiſteriis obẽſt plurimũ. Quod autem maximum eſt, diſcendi ſtudiũ, & omnem intelligen̄di meditan̄dique diuigentiam impedit, dum capitis diſtentiones ſemper & vertigines ſuſpicatur. Studiũmq; ſapientia cauſatur, quaſi ex eo iſta naſcatur. Quamobrem [vbi ipſa eſt] ad virtutis exercitationem, probationẽ inque nobis omnino impedimento eſt. Efficic enim vt ſemper nos agrotare putemus, neque deſinamus, vnquã de habitu corporis queri. Conſentaneũ eſt. ^b Hæc cum videret, arbitror Aſculapium, hominibus natura educationẽque bene valentibus, deinde verò morbo quodã [aduentitio & in corporis ſuperficiẽ erumpente] agrotantibus, his quidem & huic habitui oſtendiſſe medicinam, qua pharmacis & incilionibus infirmitas tolleretur, conſueto victu imperato, ne ciuilia negotia diſturbarentur. Corpora verò penitus interiori corruptione vale-

^a Longe & operoſa morborum curationes cum aliis artibus virtutis & ſapientia ſtudiũ impediunt.

^b Quibus corporibus & quam medicinam præſcripſeris, cõtra quibus curationem denegãdã conſueuerit Aſculapius.

rudinaria nequaquā aggressum fuisse, diligentiā victus sensim exhauriendo, & infundendo in vita producere, ita ut valetudinarios, quod inde sequitur, filios generarent. Neque verò censuit curandū, qui non posset in constituto & solito victu ac regula vivere, tanquā neque illi ipsi, neque civitati id conferret. Civilem virum dicis Æsculapium extitisse. Cōstat planē, filiique ipsius talem eum fuisse testantur. An ignoras illos apud Troiam in rebus bellicis claruisse? quanquam & medicinæ studio, quemadmodum ego dicebam, utebantur. Non meministi quod Menelao Pandari manibus vulnerato, cruorem vulneris absterferunt, & vnguentis mitigantibus perunxerunt: legem verò certam circa cibos ac potus nihilō magis quā Eurypylo præscripserunt, quasi pharmaca ad curandos sufficerent homines, qui ante accepta vulnera & firmi corporis habitu & victu moderati fuissent, quanvis eo ipso temporis momento cyceonē bibissent? homines autē & natura & incōnscientia morbosos vivere, neque iis ipsis, neque aliis conferre putabāt, neque circa illos versari artē, neque esse curādos, etiā si Mida locupletiores essent. Scitōs admodū viros fuisse perhibes Æsculapij filios. Decet sanē, quanquam nobis tragici & Pindarus parū astipulentur. Æsculapiū enim ferunt ^a Apollinis filium extitisse, atque auro inductū ut hominē pecuniosum cum extrema ægritudine ad mortem ferente opprimeretur, curaret. Unde & fulmine percussū. Sed nos propter illa quæ suprà diximus, illis hæc utraque non concedimus. ^b Imò si dei filius fuit, lucri turpis avidum fuisse negabimus, si turpis avidus lucri, deī fuisse filium reiiciemus.

Probē

Iliad. J.

* Exploduntur qua de Æsculapio fabulantur Poeta.

b Dilemma.

Probè quidem ista dicuntur. Sed de hoc quid ais. ò Socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate? Essent autem tales maxime, quicumque fuissent cū sanis plurimis, plurimisque ægrotantibus conuersati. Iudices itè similiter, quia varia hominum ingenia essent experti. Et valdè quidem bonos dico. Sed num intelligis quos tales esse arbitror? Si dixeris. Tentabo equidem. Tu tamen non similem rem sermone eodem interrogabas. Qua ratione? Medici quidem præstantissimi euaderent, si ab ineunte ætate præter discendæ artis studium, inter plurimos corpore malè affectos conuersarentur ipsique omni morborum genere laborarēt. naturāq; imbecilla essent. Neque enim corpus, ut arbitror, corpore curant. Impossibile nanq; esset ipsa quādoq; vel fuisse mala, vel esse, sed anima corpus curat [quasi mala fuerit aut sit, non potest aliquid benè curare?] Rectè quidè. Iudex autè, ò amice, animo ipsi animo imperat: quem possibile non est à pueritia cum malis animis educatū & conuersatum, & iniusta quæque facinorosa operatum, acutè denique ex seipso aliorum scelera coniectare quæadmodū ex ipso corpore morbos: sed infontem ipsum imperitūq; malorū morū dū esset iuuenis, extitisse oportet si bonus & honestus existēs, iusta syncerè est iudicaturus. Quapropter modesti homines, dum iuuenes sunt, stolidi esse videntur, & qui facile ab iniustis decipi possint, tanquā qui non habeāt in seipsis eadem qui habent improbi, affectuum exempla malorū. Omnino certè id eis vsu venit. Proinde non iuuenem, sed senem esse bonum oportet iudicem, qui se quale quid iniustitia sit, didicerit: tanquam

a Medici & iudicis differentia in cognitione quam uterque debet habere morborum quos curat.

b Iudex non propria experientia sed tarda sententia debet cognoscere vitia.

qui non propria in animo suo eam senserit, sed alienans in alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiusmodi sit malum discernat scientia potius quam propria experientia iudicans. Generosissimus certe iudex huiusmodi esse videtur. Et bonus præterea quod ipse quærebas. Qui enim bonum habet animum, bonus est. Versutus autem ille ac mala suspiciens, qui multa egit iniuste, sagaxque & sapiens habetur, quando cū sui similibus versatur, cautus callidusque apparet, cum ad exempla quæ in se habet mentem dirigens sibi satis cauet. Quando verò bonis senioribusque adhæret fatuus videtur, cum importunè diffidat, sanumque & sincerum morem ignoret, quippe qui exempla illius non habeat. Cum verò frequentius cū malis quam cū sapientibus versetur, sapius quoque sapientior quam insipientior sibi aliisque videtur. Vera proculdubio loqueris. Non ergo talem querere oportet iudicem tanquam bonum & sapientem, sed qualem paulò antè dicebam. Præuitas enim neque se, neque virtutem cognosceret vnquam. Virtus autem naturæ, addita tēpore disciplina, & seipsam simul, & præuitatem intelliget. Non igitur malus, ut me fert opinio, sed hic sapiens euadit. Mihi quoque ita videtur. Nonne igitur & ^b medicinam qualem diximus, vnà cum huiusmodi iudicaria æquitate in ciuitate constitues, quæ quidē eos ciues qui natura, tum animo, tum corpore bene se habent, curabunt: eos verò, qui non sunt eiusmodi corpore præditi, mori sinant: qui verò malo ingenio procreati, insanabiles sunt, morte mulcent? Hoc igitur & ipsis qui talia patiuntur, & ciuitati conducere videtur.

a Vitium seipsam & contrarium suum non cognoscit, sed contra virtutem se & contrarium suum nouit.
b Medicina quantum qualiter in iudicaria in Republica debeat locum habere.

Constat quin etiam curaturos iuvenes ne in iudiciali vsum descendant, simplici illa videntes musica, ex qua nasei diximus temperantiam. Cur non? An non per eadem hæc vestigia musicus gymnasticam sequens, si voler, aget, assequeturque vt nihil egeat medicina, nisi necessitas cogat? Assentior equidem. ^a Exercebit autem in gymnasiis corpus, respiciens magis ad animositatem naturæ, illamque excitans, quam ad robur, neque quemadmodum Athletæ alij roboris gratia victum instituet, laborisque adhibebit. Rectè admodum. Qui ergo statuunt ô Glauco, musica & gymnastica homines etudire, non ea causa qua multi existimant studia hæc aggrediuntur, vt hac quidem corpus, illa animum curent. Cur non? Videntur enim vtraque animi gratia plurimùm exercere. Quo pacto? ^b An non vides vt afficiantur animo qui gymnasticam per omnem vitam exercent, musicam animo non attingunt, vel qui aliter affecti sunt? De quonam dicis? De rustica, inquam, duritia ferocitateque, atque item de mollitie, & mansuetudine. Noui equidem inquit, eos qui sola vtuntur gymnastica, agrestiores quam oportet euadere. Qui autem duntaxat musica, molliores quam eos deceat, effici. Atqui vis ipsa inquã, agrestis ad iracundæ naturæ animositatè pertinet, quæ si rectè nutritur, fortis euadit: sin autem suprã quã decet, excrefcit ferox, vt consentaneum est, ac dura. Assentior. Quid autem vim ipsam mitem & mansuetam, nonne philosophi natura habet: quæ si nimium remittatur, mollior fit quam decet: bene autem si enutritur, mansueta atque modesta? Est vt dicis. Dicebamus autem oportere ipsos custo-

^a Qualis vna sua gymnastica in exercendis corporibus, eorum qui futuri sunt custodes ciuitatis

^b Musica cū gymnastica coniungenda & exercenda vt natura mollicies rigiditate quadam temperetur.

¶ Vid. Politicum.

¶ Musica sola nimis et mollit animum.

¶ Gymnastica sola feru et agrestem supra modum reddit animum.

des * utraque naturas habere. Oportet sane Nonne congruere inter se & concinere oportet? Quidni? Eiusque animus in quo haec consonant temperans est & fortis? Omnino. Eius autem animus in quo dissonant, timidus & agrestis? Et maxime quidem. Quicumque permittit ut ^a musica animum suum assidue circumsonans occupet & demulceat, perque aures veluti per infundibula harmonias infundat, quas supra commemorauimus, suaves, blandas, molles ac flebiles, atque etatem suam in cantibus animum delinientibus consumit, is primum quidem, si quid iracundum habebat, tanquam ferrum demollit & utile ex inutili duroque efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet: post hodieum liquefacit animum & resoluit, donec liquefecerit animositatem omnem, excindatque tanquam neruos ex animo, ex quo animum quasi mollem pugnatorem efficit. Sic est omnino. Ac si a principio nacta sit naturam sine animi robore, cito hoc perficit. Si autem animosam, vires animi fragens ad iram reddit precipites ut minimis quibusque offensusunculis irritetur, ac facile iterum restinguatur. Vnde pro animosis, iracundi atque morosi effecti sunt, molestia & fastidio pleni. Ita prorsus accidit.

^b Quod si quis gymnasticae & conuiuialis admodum se dedat, musica philosophiaque neglectis, primum quidem firmum corporis habitum consequutus animi viribus multitudinēque repletur, fortiorque quam esset, euadit. Valdē quidem. Deinde si in hoc ita perseueret, ut nihil aliud agat, neque musicā prorsus attingat, certe si quis erat eius in animo infinctus discendi flagrans cupiditate, imbecil-

stus, surdus, ac cæcus efficitur, ut pote qui neque doctrinam gustauerit ullam, neque indagatio- nem rerum neque ullam penitus rationem, neque musicam aliam, unde illius sensus expergi- sci potuerit, coalescereque & purgari. Sic planè. A ratione, ut arbitror, vir huiusmodi, & à mu- sicis redditur alienus, ac nulla alterius persua- sione rationibus inducta utitur, sed vi & ag- gressi immunitate tanquam fera quædam ad omnia fertur, inque inscitia & ruditate, sine concinnitate & gratia uiuit. Omnino sic se res habet. Ad hæc igitur duo, ut apparet, aures duas assererem deum aliquem hominibus tri- buisse musicam & gymnasticam, ad animosi- tatem uidelicet philosophicamque naturam, non ad animum & corpus, nisi per accidens fuerit, sed ad illud ut inter se consonarent, intensa atque remissa, quatenus deceat. Sic apparet. Eum igitur qui pulcherrimè gymna- sticam cum musica miscet, moderatissimèque hæc animo adhibet, meritò absolutissimū mu- sicum dixerimus, & summa harmonia com- positam multò magis quam eum qui chordas temperat. Et meritò quidem, ô Socrates. Non- ne ergo huiusmodi aliquo præside semper in ciuitate nobis opus erit Glauco, si salua respu- blica futura est? Erit certè summopete. Hæc ergo disciplina educationisque modi sint. Cho- reas enim huius generis esse rectè dicat ali- quis, venationesque tum alias tum quæ cū ca- nibus fiunt, gymnica denique certamina & equestria. Firmè enim constat sequi hæc ista debere, neque inuentu difficilia esse. Fortè, non sunt difficilia. Age inquam. Quid nobis præterea distinguendum? Nonne ex his o- mnibus, quinã imperare debeant, qui pate-

*Ex custodi-
bus ciuitatu,
alij impera-
re, a'y pare-
re debet, &
quæ.*

re? Cur non? Constat quidē seniores imperari oportere, iuniores parere. Constat profectō. Et hoc liquet, ex his esse optimos eligendos. Liquet certē & istud. Agriculturū optimū nōnne hi sunt, qui maximā agrorū habent colendorū peritiā? Profusus. Nunc autē cū ex custodibus optimos eligi oporteat, nōnne eos eligere cōueniunt qui maximā custodienda ciuitatis peritiā habent? Eos planē. Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet, potentēque & qui rei curam habeant. Est ita. Cui autē quisque max. me id quod maximē diligit. Necessē est. At quis hoc diligit? maximē, cui conferre eadem ac sibi existimat, & ex cuius felicitate suam arbitratur felicitatem, infelicitatēque pendere. Sic est. *Eligendis igitur ex omnibus custodibus hi maximē, qui nobis considerantibus videantur per omnem vitam summo studio ea facere, quae e rebus esse ducunt; quae verō contrariare. Commodissimi certē hi sunt. Obseruandi itaque sunt, vt arbitror, in singulis etatibus, vtrum praecipuum hoc seruent, neque tāquam praestigiis quibusdam decepti, neque vi vlla compulsi, sui que ipsorum obliti euiciant eam opinionem, qua ea sola censentur agenda quae sunt optima reip. Quam eiectionem dicis? Dicam tibi: videtur mihi opinio e mente excedere, vel sponte, vel inuite. Sponte quidem, falsa, in eo quidem dediscit. Inuite autem, vera quaeque opinio. Quod de voluntario abscessu dicis, intelligo: quod autem de inuito, discere cupio. Nōnne putabas bonis homines inuite priuari, malis autem sponte? An nō mentiri, verūmque nescire malum est, verē autem iudicare bonum? Nōnne opinari ea quae sunt, verē putare videtur tibi esse. Pro-

**Ex custodibus qui praestitendi sunt ciuitati, qui firmam & constantem hanc opinionem retinuerint, sibi ea agenda duntaxat quae optima sunt Reip.*

hè loquetis, mihi que videntur homines inuerti vera opinione priuati. ^a An non vel futurim, vel deceptione vel vi hoc patiuntur? Neque istud intelligo. Tragicè loqui videor. Surtipii enim opiniones iis dico, qui sententiã mutant, vel sentim tempore oblitteratam, vel clam aduersa ratione subtractam. Nunc intelligis? Intelligo equidem. Vim autem illis inferri, quos dolor aut cruciatus, aliter sentire cogunt. Istud intelligo equidem, ac rectè dicis. Subdaci autem quasi præstigiis eos, vt arbitror, tu quoque dices, qui priorem deponunt opinionem, vel voluptate delinuti vel metu perterrefacti. Videntur sanè quæcunque decipiunt, præstigiis nos seducere. Quod igitur nuper dicebam, quærendum est quinam constanter seruent eam, quæ apud ipsos est sententiam, id videlicet semper agendum esse, quod reipublicæ conducere arbitrantur. ^b Obseruandi sunt igitur statim à pueritia, eaque illis opera proponenda, ex quibus aliquis maxime præceptum illud obliuisci, fallique possit. Atque is qui seruat illud in memoria, neque decipitur, eligendus, qui contrà abiiciendus, an non? Certè. Ergo & labores & dolores illis & certamina opponenda, in hisque hæc eadem obseruanda. Scitè. Nonne & secundum speciem illam tertiam præstigiiorum pugnandum est? & quemadmodum qui inspicere cupiunt, nunquid pulli equorum pauidi sint, necne, ad strepitum illos, & tumultum dæcant, sic iuniores in terribilia quædam impellendi, atque item oblectamenta, in hisque multò magis, quàm igni aurum examinandi? vt ita comperiamus, si extet aliquis inter eos qui nõ facile irretiat, sitque compositus in omni-

Inuitis quo modo vera opinio eripiatur.

Qua ratione probandi qui constanter supra dictam illam opinionem retineant.

bus, sui ipsius custos optimus, & eius quam didicit musicæ conseruator, concinnūque & consonum se in his omnibus præbeat. *Qualis* vir esset & sibi & patriæ utilissimus. Atque in qui semper in puericia, adulescentia, & maturatione ætate probatus est, & incorruptus existit, custos & princeps est ciuitatis constituendus. Honores huic tribuendi & uiuenti & mortuo, sepulchrorum & aliorum monumentorum maxima munera sortienti. *Qui* uero talis non sit, abiiciendus est. Huiusmodi igitur, & Glauco, delectus & institutio principum & custodum esse debere mihi uidetur, ut summam potius quam accuratè sit dictum. Idem & mihi uidetur. Igitur uerissimè uocabuntur hi quidem custodes omni ex parte, tam externorum hostium, quam internorum amicorum, ut isti nolint, illi nequeant malum aliquid machinari. Iuuenes autem quos paulò antè custodes nominabamus, recte auxiliarij, defensorēque [constitutionum quas ipsi magistratus & præsides ciuitatis inserint.] Sic & ipse sentio.

Qua fabula ingeneranda est primū principum ciuitatis tū caterorum ciuium animis de charitate recta opinio, qua primū patriam, tū se ipsos inuicem complecti debeant.

Quæ itaque ratio à nobis inibitur mendaciorum illorum oportune adhibentur quorum aliqua persuadere posse primū quidem magistratibus, sui minus reliquæ ciuitati, modo dicebamus esse generose cuiusdam naturæ? *Quale* isthuc ais? Nihil noui equidem, sed Phœnicium quiddam: quòd antè quidem apud multos factum est, ut poetæ dixerunt, & persuaserunt, nostris uero temporibus minime, nec scio si futurum unquam persuadere, certè est arduum. *Quam* pigrè inquit, ad dicendam uideris accedere. Videbor equidem tibi postquam dixerò, haud ab re piger. *Ita*

egere timeas. Ecce iam dico, quanquam nefcio qua audacia quibusque verbis fretus dicam: atque aggrediar primum ipsis principibus & militibus suadere, deinceps autem & reliquis civibus, quod ea quibus nos ipsos enutrivimus erudiivimusque, tanquam somnia visis sunt circa seipsos omnia habere. Erant autem tunc reuera sub terra intus formati & nutriti ipsi & arma eorum & suppellex omnis. Postquam verò omnino perfecti fuerunt, terra ipsos ut mater eduxit. Et nunc quidem tanquam matri ac nutrici, regioni huic in qua sunt consulere debent, atque succurrere, si quis eam invaserit, deque cæteris civibus tanquam de fratribus terra genitis cogitare. Non ab re inquit, iam antè pudebat hoc mendacium dicere. Rectè admodum inquam, sed audi iam reliquum fabula. Estis utique omnes in civitate tanquam fratres (sic enim dicemus apud eos fabulantes) sed cū deus formaret, quicumque vestrum ad imperandum idonei nati sunt aurum in eorum generatione ipsis admisit, propter quod honoratissimi sunt. Illis autem qui ad auxiliandum, argentum. Ferrum denique atque æs, agricolis & aliis opificibus. Tanquam igitur eiusdem generis omnes, similes vobis plurimum generatis. Evenit autem quandoque ut ex aureo nascatur argenteus, & ex argenteo similiter aureus, cæteraque ita vicissim. Quapropter ipsis principibus & primo & maxime Deus præcipit, ut nullius sui maiorem curam custodiãque suscipiant quam natorum, ut dignoscant quid ex (quætuor) his, illorum animis sit immixtum: & si quis ex ipsis nascatur subæreus aut subfæreus, nullo pacto miserantur, sed honorem naturæ

Aurea natura oportet esse custodes civitatis, nec in eum ordinem asciscēdus unde cunque sit, qui sit alius natura si salvam & incolumē esse volumus Remp.

conuenientem tribuentes, ipsum ad opifices
 vel agricolas transferant. Rursumque si ex illa
 nascatur aliquis aureus vel argenteus, hono-
 rantes extollant, illum quidem ad custodes,
 hunc ad auxilios: quasi oraculum sit tum
 reipublicam perituram, cum ipsam vel eius
 custos, vel ferreus gubernat. Habesne quo-
 modo huic fabulae fidem adhibeant? Nullo
 modo, inquit, quo pacto isti: quo autem mo-
 do istorum filij ac reliqui poteri habeo. At
 hoc bene te haberet ad maiorem curam ciui-
 tatis, & inter se mutuo habendam. Perme
 quod dicis intelligo. Et hoc quidem illuc ten-
 det, quo oraculum perducet. Nos autem hos
 terra genitos armantes ducentibus principibus
 producamus. Profecti autem explorent ubi
 in ciuitate sit optimum castra ponere, unde
 eos qui intus sunt, maxime cohibeant, si qui
 nolint legibus ipsis obtemperare: & eos qui
 extra repellant, si hostis tanquam lupus
 ouile inuadat. Cum vero castra posuerint, &
 quibus oportet sacrificauerint, tabernacula
 stuant. Sicne? an aliter? Sic certe. Num huius-
 modi qualia contra hyemes & calores suffi-
 ciant? Quidni? habitationes enim dicere mi-
 hi videris sic aio, sed militares non opulentas.
 Quo differte asseris hoc ab illo? Conabor e-
 quidem declarare. Grauissimum quippe om-
 nium, & turpissimum pastoribus esset, si ita ca-
 nes gregis custodes futuros nutrent, ut ex
 intemperantia, aut ex fame, aut ex aliqua al-
 lia mala consuetudine, canes ipsi aggrediantur
 pecuaria laedere, & pro canibus similes lupi
 efficiantur. Graue, inquit. Omnino itaque no-
 bis cauendum, ne quid tale aduersus ciues effi-
 ciant, qui defensores adhibentur, cum ipsis va-
 lent.

lentiores sint, neque beneuolorum loco socio-
rum, agi estibus dominis se similes præbeant.
Cauendum sane. Nonne maxima esset adhibi-
ta cautio si reuera præclare educati sint? At-
qui sunt quidem iam antea inquit. Hoc qui-
dem, o amice Glaucō, asseuerare non decet:
quod autem nuper dicebamus, nimirum de-
cet, quod oportet ipsos rectam, si qua est, con-
sequi disciplinam, si modò quod maximum
est ad mansuetudinem, tum in seipsos, tum
in eos quos custodiunt exercendam, consecu-
turi suat. Et rectè quidem. Ad hanc igitur di-
sciplinam quisque sanæ mentis dicet et, habi-
tationem, & reliquam suppellectilem ita ad-
hibendam, ne ipsos quò minus optimi viri es-
sent prohiberet, neque eos ad cæteros ciues le-
dendos impelleret. Et verè quidem. Inspice
igitur an tali quadam ratione eos oporteat &
vivere & habitare, si quidem futuri sint tales.

Primò quidem nemo proprium quicquam
possideat nisi quatenus summa cogit necessi-
tas. Deinde neque domum neque penam ha-
beant, quò non omnibus pateat aditus. Quæ
verò ad victum pertinent, tanta sint apud eos,
quantis indigent militares athletæ temperan-
tes ac fortes: accipiântque ex instituto ab al-
liis civibus mercedis tantum custodia gratia,
ut ex annuis sumptibus neque desit quicquã
neque super sit. Conferentes autem se ad co-
mellationes, perinde atque in castris, commu-
ni vescantur convivio. Dicendumque est il-
lis, aurum & argentum diuinum semper in a-
nimis habere, neque humano auro indigere,
neque sanctum esse, illius possessionem ad-
mixture mortalis auri inquinare. Nempe
quòd ex vulgi pecuniis multa impia prouenit

*Custodes ci-
uitatis nihil
propriū de-
bent posside-
re.*

*Aurū hu-
manū tra-
hāre, & ha-
bere non li-
cet, custodib.
ciuitatis.*

rant: quod vero inest illis aurum prorsus in-
 corruptum. Profecō solis ipsis ex omnibus
 qui sunt in ciuitate, tangere aurum aut argen-
 tum, aut sub tecto suo recipere, aut circūfer-
 re, vel ex ea materia bibere, nefas. Hoc ergo
 pacto & sibi & ciuitati salutem parerent. Si
 quando verò domum sibi aut agrum aut pecu-
 niam priuatim possederint, administratores fa-
 milia, & agricola pro custodibus erunt, & vs-
 ce eorum qui ciuibus auxilio sint, domini eo-
 rum intēsi & efficientur: & ipsi odio habiti,
 odioque alios habentes, & insidias parantes
 vicissimque patientes, vitam vniuersam de-
 gent. Vni multo magis ciues quàm externos
 hostes timebunt, accedentque iam tunc pro-
 xime ad perniciem ipsi quàm reliqua ciuitas.
 Horum igitur inquam, omnium causa, dica-
 mus custodes ipsos circa domum & reliqua
 omnia ita instructos esse debere. Hæcque lata
 sit lex, nonne? Sic esto, inquit Glauco.

D I A L O G V S
 Q V A R T V S D E
 I V S T O .

Marfilij Ficini Argumentum.

TRaditur in quarto libro modus possessionis atque
 ciuitatis, ut neque diuites nimium ciues sint, neque
 pauperes. Putat enim tam ex nimia copia quàm
 inopia seditiones oriri ciuitatēque dissipari. Iudi-
 cat præterea ciuitatem illam non esse vnā, sed
 plures, in qua alij quidem pauperes sint, alij verò
 diuites, atque ut fieri solet, diuites contemnant pau-
 peres, hi verò erga illos & inuidia efficiantur & o-
 dio

dia. Vnde sensim descendit ad mysterium suum, ut
 omnia videlicet sint communia, ne alij minus, alij ve-
 rò plus habeant, & inde invidia, mendacia, furta, &
 hinc luxuria, superbia, pigritiaq; nascantur. Adde qd
 pess. sio rerum tā excedens q̄ deficiens non solum mo-
 ribus & cōcordia, sed ingenis etiā & artib. obest. Do-
 cet nō diuitij, sed virtute seruari ciuitatē, magnāq;
 gerere. Item quamlibet ciuitatu partē nō ita dispo-
 nendam esse, ut in seipsa, quā opt. mē habere se vi-
 deatur, sed ut iunctū cōseruat, cōmuniq; ciuitatu to-
 tius cōducatur bono. Alioquin neque ciuitatē ipsam, ne-
 que partes villas posse cōsistere. Adde praterea ciui-
 tatis augenda modum, quatenus felicitet ciuitas una
 permaneat. At cum primum perdi unitas posse vi-
 detur, non esse vltius augendam. Præcipit ergo, ut
 neque exigua, neque vasta sit ciuitas, sed mediocri
 aqua h̄que & concors, quo eius unitas conseruetur.
 Quoniam verò missim frustra sperat, qui negligens
 fuit in seruando, idcirco totū studium circa pueritiā
 adolescentiamq; adhibendum esse indicat, quasi cir-
 ca messu vrbana sementem, adeo ut etiā verborum,
 ludorum, gestuumq; singulorum ratio diligenter circa
 pueros adolescentēsq; habeatur. Alioquin si negli-
 gatur hac atq; non aliter circa leges quotidianas sin-
 stra laboratū iri, quā si quis pharmaceu cum quoti-
 die curare contenderit, qui nullum seruare velit in
 victu temperantiā modum. Inter hæc cōsidera ludos
 in studia sensim, mōresq; cōuertit: item sicut hominē &
 natura robusto, & victu prudenti atque temperato,
 nullis pendē vrbiquam opus est medicinis: ita ciuitati
 & optimē ab initio constituta, & in ea forma perseue-
 ranti, neque multū ab initio legibus, neque quōtidia-
 nis deinceps cōstitutionibus opus esse. Malas verò res-
 publicas, in quotidiana quidē per nouas leges curari so-
 ne versari, nunquam verò bene valere. Quapropter
 in hac republica tanquam optima, Plato nullū cir-

ea leges adhibuit studium, sperās prudentes bonōsq;
 viros leges esse viuentes. De legib. verò sacri quia?
 Multo certe minus in hū censui laborandum. Ne-
 mo enim qua ratione celendus sit Deū intelligit vn-
 quam, nisi prius intelligat Deum. Diuum verò so-
 lem, nisi ipso diuino sole se monstrante, videre non pos-
 sumus. Petenda ergo religionis leges ab Apolline, id
 est diuino lumine, indicat: petenda in quā, non lingua,
 sed purgata mente, atque serena. Cōstitutā verò repu-
 blica deinceps quatuor in ea virtutes agnoscit. Pru-
 dentiam in principibus, id est rectō custodiendā consu-
 lendiq; scientiam. Fortitudinem in militibus, id est,
 firmam sententiam inuitu tam illecebris quā mi-
 nu audēdi pro patria in periculo, quatenus leges ma-
 gistratōsq; præcipiunt. Temperantiā in principib. si-
 mul & militibus, atq; artificibus, id est consensionem
 quandam qua libenter cuncti cōueniunt, ut alij qui-
 dem imperent, alij pareant: & inter eos qui parent,
 alij quidē in bello, alij in opificio pareant: neq; ab vi-
 luptates vllā cōsensus salū impediatur, imo cupidita-
 tes inferiorū, superiorum imperio cōsil ōque obtempe-
 rent. Iustitiam quoque in omnib per quam suū quis-
 que, id est, ad quod natura & studio est aptissimus, o-
 pus munusq; exequitur tā publicē quā priuatim cō-
 muni cōmōdi gratia, neque quisquam sibi vendicat
 alienum. Socrates post hac ostendit iniustitiā esse su-
 bitum ciuitatis exitium, quando aliena singuli vsur-
 pantes oīa perturbant atque cōfundunt. Iustitiā ve-
 rō ciuitatis ordinem esse atque salutē. Proinde ex ma-
 nifestiori hac ciuitatis iustitia ad occultiores trās-
 it in animo quasi latentem. Diuiditq; trifariam ani-
 mi vires, in rationem loco principu, & vim irascendī
 vice militum, naturāq; cōcupiscendī opifici similit.
 Probātque vnā in nobis esse animā, cuius & in qua
 hæ tres sunt vires, nō loco inter se, sed proprietate di-
 stincta. Quod quidem & Peripateticos quosdam la-
 tratores

et atores refellit, & cuilibet diligenter legenti potest
 fieri manifestum. Hanc verò distinctionem adducit,
 ut pateat quomodo inter se anima atque civitas, &
 illius & huius iustitia sint persimiles. Inquit ergo, Cū
 nequeat anima per eandem sui vim circa idē simul
 opposita facere, necesse est eam tres sa'tem vires ha-
 bere. Quippe cum eodem in tempero per libidinē ra-
 piatur ad voluptatem, & per rationem interim reuo-
 cetur. Item per libidinem retrahatur à pralio, per i-
 racundiam provocetur ad pugnam. Ex quibus patet
 rationem esse à libidine differentem, & ab eadē dif-
 ferre etiam irascendi vigorem. Differre quoque hūc
 à ratione patet, tum in pueru nō lū videntib. ratione,
 iracundia tamen valde feruentib. tum in alijs multa
 per iram prater rationis legem agentibus. Propinqui-
 orem verò irascendi vigorem rationi ex eo esse pro-
 bat, quod indignatio saepe rationi opitulatur contra li-
 bidinem. Concludit deinceps iustitiam vna cum tem-
 perantia esse legitimam quandam confessionem, tum
 in cuiuslibet animo trium quas diximus partium,
 tum in civitate trium hu partibus consimilium. Con-
 fessionem inquam in gubernandos exequendo, obedi-
 endo, atque in proprijs muneribus peragendu, & a-
 lientis non usurpandu. Nec immerito hic iustitiam
 temperantia germanam, nominat harmoniā ex acu-
 tu vocibus & grauib. medijsq; constantem, voci-
 bus inquam principes & quatuorarios medijsque ho-
 rum milites referentibus. Deinde ut quæstioni iam-
 diu adducta respondeat, querenti quidnam iustitia
 iniustitiæque in animo pariant, dicit, virtutem esse a-
 nimum sanitatem pulchritudinēq; & rebus vitium ve-
 rō morbum turpitudinem, imbecillitatem. Siquidem
 virtus cunctæ anime partes ut statuit natura, dis-
 ponit & seruat. Vitium verò contraria ira ordi-
 nem confundit atque perturbat. Quoniā verò quādo
 depravata omnino corporis est natura, præstat mori

quàm vivere, etiam si externa nobis abundè suppeditentur, idcirco concludit illius vitã tanquã miserã esse ab omnibus fugiendam, in qua anima per quam vivimus per vitium est depravata. Postremò in ipso libri huius calce asserit eiusmodi animã civitã equè quã descripsit, optimã esse atq; felicissimã. Animã civitã neq; regiam, à regina videlicet hominis ratione dispositã. Addit eiusmodi gubernationẽ tum regiam appellã, i, quando inter multos bonos excellat quidam man festè omnium prastantissimus, tum rep. optonatum, quando p'ures pariter videantur excellere. Omnino verò eandem esse gubernationem existimandã. Annuit quoque se in sequenti libro quatuor reliquis, tum animorum, tum rerum publicarum aff. ctiones orãine distincturum.

Obiectio ad
versus eam
legem qua
custodibus
penes quos
est imperiũ
& admini-
stratio civi-
tatis adimit-
tuntur pro-
prietum ho-
norum posses-
sionem.



Io Adimantus respondens, Quid
ô Socrates, afferes, inquit, si quis
te dicat non multum hos viros
beatos efficere, cùm tamen ipsi sint
quorũ reuera est civitas, nihil au-
tẽ ex boni civitatis accipiunt, quemadmodum
alii, qui & agros & magnificas domos supelle-
tilẽmque huiusmodi domibus convenientem
possident, sacraq; diis priuata faciunt, hospites
excipiunt, & sanè quæ tu nũc dicebas, aurũ &
argentũ adepti, & quæcunq; ad felicitatẽ con-
ferre putantur, isti verò tanquã auxiliarii qui-
dam mercede conducti in vrbe sedent, nihil a-
gentes aliud quàm custodiam? Certè, inquã e-
go, vt qui victũ praterea solum recipiãt, neq;
mercedem vltra victum, vt alii. Quo circa neq;
si proficisci priuatorũ negotiorũ causa velint,
licebit ipsi, neq; quicquã [aliis dare, nec aliis
in rebus infumete pecunias,] eorum more qui
beati

beati putantur. Quæ tu & alia multa huiusmo-
 di [quæ possent obieci] prætermittis. Atqui, in-
 quit Adimantus, sint & ista in accusatione cõ-
 præhensa. Quid igitur respondendum esse ais?
 Sant. * Eandem, in quâ, viâ illâ ingredientes, in
 uenimus, vt arbitror, quæ sint dicenda. Dice-
 mus porro nihil mirum fore, si ita isti felicissi-
 mi sint. Non tamen ad hoc respicientes consti-
 tuimus ciuitatē, vt vna aliqua nobis, natio sit
 maiorē in modum felix, sed vt quàm maximè
 ciuitas vniuersa Speramus enim in huiusmodi
 ciuitate iustitiâ maximè inuenire: contra verò
 in ea quæ pessimè instituta esset, iniustitiam.
 Quibus inspectis, facile nos quod iamdiu quæ-
 rimus, iudicatos existimauimus. Nunc tanē,
 vt opinamur, beatâ fingimus, nõ vt pauci qui-
 dem in ea beati sint, sed vt ciuitas tota. Dein-
 cept autem contrariâ contemplabimur: quem-
 admodum enim si quis nos figuram hominis
 depingentes vituperet, ^b quòd pulcherrimis
 animalis partibus non pulcherrimos etiam
 colores apponamus: oculi enim pulcherri-
 mum membrum non purpura, sed nigro colo-
 re essent depicti: decenter vtique respondere
 videamur, ò mihi hæc, non oportet ad eò nos
 pulchros oculos pingere, vt ne oculi quidē es-
 se videantur, ac neque cætera membra: sed cõ-
 sidera, si singulis decorē suum attribuentes, to-
 tum pulchrum reddamus. Sic neque nunc nos
 cogas ea custodes felicitate afficere, quæ illos
 quiduis potius quàm custodes efficiat. Posse-
 mus enim & agricolas hortari, vt subrilibus
 vestibus induti, auròque ornati, animi tantum
 gratia colerent terrâ: & figulos, vt à dextra dis-
 cúbentes, atque ad focū bibentes & cõuinuū ce-
 lebrantes, [iuxta se posita] tota quantū animo

*a Responsio
ad superiorē
obiectionem.*

** Idros.*

*b Pulchritu-
tudo paruis
corporū posi-
ta est in re-
ta ipsius cū
toto & cæte-
ris partibus
cõgruentia.*

lubeat figulinā exercerent: & alios omnes hoc modo beatos efficere, quō vniuersa ciuitas felix esset. Sed ne nos ita moneas. Porro si tibi parebimus: neque agricola, agricola erit: neq; figulus, figulus: neque vllus alius formā habebit eorū ex quibus fit ciuitas. Sed aliorū quidē ratio leuior. Sutores enim facti deteriores deprauatiq; & simulātes id esse quod nō sunt, ciuitati nihil inferunt graue. Custodes autem legum & ciuitatis si non sint, sed appareant, vidēsne vt omnem ciuitatē simul perdant, quū eā bene constituendi, beatāq; reddendi soli opportunitatē habeant? Quamobrem si veros ciuitatis custodes quærimus, minimē eos eligere debemus, qui noceant ciuitati. Qui verō illud dicit, & agricolas non tanquā in ciuitate, sed tanquā in festa quadā celebritate discumbentes felices facit, aliquid certē aliud quā ciuitatem dicit. Videndum igitur vtrum ad hoc respicientes custodes constituamus, vt quā maximē felicitate abundant: an potius totius ciuitatis rationem habeamus, vt tota sit felix: auxiliarios autem istos atque custodes cogere & persuadere deceat illa facere, ex quibus optimus sit sui quisque operis artifex, ceterosque omnes similiter. Atq; ita vniuersa aucta ciuitate, rectēque instituta, sinendum vt singuli quatenus cuiusque natura capax est, beatitudinis sint participes. Probē, inquit ille, mihi loqui videris. An & quod huic est proximum, inquam ego, videbor tibi rectē dicere? Quid maximē? Contemperate num ista ceteros quoque artifices ita corrumpant, vt prauū sint. Quā ista? ^aDiuitiæ videlicet & paupertas. Quā ratione? Ita figulus diues factus videtur tibi etiam tum curam suæ artis habere.

^aDiuitiæ & paupertas corrumpunt omnes artifices, & artificum opera deteriora reddunt.

habere? Minimè. Pigrior certè negligentiorque reddetur. Valde. Quare & deterior fit figulus. Et istud. Rursus autem si propter inopiam instrumentis & reliquis quibus indiget ars, careat, & opera ipsa deteriora faciet, & filios ac ceteros quoscunque docebit, deteriores artifices reddet. Quidni? Ex utrisque igitur tam opulentia quàm paupertate, & deteriora artium opera, & deteriores artifices ipsi fiant. Sic apparet. Alia ergo quardam inueniemus nostris custodibus obseruanda, ne ipsis insciis in ciuitatem irrepant. Quænam ista? Opulentiam, inquam, & inopiam. Illa siquidem delitias, desidiam, rerum nouarum studium parit. Hæc autem cum rerum innouatione illiberalitatem, & maleficia gignit. Sic est prorsus. Veruntamen, ô Socrates, animaduerte quæso, quo pacto nostra hæc ciuitas cum pecuniis careat, bellum gerere poterit. Præsertim si quando aduersus amplam opulentiamq; ciuitatem arma capere cogetur. Constat, inquam, quòd aduersus vnã difficile, sed aduersus duas tales, certè facilius. * Quomodo inquit istud ais? Principio si committenda pugna est: nõne hi bellicis rebus exercitati, aduersus diuites pugnabunt? Fateor equidè istud. Quid verò Adimante? Vnus pugil optimè ad hæc instructus, nõne contra duos non pugiles diuites insuper ac pingues, videtur tibi facile pugnaturus? Haud fortasse simul. An forte neque etiam si licuerit subterfugiendo eius qui primus inuadit istus euitare, deinde subita conuersione eum cadere? Quin si sæpius in sole & æstu id egerit, plures huiusmodi homines vir talis subiget. Nempe nihil mirum. An non putas diuites pugilum arti: plus vsu

* Ciuitas
qualis à Pla
tone informa
tur pluribus
alijs simul
debellandis
par erit.

& notitia cōsequutos esse, quàm bellica? Equi-
dem. Facile itaque athletæ nostri, ut conten-
taneum est: cum duplis triplicisque ipsorū cer-
tabunt. Id quoque admittā. Nam probè loqui
videris. Quid si missa in ciuitatem aliam lega-
tione, vera dixerint: quòd nos quidem auro
& argento non utimur, neque nobis fas est iti-
dè ut vobis. Quare vos qui nobiscū belli socie-
tatem contraxistis, quæ alij possident, habeo-
tote: censes aliquos his auditis, contra canes
duros & graciles pugnare malle potius, quàm
vnā cum canibus huiusmodi contra pingues
oues ac molles? Haudquaquam mihi videtur.
Verum si in ciuitate vnā cæterorum pecuniæ
cumulentur, caue ne minus pecuniosa peri-
culum inferat. Beatus es, quandoquidem pu-
tas decens esse aliam quandam appellare ciui-
tatem, quàm talem, qualem ipsi constitui-
mus. Quid prohibet? Ampliorem appellatio-
nem exigunt aliæ. Nam quæque illarum, ci-
uitates multæ sunt, non ciuitas, ut dici ab iis
qui locantur solet. Duæ nanque saltem fu-
tura sunt, ex quæ inter se dissidentes. Vna
quidem pauperum, diuitum altera. Rursusque
in vtraque istarum per multæ: quibus, si ut
vni intendas, peritus aberrabis: sin ut multis,
tribuens ea quæ aliorum sunt, aliis, tam pecu-
niæ quàm potentias, aut & ipsos præterea, so-
cis auxiliatoribusque semper multis vteris,
hostibus autè paucis. Et quatenus ciuitas ita ut
nuper ordinata est, tēperans exister, maxima
erit, neque id quidē opinione, sed reuera ma-
xima, etiā si mille duntaxat propugnatoribus
constet. Ita enim magnā ciuitatē vnā haud fa-
cile vel inter Græcos, vel inter Barbaros repe-
tis: quæ tamen huiusmodi ciuitate multò
maiores

*2 Ciuitas in
qua paupe-
rum & diui-
tum discrimen est, non
est vna scd
multa.*

maiores videantur, multas inuenies. An aliter sentis? Non aliter per Iouem. An non hic igitur pulcherrimus erit nostris principibus augendæ ciuitatis terminus, * cui cum tanta fuerit tantam regionem tribuere docet, reliquam autem dimittere? Quisnam terminus? Arbitror equidem, quousque ad aucta ciuitas vna permaneat, eò vsque augendâ esse, non ultra, præclarè. Hoc præterea præceptum custodibus seruandû mandabimus, vt omni ratione prouideant, vt nec parua ciuitas, nec magna videatur esse, sed vna atque sufficiens. Atqui leue quid forsân illis præcipientur. Et istud leuius præterea, cuius in superioribus mentione fecimus, cum diceremus oportere siue quis vilis filius è custodibus nasceretur, ad alios mittere: siue ex aliis probus, ad custodes ipsos. In quo planè ostendere volebamus, quòd & aliorum ciuium vnûquenque ad vnû id opus duntaxat ad quod natura est aptus, ducere decet, vt sua quique naturæ studiû sequens, non multi, sed vnus existat, atque ita ciuitas tota vna fiat, non multa. Est hoc inquit, etiam illo minus. Haudquaquam, ô bone vir Adimante, hæc multa ac magna, vt existimaret aliquis, illis præcipimus, sed leuia omnia exiguaque, si vnû vt dici solet, magnum seruent, imò verò pro magno, sufficiens. Quid istud? ^b Educatione, inquit, & institutione. Nam si bene educati viri moderati euaserint, facile omnia ista discernent, cû alia quocumque nos in præsentia prætermittimus, tum mulierû virorûque conianctiones & procreations filiorû quod conianctiones & procreations filiorû quod videlicet oporteat amicorû omnia hæc secundâ prouerbiû, quàm maximè esse cõmunia. Resissimè profectò ita fieret. Etenim respublica

* Tantus æger ciuitati, quantum ad eam alendâ sufficit necessarius est.

^b Educatio & institutio præcipua ciuitatis firmamenta.

si semel cœperit bene, progreditur tanquam circulus semper augetens. Quippe educatio eruditioque bona seruata, ingenia quoque bona efficit. Rursusque bona ingenia educatione huiusmodi consecuta, meliora etiã quàm prius euadunt, tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in cæteris animalibus. Consentaneum id quidem. Denique vt summam dicam, hoc diligenter est à ciuitatis tutoribus obseruandum, ne illis insciis corumpatur. Imò istud in primis curent, ne quid præter ordinem à nobis datum circa gymnasticam &

a Circa gym-
nasticam &
musicam ni-
hil innouan-
dum in Rep.
bene consti-
tuta.

Odyssæ

c Homerum.

b Nusquam
musica mo-
di mutantur
quin sequa-
tur legum &
institutorum
ciuitatis mu-
tatio.

musicam innouetur, sed illum quàm maximè fieri potest quisque sequatur. Et cum dixerit aliquis poeticum illud, Homines videlicet nouis canibus admodum delectari, metuere debet isti custodes, ne sæpenumero poetam qui putet non cantilenas nouas, sed modos canendi nouos dicere, eosque laudet. Oportet autem neque laudare quicquã tale, neque suscipere. Cauendum sanè speciẽ musicę nouã inducere, cum id fieri nequeat quin in periculum adducatur totius ciuitatis status.] *b* Nusquam enim musicę modi mutantur, absque maximarum legum ciuiliam mutatione, vt ait Damon, cui & ipse assentior. Me quoque scito ô Socrates, assentiri. Arcẽ igitur quandam, vt videtur, custodię gratia, hinc ipsis custodibus circa musicam struere oportet. Nempe eiusmodi peccatum clam ac facile surrepit. Certè iocè cuiusdam instar, atque ita vt nihil laedere videatur. Nihil enim, inquit, aliud facit, quàm quòd familiaris effecta, sensim in mores serpit & studia: ex his deinde ad commercia emergit amplius: demum à commerciis in leges republicasque erumpit magna, ô Socrates, cum

pectu.

petulantia atque lasciuia quousque tandē priuatim ac publicē cuncta peruertat. Sic se res habet, inquā ego. Sanē, inquit, ut mihi quidem videtur. Ergo ut à principio diximus, statim à primis annis pueri [nostri honestæ disciplinæ sunt assueti.] Nam si [exlex fuerit eorum educatio, talēsque fuerint ipsi pueri,] nunquam in legitimos probosque viros euadere poterunt. Quidni? Quando itaque ludis honestis assueti iuuenes ab incunte ætate vnā cum musica bonos mores imbibebunt in contraria his omnino ac superioribus musica tendit, atque auascit erigens, si quid antea in ciuitate iacebat. Vera loqueris. Quæ igitur parua videntur esse, instituta isti comperiunt, quæ omnia priores illi perdiderunt. Qualia? Hæc videlicet. Quemadmodum tacere debent coram senibus iuniores, cedere illis locum atque assurgere parentes colere: quis tonsuræ modus seruandus cuique, quibus vestibus calceisue vtendum, & omnino quis corporis ornatus conueniat, ac cætera generis eiusdem. An non putas? Equidem. Atqui legibus hæc præscribere, ineptum esse arbitror. Nam neque id vsquam fit neque constarent hæc verbis literisque mandata. Quidni? Apparet itaque, ô Adimante, quale cuiusque fuerit puerilis educationis initium, talia fore etiam quæ sequuntur. An non simile semper simile prouocat? Cur non? Ac tandem opinor, dicendum id est in vnum aliquod summum & validum, siue bonū, seu malū euadere. Quid prohibet? Hæc equidem ratione nunquā statnere legibus hæc contenderem. Et meritò quidem. Dic per deos, inquā, an negotia ipsa forensia mutusque commercia & pacta in mecha-

nicis artibus, item consilia & verbera, dicarū
 sortitiones, constitutiones iudicū, & si qua vel
 circa forum, vel portus, aut imponenda aut
 exigenda sunt vectigalia, vel omnino [iura
 huiusmodi, quæ ad forum mercatumque per-
 tinent, aut ad urbem, aut portus] & reliqua
 id genus, an hæc, inquam, vel horum quic-
 quam legibus constituere aggrediemur. Haud-
 quaquam decet viris bonis præclarisque præ-
 cipere. Horum enim plurima qualia & quo-
 modo statuenda sint, facillè ipsi reperient. Ni-
 mirum, ô amice, si deus illis legum illarum
 quas supra posuimus, salutem præstiterit. Sin-
 minus inquit, ita vitam transigent, vt multa
 eiusmodi legibus statuans corrigantque sem-
 per & innouent, putantes ita se quod est opti-
 mū assecuturos. Dicis nēpe istos perinde victu-
 ros, ac illos qui cū ægrotent, propter intēperan-
 tiam insalubrē victū mutare nolunt. Sic pro-
 fusus. Enimvero in quā ego, lepidè isti vitam de-
 gunt, curatōnibūque suis nihil aliud assequū-
 tur, quàm quòd magis varios, magisque vehē-
 mentes morbos efficiunt, confidūntque sem-
 per, si quis pharmacis vti consulat, bene se va-
 lituros. Ominino tales sunt ita laborantiū mor-
 bi. Quid verò? nōne hoc in illis peruenuitū,
 quòd omniū inimicissimū eū patent, qui vera
 monet, dicitque non prius pharmaca, vitiones,
 incisiones, incantationes, eāve quæ extrinse-
 cus admoventur, aut eiusmodi aliqua profu-
 tura, quàm desinat quis ebrietati, voragini,
 veneri, otio indulgere? Haud admodum ele-
 gans istud. Nam indignari aduersus eum qui
 vtilia consult, gratia & venustate caret. Er-
 go viros huiusmodi, vt videris, nequaquam
 probas. Minimè per Iouem. Neque etiam
 ciuitas

*a Nisi in pri-
 mis deturo-
 pera vt bo-
 nu & hone-
 stu moribus
 imbuatur et
 uitas frustra
 leges varia
 sequuntur &
 refuguntur de
 is qua ad
 commercia
 & contractus
 pertinent.*

ciuitas tota id agat, quod modò dicebamus, laudabis. An non idem quòd isti facere tibi ciuitates videntur, ^a quæcunque male institutæ: ciuibus interdiciunt ne totum ipsum reipublicæ statum moueant, alioquin capite dānentur quicunque res innouant? Contra quisquis ita Remp. administrantes colat, illique gratificetur, & obrepat, eorūque voluntati assentetur & morem gerat, hic demum bonus vir erit, hic in rebus maximis sapiens, hic honore ab illis afficietur. Idem prorsus facere mihi videntur, neque vllò pacto laudo. Quid autem? Nōne eorū fortitudinem, propensioemque affectum miraris, qui has ciuitates curare contendunt? Admiror equidem, his exceptis qui ab ipsis falluntur, putantque reuera ciuiles se esse, quòd vulgò laudentur. Quid ais? An non istis ignoscis? Num existimas eum qui metiendi sit ignarus, si quando cæteri multi tales quadricubitū esse eum prædicent, effugere posse, quin & ipse de se idem existimet? Non istud quidem. Ne igitur agrè feras. Sunt enim hi quidem omnium maximè ridiculi, qui leges ferunt in his quæ diximus emendantque semper, confidentes se finem aliquem reperturos circa ea iniquè in commerciis committantur, & circa illa quæ ego paulò antè dicebam ignorantes, se reuera tantquam hydram secare. Certè nihil aliud faciunt. Equidem [genus hoc legum circa commercia, ^a arbitror verum conditotem legum, neque in malè disposita, neque in bene constituta ciuitate attingere debere: in illa quidem quoniã inutilia sunt huiusmodi instituta, neque quicquã proficiunt: in hac autem, quia partim quisque reperiet, partim suapte

^a *Aduersus ciuitates quæ malè instituta interdiciunt, ne quæ ciuitatis statum mutant.*

^b *Nō est magno opere laborandū peritolo legislatori de ferendis legib. circa commercia, pacta & contractus, ceteraque ciuitatis vitæ negotia.*

a *Ea qua ad sacras ceremonias & cultū deorū pertinent nō sunt humana sed diuina institutio nū.*

natura ex superioribus studiis proficiuntur. Quid præterea restat nobis de legum constitutione? Nobis quidē nihil. Apollini autem Delphico maxima præclarissima, prima instituta. Quæ nā ista? Templorum constitutiones & sacrificia, cæteri quæ deorum & demonum atque heroum cultus, sepulchra præterea & funera defunctorū & quæcunque sunt ad eos placandos ministeria subeūda. Talia profectō neq; ipsi scimus, & in ordināda ciuitate nulli credemus alteri si sapiemus, nulloq; alio vtemur interprete, nisi patrio (Deo.) Hic nempe deus in reb. huiusmodi, cūctis hominib. patrius interpretis, in media terra super vmbilicum sedens, exponit. Scitē loqueris, atque ita agendū.

b *Constituta ciuitate dein ceptis quaritur, quomodo inueniatur in ciuitate iustitia.*

Constituta ergo iam, tibi, o Aristonis fili sit ciuitas. Deinceps autem & luce allunde magna illata, per eam & ipse circumspecte, & fratrem aduoca tuum & Polemarchum, & alios insuper, vt experiamur, si quo pacto iustitia & iniuria vbi locorum sint, videre quæmus: quōve inter se discrepent, atque vtrum horum consequi debeat is qui beatē victurus sit, siue lateat, seu non lateat deos omnes & homines. Nihil, inquit Glaucō, agis. Tu enim inuestigare pollicitus es, quasi impiū futurum sit, si non pro viribus opē tuleris iustitiæ. Vera admones, inquā ego, & ita certē agendū. Oportet tamen & vos mihi adesse. Sic agemus, inquit. Spero itaque hac ratione id inuenire. Nēpe arbitror ciuitatem, si rectē nobis fuerit constituta, absolutē bonā existere. Necessē est. Cōstat vti que quōd sapiens est, fortis, & tēperans, & iusta. Constat. Quocunque horum in ciuitate comperto, reliquum erit quod nondum inuentum. Quid nū? inquit. Si ex aliis quibusdā

quatuor, vnum aliquid in subiecto aliquo inquireremus, illudque primò pateret, satis nobis esset factum, quòd si tria reliqua prius comperiremus, ex hoc ipso quaesitum cognoscere-
 mus, quia constaret nihil esse aliud quàm quod restaret. Probè loqueris. An non de istis etiam quandoquidem quatuor sunt, eodem modo quaerendù? Planè. Atqui ex his omnibus prima in ciuitate sapientia præfulgere videtur, aliquidve mirandù circa ipsam apparet. Quidnã? Sapiens mihi reuera ciuitas quam descripsimus esse videtur. Nã consulta est. Nonne? Est profectò. Etenim hæc ipsa consulendi facultas, scientia quædam est. Non enim inscitia sed sciëntia potius homines bene consulunt. Perspicuñ id quidè. Multæ verò ac variæ in ciuitate scientiæ sunt. Sunt. Num propter ipsam fabricorum scientiam, sapiens & bene consulta ciuitas appellanda? Nullo modo propter istam, sed fabrilis. Non ergo sapiens appellanda est ciuitas, ex eo quòd qua ratione quàm optimè opera lignea peragantur, bene consultet. Non certè. An non fortè propter scientiam, qua ænea òpera fingit? vel aliam talè? Certè propter nullã huiusmodi. Neque etiam propter sciëntiam fructuum ex terra producendorum, sed agriculturæ peritia. Sic opinor. Quid vero? Estne aliqua scientia in ciuitate nuper à nobis condita, apud ciues vltos, *⁹ Sapiencia ciuitatis est* qua non de re aliqua priuata in ciuitate delibetur, sed de vniuersa potius ciuitate qua ra *in ea parte* tione & ipsa erga seipsam & alias ciuitates *ocustodù qua* primè sese gerat? Est nimirum. Quænam hæc præest *ciui-* & in quibus. *⁹ Ipsa scilicet custodiendi dili-* tati *eamque* gètia, & in his principib. quos modo custodes *regit & ad-* perfectos appellabamus. Propter hanc ergo *ministras.*

scientiam, quo nomine ciuitatem nuncupas in consultando perspicacem ac reuera sapientem. Vtrum plures in ciuitate fabros ararios quam veros hosce custodes esse putas? Multo certe plures ararios fabros. An non & reliquorum omnium artificum, quicumque aliqui esse dicantur, isti paucissimi erunt? Paucissimi admodum. Ergo ex minima quadam gente sui que parte & ex scientia quae in praesidente & principe parte, inest, tota sapiens erit secundum naturam ciuitas instituta: atque id, ut videtur, natura paucissimum rarissimumve genus cui conuenit esse huius scientiae particeps, quam solam ex omnibus aliis decet sapientiam appellare. Verissima narras. Hoc itaque vnum ex quatuor, nescio qua ratione inuenimus, & quid sit, & qua sit ciuitatis in parte locatum. Mihi quidem sufficienter videtur dictum. At verò neque inuentu difficile est, quid fortitudo sit, quae in ciuitatis in parte locetur, propter quam fortis ciuitas nuncupatur.

a Fortitudo ciuitatis si ea est in milibus & pro pugnantibus.

Quoniam pacto? Quisnam ad aliud quicquid respiciens, ciuitatem vel timidam, vel fortem nominat, quam ad eam partem quae pro ipsa pugnat ac militat. Certè nullus. Neque enim alij in ipsa vel timidi, vel fortes existentes, auctoritatem habent, qua eam vel timidam vel fortem reddant. Non certè. Fortis igitur ex parte sui ciuitas erit, ex eo quòd in ea vim talem habeat, quae ratam in omnibus seruat opinionem, quod duntaxat terribilia sint, & talia, quae & qualia legillator in institutione pronunciauit. An non hanc fortitudinem vocas? Non satis quod dixisti, percepit dicat iterum. Conseruationem quandam fortitudinem esse dico. Quam conseruationem? Opinonis videlicet

lege per educationē conceptā, qua iudican-
 tur quæ terribilia sint, & qualia. In omnibus
 autē eam conseruationē esse dixi, hoc est, vt
 rata semper & vbi que seruetur, siue quis dolo
 ribus afficiatur, seu voluptatibus, aut cupidita-
 tibus, aut timoribus, nec vilo pacto quis pro-
 pter hæc ab ea dimoueat. Cui autē simile
 esse id arbitror, si vis tibi aperiā. Cupio equi-
 dem. ^a Nescis quōd tinctorēs, quoties volunt
 lanas purpureo colore inficere, primò quidē
 ex tot coloribus albū eligunt, deinde non me-
 diocti opera præparant, vt quā maxime flo-
 rem suscipiant, atque ita demum tingunt.
 Quod autē ita est tinctū, indelebile permanet,
 neque sola aqua dilui, neque etiā additis his
 purgationibus, quæ ad abstergendū pertinent
 aboleri. Hæc ille coloris potest. Quæ autē non
 ita præparata sunt, scis qualia euadant, seu a-
 liis coloribus seu istis tingat aliquis, cum
 mitius antea excoluerit? Certè deformia
 sunt, colorēsque eorū facile diluuntur. ^b Ta-
 le aliquid facere studuisse nos pro viribus co-
 lites & pro-
 gita, quando milites ipsos eligebamus, eosque
 & in musica, & gymnastica erudiebamus: at-
 que existima nihil nos aliud excogitasse, quā
 vt nobis quā optimè persuasi leges instat co-
 loris cuiusdā imbiberent: adeo vt eorum opi-
 ratio de rebus terribilibus, de que cæteris omni-
 bus immobilis perseueret, ex eo quōd optima
 natura geniti fuerint, & decenti educatione
 nutriti, neque tincturā eorum delere valeant
 purgationes istæ ad diluendum vehementissi-
 ma: voluptas scilicet omnia halastixo nitro,
 & lixivio ad expurgandum acrior: dolor itē,
 & metus, atque cupiditas, omni alia purgatione
 ad abstergendum potentiora. Hæc vti que vim
^a Quomodo
 tinctorēs la-
 nas præpa-
 rant vt tena-
 citer hasurū
 colorem re-
 cipiant.
^b Gymnasti-
 ca & musi-
 canā in ge-
 nere recta
 institutio eo-
 rum qui su-
 tur sunt mi-
 lites & pro-
 pugnacula
 eruditi, ad
 hiberet in-
 stat præpa-
 rationis cu-
 iusdam ad
 tingēdos &
 imbuedos
 militum a-
 nimos rectū
 circa metū
 da vel non
 metus, da
 metuenda
 piniombus.

passim rectæ legitimæque opinionis conserua-
 tricem circa terribilia eorūque cōtraria for-
 titudinem voco equidem atque assero, nisi tu
 fortè quid aliud dixeris. At ipse nihil aliud.
 Videris enim opinione rectam de hisdē absq;
 disciplina conceptam, seriuam videlicet &
 seruilē haudquaquam existimare legitimam,
 sed aliud quid lam quàm fortitudinem nun-
 cupare. Verissima inquam loqueris. Admitto
 igitur hanc fortitudinē esse. Admitte insuper
 & ciuilem atque ita rectè accipies. Deinceps
 autem de hac, si volueris aliàs diligentius per-
 tractabimus. In præsentia verò non istud qui-
 dem sed iustitiā quærebamus. Ad cuius inue-
 stigacionem satis de hac, vt arbitror, dictum.
 Præclare loqueris. Duo restant præterea in ci-
 uitate consideranda, tēperantia scilicet & cu-
 ius gratia omnia indagamus iustitia. Profsus.
 An quōquomodo iustitiā iam ipsam reperire
 potuimus, ne rursus in inuestiganda tēperantia
 laboremus? Equidē neq; id scio, neque vellem
 prius nobis iustitiā innotescere, quā tēperan-
 tiā considerauerimus. Quare si mihi gratū vis
 facere, prius hoc quā illud inuestigato. Volo e-
 quidē nisi sim iniurius. Inquire iā. Ecce perqui-
 ro. atque vt hinc intueri licet, consonantiæ &
 harmoniæ magis quā superiora similis est. Quo
 pacto? Ornatus quidā est tēperantia, & à vo-
 luptatib. cupiditatib. usq; quibusdā vt perhibēt,
 abstinentia seipso verò superiorē esse, aliāque
 nōnulla similia affirmāt, nescio quo modo, ip-
 sius esse tēperantiæ quasi quædā vestigia. An
 non? Maximè omniū. Nōne quod seipso po-
 tentius nuncupatur ridiculū quodāmodo ap-
 parēt? Quisquis enim seipso potentior, seipso
 quoque imbecillior erit, iursusque qui im-
 becil-

a Temperan-
 tia quid:
 consonantia
 & harmo-
 nia quid si-
 mile.

b Quomodo
 quis seipso
 potentior &
 debilitat.

becillior & potentior. Idem quippe aliquis in
 his omnibus appellatur. Quidni? Atqui vide-
 tur mihi id velle sibi hic sermo, quod in ho-
 minis anima duo quaedam sunt. Vnum qui-
 dem melius, alterum verò deterius. Et quando
 quod natura melius deteriori dominatur, tunc
 aliquis seipso potentior dicitur, atque hoc ser-
 mone laudatur. Quoties autem propter impro-
 bam educationem vel consuetudinē aliquam
 quod est melius, quum minus ipsum sit, de-
 terioris multitudine superatur hoc oppro-
 brio quodam vituperatur, & seipso imbecillius
 dicitur: & qui ita affectus est, intemperans ap-
 pellatur. Sic apparet. Contēplare hanc nuper
 à nobis conditam ciuitatem, inueniēsque ipsi
 alterum horū inesse. Potentiorē quippe ipsam
 seipsa iure vocatam fateberis. Nam si melius
 in ea peiori imperat, temperans dicenda est,
 & seipsa melior. Contemplor equidem ac ve-
 ra loqueris. Enimverò plurimas variāsque cu-
 piditates voluptates, dolores in his homini-
 bus reperire maximē quisque poterit, mulie-
 ribus, & ministris, & eorū qui liberi esse dicun-
 tur in ipsis plebeis abiectisque hominibus. O-
 mnino quidem. Simples autem & modera-
 tas, quæ cum mente & opinions recte rati-
 onatione dicuntur, in paucis sanè reperies
 & his quidē natis optimē, & optimē educatis.
 Vera hæc sunt. An non hæc in ciuitate hæc es-
 se vides, atque hinc cupiditates vulgi viliām-
 que personarū, superatas à cupiditatib. & pru-
 dentia paucorum modestorumque virorum?
 Cerno equidem. Si qua igitur ciuitas potēti-
 or cupiditaribus & voluptatibus, atque item i-
 psa seipsa, hæc maximē talis appellāda est. Pior
 sus. Itaq; nōne iusta hæc omnia & tēperata?

*Qua in ve
posita sit Te
perantia ci-
uitatis.*

*Temperan-
tia tanquã
harmonia
diapason per
totam ciui-
tatem dif-
funditur.*

Maximè. Atqui si in vlla alia ciuitate tam sub-
ditis quàm imperantibus eadem opinio qui-
bus d. ferre potissimùm imperium deceat, inest,
in hac præcipuè inesse oportet? an non ita
cenes? Magnopere istud quidem. Quibus
itaque potissimum ciuibus inesse temperan-
tiã dices quoties sese ita habuerint, in princi-
pibùne? an in subditis? In ambobus quo-
dammodo. Cernis igitur quàm aptè vaticinati
sumus paulò antè, harmoniæ cuidam esse si-
milè temperantiã? Curnam? Quia non quem-
admodum sapientia & fortitudo in partibus
quibusdã existentes illa quidè sapientem, hæc
fortem efficit ciuitatè, ita tēperantia quoque
sed instar harmoniæ quæ diapason dicitur,
per totam ciuitatè diffunditur, efficiens vt in
idè debiliores homines fortioresque & medijs,
prudentia, potentia, multitudine, pecuniis itè,
aut alio quodã huiusmodi consonent. Qua-
propter rectissimè possemus tēperantiã hanc
appellare concordiam, deterioris videlicet &
potioris secundũ naturã consensionè, quæ do-
ceat, què vel in ciuitate, vel in vnoquoq; con-
ueniat dominari. Assentior equidè. Cum ita
sit, tria iam nobis in ciuitate cõperta sunt, vt
ex his apparet. Reliqua verò species, propter
quã præterea virtutis particeps ciuitas esset,
quænam erit? Constat hanc esse iustitiã. Con-
stat plane. Nonne iam nos oportet, ô Glau-
co, tanquã venatores hunc cespitem circunda-
re, circumspectes ne qua ex parte iustitia sub-
terfugiat, & ab oculis euasens, sese occultat?
Patet enim hinc esse, Fige itaque passim intui-
tum, atque annitere, si quo modo possis prior
me eam cernere, ipsãque mihi ostendito. V-
zinam possem. Verùm satius me vteris, vt tali
quodam

quodam comite, qui possim demonstrata prospicere. Sequere igitur, mecū Deum antè precatus. Efficiam quod mones. Ducas modò. Arduus inquā, hic locus atque umbrosus esse videtur, tenebricosus certè & imperferutabilis. Veruntamen pergendum est. Pergendū planè. Et ego conspicatus. Hui, hui inquam, mi Glaucò, videmur vestigia quaedam eius quod quarimus nacti, apparètque istud haud diu nos effugituum. Faulus certè nuncius. Enimuerò, inquam, molles hebetèsi que sumus. Quid istud? lampridè nobis ab ipso principio, vir beate, quod quarimus, ante pedes voluitur, neque ipsam inspeximus, sed æquè ridendi fuimus, vt illi qui sepe quod in manibus habent, perquirunt. Nos quoque lōge petebamus quod prope nos erat, vel fortè nos latuit. Quomodo istud iis? ha. Nèpe videmur mihi dicentes istud pridem & audiètes, haudquaquam animaduertisse id aliquo modo nos dicere. Prolixum fanè proceum audire cupienti. Attende siquid dico. Nam quod principio passim statuimus faciendum cum ciuitatem condidimus, id est, vt arbitror, vel species quaedam ipsius, iustitia. Nam diximus saepe numero, si recordaris, numquodque oportere vnum aliquid exercere eorum quæ ciuitati conducant, ad quod ipsius natura esset aptissima. Diximus proculdubio. Etenim quod sua agere, neque in alienis curiose occupari iustitia est, & ex aliis multis audiuimus, & sepe ipsi diximus. Diximus planè. Hoc vtique videtur amice, cum sit, quodammodo iustitia esse, sua scilicet agere. Scis vnde istud coniciam? Nequaquam, sed dicas. Videtur mihi quod reliquum nobis est in ciuitate.

Tam explicatur quæ in re sua sit iustitia ciuitati.

præter illa quæ considerauimus, temperantiæ
 fortitudinem, prudentiam, hoc esse quod om-
 nibus illis vim præbuit, qua & innascerentur,
 & innata perseuerarent, quandiu ipsum ad-
 est. Atqui diximus iustitiam fore quod resta-
 ret, si tria nobis comperta essent. Necessarium
 id quidem. Veruntamen si iudicandum sit,
 quid horum potissimum cum inest, bonam
 efficit ciuitatem, difficile erit iudicatu, utrum
 consensio imperantium & subiectorum, an fir-
 ma & constans quædam opinio in militibus,
 iudicans secundum legem quæ terribilia cen-
 senda sint: quæue non, vel in principibus ipsis
 prudentia & custodia. * An id potius bonam
 ipsam præ cæteris reddat, quum inest pueris,
 mulieribus, seruis, liberis, artificibus, magistra-
 tibus & priuatis, quod videlicet suum quis-
 que vnus vnum egerit, neque alienis negotiis
 implicabatur. Difficile certe. Quidni? Ergo vis
 ipsa, ut videtur, qua quisque in ciuitate suas res
 agit, de ipsius ciuitatis virtute ex æquo cum sa-
 pientia eius, temperantiæque, & fortitudine
 certat. Valde. An non igitur iustitiam pones,
 id quod cum istis ex æquo de ciuitatis virtute
 concertat? Omnino equidem. Considera præ-
 terea & hac ratione, num tibi sic videatur.
 An principibus in ciuitate mandabis ut iuste
 sententiam ferant? Cur non? An iudicabunt
 alterius cuiusquam auidi magis quam huius
 ipsius, ut singuli neque vsurpent aliena, neque
 suis priuentur? Non alterius certe, sed istius,
 quasi iustum sit. Nempe Et hac quoque ratio-
 ne asseritur sui cuique & proprii operis posses-
 sionem, actionemque esse iustitiam. Est ita.
 Vide num & tibi idem quod mihi videatur, si
 faber opera coziarij aggrediatur, vel coria-

* *Iam expli-
 catur quam
 ve sita sit lu-
 ctua ciuita-
 tis.*

rius fabri, vel instrumenta inter se commutent, vel præmia, aut si idem vtraque exercere contendat, omniâque talia inter se permutentur, non commutationem hanc existimas magna quadam iactura afficere civitatem? Haud certè, inquit. Quoties autem aliquis artifex, vel alius natura quaestuaris, diuitiis elatus, vel multitudine copiâque, vel robore, aut eiusmodi alio quopiam, militaris hominis ordinem transire conatur, vel miles cum sit indignus, in consularis nititur & custodis ascendere dignitatem, & instrumenta vicissim isti præmiâque permutant, aut idem aliquis hæc omnia simul peragere tentat, tunc arbitror mutationem, multarûmque rerum tractationem eiusmodi videri tibi civitatis totius interitum. Et maximè quidem. Cum ergo tria in civitate sint genera, multorum tractatio, alteriûsque in alterum commutatio, & extrema civitatis calamitas, rectissimèque perniciēs appellabitur. Est ira. Perniciem verò summam civitatis tuæ, nōne iniustitiam esse dicēs? Quidni? Hoc igitur iniustitia est. Rursus autem sic dicimus. Quaestuarij auxiliarij, custodum generis actio propria, vnoquoque suum opus peragente in civitate, contra ac confusio illa superioris & iustitia erit, & civitatem iustā efficiet. Haud aliter quàm sic se habere videtur. Nondum omnino istud debemus asserere. Verum si & in cuiusque hominis animo species eadem considerantibus nobis iustitia esse asseueretur tum demum consentiemus. Nam quid aliud dixerimus? alioquin tunc aliud quiddam excogitabimus.

²Nunc autem disceptationi huic finem iam imponamus, secundum quam existinauimus,

²Cognita iustitia quæ est in civitate transitu suo ad inuestigandam eā quæ est in vno quoque hominum iniustitiam.

si plurium habentium iustitiam in maiori alii quo prius eam contempleremur, facilius deinde in homine vno nos quale hoc sit inspecturos. Visumque nobis est maius ipsum ciuitatem existere, atque ita quam optimam potuimus eam condidimus, scientes in bona republica inesse iustitiam. Quare quod in illa nobis apparuit, referamus ad vnum: & si idē ibi constet, satis nobis erit factum. Siquid autem aliud in vno appareat, rursus ad ciuitatē conuersi, hæc examinabimus: ac forte inter se comparata considerantes, & collidentes quasi silices, iustitiam excutiemus, eamque iam cum clarē micuerit, apud nos ipsos stabilie-
mus. Scite loqueris, atque ita agendum. Nunquid quod idem appellamus tam maius quam minus, dissimile est quatenus idem appellatur, an simile? Simile certe. Ergo vir iustus à ciuitate iusta, quò ad iustitiæ speciem pertinet, nihilò differt sed similis erit. Similis. Atqui ciuitas iusta esse tunc visa est, cum in ipsa tria hominum genera pro natura cuiusque suum opus faciebant. Temperans rursus, & fortis & sapiens, propter horum eorundem generum affectus & habitus, non autem propter alios. Vera hæc sunt. Vnum quoque, o amice, ita ce-
sebimus habentem eandem has eius in animo species propter affectus eosdem eadem nomi-
na meritò cum ciuitate fortiri. Necessè est omnino. In leuémæ rursus, o mirifice, de anima cogitationem incidimus, vtrum tres in se species has habeat, necne? Minimè mihi in leuem disceptationem delapsi videmur. Fortasse enim quod dicitur verum est, o Socrates pulchra difficilia esse. Apparet utique. Ac certe scio, o Glauco, nos, vt mea fert opinio, nunquā

**Ex Ratio-
nē & argu-
mentorū tā-
quā silicem
attritas ve-
rum quod
querebatur
inuenitur.*

ex discursibus huiuscemodi qualibus in præ-
 senti disputatione utimur, exactè id compre-
 hensuro: longior porrò via est, quæ eò ducit.
 Fortasse tamen secundum ea quæ suprâ dicta
 & considerata sunt pro dignitate disceretur.
 An non sat istud videri debet? Mihi sanè in
 præsentia id sufficet. ^a Mihi quoque valdè suf-
 ficiet. Ergo ne te pigeat, sed considera. Profe-
 ctò nobis necesse est confiteri, easdem in no-
 bis species atque mores inesse, quas & in ciui-
 tate. Neque enim aliunde in ciuitatem hæc
 deueniunt. Ridiculum quippe esset, si quis
 iracundam animo sitatem existimaret nequa-
 quam ex priuatis hominibus in ciuitates in-
 uectam esse quorum idem esset ingeniu quod
 & Thracum Scytharum superiorumque gen-
 tium: aut sapientia studium, non ex tali pri-
 uatorum instinctu, qualis natura nostris ho-
 minibus est tributus: aut quæstus auaritatem
 non ex ea singulorum hominum cupiditate
 qua affecti apprimè dicuntur Phœnicij, Ægy-
 ptiique nonnihil. Et maximè quidem. Hoc
 quidem ita se habet neque difficile cognitu.
 Haud certè difficile. ^b Id autem difficile iam,
 utrùm vno quodam eorum singula hæc aga-
 mus, an potius tria quædam habeamus in no-
 bis quorum singulis singula operamur: vno
 quidem discimus, irascimur alio, tertio con-
 cupiscimus voluptates eas quæ ad nutritionè
 generationemque pertinent, cæteræque hu-
 iusmodi: vel tota anima vnumquodque ipso-
 rum explemus, cum conciti rem aggredimur.
 Hæc haud facilè pro rei dignitate discernen-
 tur. Mihi quoque idem videtur. Sic autem ag-
 grediamur hæc definire, siue eadem sunt inter peragantur,
 se, siue diuersa. Quonam pacto? Constat planè disquiritur.

^a Quot sunt
 in ciuitate
 virtutis spe-
 cies tot cõsti-
 tuendum est
 in animis sin-
 gulorũ homi-
 num esse pos-
 se, ab his e-
 nim ad ciui-
 tates deriva-
 ta sunt.

^b In Animo
 tria hæc cõ-
 sideranda Ra-
 tionabile I-
 rascibile &
 Concupisci-
 bile: hæc vo-
 rò tria an
 singula ad
 singulas par-
 tes seu facul-
 tates Ani-
 mæ referan-
 tur an verò
 vno quodã
 eodè singula
 peragantur,

idem contraria facere seu pati, secundum idem & ad idem simul non posse. Quamobrem si quando repetiemus in ipsis hæc fieri, intelligemus non vnum idem hæc esse, sed plura. Esto. Animaduerte quod dico. Dic. Stare simul atque moueri idem secundum idem nunquid potest? Nullo modo. Præterea hæc diligentius confirmemus, ne qua precedentibus nobis ambiguitas fortè subotiat. Si quis dixerit hominem stantem quidem, mouentem verò manus & caput eundem stare simul atque moueri, haudquaquam ita dicendum censebimus, sed partem quidem eius stare: partem verò moueri? An non ita? Ita profus. Quòd si artificiosus & argutus iste iusserit, asserens turbinem trochumque totum moueri simul & stare, quando in eodem puncto centrum aculeumque figens, reuoluitur: vel aliud quicquam dicens idem agere, cum eidem affixum cardini circumfertur: nequaquam assentiemur, propterea quod non secundum eandem sui partem hæc tunc moueantur & maneant. Dicendum quippe habere ipsa rectum in se atque rotundum: & secundum rectum quidem stare, cum nulla ex parte declinent. secundum verò rotundum, in orbem moueri. Quoties autem dum qui reuoluitur, in rectum quoque deuehitur, siue ad dextram siue ad sinistra vel ante vel retrò tunc nusquam stat Rectè admodum. Quare nulla ex his obiectionibus nos perturbabit, persuadebitque quod idem quandoque simul secundum idem atque idem contraria, vel agat, vel patiat. Me quidem minimè ista mouebunt. Verumtamen ne in istis omnibus controuersis persequendis ac disceptandis tanquam falsis, diutius cogamur insistere, his iam
quali

quasi concessis ac positis ulterius progrediamur, sponcione inter nos facta ut si quando aliter quam sic se habere hæc appareant, quæcunque ex his efficiuntur, irrita sint. Sic nimicum decet. ²Nonne annuere & renuere, cu- ²Ex eo quod
pere aliquid, accipere & recusare, asciscere & in eodem ho-
reicere inter se contraria pones, siue actiones mine & co-
seu passiones? Nihil enim interest Contraria de tēpore cō-
Quid autem hæc futire, sitire & omnino cu- trarij & re-
pere velle eligere, nonne ad eorum species re- pugnantes af-
feres, quæ modò diximus? Veluti semper cu- fectus repe-
pientis animam nonne vel propensam esse di- riantur effi-
ces in illud quod appetit, vel asciscere quod si- cis Socrates
bi adesse velit, vel quatenus vult aliquid sibi in animabo
porrigi, annuere & illud ad se trahere aman- minis esse di-
tis more, ut isthuc fiat affectantem. Equidem. st nctas & di-
Quid verò, nolle, aspernari non cupere, nonne uersas facul-
in reiiciendi repellendisque speciem & in om- tates, Ratio
nia illis contraria referemus? Quidni? Cum nabilis, tras-
hæc ita se habeant, speciem aliquam cupidita- cibile & Cō-
tum esse dicimus, & harum ipsarū manifestis- cupiscibile.simas, quas sitim & famem appellamus? Dice-
mus utique. Et hanc quidem potus illam cibi?
Ita est. Nuaquid quatenus sitis est, [alicuius
præterea rei] cupiditas in anima est? planè. Nū-
quid calidæ portionis, vel frigidæ, vel multæ,
vel paucæ? Vel in summa, qualis cuiusdam po-
culi? Vel potius si calor sitienti inest frigidū
appetitum inducit: sin autem frigus, calidū?
Quod si vehemens & copiosum id fuerit, mul-
ta sitis, multi aviditatem præbebit? sin aut pau-
cum, paucis: Ipsam verò sitire nunquam alicui-
us alterius appetitio est, quàm cuius suapte
natura est, ipsius videlicet portionis, rursusque
esurire, cibi. Ita certè ipsa cupiditas quæque, i-
psum cuiusque est solum, cuius à natura est.

Talis autem vel talis quum dicitur, in accessione est. Cauendum est autem ne quis nos improvidos turbet, inferens neminem potum cupere, sed potum bonum, vel cibum, sed bonum cibum, siquidem bona omnes expetunt. Quare si sitis appetitio est, boni est, siue potio nis, seu cuiusvis alterius est aviditas. Similitérque de ceteris Fortasse, inquit, non nihil efficiere videbitur, qui talia dixerit. Verumtamen quocumque eiusmodi sunt, vt alicuius sint, talia quaedam, talis cuiusdam sunt, vt arbitrator. Ipsa autem quareque ipsius cuiusque duntaxat. Haud intelligo equidem Non intelligis maius ipsam eiusmodi esse, vt semper aliquo maius existat? Planè. Nonne minore. Minore. Multò autem maius, multò minore, an non? Sic est. Et quondam maius, quondam minore, & futurum maius, futuro minore: Nihil prohibet. Atque etiam plura ad pauciora dupla ad dimidia, & omnia talia itémque grauiora ad leuiora, & velociora ad tardiora, & calida item ad frigida, omniaque horum similia eodem modo se habent. Certè. Nonne & de his quæ ad scientias spectant, eadem ratio?

* Scientia in genere est scibilis in genere scientia particularis verò scientia ià est huiusmodi vel illius scibilis scientia.

* Scientia quidem ipsa rei ipsius quæ scitur, sciëntia est, vel cuiuscumque alterius dicenda est esse scientia. At verò scientia quædam, & scientia talis rei cuiusdam, & talis esse dicunt. Tale verò aliquid dico. Postquam ædificandarum ædium scientia extitit, ab alijs scientiis discreta est, adeò vt ædificatoria appellata sit. Quidni? Nonne ex eo quòd talis sit, qualis aliarum nulla? Nempe. Ergo quia talis cuiusdam, adeò talis quædam effecta est. Eodemque modo ceteræ artes atque scientiæ. Est ita. Hoc itaque tum inferre me voluisse dico, si modò nunc

intellexisti quòd quæcunque eiusmodi sunt,
 ut alicuius sint, ipsa quidem sola ipsorum sunt
 duntaxat, talium verò quorundam talia quæ-
 dam. Neque verò ideo dico, quòd qualium
 sunt, sint & talia, quia scilicet & ægrotantium
 & bene valentium scientia, bene vel malè va-
 lens & ipsa sit : honorum item atque malorù,
 bona rursus ac mala : sed quoniam non illius
 ipsius cuius scientia est, euasit, scientia imò ta-
 lis cuiusdam, hoc autem est salubre & insalu-
 bre, talis quædam ipsa quoque effecta est. Ex
 quo factum est, ut non amplius scientia sim-
 pliciter appelletur, sed qualitate quadam ad-
 dita, medicinalia scientia. Teneo iam, mihi que
 hæc ita sese habere videntur. Sitim verò, non-
 ne his annumerabis, quæ id quod sunt, alicui-
 us existunt? Est autem sitis? Annúmero equi-
 dem, & potionis sitim esse dico. An non qua-
 lis cuiusdam poculi, qualis quædam sitis? I-
 deò que sitis ipsa, neque multi, neque pauci,
 neque boni, neque mali, neque ut vno verbo
 complectar, qualis cuiusdam, sed potionis i-
 ipsius solummodo sitis ipsa natura est. Sic est
 omnino. Sitientis igitur anima quatenus sitis,
 non aliud appetit quàm bibere, idque affectat,
 & ad ipsam fertur. Constat. Siquid ergo ipsam
 quandoque retrahit sitientem, aliud quiddam
 erit in ipsa ab ea parte diuersum quæ sitit, &
 quasi bestia quædam ad bibendum impellit.
 Neque enim fieri posse diximus, ut idem ali-
 quid eadem sui parte circa idem simul agat
 contraria. Non certè. Quemadmodum absur-
 dum dictum est, eiusdem sagittarij manus si-
 mulachrum propellere atque adducere. Porro
 dicendum est, alteram esse manum quæ pro-
 pellit, alteram verò quæ adducit. Ita profus.

Facemur ne esse aliquos, qui cum sitiant, nonnunquam bibere nolint? Multos, ac sæpe. Quid de iis aliquis dicet? Nonne inesse in horum anima aliquid, quod ad bibendum allicit? aliquid contra quod prohibet? quod quidem & aliud est, & ei quod allicit, dominatur. Mihi quidem videtur. An non igitur quod prohibet ista, ex ratione inest quoties operatur? Quæ verò concitant atque trahunt, ex affectibus perturbationibusque sunt. Apparet. Merito igitur duo hæc inter se diuersa existimabimus, & illud quidem quod ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus. Illud verò quo amat, esurit, & sitit, & ad alias libidines pronior labitur, irrationale, & avidum repletionum quarundam, & voluptatum comes. Diuersa profectò, inquit. Meritoque ita censebimus. Hæc itaque duæ iam in anima species, inquam ego, distinctæ sint. Illud autem quod ad iram pertinet, quòue irascimur, utrum tertium quiddam est? an alterius horum cognatum? Fortasse, inquit, eius quod voluptates cupit, est cognatum. Atqui credo hoc equidem ex eo

*Exemplum
quo proba-
tur Irâ cum
cupiditate
aliquando pu-
gnare.*

quod audiui quondam: quod videlicet cum Leontius Aglaionis filius ex Piræo sub borcali muro (ad ciuitatem) ascendens sentiret extra cadauera in sentina urbis & cloaca publica inuentia, simul & videre cupiebat, & horrebat timen, auersabat utque, vultumque tegebat, secum ipse pugnans: cupiditate denique superatur, ad cadauera intentis oculis accurrit, dicens: Ecce iam vobis licet, ô infelices, desiderium vestrum pulchro explere spectaculo. Audiui & ipse. Hic itaque inquam sermo testatur, iram sæpe pugnare aduersus concupiscentiam, tanquam hæc inter se diuersa sint. Id

certè significat. ^a Nónne & alibi frequenter animaduertimus, quando vim inferunt alicui præter rationem cupiditates, conuerti ipsam & aduersus eam sui partem quæ vim infert indignari, & quasi duobus dissentientibus adiutricem rationi iram accurrere? ^b Cupiditatibus verò coniunctam, nihilque ipsis renitentem, vincente ratione non te arbitror vnquã assètere, vel in te ipso, vel in alio tale quiddã deprehendissè. Nunquam per Iouem. Quid autem? inquam. Quando quis iniuriam inferre se putat, nónne quò generosior est, eò minus irascitur, dum esurit & alget, & aliud quoduis tale patitur ab eo, quem iure hæc agere censet? Et quod iam dixi, ira istius in eum quòdammodo non excitatur? Vera loqueris. Quid autem? quando iniuriam se pati quis putat, nónne tunc effervesçit & sæuit, & auxilium præstat ei quòd iustum videtur, famem, frigus, & cætera talia tolerans? Et ad victoriam contendit, neque à generoso opere cessat prius quàm vel transegerit, vel obierit, vel tanquam canis à pastore, ita denique reuocatus ab ea quæ in ipso est ratione mitescat? Omnino hæc vis ei similis est, cui tu comparas. Etenim in nostra ciuitate auxiliarios ipsos tanquam canes posuimus, obtemperantes principibus quasi quibusdam pastoribus ciuitatis. Optimè quòd dicere volebam intellexisti, sed vnum & hoc in super animaduertis? Quid istud? Quòd in præsentia contra ac supra de iracundia iudicamus. Tunc enim irascendi vim ad concupiscendi naturam referebamus. Nunc verò multum interesse dicimus, ac multò magis iram asserimus, animæ partib. inter se dissidentibus, pro ratione arma capessere. Ita proflus. ^c Nū-

^a Ira à rationis partibus scias cupiditatibus quãdo inter ipsas & rationem est dissidiũ, succenset.

^b Ira nũquã eũ cupiditate fiat aduers. rationem

^c Irascendi vim à ratione esse diuersam pbatur

quid & irascendi vis est à ratione diuersa, vel quædam species rationis, ad eò vt non tres in animo, sed duæ species sint rationale & concupiscens? Aut potius quemadmodum in ciuitate tria quædam genera ipsam continebât, quæstuarium, auxiliarium, consulatus, ita & in anima tertia quædam vis est, nimirum iracundia, quæ natura ipsa rationi tutatur partes, nisi ex improba educatione fuerit deprauata? Necessè est vt tertia sit. Nempe etiam si alia quàm ratio apparuerit, quemadmodum supra visa est à concupiscentia differens. At verò facile id quidem patere potest. Nam in puerulis quibus istud intelligat, qui statim nati iracundia pleni sunt. Rationis autem aliqui nunquam, multi serò compotes fieri mihi videntur. Per Iouem inquam, præclare loqueri. Præterea in bestiis ita esse quisque, vt ipse dicis, competet. Testatur & istud, Homeri illud quod supra induximus. *Pectora percussens monitu affatur acerbus.* Hic enim apertè Homerus, alterum horum obiurgare alterum fecit, ipsam videlicet rationem de meliori peiorique consultantem, irracionalem iracundia impetum. Rectè admodum loqueris. In his itaque vix tandem consensimus, satisque inter nos constitit, eadem in ciuitate, eadem & in cuiusque anima genera esse, ac numero paria. Sic certè.

a Quinetiam hoc necessarium est, quemadmodum & quo sapiens erat ciuitas, ita & eodem sapientem esse priuatum? Planè. Item quo fortis est priuatus aliquis, & quomodo, eodem & ita fortem esse ciuitatem & in cæteris omnibus ad virtutem vtraque similiter se habere Necessè est. Atqui & iustum, ô Glauco virum dicemus eadem ratione, qua dicimus ciuita-

Odyssiv.

a Quomodo se habeant tres partes ciuitatis ad tres partes seu facultates Anima.

nitatem. Necessarium id omniū. At nondum illud oblitū sumus, quòd civitas ex eo iusta visa est, quia cum tria in ea sint hominum genera, suam quisque explet officium. Haud certè mihi oblitū videmur. Meminisse ergo oportet quòd quisque nostrū, cuius singula animæ partes quod suū est agunt, & iustus erit & sua peragens. Meminisse prorsus. Nonne rationali potentia conuenit imperare, eū sapiens sit, geratque totius animæ prouidentia? Irascendi verò naturæ obsequi rationi, próque illa pugnare? Penitus. ^a Nonne ut suprà tractauimus, musicæ & gymnasticæ mixtio atque temperantia ut cōcordantia ista sint, efficit? Vnū quidē horū intendēs, augēsque, & nutriens præclaris sermonib. & disciplinis: alterū verò remittēs, sedās, manufaciens per harmoniā atque rhythmū? Maxime. Cūque ita nutrita hæc fuerint, & quæ sua sunt, reuera didicerint, & optimè fuerint erudita, ardori concupiscentiæ præsidebunt: quæ pars animæ in omnibus est plurima, neque vnquā natura pecuniis expleri potest: cauebuntque ne corporaliū voluptatū expletione adauctā, grandior robustiorque euadant, nolitque suo duntaxat officio fungi, sed subiacere sibi illa cōtendat, quibus imperatē natura non debet, atque ita vniuersā omniū vitā peruertat. Sic prorsus. Quinetiā ab externis hostibus hæc duo animā omnem, corpūsque custodient, dū illud quidē prouidē consulit, hoc auertem propugnat, obtēperatque principi, & fortitudine, quæ consulta sunt, perficit. Vera hæc sunt in animis. Fortem profectò hac ex parte virū quæque vocamus quando in ipso iracundiæ vigor obferuat in medijs voluptatibus & doloribus, id quod ratio præscripsit, siue asperum id sit siue

^a Ut in ciuitate ita in anima partes Anima re-perat musica cum gymnastica coniuncta.

^b Cupiditas est suapte natura inexplebilis.

^c Quatuor virtutum species proueniunt in animis. In fortibus & in moderatis. In moderatis & in sanctis. In sanctis & in asperis. In asperis & in moderatis.

non fit. Probè. Sapientem verò breui illa ex parte quæ & imperauit in ipso; & ista dictauit, habent in seipsa scientiam, qua discernit quid potissimum ex vſu sit tam singulis, quàm vniuerso ex his tribus cœui constituto. Certe. Temperantem rursus aliquem appellamus, horum ipsorum amicitia atque concordia, quando & quod præſidet, & quod subest, in sententiam eandem conueniunt, rationem scilicet imperare debere, neque ab illa desciscendū esse. Temperantia igitur, inquit, nihil est aliud, siue illa ciuitatis sit, siue priuati. Iustus denique ex eo atque ita erit quisque, ex quo sæpe iā diximus & quemadmodum exposuimus. Necessite est, inquit, prorsus. Quid porro? inquam. Estne aliquid quod hanc nostram vsque adeo sententiam interturbet, vt aliud videatur esse nobis iustitia, quàm quod in ciuitate constitit? Mihi quidem non videtur, inquit. Sic enim inquam, omnino siquid adhuc inter nos in controuersia sit, disceptabimus ea quæ contra dici possent videantur proponentes. Qualia? Veluti si in hoc deliberare nos oportuerit de ciuitate illa, deque homine eodem pacto cum illa nato atque nutrito, nunquid vit talis quum depositum auri vel argenti accepit, videatur ablaturus esse, censet aliquem iudicaturum eiuscemodi virum fraudem commissurum, potius, quàm secus affectos homines? Neminem prorsus. An non à sacrilegiis hic, furtis, prodicionibus tam priuatim aduersus sociales, quàm publicè aduersus rem publicam abstinebit? Sanè. Atqui neque perfidus vel iureiurando, vel quibuscunque commerciis. Nullo pacto. Adulteria quidem, parentum cotempnus, impietas in Deos, cuiuslibet alteri potius quàm

*Iustitia
qua est in ho
mine effecta*

quàm huic conueniunt. Ita prorsus. Nónne horum omnium causa hæc est, quia quicquid in ipso est, suum opus exequitur, siue imperando, siue parendo. Nulla certè alia. Quid queris aliud esse iustitiam quàm hanc ipsam vim, quæ tales viros, & tales efficit ciuitates? Ego quidem, inquit minimè. Tandem nobis absolutum somnium illud est, quod nos coniecisse diximus: nempe quod mox incipientes conde- re ciuitatè, Deo quodam fauente, in aliquod prin- cipiũ imaginemque iustitiæ ingressi videmur. Omnino quidem. Hoc autem erat, ô Glauco, propter quod confecti quoddam iustitiæ simu- lachrũ. Netope debere qui natura coriarius est, artem hanc exequi, & aliud nihil facere: qui verò faber, fabricate. Similitérque in cæteris. Apparet. * Reuera quidem talis iustitia est, sed *Quid sit in non circa actionem exteriorem: imò circa in- stitia in ho- teriorem suarũ partium actionem verè ad ip- mine descri- summet animum, & ad sua: dum nihil per- batur.* mittit ex suis aliena tentate, neque finit ani- ma genera opera sese mutuò cõsistentia tra- ctare: sed reuera propria rectè digerit, suisque est dominus, sese exornat, amicus sibi ipse effe- ctus, in se tria ipsa contemperans tâquam tres terminos harmoniæ, imæ, summæ & mediæ, seu quæuis alia media fuerit. Itaque hæc oia necens, ipsæque prorsus vnus effectus ex mul- tis temperatus atq; cõpositus, ita demum agit siquid agit, vel circa pecunias acquirendas, vel corporis cultum, vel etiã circa ciuilia, aut pri- uata cõmercia, in his omnibus actionem illam iustam & præclaram existimans, & appellans, quæ habitum hunc peragit atque seruat. Sapi- entiã verò, operationi huic præsidem, sci- entiã: iniustam autem operationem, quæ hanc

dissoluit: insipientiâ autem, operationis huius
 ducem, opinionem. Veta propterea, ô Socrates,
 loqueris. Si ergo nos inuenisse dixerimus iu-
 stum virum, & civitatem iustâ, quidne in v-
 triusque iustitia sit, haud multum, vt arbitror,
 mentiri videbimur. Non per Iouem. Asseren-
 dū igitur? Procul dubio: Esto itaque. ^a Enim-
 uerò deinceps de iniustitiâ considerandum vi-
 detur. Planè. Seditio enim quandâ horum triū
 iniustitiâ appellare decet, curiosâque & va-
 riam alieni operis vsurpationem, & insolentem
 partis cuiusdam præuaricationem, aduer-
 sus totam animâ rebellantis, insurgentisque ad
 imperandum regio animi generi, cui seruire
 eam natura iubet. Talia quædâ, vt arbitror, at-
 que horum turbatione errorémque, iniustitiâ
 esse dicemus, & intemperantiâ, ignauiâ, insipi-
 entiam, & vniuersam denique præuitatem. Hæc
 propterea ita se habent. Nonne satis iam perspi-
 cūe patet, quid est iniusta facere, & iniuriam
 inferre ac rursus quid agere iusta, quando qui-
 dem iustitia & iniustitia patent. Quônâ pacto?
 Quia nihil à salubribus differunt. Nempe vt
 hæc circa corpus, sic circa animum se habent
 & illa. Quâ ratione? Solubria quidem sanitatē
 inducunt, insalubria morbum. Planè. ^b Simili-
 ter quoque iusta agere iustitiam gignit in ani-
 mo: iniusta facere iniustitiâ. Necessè est. Est
 autem sanitatem inferre, ita quæ in corpore
 sunt disponere, vt secundū naturæ ipsius or-
 dinem inter se superentur & superent. Morbū
 autem contra naturam imperare aliud alii, &
 parere. Est ita. Eadem ratione iniustitiam
 præstare cuiquâ nihil est aliud quâ animi par-
 tes in ordinem suum digerere, vt ad naturæ
 normâ pareât atque imperent. Iniustitiâ verò.

^aIniustitia
 quæ in ho-
 mine.

^bIusta age-
 re iustitiam
 gignit in ani-
 mo: unde se
 quitur habi-
 tui virtutū
 ex actionib.
 frequentatu
 nasci.

vt contra naturam aliud alii imperet atque pa-
 reat. Prorlus. Virtus igitur, vt apparet, sa-
 nitas quaedam est. & pulchritudo, & bona a-
 nimi constitutio. Prauitas contra, morbus,
 turpitudine, & imbecillitas. Est vt dicis. Non-
 ne igitur exercitationes honestæ ad virtu-
 tem acquirendâ conducunt, turpes ad prauita-
 tem? Necessè est. Restat vt videtur, discutien-
 dum, ^a nunquid proffit agere iusta, honesta co-
 lere, esse iustum, siue occultû id sit, siue non:
 an iniuriam inferre & iniustum esse, si modò
 nõ det pœnas, neque fiat castigatione melior?
 Mihi quidem, ô Socrates, ridicula discepta-
 tio ista fore videtur. Siquidem corporis na-
 tura corrupta, videtur non esse viuendum,
 neque etiâ in summa epularum & poculorum
 omniû affluentia, cunctisque diuitiis, & totius
 orbis imperio. Natura verò eius quò viuimus
 perturbata atque corrupta, num viuendû erit,
 si quis quodcumque lubet, aliud agat quâ hoc
 vnû, vnde ab improbitate iniquitatè que libe-
 reretur, iustitiâ verò & probitatem adipiscatur,
 postquâ talia hæc vtraque qualia narrauimus,
 apparuerunt? Ridicula profectò, inquam. Ve-
 rum posteaquâ eò deuenimus, vt quàm sper-
 rissimè fieri potest, quòd hæc ita se habent, per-
 spiciamus, minimè segnes esse nos oportet.
 Per Iouem minimè omnium. ^b Age igitur, in-
 quâ ego, huc accede, vt videas quot species vi-
 tiû habet, vt mihi videtur. Attende nunc. Nè-
 pe hæc digna spectatu. Sequor equidem, dicas
 modò. Atqui tanquam è specula, postquâ huc
 ratiocinando conscendimus, vna mihi species
 virtutis occurrit, prauitatis innumera. Ex qui-
 bus quatuor quaedam sunt quorum meminif-
 se oportet. Quomodo istud ais? Quot sanè

^a An proffit
 agere iusta.

^b Transitus
 ad describē-
 das species
 vitiy primū
 in ciuitate
 deinde in
 homine.

rerum pub. modi sunt species suas habentes,
 totidem esse & animæ ipsius apparent. Quot?
 Quinque rerū pub. quinque rursus & animæ.
 Dic quinam. Vnum aliquem reipubl. modum
 esse hunc assero, quem exposuimus. Duabus
 verò appellationibus nominari potest. Nam
 si inter principes ciuitatis vnus quidam sit o-
 mnium præstantissimus, regnum vocabitur.
 Sin autem plures, gubernatio optimatum.
 Vera narras. Hanc vnam ideo speciem esse
 dico, quia siue plures gubernent, siue vnus,
 is nequaquam si ita, vt diximus, educatus &
 eruditus fuerit, memorabiles ciuitatis leges
 permutabit. Neque enim consentaneum esse
 inquit.

D I A L O G V S
 Q V I N T V S D E
 I V S T O.

Marfilii Ficini Argumentum.

Non sum nescius fore nonnullos qui Apologiam à
 nobis expectent, qua quintū hunc dialogum cō-
 munionem omnium in ciuitate ponentē, defendamus
 contra calumnias, tum maledicorum, tum etiam i-
 gnorantium. Verū legant Platonem ipsum, precor,
 legant diligenter, ac sine inuidia iudicent. Apologiam
 scio quid loquar nullam desiderabunt. Plato igitur
 Phæbus humani generis medicus, quibus animad-
 uerteret & singulos homines & familias & ciuita-
 tes semper & ubique grauitar agrotare, neque vllū
 habentis ciuiliū medicorum medicamentū tot seculis
 iam frustra surantium, vel liberari morbo, vel
 saltem

salutem leuari paulum, atq; minimū conualescere, tū
 prudenter quā piē ad legē illā se contulit precipuam
 apud medicos, quā medicīnē sanciunt auctores si quis
 medicamentū talibus pua frigidis diu adhibitu mi-
 nimē conualescat, esse tandem ritē ad calida trans-
 eundum. Cognoscens ergo genus humanum per leges
 distribuentes propra tot seculū nihil proficere, imō
 verō in deterius quotidie labi, non iniuria ad ami-
 citia se transiit leges, communita inter amicos o-
 mnia fore iubentes, ut diuisione diuisionisq; & mi-
 sersa sublata causa, concordiam, vniōnem, felicitatem
 consequeremur. Sed aliter rursus exordiamur. So-
 crates in principio quarti disciplinam educanda iu-
 uentuti cunctū legibus anteponeus, vaptim attigit,
 videri optimam disciplinam fore, si vxorum, filiorū,
 rerum communitio fiat. At quoniam res est & noua
 quā plurimū, & p'urimis inaudita, reuocatur ad
 eam statim in principio quinti declarandā apertius,
 & firmius comprobandam. Iam verō & si à Critta
 & Timas didiceris disciplinam simillē extitisse quō-
 dam apud Gracas Aegyptiasq; Athenas, neque ni-
 mium admiraberis tanquam nouam neque diffiden-
 ter audies tanquam penitus arduā, neq; inuitus ad-
 mittes quasi non bonam. Mitto quōd multi tradunt
 apud Boemos Placam urbem aliquando similiter
 gubernatam. Atqui Diodorus insulā in Oceano meri-
 diem versus describit, in qua prater cetera commu-
 nes etiam sint vxores, virique philosophia plurimum
 astrologiq; studiosi. Pomponius quoque Mela testis
 est, Garantes in extremis Aphrica partibus com-
 munita habere in republica omnia. Similē prater ea
 bonorum fuisse cōmunionem inter philosophos, Brach-
 manas, Gymnosophistas, Essēos, Pythagoricos, & deni-
 que inter sanctos quondam Christiana republica
 fundatores, compertum habemus. Videmus quoque
 seculis nostris illud duntaxat religiosos ad virtutem

felicitatemque accedere, inter quos nihil est pro-
 prium. At enim si vxorum te communio turbat, pri-
 mo quidem permittito apud Platonem ritè ex lege
 fieri, quod apud adulterinos sacerdotes in commu-
 ne fit sacrilegio. Deinde Platonem ipsum audito
 prius quam iudices, alius in sua causa declamantè.
 In sequentibus nota primum quidem Deocraticam pro-
 uidentiam, petiu esse consentem in legib. constituen-
 du errare, quam homiuem interficere. Eiusmodi nã-
 que error multos per multa secula interficit animos
 simul & corpora. Deinde modestiam diffi. illa diffi-
 denter aggredientè, & quasi inuictam atque cõpul-
 sam. Tertio pietatem diuinum auxilium pro suo mo-
 re in rebus grauib. inuocantem. Ac ne in legib. erret
 condendi, ab Adrastia dea petis opem cuius men-
 tionem quoque fecit in Phædro. Adrastia hæc apud
 præscos theologos est potentissima inuictabilium regi-
 na legum, legum inquam tam Saturniarum ad men-
 tes pertinentium, quam Iouialium pertinentium ad na-
 turas. Adrastiam dico diuinã providentiã quatenus
 nihil vel oculis eius subterfugere, vel manus potest
 effugere. Nec ab re ubi optat firmissimas leges con-
 dere, quas neque obliuio deleat, neque defraudet a-
 stutia, neque violentia frangat, & omnino nullus de-
 uict. Adrastiam obsecrat inuictabilia sancientem,
 que nullus queat effugere. Deinceps paulatim ad
 communem progreditur disciplinam, a virorum vi-
 delicet institutione ad institutionem similiter mu-
 lierum, mandans omnia priuata publicaque tum pa-
 cis, tum belli studia, mulieribus cum viris commu-
 nia fieri, ne mancũ sit genus humanum, eo tamen pa-
 do ut in singulis grauiora viris, leuiora mulierib. co-
 mitantur. Similiter & alibi docet brachia quæq; sic
 assu. facienda, ut singuli utrinque sint dexteri, quos
 nominat amphidexteros, ostendit autem id fore utile
 atque possibile, & quo pacto fieri debeat. Deinde aliã
 adducit

adducit communionem, videlicet uxorum atque filiorum. Et ibi aduerte quanta ordinis providentia constituat. Magistratus presides nuptiarum, & sacra, & tempora, & aetates, cauens ne quid intempore fiat, vel inutile civitati. Ac post generationem quam diligenter de natu cogitet nutriendu, ita tamen ut neque vir, neque mulier proprium agnoscat filium, neque filius proprios genitores, neque alios alij, sed seniores opinari cogantur, omnes penè iuniores esse filios vel nepotes: iuniores vicissim suspicari omnes seniores esse progenitores aequalisque similiter esse fratros. Inter hæc ubi nutritionem eius spernit, qui vel præter legem, vel ex inutili natu fuerit, vel inuehilis, intellige non esse perdendum, sed in loco occultiori, vel in suburbis vilius nutriendum, extra exactissimam regulam illam qua nutriuntur hi, qui assuendi ad custodiam iudicantur. illum verò inferiori alendum regula ad minutiora Urbis vel agri ministeria suo tempore transmittendum, vel fortè ad urbes alias transferendum statim natum. Mox agnosce communis charitatu inuentum, ubi sic disponit singula, ut singuli eadem vel re, vel persona oculo demonstrata, aequè iudicent, dicantque, Hoc est meum. Quinque sua cuique charissima sint singuli cuncta curabunt, præcipuè quum ad eiusmodi curam legibus quoque magistratibusque adducantur. Hinc ergo incuria & negligentia nostra, qualis in omnibus circa plurima, quasi à nobis sint aliena, tollitur. Tollitur & quotidiana fallacia qua iudicium nostrum in eo colendo quod proprium esse censemus, stultè decipitur. Tollitur denique extrema perturbatio, sollicitudo, miseria, qua ex insano propriorum amore nos angit. Mitto quòd adempta discordia causa & communis erit & integra charitas. Proinde attende quàm diligentes, quàm iustas, quàm mites statuatur belli leges, qua

premia victores maneat, diuinitas scilicet qua-
 dam. Transferr enim hos, inquit, in beatos daemones
 hominum curatores, & quasi deos charissime colen-
 dos. Quod verò de puerorum osculo dicitur, hoc sum
 quiddam est Glauconis, & leuanti eam gratia di-
 ctum. Adde & triumphale quiddam atque festi-
 uum. Restabat probandum communionem hanc
 fieri posse, postquam fore optimam fuerat affirma-
 tum. Primo igitur etiam si nequeat fieri, ostendit
 se non frustra hanc in medium adduxisse, videlicet
 tanquam exemplar in formandis ciuitatibus pro vi-
 uibus imitandum. Deinde demonstrat tunc demum
 posse fieri quando philosophi gubernabunt, neque
 prius requiem ullam fore malorum. Quamobrem
 ad formandos philosophos tanquam futuros ciuitatis
 gubernatores opportunè descendit, docens quale
 sit philosophi ciuili ingenium, qualis affectus at-
 que disciplina. Principio quantum plebei circa
 percipienda sensibilia hæc inferiora auidi curiosi-
 que sunt, tantum ingenium philosophicum ad in-
 ueniendas ideales horum omnium rationes, auidum
 & propensum est, & sagax ipsius veri venator.
 Quoniam verò vera quidem res ideae sunt, natura-
 les autem formae sunt & imagines idearum, non ini-
 ueria plebeos inquit somnare putantes quae imagi-
 nes sunt, esse res veras. Philosophum verò solum
 inter alios vigilare. Et quoniam inter ens atque non
 ens medium panit, memento quinque gradibus om-
 nia cogitari. Et non ens quidem purum dici quicquid
 fingitur infra materiam. Ens verò purum, puram
 mentem, ideamque existere. Animam calidior-
 que ens dici simul atque non ens, videlicet propter
 motum, magis tamen esse quam non esse. Mate-
 riam contra, magis quodammodo non esse quam es-
 se. Sed quae natura composita sunt sub luna, esse pari-
 ter atque non esse. Circa ea quae verè sunt cognitio

ipsa versatur. Circa ea qua verè non sunt ignoran-
 tia: Circa ea qua par ter & sunt, & non sunt se re-
 uoluit opinio. Ignorantiam quidem & opinionem tu
 plebes tribuit, eum Sophistis. Cognitionem verò, id
 est scientiam duntaxat philosophi. Quod autem
 scientiam opinionemque potentiam quandam nomi-
 nat, intellige potentiam non informem, sed partim
 naturaliforma, partim habitu pradiam. Praterca
 ubi de ideis agit, ad quas philosophi referunt scien-
 tias, in: suo inquit bonum pulchrum, iustum. Ter-
 narius hic numerus, modis tribus exponitur. Primo
 bonum sit Deus. Pulchrum menti angelica multi-
 formis: Iustum celestiu anima mundana iuste di-
 stribuens. Secundo bonum, forma ipsa actusque di-
 uina natura. Pulchrum eiusdem intelligentia. Iustio
 voluntas eiusdem. Tertio bonum inter ideas est exem-
 plar forma actusque cuiusque atque natura. Pul-
 chrum exemplar ordinis qui ex qualibet forma in
 se ipsa resultat. Iustum exemplar ordinis qui à qua-
 libet forma atque re referatur ad alias. Quando verò
 ipsi bono subdit malum, pulchro turpe, iusto iniustum
 caue tria hæc oppositè collocet in idem. Pone verò hæc
 tum in ipsa informitate & deformitate materia,
 quam in libro De scientia vocat exemplar diuini-
 tati expers, & in Politico dissimilitudinis locum: tum
 etiam in anima iam deprauata, & ad materiam o-
 minino conuersa. Deniq; quod eunuchi anigma pueri-
 le tangit, est eiusmodi. Vir non vir, videns non videns,
 percussit non percussit, lapide nõ lapide, auò non auò,
 super arbore non arbore, id est, Eunuchus iustus per-
 cussit pumice alam vespertilionu super sambuco. Sed
 id ridebu scio. Quod & ridiculi gratia est appositu.



BONAM igitur ciuitatem huiusmodi
 rectamque Rempub. voco, virum-
 que talè bonu esse dico. Ac si rectis

hæc respublica est, alias prauas appello, utpote
 quæ circa ciuitatis ipsius gubernationem &
 [rectam informationem animæ priuatorum]
 aberrent, quæ quidem in quatuor speciebus
 prauitatis sunt. *Quanam istæ?* inquit. Tunc
 ego narrare petgebam, qua ratione mihi aliæ
 ex aliis oriri viderentur. * Verum Polemar-
 chus, paulò enim à me longius aberat quàm
 Adimantus, Adimanti post tergum sedens ex-
 tendit manum, præhendensque supèrne Adi-
 manti pallium circa humeros, & eum ad se
 traxit, & os ad aures eius admouit. Ex his
 autem quæ dixit, nihil ipsi percepimus, nisi
 id vnum, quod ait, *Dimittemusne? aut quid
 agemus?* Cui Adimantus altius respondens,
Minimè inquit. Ad hæc ego, *Quidnam istud
 est quod non vultis dimittere? Te,* inquit il-
 le. *Quid adeo?* inquam ego. *Declinate nempe
 nobis videris,* inquit, *speciemque totâ dispu-
 tationis huius non minimam subtrahere, ne
 nobis exponas, atque subtrahere: putasque la-
 tere nos, quod malè dixisti, de vxoribus qui-
 dem & pueris, constare scilicet omnibus,
 omnia inter amicos communia esse debere.
 An non rectè, ô Adimante, dixi, inquam? Re-
 ctè nimirum,* inquit, *sed quæ admodum in aliis, ita
 in hoc explanate oportet, qua ratione ita se re-
 ctè id habeat, quis cõmunionis sit modus. Nã
 multi esse possunt. Ne igitur id prætermittas,
 quò minus nobis sperias què tu potissimum di-
 eas. Nos enim diu iam expectamus, sperantes expo-
 siturum te tam circa filiorum procreationem, quæ sit
 generationis conditio, quàm circa nutritionem,
 quæ educationis futura sit ratio, qualisque de-
 beat esse hæc omnis quæ tu dicis, vxorum libe-
 rorumque cõmunio. Plurimum quippe, imò verò*

*Declaratur qua oeca-
 sione superioris
 libri inie-
 ctus sermo
 de cõmuni-
 tate mulie-
 rum, libero-
 rum, & bono-
 rum resumatur
 & fusius
 atque amplius
 deinceps ex-
 plicetur.*

totū referte istud ad rempublicā ducimus, re-
ctēne an non agatur. Nunc igitur quū repu-
blicā aliam aggrediaris priusquā satis cōmodē
tractaueris hęc visū id nobis est, quod & ipse
audisti, ne te aliud quicquā aggredi permitta-
mus, antequā hęc omnia quemadmodū cetera
exposuisses. Me quoque inquit Glauco vo-
biscū sentire existimate Equidē & Thrasyma-
chus, In hoc, inquit proculdubio nos cōuenire
omnes, & Socrates, puta. Quid agitis obsecro,
quid me ita reuocatis? quātm graue rursus tan-
quam à principio disputationē de Repub. su-
scitatis? Nēpe ego quasi hanc iam peregissem,
gaudebam, satis esse factum existimans, si quis
hęc excepta sineret, ita vt tunc dicta sunt. Quę
vos nunc exigentes, nescitis quantum disputa-
tionum instigētis examen. Quod ego tunc
prospiciens, pratermissi, ne multas nobis tur-
bas excitaret. Quid verò, inquit Thrasyma-
chus, conuenisse huc hos arbitraris, & Socrates,
vt aurum funderent, potius quām vt sermo-
nes audirent? Vt sermones audirent, inquam,
sed moderatos. Modus verò & terminus ho-
rum sermonum audiendorum, & Socrates, in-
quit Glauco, omnis vita est vitis mentem ha-
bentibus. Sed nos quidem mitte, tu verò ne gra-
ueris, si tibi videtur, ea quę perquirimus, decla-
rare, quę nostris custodibus circa mulieres &
filios sit futura communitio, quęue nutriendo-
rum puerorum ratio eo ipso in tempore adhi-
benda, quòd generationem inter & disciplinā
labitur, quę laboriosissima certē esse videtur,
conare nobis hęc aperire. * Haud facile, in-
quam, & vir beate, explicati hęc possunt, plures
enim in his quā in superioribus insunt am-
biguitates. Primò quidem an fieri hęc possint,

*a Rogatus
Socrates per
sequi accu-
rationē ser-
monu de cō-
munitate re-
rum omniū
inter custo-
des ciuitatū,
primū re-
cusat, & cur
recuset ratio
nes adfert.*

dubitaretur. Quinetiam si possint, verum optima ista sint & quomodo, dubitabitur. Quapropter difficultas hęc me dehortatur, verentem, ô amice coniunctissime, ac vorum quoddam esse mea hęc oratio videatur. Ne pigeat, inquit, obsecro, neque enim auditores habes insipientes, vel incredulos, vel malevolos. O vir optime, inquam ego, nūc ut exhorteris me hęc afferes? Nempe. Contrā, inquam, omnino facis. Nam si ego persuadeam mihi, nosse me hęc quę dico, tempestiva est adhortatio hęc. Nempe tutum est & audendum, inter amicos prudentesque viros vera quę quis cognoscit, de maximis pretiosisque rebus pronuntiare. [Cum diffidentia verō & ambiguitate si verba faciā, quę admodū ipse facio, cauendū & periculofum, ne risū audientibus moueā:] nam puerile id quidem: sed ne à vero procul aberrans, & ipse falsitati succumbā, & amicos meū traham in ruinam, & in his vnā decipiamur, in quibus minimē omnium errare conueniat.

* Vel qui sint ad intelligendum diffidiles & tacidi.

* Suscipit tādē sermonem sibi delatū Socrates, sed cum deprecatione venie, si errauerit.

* Nempe in crimine homicidij.

* Vereor autē numē Adrastę ob ea quę dicturus sum Glauco. Reor enim minus eum delinquere, qui non sponte aliquē perimit, quā qui circa constitutiones de honestis & bonis, iustisque fallit. Hoc autem discrimen subire præstat inter inimicos homines, quā amicos. Quare melius, ô Glaucō, me confirma. At enim, ô Socrates, inquit Glaucō ridens, si quo pacto nos ex hac disputatione errare contigerit, absoluius te vclut ab homicidio, & infontem in hac deceptione pronuntiabimus. Ergo audacter disputationem ingredi. Porro innocens est, inquam, qui * illic absoluitur, vt leges docent. Ergo & qui hęc absoluitur, innocens. Dic igitur, inquit, hanc ob causam. Dicere nunc

runcordine inuerso oportet,inquā quæ for-
 tē deinceps dicenda erant. Fortasse autē opere
 pretiū est, posteaquā quæ ad viros pertinent
 quasi actū quendam suum habuere, deinceps
 quæ sunt mulierum referte, præsertim cū ad
 hoc ipse me cohorteris. Hominib. quidē natis
 & eruditis, quēadmodum supra narrauimus,
 vt mea fert opinio, nulla est alia recta libero-
 rū mulierūque possessio & vsus, quā ea via
 gradiētibus, quā ipsi à principio ingressi su-
 mus. Etenim conati sumus, tanquā gregi custo-
 des viros sermone præficere. Nempe, inquit,
 Sequamur igitur generationem, nutritionē in-
 que quam simillimam adhibentes, confidere-
 mūsque vrū ita deceat, necne? Quōnā pacto?
 inquit. Ita, vrū inter canes custodes, fœmi-
 nas ipsas censemus vnā eadem custodire de-
 bere quæ & mares, & vnā venari, ac cætera o-
 mnia communiter facere. An fœminas quidē
 iatus domestica asseruare, tanquam imbecil-
 las propter ipsum catulorum partum & nutri-
 mentū: masculos autē labores subire omnem-
 que armenti curam gerere? *Communiter his, illis sit ido-*
 inquit, omnia tribuimus, nisi quod fœminis *les illa & in*
 vt imbecillioribus, matribus vt robustioribus *geniū quod*
 vtimur. Fierine potest, vt animali aliquo ad ea *requiritur*
 dem viaris, nisi eadem ratione nutriueris era- *in custode.*
 dierisque? Nullo modo. *b* Si ergo fœminis ad *b* *Fœminas*
 eadem vtetur ac viris, in eisdem eas erudire *aptas ad cu-*
 decet. Certe. Musicam autē & gymnasticā vi- *stodiam ciu-*
 ris tribuimus. Sanē. Mulieribus igitur artes hæc *tatu non mi-*
 similiter & res bellicæ tribuendæ sunt, ad ea- *nus quā*
 demq; vti his decet. Consentaneū istud quidē *viros in mo-*
 ex his quæ dicis. Forsitan multa præter con- *sica & gym-*
 suetudinem ridicula videbūtur dicta circa ea *nastica ex-*
 quæ nunc dicūtur, si agātur vt dicūtur. Et ma- *ercēdas esse.*

a *Responsio*
ad eos qui
nota hac in
fluenta sunt
irrisuri.

ximè quidè, *a* Quid in his maximè ridiculum cernis? An quia nudas feminas conspicias in palæstris cum viris certantes non modo iuuenes, sed & vetulas, quemadmodum senes viros in gymnasiis, quando vnà exercentur, licet iam rugosi, neque aspectu iucandi sint? Ita per Iouem. Nam ridendum id quidem vt nũc res sunt, videatur. Nos igitur postquam dicere cœpimus, haudquaquã vereri debemus facietorũ hominũ ridicula quocũque & qualiacunque iaciãt aduersus huiusmodi mutationem, quã circa musicam gymnasticãque inducimus, neque minus circa armaturam equestrẽq; facultatẽ. Probè loqueris. Ergo postquã dicere cœpimus, pergamus ad legis seueritatẽ, rogantes istos ne suo more agant, sed seria cogitent, admonentẽsq; haud longũ præterisse tempus, ex quo Græcis turpia & ridicula videbantur, quæ hodie barbarorũ plerisq; ridenda videntur, nudos videlicet spectare viros: & quando primũ exercitationes huiusmodi aggressi fuerunt in primis equidem Cretenses, deinde etiã Lacedæmonij, licebat profectò urbanis & faceris viris qui tũc erant, hæc omnia carpere, an nõ putas? Equidè. Verũ postquã, vt arbitrõr, vtentibus visum est cõmodius nudato corpore quã operto homines exerceri, factum est vt quia optimum id fuerat oratione indicatum, oculis ridiculũ minime videretur. *b* Ex quo perspicuum est vanum esse eum hominẽ qui deridendũ quicquã præterquam quod est malũ existimat, irridereque aggreditur, aliam quampiam sibi proponens derisionis causam, quã quod insipidum atque malum, aut honestum quicquã & studio dignum existimat, aliò respiciẽs quã ad bonũ. Sic est omnino

b *Nihil deri-*
dendum præ-
ter id quod
malum est.

omnino. An non de hoc primum convenire oportet utrum possint hæc fieri, necne? Cedere insuper cuique ut pro arbitrio aduersus hæc ambigat, siue ioco, siue serio, quis addubitare voluerit, utrum in hominum natura possit femina cum masculo in omnibus operibus communicare vel in nullo, vel in quibusdam valeat, in aliis vero nequaquam, ipsaque res militaris utro in genere horum sit? Nonne quisquis ita recte exortus fuerit, ut decens est, recte etiam peraget? Maxime. Vis ergo ut nos pro aliorum causa, nobis ipsi dubitationibus aduersemur, ne sine defensione, quæ sunt rationis alterius oppugnentur? Nihil prohibet. Dicamus igitur sub eorum persona hunc in modum. Nihil opus est, o Socrates, atque Glauco, ut alij nobis repugnent. Nam inter nos statim a principio condendæ civitatis constitit oportere secundum naturam unumquemque unum quiddam quod suum esset peragere. Constitit, quidni? Estne igitur ubi non longè mulier ipsa natura à viro differt? Cur non differat? Ergo nonne opus utique aliud pro natura utriusque est tribuendum? Proculdubio. Quid testat igitur, quominus aberretis nunc, vobisque ipsis contradicatis? quando quidem asseritis viros & mulieres oportere eadem operari, cum tamen natura valde inter se discrepent. Habebisne, o mirifice vir, quid ad ista pro nostra defensione respondeas? In præsentia quidem, inquit haud satis facis, sed orabo te atque oro, ut quid potissimum in nostri sermonis defensionem asseri possit, exponas. Hæc quidem, o Glauco, inquam, ceteraque generis eiusdem permulta iam dudum prospiciens timidus atque inuitus ad hæc legem descēdebam de mulierum & filiorum ade-

*Argumēta
oppugnantis
eam senten-
tiā quæ ad
custodiam ci-
uitatis femi-
nas non mi-
nus quā ma-
res admit-
tit.*

a Multi ve-
ri species nō
valentes di
stinguere: cō
certatoriē po
tius quā dia
lecticē dispu
tant, & ad-
uersus nomē
potius quā
vē redargu-
tionem diri-
gant.
b *Dialectica*
& cōcertato
ria discrimē
c *Respons. ad*
superiorē ob
iect. Mulieri
e si diuersi
sexus est à
viro si tamē
natura &
indole prada
ta est apta
ad custodia
emittatis non
est eiusdē na
tura viro
disimilis, ac
proinde dum
adhibetur
ad illud mu
ner, non alie
num sed suū
opus curat.

ptione atq; nutritione. Profectò, inquit, nō le-
 ue istud apparet. Nō certè, sed ita res se habet.
 Siue quis in stagnum breue prolapsus est, siue
 profundū in pelagus, nihilominus aqua in me-
 dia natat. Profus. An non & nobis quoquē
 natandum, conandumq; vt disputationis vn-
 das incolumes euadamus, sperantes aut delphi-
 num nos aliquem suscepturum, aut aliā quan-
 dam insperatā repentināque salutis causam
 nobis fore? Ita videtur. Age itaque inquā ego,
 si quā exitum nanciscamur. Conuenit siquidē
 inter nos naturam aliam aliud opus tractare
 debere. Mulieris autem & viri diuersam esse
 naturam. Diuersas naturas in præsentia iisdē
 studere rebus iubemus. In hoc nos quidem à
 vobis accusamur. Valdē. Quam generosa, o
 Glauco contradictoriz artis potentia est! Cur,
 inquit? Quia videntur mihi permulti etiā in-
 iuri in eam incidere, arbitrariq; nequaquā ^b li-
 tigare sed dislerere, ex eo quòd nequeat secun-
 dum species diuidentes, id quod dicitur, per-
 spicere, imò verò secundū ipsum nomen con-
 trarietatem propositi prosequātur, contenden-
 tes potius inter se quā disputantes. Contingit
 enim multis, sed nunquid & nobis idem
 nunc accidit? Et maximè quidē, inquā. Vide-
 mur sanè iniuri contradictionem attingere.
 Qua ratione? Quod natura non eadem opera
 tractare debeat fortiter admodū & contentio-
 sè si verba inspicias, contendimus. Considera-
 uimus autē nullo pacto [quā speciē alterius e-
 iusdēve naturę, & quorsum respiciētē, tūc de-
 scripserimus,] quādo diuersę naturę studia di-
 uersa, eidē verò eadē attribuēbamus. Certè ne-
 quaquā id considerauimus. ^c Cæterū licet no-
 bis, vt videtur, à nobis ipsis exquirere, nunquid
 eadem

eadē natura caluorū sit & comatorum, an cō-
 traria potius: ac postquam concesserimus esse
 contrariā, si calui coria incidāt calceōque cō-
 ficiant, haudquaquā sinere comatos homines
 eadē facere: sin autē comati caluos nequaquā
 permittere. At risu dignum id esset, inquit. An
 ob aliud ridendū istud quā quòd tunc nō o-
 mnino eandē & diuersam naturā posuimus,
 sed illā duntaxat dissimilitudinis & similitu-
 dinis speciē obseruauimus, quæ ad ipsa eadem
 studia pertinebat? Quæadmodum medicū &
 hominē habentē animum medicinæ studiis a-
 ptum, naturā eandē habere diximus, an nō cen-
 ses? Equidē. Medicinæ verò aptū alium, & aliū
 virū promptū ad fabricandū. Omnino. Nō
 ne inquā, & genus virorū mulierūmq; genus,
 si in arte aliqua aut studio inter se differant,
 hoc vtriq; assignandū esse negabimus? sin autē
 hoc ipso discrepare inter se videatur, quod fœ-
 mina quidē parit, vir gignit, nihilo magis ad-
 mittemus ostensum fuisse, quantū ad id quo
 de nunc nos loquimur, quòd à viro fœmina
 differat, sed adhuc censebimus tam custodes
 quàm mulieres ipsorū eadē apud nos exercere
 debere? Rectē nimirum. Nōne post hæc iube-
 mus eum qui contraria dicit, hoc ipsum nos
 docere, ad quam artē, quòdve officium ex iis
 quæ instituendæ ciuitati conducunt, non ea-
 dem sit, sed diuersa viri mulierisq; natura? Sic
 vtrique decet. Fortassē quod tu paulò antè di-
 cebas: alius quoque diceret: subitò quidē quan-
 tum satis sit dicere, non faciliē esse: sin autē co-
 gitetur, haud multū difficile. Diceret vtiq;. Vis
 ergo oremus eum qui hæc nobis opponit, vt
 aures nobis præbeat, attēdatque si qua ratione
 illi ostendere queamus, nullum esse studiū ad

*a Quid sit
i' uoia. i. bo
na natura
& ingenij
indoles &
procliuas
ad aliquid,
quid contra
i' q'ia.*

ciuitatis gubernatione mulieris proprium? Omnino. Age itaque ad eum dicamus. Responde, nunquid ita dicebas, ad aliquod opus aliquem apto ineptove à natura ingenio præditum esse ex eo intelligi, quod ille facile quicquã percipit, hic difficile: & ille si breue quid à quoquam didicerit, ex eo ipse plurimum inueniat, hic autem cum plura didicerit ex cogitaueritque, ne illa quidem quæ didicit, setuet, & illi quidem corporis membra sufficienter menti subseruiunt, huic autem repugnant? An alia præter hæc sunt, quibus hominem ad singula natura bene institutum, ab eo qui talis non est, distinguis? Nullus alia dicet. Scisne aliquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia hæc virorum genus & excellentius habeat quàm mulierum genus? an copiosiori oratione utemur, texendi artificium commemorantes, placentarumque & obsoniorum confectionem, in quibus aliquid mulierum genus esse videtur, ubi perridiculum sane apparet cum vincitur? Vera loqueris, inquit quia longè in omnibus, ut ita dixerim, genus à genere superatur. Mulieres autem multæ multis viris ad multa præstantiores. Vniuersum verò ipsum se habet ut dicis. *b* Nullum igitur est, o amice, inter eos qui ciuitatem administrant officium mulieris proprium quàm mulier est, aut viri proprium quàm vir, sed æquè dispersæ in animantibus utriusque naturæ: & omnium quidem munerum natura particeps est foemina omnium: & vir in omnibus autem imbecillior viro foemina. Sic est profus. Num viris omnia præcipiemus, mulieri autem nihil? At quomodo? Est utique opinor, ut nos asseremus, inter mulieres quoque, alia medicine apta, alia minimè: alia musicæ, alia natura à musica aliena. Quid-

*b Natura
apta ad ciui-
lia munera
ex aquo per
virilem &
muliebrem
sexum spar-
sa.*

ni? Et alia quidē ad exercitationes gymnasticas & rē militārē prōpta, alia verò ad hęc inepta. Sic arbitror. An non & vna quidē sapientiā studiosa est, altera sapientiā spernit: & vna elato animo, altera verò demisso. Et hoc assero. Est ergo & inter feminas quādam ad custodiendū idonea, quēdam minimē. An nō naturam quādam huiusmodi virorū ad custodiam aptorū elegimus? Eiuscemodi certē. Mulieris itaq; & viri eadē est natura ad ciuitatē custodiendā, nisi quòd mulierib. vt imbecilliorib. viris vt robustiorib. est vtendū. Apparet. Mulieres itaq; tales eligēda sunt, vt vna cū [eiusmodi viris simul habitēt & simul] & custodiāt ciuitatē, postquā idoneæ sunt, & natura ipsis cognatē. Prorsus. Studia verò nōne eadē naturis eisdē sunt tribuēda? Eadē. Longo tandem circuitu ad priora illa reuoluti sumus, concessimusque haud esse contra naturā vt custodū mulieres musica & gymnastica exerceantur. Sūm opere. Quare neq; impossibilia, neq; voti similia lege statuimus: quando quidē secundū naturam legem tulimus. Quare quæ nūc contra hęc sunt, multò magis præter naturā sūt, vt videtur. Videtur. Nōne considerandum nobis erat, vtrum possibilia & optima diceremus, necne? Erat. Quòd possibilia quidē, constitit. Planè. Quòd autem optima, post hęc asserendum. Patet. Ad hoc vt mulieres ad custodiam sufficientes euadant, non alia opus est disciplina, quā ea qua viros ad idē instruimus, præsertim cum eadem reperiat in vtrisque natura. Nū alia. Quid porro de hoc sentis? De quo? Virū existimes inter viros alios meliores, deteriores alios esse, an similes omnes? Nequaquam. In ciuitate igitur quam condidimus,

nunquid censes nobis præstantiores viros effici custodes, eam quam dedimus disciplinam adeptos, quam coriarios peritia coriaria imbutos? Ridiculam rem quæris, inquit. Intellego te quidem. Quid autem? nonne & reliquorum civium hi optimi? Et reliquorum. Quin & mulieres tales erunt optimæ mulierum? Valdè. Estne aliquid melius civitati, quàm viros quàm optimos, & mulieres optimas effici? Non est. Hæc autem musica & gymnastica, si adsint, ut supra narraavimus, perficere possunt. Proculdubio. Itaque non solum possibile, sed & optimum quiddam civitati lege statuimus. Ita est. Nudandum igitur corpus erit mulieribus custodum, quandoquidem pro vestibus virtutem induent. Communicandæque in bello, & alia omni civitatis custodia, neque aliud agendum. Horum tamen officiorum leuiora quæque, propter generis imbecillitatem, mulieribus potius quàm viris, tribuenda. Qui verò nudas riserit mulieres, optimi cuiusdam gratia ita sese exercentes, inanè circa ridiculas nugas carpens sapientix fructum, neque quid rideat neque quid agat, intelligit. Scitè namque istud & dicitur & dicetur: quod utile quidem, honestum: noxium autem, turpe. Et maximè quidem. Hunc itaque vnum veluti fluctum enataste dicamus de mulierum lege tractantes, ad eò ne omnino submergi cõtigerit, dum asseueraremus omnia communiter exercere debere custodes apud nos tam viros quàm mulieres. Imò verò sibi met oratio nostra consensit, quod videlicet & possibile & vtilia ferret.

Non paruum certe fluctum evasisti. Haud ingentem esse dices, quam illum, qui deinceps

sequitur, videris. Dic iam ut videam. Hanc quidem & priores ceteras, ut puto, hæc quoque lex sequitur. *Quanam?* ^a Mulieres scilicet has horum virorum omnes omnium esse communes, nullamque privatim habitare cum aliquo ac rursus communes liberos, neque patrem filium suum nosse, neque filium suum agnoscere patrem. Multo certe difficilius istud creditur, quod vel possibile, vel utile sit. Haud quidem arbitror dubium id cuiquam fore quin utile sit, maximumque bonum mulieres esse communes, communes & filios, si modo fieri possit. Verum arbitror plurimam in eo veritari controuersiam, nunquid fieri possit, necne. De utrisque sanè, inquit, summo pere ambigetur. Dicis, inquam, utique sermonum conspirationem. Ego autem rebar me iam ab altero liberatum iri, si tibi visum fuerit utile esse. Nam reliquum mihi fore, ut perquirerem utrum possibile sit an non. At latere, inquit, non potuisti, dum fugeres. Redde de utrisque rationem. Sustinenda, inquam, mihi certè pœna est, sed hoc mihi indulge. Sine me quasi feriantem reficiam, quemadmodum quibus pigri mente sunt, pascere se cogitatione, quoties soli proficiscuntur, solent. Etenim huiusmodi homines, antequam compertum habeant, quo pacto fieri possit quod petunt, omittentes hanc curam, ne nimio labore grauentur, dum de possibili & impossibili delibrent, quasi id iam sit quod affectant, sibi persuadent: ac deinceps reliqua digerunt, oblectanturque dum cogitant qualia præsentè illo facturi sint, atque ita torpentem animum etiam languidiorum reddunt. Haud secus & ipse pigresco, cupioque in aliud tempus disce-

a De cõmunitate vxorũ & liberorũ inter custodes quaritur primum an utile sit. deinde an fieri possit.

b Pigri & tardi mente præsupposito fieri posse quicquid in mentem illi venit persequi, ita de eo delibent, quasi ipsis exploratum sit, se possid id quod expetunt, consequi.

ptationem illam differre, possibiliāne ista sine
 an non. In presentia verò quasi possibiliana sine
 admittens, perquitam si ipse permissis, qua
 ratione hac existentia principes ipsi disponēt,
 quòdque omnium utilissima erunt ista si fiant,
 tam custodibus quàm civitati. Hæc conabor
 equidem prius tecum considerare, illa verò
 posterius, si concesseris. Concedo equidem,
 considera iam. Arbitror igitur, inquam, si mo-
 dō erunt principes hoc nomine digni, eodē-
 que modo horum ministri, hos quidem velle
 exequi quæ mandantur, illos autem præcipe-
 re, partim ipsis parentes legibus, partim imita-
 tes, quatenus illis nos permiserimus. Proba-
 bile id quidem. Tu igitur legis conditor, ipsis,
 quemadmodum viros elegisti, ita & mulieres
 eligens, præbebis quoad fieri potest consimiles
 inter se ingenio. Isti autem utpote ædes & co-
 messiones communes habentes, proprium
 verò nihil talium possidentes, unā habitabūt
 & inter se congregantes in gymnasiis ac re-
 liquo victu, ab innata, ut arbitror, necessitate
 ad mutuam trahentur commixtionem. An nō
 necessaria tibi dicere videor? Haudquaquam
 necessaria, * geometrica quadam necessitate,
 sed amatoria, quæ multò acrior est quàm il-
 la ad persuadendum vulgo, atque trahendum.
 Nimirum vehementer, inquam ego. Verum
 post hæc, ô Glauco, sine ordine denudari inter
 se, vel aliud quicquam facere, neque sanctum
 est in beatorum hominum civitate, neque ma-
 gistratus id permittent. Neque enim iustum
 esset, inquit. Constat utique quod nuptiis de-
 inceps quoad fieri potest, sacras instituemus.
 Essent autem sacræ quàm utilissima. Summo-
 pere, Quoniam pacto utilissima erunt? hoc mi-
 hi

* Geometri-
 ca necessitas

hi dicas, ô Glaucó. Video equidem tuí in x-
 dibus & venatorios canes, & generosas aues
 frequentes. Nunquid ad istorum cótum ge-
 nerationémque quandoque animaduertisti?
 Quorsum istud? Primum inter hos ipsos licet
 generosos, nónne sunt & fiunt præstantissimi
 quidam? Sunt. ^a Vtrum igitur ex quibuscunque
 æquè fieri generationem permittis? An curas
 potius, vt ex optimis generetur? Ex optimis.
 Num ex tenerimis quibúsq; an sentio confe-
 ctis, an atatis in flore potius constitutis? Ex
 his ipsis potius. Ac nisi hunc in modum gene-
 ratio fiat, longè deterius fore canum & auíu
 genus existimas? Equidem. Putas in æquis cæ-
 terisque animalibus aliter euenire? Abiurdum
 id esse. Papat, ô amice coniunctissime, quàm
 summis nobis est opus principibus! si quidem
 in hominum genere similiter se res habet. Ha-
 bet utique quid tum? Quia necesse est, inquam,
 vt medicinis multis vtantur. Quando enim
 medicinis nullis indigent corpora, sed victus
 duntaxat institutionem exigunt, medicum
 certè viliozem sufficere arbitramur. Cùm verò
 medicinis est agendum, scimus præstantiori
 quodam medico opus fore. Vera narras. Sed
 quorsum hæc? ^b Nempe necessarium fore vi-
 detur, vt frequenti mendacio & deceptione
 vtantur principes ad subditorum vtilitatem.
 Diximus autem suprâ huiuscemodi omnia
 pharmaci medicinaeque loco vtilia esse. Et re-
 ctè quidem. In nuptiis itaque & liberorum
 procreatione videtur istud prodesse, non me-
 diocriter. Quo pacto? Oportet profectò secun-
 dum ea quæ suprâ concessimus, optimos vi-
 ros mulieribus optimis vt plurimum congre-
 di: deterimos autem contrâ, deterimis. Et

a In ea com-
 munitate
 mulierum
 quam insti-
 tuit Socra-
 tes, hoc obser-
 uari vult vñ
 fortissima,
 & optimè cõ-
 stituta mu-
 lieres cū vi-
 ris eiusdem
 natura &
 ingenij for-
 tissimis & ro-
 bustissimis
 cõiungatur.

b Médacio,
 tanquam v-
 tili pharma-
 co magistra-
 tus vñ cõue-
 nit ad civis
 vtilitatem.

illorum quidem prolem nutrire horum minime, si armentum excellentissimum sit futurum. Et hæc omnia dum agantur, ab omnibus præterquam à principibus ignorati, si modò armentum custodum debeat seditione carere.

a Quomodo nuptia cœciliada, inter custodes civitatis maris & feminas optimas & optimas.

Probè admodum. ^a Igitur festa quedam erunt legibus designanda in quibus sponfos & spōsas congregabimus, sacra fient, & hymni à poetis nostris, celebratis nuptiis convenientes. Numerum autem nuptiarum arbitrio principū concedemus, ut ad hostes ac morbos ceteraque huiusmodi respicientes, eundem quàm maximè civium numerum servent, neæ populosa civitas nimis sit quoad fieri potest, neque vacua. Rectè loqueris. Sortes igitur quedam opinor versutæ instituendæ, ut deterior ille in qualibet copulatione fortunā non principes culpet. Et maximè quidem. Enimvero his qui inter iuvenes præstantiores sunt in rebus siue militaribus, siue aliis quibusdam, munera ac præmia danda sunt, & talia permulta: quin & vberior mulieribus congregandi licentia, ut ex hac simul occasione filij plures quàm ex aliis, ex his serantur. Probè. Itaque filios qui ex his oriuntur, suscipient ij qui talibus præsident magistratus, siue virorum seu feminarū, siue virorumque communes viris & mulieribus magistratus. Est ita. ^b Accipientes utique præstantium hominum prolem, ad ouile portabunt ad nutrices quasdam seorsum in civitatis parte aliqua commorantes. Eos vero qui nascentur ex deterioribus, siue etiam ex quibuscunque aliis, sed mēbro aliquo manci, in abditis ut decet locis abscondenti: siquidem custodum genus purum futurum est. Nutritionem præterea & hi curabunt. Matres enim

b Nati ex custodib. infantes, ad certū & cōmunē locū eivci destinati, ibiq; matrum: modò hoc caueatur, ne illa prolē suā agnoscāt, & aliarū mulierū lacte alendi.

ad ouile quam lacte exuberabunt, transmittent, procurantes ne vlla suum agnoscere valeat. Ac si hæc minus suffecerint, alias insuper lacte plenas adhibebunt. Prouidebunt quoque vt mediocre tempus in lacte sugendo seruetur. Vigiliæ item laborésque cæteros nutricibus & alumnis imperabunt. Plurimum, inquit, facilitatis ad procreandam prolem custodum mulieribus tribuis. Sic decet. Sed age deinceps, quod maximè intendimus, percurramus. Diximus planè ex iis qui in flore sunt ætatis oportere filios procreari. Diximus. ^a An non tibi quoque videtur moderatum integræ ætatis tempus esse mulieri quidem annos viginti, viro autem triginta? Quis horum modus? Vt videlicet mulier à vigesimo ætatis anno incipiens, vsque ad quadragesimum pariat: vir autem postquam summum sui carnis florè transferit (annos scilicet triginta) vsque ad annos quinque & quinquaginta procreet. Profecto, inquit, in iis ætatibus vigor animi corporisq; cõsistit. ^b Si igitur senior istis, siue iunior, generationem in communi attigerit, prophanium & iniquum scelus hoc esse censebimus, quasi foetus in ciuitate seratur, qui si latuerit, orietur non sub sacrificiis quidè & votis, quæ singulis in nuptiis peragent sacerdotes tam viri quàm mulieres, & ciuitas vniuersa, precantes vt ex bonis meliores, ex vtilibus vtiliores nascantur: imò verò sub tenebris ex graui quadam incontinentia. Rectè loqueris. Eadè quoque erit habèda ratio de illo, qui cū adhuc in generandi ætate fuerit, non tamen à principe copulatus fuerit, mulierem ætatis legitimæ attigerit. Nempe hanc asseremus puerum generare spurium, incestum, atque prophanum.

^a Legitimè
tẽpus etatis,
quando &
quã diu de-
beât mares
& femina
liberũ dare
operam.

^b Ex cõgres-
su aut nõ le-
gitimi tẽpo-
ris, aut nõ co-
pularũ à
principe nu-
ptiarũ natũ
pro spurio
habendi.

Scitè admodum. Quando igitur iam mulieres & viri a tatem generationi aptam egressi fuerint, licere viris dicemus, cuiusque voluerint, præterquam filiaæ atque matri, & filiarũ natis, matri sue maioribus commisceri: licere & mulieribus cuilibet copulari, præterquam filio atque patri, ac superioribus & inferioribus eorundem. ^aCum verò hæc omnia man-

^aNati ex va-
go & libero
cogressu sup
primendi.

^bIn eiusmodi
commu-
nitate ux-
orum & libe-
rorũ qui pa-
tres & ma-
tres, qui pro-
liberos, qui p-
fratrib. & so-
rorib. haben-
di.

^cSi cõmu-
nitas ux-
orũ & libe-
rorũ nõ solum
custodib. ci-
uitatis sed
etiã reliquis
ordinib. cõ-
uenire pro-
batur.

dauerimus, interdiciemus factum talem si cõ-
tigerit edi, & in lucem produci. Si quid autem
coegerit, ita exponere præcipimus, quasi ei
nulla nutritio sit. Hæc quoque probè dicun-
tur. ^bPattres verò & filiaæ & cæteri cognati
quos memorabas, quomodo inuicem discer-
nentur? Nullo modo, sed omnes quicumque
nascentur decimo mense, vel septimo ex ea die
qua quis liberis operam dedit, masculi ab hoc
filij, feminae filiaæ nominabuntur. Nati autem
eum patrem vocabunt, natorum similiter fi-
lios ille nepotes esse dicet, isti autem superio-
res auos & auias nominabunt: ac eos qui illo
tempore nascerentur, quo patres ipsorum ma-
trèsque generabant, fratres atque sorores. At-
que ita quod modò dicebam, nullo modo se
mutuò tangerent. Fratribus autem & soro-
ribus lex cohabitationem concedet si fors de-

derit, & Pythia simul per responsa firmauerit.
Rectè admodum. Talis utique erit, ô Glauco,
inter ciuitatis custodes mulierum filiorũque
communio. ^cQuòd autem congruat reliquo
ciuitatis ordini, sitque longè optima, oportet
deinceps ratione confirmare: aut quid a-
gemus? Hoc per louem inquit. An non con-
ventionis huius hoc est principium, ut à nobis
ipsis sciscitemur, quòdnam maximum bonum
ad ciuitatis constitutionem inueniamus, ad
quod

quod respiciens legislator, leges condere debet, quòdne maximum malum? Consideremus deinde an ea quæ modò narrauimus, ad boni ipsius investigationem nobis conueniant, à mali autem inuestigatione dissonent. Maxime omnium. Habemusne vllum perniciosius ciuitati malum, quàm quod eam diuidit, & ex vna plures facit? vel melius quicquam eo quod ipsam vincit simul, & vnam efficit? Non habemus. Nónne voluptatis dolorisque communitio vni, quando ciues omnes maxime ex earundem rerum accessu vel decessu pariter gaudent ac dolent? Et maxime quidem. Horum verò diuersitas eam dissoluit, quando eisdem ciuitatis & eorum qui in ciuitate sunt casibus alij vehementer dolent, alij gestiunt. Quidni? ^a Ex hoc autem tale quid prouenit, quando non simul in ciuitate hæc verba dicuntur, Meum scilicet & non meum, ac de alieno eodem modo. Valde. In quacunque igitur ciuitate pluri mi ad idem secundum eadem hoc dicunt Meum & non meum, ea optime gubernatur. Procius. Et quæcunque quàm simillimè vt vnus homo affecta est, vt quoties alicuius nostrum percussus est digitus, tota corporis communitio ad animam pertingens, in vnam coordinationem eius quod in ipsa anima dominatur, sentit protinus, totaque simul afflicta parte condolet. Atque idcirco homini dolere digitum dicimus. Eademque est de quauis alia parte hominis ratio: tum quæ dolore afficitur, tum quæ voluptate recreatur. Eadem ratio certè: & quod quæris, ciuitas quæ optime regitur, quæ proximè ad hoc accedit. Quoties itaque vt arbitror, ciuium cuiquam boni aliquid, vel mali continget, talis utique ciuitas suum esse

Maximè est vna illa ciuitas in qua non simul audiuntur hæc voces Meum, & non Meum.

clamabit eam qui sic afficitur, atque ideo tota vel lætabitur una, vel dolebit. Necessè est ita, ciuitate optimis legibus gubernata contingat. Sed hora iam est ut ad ciuitatem nostram redeamus, & quæ nunc inter nos constiterunt, exquiramus vtrum ciuitati huic conueniantur maximè, an alteri potius. Licet profus. Sunt & in aliis ciuitatibus principes & populus, & in ista similiter sunt. Atqui omnes isti ciues sese mutuo appellabunt? Quidni? Sed præter ciuis nomen, quomodo in aliis ciuitatibus populus principes vocat? In pluribus quidem dominos, in populari autem gubernatione principes. At nostræ ciuitatis populus, quomodo ultra ciuis nomen principes nuncupabit? Seruatores, auxiliariosque inquit. Quo autem modo isti populum? Mercedis tributores & nutritores. Qui vero in aliis præsumt, populum? Seruos. Principes ipsi se mutuo? Complices. Nostri autem? Concustodes. Habesne quem nomines inter aliarum ciuitatum principes, qui ex collegis alium sibi propinquum, alium extraneum vocet? Equidem multos. Propinquum igitur tanquam suum & putat & dicit: extraneum vero, ut non suum. Planè. In vestris autem custodibus, estne vllus qui collegarum quempiam extraneum arbitretur ac vocet? Nullus. Cuicumque enim quis occurret, vel fratri, vel sorori, aut patri, aut matri, aut filio, aut filia: siue horum natis, seu maioribus putabit occurrere. Præclare loqueris: sed ad hoc quoque responde. ^b Vtrum ciuibus tuis duntaxat nomina cognationis, lege impones? An præterea propinquitatis officia, ut videlicet ita se gerant, ut appellationis ipsius dignitas postulat, seruentque erga parentes, quæ

a **Bladærum**
appellatio-
nū cōmuni-
catis inter
principes ci-
uitatis & re-
liquū popu-
lū in ciuita-
te qualē cō-
stituit Plato

b **In eadem**
mutua ciuū
inter se com-
muni cogna-
tionis vincu-
lu adstricta
charitas &
beniuolētia.

que lex exhiberi illis præcipit, reuerentiam, curam, obedientiam: alioquin & deos & homines inuenios habeant, utpote qui neque sancta, neque iusta agant, si contra fecerint? Aliine in hac tua ciuitate sermones quàm hibeuntis ex ciuibus, protinus ad aures puerorum circumsonabunt, tum de parentibus (quoscunque illis quis indicauerit) tum de aliis genere proximis? Hi certè ipsi. Absurdum enim id esset, si cognationis nomina tantum ore, sine officio proferrentur. ²In hac igitur ciuitate maximè ²Supra dicta communio nis comeda & effecta. omnium, vno aliquo bene, vel male affecto, vno ore clamabunt omnes, quod modò dicebamus, Meum bene se habet, vel meum se habet malè. Vera loqueris. Cum hac opinione ac verbis huiusmodi sequi dicebamus, ut & voluptates communes sint & dolores. Et rectè quidem. In eo igitur maximè nostri ciues inuicè communicabunt, quod meum dicent: ex qua communione sequetur, ut voluptates & dolores communes habeant. Penitus. Horum verò causa vnà cum reliqua ciuitatis constitutione, est ipsa custodum circa mulieres filiòsque communio. Sic est omnino. Enimvero summum hoc ciuitati bonum esse confessi sumus, cum ciuitatem rectè gubernatam simile esse diceremus corporis, cum singulis partibus suis circa voluptatè & dolere quoquo modo comunicantis. Et meritò quidè concessimus. Maximi itaq; boni causa ciuitati nobis paruit esse ipsa inter auxiliarios mulierum liberorumque communio. Valde. Atqui & superioribus hæc consonant. Diximus enim neque domos proprias his esse debere, neque agros, neque possessiones aliquas, sed ab aliis accipere nutrimenta mercedum custodiz, & communiter omnes consume-

re, si veri custodes futuri sunt. Probè. Nõne quod ipse ait, & quæ supra, & quæ nunc dicta sunt, maxime faciunt, vt veri hi custodes euadant, neque distrahant ciuitatem, dum meum dicant non idem omnium, sed aliorum aliud esse, & alius in propriam domũ trahat quodcunque seorsum ab aliis vsurpare voluerit, alius in suam ab aliis diuersam domum: & ex propriis mulieribus ac liberis, diuersi diuersis latentur & doleant: imò verò vt ex vna proprii eiusdem omnium sententia, in idem tendentes omnes quoad fieri potest, similibus voluptatibus, & doloribus iisdem, siquid accidat, afficiantur? Maximè. Quid autem iudiciorum controuersia accusationesque mutua, nõne cessabunt omnes, quandoquidem nec proprium quicquam præter corpus quisquam habebit, reliqua verò communia? Vnde sequitur, sine seditione illos fore, quantum ad eas lites attinet, quæ pecuniarum, vel filiorum, vel propinquorum causa oriri solet. Necesse est omnino hæc abesse. Quin neque de vi, neque de iniuriis vsquam contendetur. Nempe alleremus honestum & æquum esse, vt æqualem æqualis ab iniuria atceat, tutandorum corporum prouinciam imponentes. Probè. Atqui & hoc rectum lex hæc continet, quòd si quis alicui irascatur, iramque explere contendat, minus ad maiores excitabitur seditiones. Sic est prorsus. Senioreni quippe lex nostra constituet præesse omnibus iunioribus, eosque corrigere. Perspicuum id quidem. Constat præterea quòd iunior senioreni, nisi iussu principum, aliàs neque violare vnquam conabitur, neque cadere, vt decens est, neque ignominia vlla afficere. Metus namque & pudor

*Iudiciorum
controuersia
cessabunt, seditiones quoque aberunt, ab eiusmodi ciuitate, in qua omnia communia.*

dor custodes sunt ad hæc prohibenda suffici-
 entes. Pudor quidem non permittet eos quos
 parentes suspicantur, violare. Metus autè ab in-
 iuria absteret ebit quèq; timentè scilicet, ne cæ-
 teri omnes, partim vt filii, partim vt fratres,
 partim vt patres oppresso succurrant. Ità pror-
 fus accidit. Omnino igitur ex his legibus ciues
 inuicè in pace vità agent. Summopere. His au-
 tè inter se minimè dissidentibus, haud metue-
 dū est nequando ciuitas alia aduersus hor, vel
 ipsi inter se pugnent, seditionèsq; moueant,
 Non certè. Pudet referre, quia minus deceat,
 minutissima quæque mala à quibus liberi ciues
 erunt. Adulationes nempe aberunt, quib. ad-
 uersus diuites inopes vt solent. Sollicitudines
 item indigentiu atque dolores, quibus in filiis
 nutriendis, quærendisq; pecuniis propter ne-
 cessariã domesticorum nutritionem vexantur,
 dum & scæporibus dant operã, & negant quæ
 acceperunt, & quæstui vndecunq; student.
 Seponunt præterea apud mulieres ministròsq;
 permulta quæ ad tempus condantur. Et quàm
 multa, & qualia in iis homines patiuntur, & am-
 ce, absurda & illiberalia, & indigna narratu.
 Patent planè vel caeco. Portò ab his omnibus
 liberi erunt, vitamque agent beatiorè beatif-
 sima illa eorū vita qui vicierunt Olympia. Qua
 ratione? Nèpe illi ob exiguã eorū quæ hi possi-
 dent partè, beati putantur. Nã & victoria horū
 præclatior & perfectior ex publico alimonia.
 Horū enim victoria ciuitatis totius, est salus.
 Alimèta præterea & quæcūq; ad victū necessã
 ria ipsi eorūq; filii coronationis loco accipiunt.
 Honores insuper & præmia ab ipsa republica
 viuentes consequantur, & vita functi digna
 sepulchrorum suis virtutibus monumenta.

*a Adulatio-
 nes inopum
 aduersus di-
 uites sollici-
 tudines re-
 indigentium
 atque dolo-
 res aberunt
 ab hac ciui-
 tate.*

*b Custodum
 ciuitatis felici-
 tate, cum e-
 orum qui O-
 lympia vice-
 runt felicitate
 compara-
 tur.*

Hæc certè admodum egregia sunt. Memini si quod in superioribus nescio cuius oratio nobis obiecit, tanquã custodes minimè beatos efficieremus? ut pote qui nihil haberent, cum tamen liceret illis civium omnia possidere. Ipsi autem respondebimus, in posterum nos sibi contigerit, consideraturos. Nam in presentia custodes quidem, reuera custodes facere nos, civitatem verò quoad possemas beatissimã: neque ad unã quandã eius partem, sed ad totã respicientes, beatitudinem illã exquirere. Memini equidem. Nunc certè auxiliatorum vita, quando longè prælatior ac melior, quàm eorum qui Olympia vincunt, apparet, nequaquam cotiariorum, aut aliorum artificum, aut agricultorum vitæ similis esse videtur. Non certè, ut & ipse arbitror. Verum tamen quod & supra dixi, par est ut hic repetam: quòd si ita custos beatus fieri studeat, ut non sit custos, neq; sufficiat ipsi vita adeò moderata & stabilis, & ut nos asserimus, optima: sed insana & puerilis exorta felicitatis opinio, rapiat eũ ob ipsam potentiã ad omnia quæ in civitate sunt sibi vendicãda, cognosceret Hærodũ sapienter illud dixisse, *Dimidiũ esse plus quã totum*. Si me, inquit, cõsultore utetur, hæc in vita manebit. Probas igitur communionẽ, quã mulieribus cũ viris tribuimus, quo ad disciplinã, liberorum susceptionem, custodiã aliorũ civium ut unã cum viris in civitate maneant in bello militent, custodiant unã, & canum instar venentur, omniumque officiorum omnino quoad fieri potest, participes sint. Ac dum hæc agunt, optima agere illas concedis, neque contra naturam feminae, qua instituta est ut cũ mare cõmunicet. Probo equidẽ.

Nōne restat deinceps vt id declaremus, vtrū
 esse possit hoc in hominibus quemadmodū in
 reliquis animalibus communio, & quo pacto
 possit? Occupauisti quod ego interrogaturus
 eram. De re quidem bellica manifestum esse
 arbitror, quo pacto eam tractabunt. Quōnam
 pacto? Militabunt profectō communiter, du-
 centque adultos & qui firmo vegetoq; corpo-
 re erunt præditi. Liberos secū ad præliū vt quē
 admodum aliorum opificum filii, & hi patrū
 suorum opera cernant, quæ ipsi quoque cum
 ad maturā ætatem peruenerint, effecturi sunt,
 atque intus vt pateantibus auxilio sint, mini-
 strantque omnia quæ ad bellum spectent, pa-
 trēsque & matres curent. An non animaduer-
 gisti quod in artibus accidit, veluti quādiā ti-
 gulorum filii fingentes patres spectant, atque
 ministrant antequam manum operi adiciant?
 Maxime. Nunquid diligentius illi, quā custo-
 des filios suos, erudire debent peritia & inspe-
 ctione operum cuique conuenientiū. Ridiculū
 id quidē esset. Quinetiā omne genus animan-
 tium natis præsentibus ardentius pugnat. Est
 ita, verū periculum est permaximum, o so-
 crates, ne si fortē, vt accidit in bello, fors aduer-
 sa contigerit, filios quoque secum perdant, ex
 quo ciuitas illa instaurari nequeat. Vera lo-
 queris. Sed tu fortitan in primis ita se compa-
 rare quenque oportere existimas, vt nullum
 vnquā periculum subeat. Nullo modo. Quid
 verō si fortē discrimen subeundum est, nō-
 ne id erit in quo qui rectē rem gerunt, præ-
 stantiores euadent? Perspicuum est. Num parū
 interessē censēs, indignūve quod propter pe-
 riculum suscipiatur, vt spectent vel non spe-
 ctēt res bellicas pueri, qui milites futuri sūt? I-

*Custodes et
 auxiliarij ci-
 uitatis libe-
 ros secum
 cum uxori-
 bus in bellū
 educant o-
 portet, &
 quo pacto li-
 berorum se-
 curitati con-
 sula possit ad-
 uersus bellū
 pericula.*

mò verò referre ad id quod ais. Danda igitur opera est, ut bellum pueri spectent, & qua ratione tuti sint, excogitandū, atque ita rectè fiet. Nempe principio parentes eorū haudquaquā ignari erunt, sed quoad hominibus concessum est, ad discernendū perspicaces quib. in castris periculū inuit, quibus non insit periculum. Verisimile id quidē. Ad tutiora itaque ducēt eos ad alia minimè. Probè. Deinde rectores illis præficient, non ignauissimos quosque, sed homines, & usu rerū & ætate idoneos duces & pedagogos. Ita decet. Verum multa dicemus præter opinionē multis euenisse. Et maximè quidē. Horum causā ō amice, statim à teneris annis alæ quædam applicandæ puerulis, ut siquādo opus fuerit, volantes protinus aufugiant.

Quomodo istud ais? Imponendi sunt equis, ut statim à pueris equitare discant, & ducendi ad spectaculum sub belli equis non ferocibus quidem, aut nimium bellicosis, sed quàm velocissimis, & habenis facile obsequentibus, atque ita commodissimè opus suum prospiciēt, securissimèque euadent siquid aduersi contigerit, seniores duces sequentes. Scitè admodū mihi loqui videris. Quid de his quæ ad bellū attinent, dicendum? Quæ seruanda militibus inter se & aduersus hostes? Nunquid rectè sentio necne? Quidnam? ^a Arbitror cum qui in acie ordinem deseruit, vel arma abiecit, vel tale aliquid propter timiditatem commisit, ad opificum ordinem vel agricultorum esse transmittendum. Sic decet. Eum verò qui viuus ab hostibus captus fuerit, etiam gratis reddere volentibus, relinquendum, ut præda quomocunque libet, utantur. Omnia. ^b Qui autem egregiè sese gerens, excelluerit,

^a Quæ pœna constituatur aduersus eū qui in acie ordinem deseruerit vel arma abiecerit.

^b Quæ præmia legia, muneræ & honores concedendi sūt qui strenuè in acie dimicauerint & cæcis excelluerint.

erit, prima quidem in ipsa expeditione ab iis qui vnâ militant adolescentibus ac pueris, sigillatim à quolibet coronandus, nonne tibi videtur? Mihi verò. Quid nonne & dexteras iungere illi debebunt? Et hoc. At hoc præterea tibi forsità nō videtur? Quid? Vt oscula à quolibet accipere debeat ac dare. Imò verò maximè omnium. Atqui & legi huic addendum existimo, vt quoad in ea expeditione fuerint, nemini renuere liceat, quencunque osculari ipse desiderauerit, vt si quis alicuius amore captus fuerit vel maris vel foeminae, acrior sit ad victoriam consequendam. Præclare, nam quòd nuptiæ strenuis viris facilius paratæ quàm a liis, & cooptiones frequentiores erunt, vt quàm plurimi ex his nascantur, iam dictum est. Diximus certè. Etenim secundum Homerum eiusmodi iuuenes iustum est maximè honorare. Nam ipse Aiacem bello præcellentem, dixit [perpetui tergo bouis] honoratum, quasi hic pubescenti homini ac forti conueniens sit honor, ex quo cum honore simul & robur augetur. Rectè admodum. In his ergo Homero parebimus. Etenim nos in sacris cæterisque huiusmodi, præstantes inquantū præstantes videntur, & hymnis, & his quæ modò diximus, honestabimus, sedibus itè & carnibus, plenisque pateris, vt & honoremus vnâ viros præstantes mulieresque, & exerceamus. Bellissimè loqueris. Eum verò qui in militia quum se strenuè gesserit, obiit, primùm aurei generis esse dicemus. Maximè omnium. Deinde Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicumque hoc ex genere decedunt è vita, *dæmones efficiunt sanctos terrestres, optimos expulsores malorum, custodesque mortaliū.* Ita certè credemus. Consule.

mus ergo oraculum quo pacto beatos diuinōs
 que viros condere deceat, & quibus insignib.
 præcipue decorare, atque ita condemus ve
 iusserit. Proculdubio. Reliquum itaque tem-
 pus sepulchra eorum veluti dæmonum co-
 lemus, atque adorabimus. Eadem quoque
 seruabimus erga illos, qui cum præcipua pro-
 birate pollere in vita iudicati fuerint, senio
 aut alio quodam modo è vita cesserunt. De-
 cet sane. At quomodo aduersus hostes nostri
 se milites gerent? Qua in re? In primis quidem
 de seruitute quæro, vitum iustum esse censeas
 ut Græci Græcas vrbes in seruitutem redigant:
 an potius, ut neque ab aliis fieri istud permit-
 tant, ac pro viribus obstant, consuescântque
 Græcorum generi parcere, cauentes ne barba-
 ris ipsi seruire cogantur. Omnino & ad om-
 nia inquit præstat parcere. Neque quenquam
 Græcorum nostri seruū facere debent: sed &
 Græcis aliis consulere potius, ut ipsi ab hoc
 caueant. Profsus. Nam ita facilius ac fortius
 contra barbaros insurgent, & ab se inuicem
 abstinebunt. Quid autem? ^b spoliare mortuos
 præter arma, postquam viderunt, honestū est,
 an non? An occasionem hoc præbet timidis,
 ne aduersus hostem eant, quasi magnificum
 aliud moliantur, quando inter cadauera vo-
 lutantur? At enim rapiendī cupiditate mul-
 ti iam exercitus perierunt. Maximè. An non il-
 liberale quiddam, cogitationisque auaræ mult-
 ebris, ac vilis esse videtur cadauer expoliare,
 hostemque putare mortui corpus, cum aduer-
 sarius ipse euolarit, eo quod pugnabat relicto?
 Num censes eos qui hoc agunt differre à cani-
 bus aduersus iactos lapides irascentibus, eo qui
 iacit dimisso? Nihilo equidē differre arbitror.

Quare

^a Quomodo
 se aduersus
 hostes gerere
 debeat ciui-
 tas ista qua
 informatur.

^b Mortuo ho-
 sti nulla spo-
 lia eripiēda
 sunt præter
 arma.

Quare à rapinis huiusmodi abstinendum est, victoria nanque obsunt. Abstinendum penitus. Neque etiam in templum arma transferemus, ea Deo sacratum, præsertim arma Græcorum, si modò nobis cura est cum Græcis aliis benevolentia. Maxime verò formidabimus, ne scelus impiù sit, talia à propriis in laeum transferre, nisi quid aliud deus dixerit. Rectè admodum. An tui milites, Græcorum quibuscum pugnabunt, agros depopulabuntur, ac domos incendunt? Libenter quid tu de hoc sentis, audirem. Mihi quidem nihil tale videtur agendum esse, sed fructus annuos duntaxat auferendos. Vis causam dicà? Equidè. Videtur mihi sicuti nomina hæc duo sunt, ^a Bellum ac seditio, ita & duo quædam duabus subsistere differentiis. Dico autem duo hæc aliud quidè proprium & cognatum, aliud alienum atq; extraneum. Inimicitiam quæ inter familiates est, seditionem: quæ inter extraneos, bellum vocant. Haud ab re est quod ais. Animadvertenunquid & hoc ad rem dicà. Aio equidè Græcos omnes inter se propinquos esse genere atque cognatos, à barbaris autem diuersos atq; extraneos. Præclare loqueris. Quoties igitur Græcia aduersus barbaros, vel contra Græcos barbari ipsi pugnabunt, bellum gerere asseremus, & hostes esse natura, & has inimicitias bellum vocabimus. ^b Quando verò Græci aduersus Græcos insurgent, dicemus eos natura quidem amicos esse, morbo autem laborare in hoc Græciam, & seditionibus agitari, & seditionem has inimicitias appellabimus. Assentior equidem. Si in seditiosa civitate utriusque factionis homines aduersationum agros popularentur, inflammarentq; te domos, vides

^a Aliud seditio est aliud bellum.

^b Quomodo se Græci aduersus Græcos in bello gerere debent.

quã pernicioſa futura ſeditio ſit, neutriſque il-
 loꝝ patriæ ſuæ amici? Quippe ſi eam ama-
 rent, nunquam certè auderent nutricem ma-
 trémque vaſtare: ſed ſatis eſſe factũ putarent,
 ſi victores alioꝝ raperent fructus, exiſtimã-
 tes non ſemper ſe inuicè pugnaturos, ſed quã-
 doque reconciliandos. Mitioriũ profectò ho-
 minũ hæc eſt ſententia. Ciuitas hæc quã con-
 diſ, nõnne Græca? Decet. Ergo & æqui, & mites
 in ea ciues. Miximè. Quare Græcoꝝ amici. Nè-
 pe omnè Græciã ſibi coniunctã exiſtimabunt,
 & ſacra habebunt vt alij, inter ſe communia.
 Summopere. Itaque contentionem ſibi aduer-
 ſus alios Græcos exortam, tanquam cum ſuis
 geri putabunt, ſeditionemque vocabunt, non
 bellam. Si proſus agent. Ergo tanquam qui
 reconciliandi quandoque ſint, altercabuntur,
 Ita certè. Beneuolò igitur & temperato animo
 rem agent, non ad ſeruitutem aut necem re-
 ſpicientes tanquã qui hoſtes minimè ſint. Hoc
 vtique modo. Non ergo Græciam, cum Græci
 ſint, deſtruent, neque domos incendunt, neque
 putabunt in ſingulis ciuitatibus omnes ſibi
 aduerſos eſſe & viros, & mulieres, & pueros,
 ſed paucos admodũ inimicos, eos dũtaxat qui
 fuerint diſcordiæ autores. Quãobrem neque re-
 gionè deuaſtabunt eorũ quali vt plurimũ ami-
 coꝝ, neque domos ſubuertent, ſed eatenus de-
 certabunt, quatenus qui diſcordiæ cauſam de-
 derunt, inſontibus pœnas ſoluant. Aſſentior
 equidè ita eſſe Græcis pugnantibus repugnã-
 dum, contra barbaros autem ita animatos eſſe
 debere, vt nunc Græci contra Græcos affecti
 ſunt. Ponamus itaq; legè hanc cuſtodib; vt ne-
 que pupulètur agros, neq; igne ædes abſumãt.
 Ponamus profectò, inquit, & hæc vnã cum ſu-
 periori.

perioribus rectè se habere asseueremus.

7^{va} Sed mihi quidem videris, ô Socrates, si quis te alia quædam narrare permittat, nunquã illius te recordaturû, quod in superiorib. prætermittens, hæc omnia in mediû adduxisti, quod videlicet possibile sit hanc temp. fieri, quo pacto fieri possit. Nã si extiterit, quin bona omnia ciuitati ipsi proueniãt, non dubito, quin & ea etiã quæ tu prætermittis, quod videlicet ciues illi cõtra hostes strennè pugnabunt, eo quod se inuicè nequaquã deserent, cognoscètes se inuicè esse propinquos, perq; hæc nomina mutud se vocantes, fratres, patres, filios. Quod & si fœminæ militent vnã siue eodè in ordine, siue sequenti acie, vt & terreãtur hostes, & cû necessitas postulauerit, viris auxiliû asseratur, certè scio inexpugnabiles eos fore. Sed & quot sint quæ ipsis domi relinquuntur bona, intelligo. Verû tanquã concedente me hæc omnia, & alia permulta si fiat hæc resp. prouentura, ne plura de ipsa cõmemores, sed hoc ipsû iã conemur nobis persuadere quod possibile sit, & qua ratione possibile, hæc extare rēpubl. Cetera verò mittamus. Subita quadã incurssione sermonè meum iterû inualisti, neque mihi ignoscis militanti, neque aduertis forsità quod vix me duobus è fluctib. emergentè, nũc in tertium maximû & difficilimum tecturas. Quod postquã videris audierisq; , dabis certè mihi veniã, cognoscens haud iniuria extimulisse me sermonè adeò ab opinione hominû abhorrentè ingredi. Quod plura, inquit, in hanc sententiã congeres, eò minus dimitteris à nobis quod minus ostēdas qua ratione fieri possit hæc resp. Quare dicas iam, nec cuncter s. In primis inquam, meminisse oportet, quod nos inqui-

Transitus fit ad describendû Philosophi ingeniu hac occasione. Primò etiã si nusquam extet, aut esse possit talis Respub. qualis descripta est nihilominus optimam & perfectissimã esse formã eã Resp. qua propostata est.

rentes quale quid iustitia & iniustitia sit, huc
deuenimus. Oportet sane, sed quorsum hæc?
Népe si quale quid iustitia sit conspexerimus,
num virum iustum censebimus, nihilò debere
ab illa differre, sed talè esse omnino qualis ipsa
iustitia est? an satis esse factum putabimus, si
quàm proximè ad eà accesserit, & maxime o-
mniù illius sit particeps? Ita planè satis habere
putabimus. Exempli igitur causa quale quid
iustitia sit, quæsiuimus, & virum iustû, an fie-
ret, & qualis esset si extet: Iniustitia rursus qua-
lis, & iniustissimus homo: vt quales ipsi quò
ad beatitudinè & miseriam esse nobis contuen-
tibus viderentur, cogere[mur] & de nobis ipsi
fateri, talem nostrû quenque sortè habiturû,
quisquis è nobis illis se præstiterit quàm simil-
limû. Non autem ob id perserutati hæc sumus,
vt monstrare[mus] ea fieri posse. Vera hæc sunt.
Censes aliquè ex hoc minus bonû fore picto-
rem, quòd postquam humanæ pulchritudinis
exemplar absolutû ediderit, nihilque de specie
prætermiserit, nequeant demonstrare, homi-
nem talè reperiri posse? Nequaquã. Nonne &
nos præstantissimæ ciuitatis exemplar oratio-
ne effinximus? Profsus. An igitur eò minus
nos rectè loqui existimas, si ostendere non
possumus, talè extare posse ciuitatè qualè ipso
sermone depinximus? Minimè. Sic utique se ve-
ritas habet. Quòd si & hoc præterea tui cau-
sa demonstrandum, quo modo, & secundum
quid maxime effici possit, rursus & hanc de-
monstrationè hæc ipsa mihi fateare oportet.
Quenam? Nunquid sic fieri quicquã possit, vt
dicitur, vel ita natura comparatû est, vt actio
minus quàm sermo veritatè attingat, licet ali-
qui non videatur? Tu verò vtrum fateris istud

An non? Fateor equidem. Ne me cogas igitur
 vt qualia verbis hæc percurramus, talia peni-
 tus re ipsa fieri demonstrem. * Sed si valeamus
 inuenire quæ ratione quàm proximè ad hæc
 accedat Reip. institutio, fatendum est compe-
 rissè nos, quemadmodum quæ tu præcipis ef-
 fici possunt. An non satis esse factum duces, si
 horum compos efficiaris? Nam ego quidem
 sat haberem. Ego quoque. Conemur igitur de-
 clarare posthac, quid istud sit, propter quod
 in ciuitatibus malè agatur, quò minus sic re-
 gantur, & vtrum vnus cuiusdam exigui mu-
 tatione ciuitas ad hanc formam instituat,ur,
 quidve illud sit: & nunquid maximè vnus
 mutatione id fiat, vel saltè duorum, an pluriù,
 sed quàm paucissimorù, & potentia minimor-
 rum. Sic omnino. Vno quodam mutato osten-
 dere possumus formam mutatam iri, quod qui-
 dem non est parum, nec facile, possibile tamè.
 Quid istud: Ad id redeo equidè quod ingen-
 ti fluctui comparauimus. Diceatur igitur, quàm
 quam futurum est, vt effuso risu tanquam flu-
 ctu aliquo, & absurditatè, aliquis hunc meum
 sermonè obtrudere conetur.] Considera quod
 dicturus sum. Dic iã. Nisi vel philosophi ciuita-
 tibus dominantur, vel hi qui nunc reges potè-
 tèlq; dicuntur, legitimè sufficièterq; philoso-
 phètur, in idèq; ciuilibus potètia & philosophia
 concurrât [sed contra multa naturæ eorù qui
 nunc seorsù vtrùq; obeunt, excludatur] nō erit
 ciuitati, vel, vt mea fert opinio, hominù generi
 requies vlla malorù, neq; prius hæc resp. quam
 verbis exposuimus, orietur pro viribus, & lu-
 men solis aspiciet. Hoc est, quod ego iã diu di-
 cere vereor, quasi sit incredibile dictu. Nam
 haud facilè persuadetur, nullã aliã gubernatio-

*Secundo bene
 id cum illis
 agi, qui si nō
 planè eandè
 & eiusmodi
 Ramp. quæ
 ad perfectã
 illam quam
 proximè ac-
 cedat, ha-
 bēt: talè au-
 tem posse cō-
 tingere Rēp.
 in qua Phi-
 losophi verū
 habenas mo-
 derētur aut
 gubernato-
 res ipsi sint
 Philosophi.*

nem priuatim vel publicè futuram felicem. Ex hac tua oratione, ô Socrates, exittimato plurimos, nec viles quidem homunculos, abiectis vestibus, susceptisque vndecunque contigerint armis, impetum in te facturos, & magnū quiddam conaturos. Quibus nisi oratione occurris, defendis que te, verè plurimis conuictis laceratus dabis pœnas. An non tu horum mihi causa es? Et rectè quidem. Verum haud te prodam, imò certè defendā quibuscunque potero. Possum certè beneuolētia exhortationibusq;, ac fortè diligentius, quàm quinis aliis respondebo. Quāobrem tanquā hoc defensore adiutus conare his incredulis demonstrare, ita esse vt dicis. Annitendū profectò, postquam & tu acriter propugnaturus videris. Necessarium mihi videtur, si eos quos dicis, effugere volumus, declarare illis in primis quales viros esse philosophos arbitremur, quū affirmamus eos imperare oportere: vt his patefactis possit aliquis opem ferre ostendens quòd hos quidē decet ex ipsa natura, & philosophiæ studiū, & reip. administrationē attingere: alios autē nequaquā attingere, sed ducentibus illis obtēperare. Declarandū iā. Age hanc me sequere, si quo modo exponere quòd satis sit, valeamus. Duc. Nunquid admonēdus es: an satis ipse meministi, quòd quando aliquē amare aliquid dicimus, videatur oportet, si verè id dicitur, nō partim illud diligere, partim mirimè, sed erga totum affici? Admonitione equidem egeo. Nā non satis teneo. Alium quemuis potius decebat, ô Glauco, ita loqui. Virum autem amorī plurimum indulgentem ignorare non decet, quòd omnes pulchri, puerorum amatorem quoquo modo simulant atque concitāt. cū digni

digni cura ac dilectione esse videantur. An nō sic erga speciosos affecti estis? Alius quia simus, graciosus à vobis indicatur, laudaturque: [adunco verò naso præditum,] regium appellatis. Alius quia medius istorum est, concinnus admodū vobis esse videtur, fuscus viriles vocatis: candidos, deorum filios, pallidum autē adolescentem quis, nisi amator ipse blandiens quodammodo appellavit, in ephebis scilicet pallorem faciliē ferens? Et, vt summatim dicā, quascunque captatis occasiunculas, & nihil non dicitis, quō neminem omnino florentis ætatis adolescentem relinquitis. Si iam me ostendere cupis quo pacto amatores afficiantur, disputationis gratia hoc accipio. Quid vini avidos, inquā, nōne similiter affectos vides? quodlibet vinum quacunque capta occasione vehementer expetere? Valde quinetiam animaduertisse te arbitror, quōd ambitiosi homines, si exercitus totius præfecturā assequi nequeunt, saltem tribuni effici volunt: ac nisi à magnis venerandisque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus accipiunt, utpote qui honorem profus affectent. Magnopere. Fateberis hoc, an non? Non eum quem amare quippiam dicimus, omnem illam rem ardere dicemus? an partim exoptare rem eam, partim nequaquam fatebimur? Omnem. Nōne ergo philosophum sapientia studiosum esse dicemus, non huius quidem avidum, illius non, sed omnis potius sapientiæ? Vera loqueris. Eum igitur qui aliquam odit doctrinam, præsertim dum est iuuenis, nequēdum ratione delectum habet qui conferat, quidve non conferat discernentem, nequaquam discendi cupidum, vel sapientiæ amatorem esse

*Philosophus
describitur
is qui ad om-
nem scien-
tiam non qui-
dem rerum
vulgarium
& trivialis
sed earum
qua vere
sunt, avido
& prompto
est ingenio.*

asseuerabimus: quemadmodum illum qui es-
skidit epulas: neque esurire dicimus, neque epu-
las concupiscere, neque amatorē cibi, sed con-
temptorem vocamus. Et meritō quidem. Homo-
minem verō ad quamlibet doctrinā degustan-
dam propensiores ad discendumque prom-
ptissimum, & inexplicabiliter inhiantem, me-
ritō philosophum nuncupabimus. Nonne? Et
Glauco inquit, Multi ergo & absurdi tales tibi
erunt. Nā qui spectaculorū avidi sunt, discendi
cupidi omnes esse videntur: & ad audiendam
curiosos homines, absurdum est philosophos
dicere, qui ad rationem dicendi discendiq;
haud libenter accedunt: verū ad omnes cho-
ros proinus audiendos, quasi auribus merce-
de conductis, in Bacchanalibus obseruantur,
cantūsque omnes, siue in urbe, siue in pagis a-
gantur, audire percipiunt. Nunquid istos om-
nes ac alios talium quorundam percipiendō-
rum cupidos, & artibus viuisissimis incubentes,
philosophos nominabimus? Nullo modo, sed
philosophis similes. Veros autem philoso-
phos, quos appellas? Veritatis inspiciendæ cu-
pidos. Rectē quidem istud, sed quomodo id di-
cis? Haud facillē istud alij dicerem. Te autē hoc
mihi daturū arbitror. Quid potissimum? Post-
quam contrarium est turpi pulchrū, duo hæc
esse. Quidni? Et postquam duo hæc sunt, sin-
gula vnum erunt. Et hoc. De iusto quinetiam
& iniusto, bono & malo, speciebusque omni-
bus ratio eadem. Nam quodlibet istorum,
vnum ipsum est: actionum verō, & corpo-
rum, & alterna communiōne passim apparen-
tia, singula multa esse videntur. Scitē loqueris.
Hæc equidem ratione distinguo, scorsum qui-
dem, quos tu modō dicebas, videndi cupidos
& ar-

& artium atque actionum studiosos, seorsum quoque & illos de quibus est sermo, quos solos merito quis philosophos appellabit. Quomodo istud ais? Homines audiendi & videndi cupidi pulchris vocibus, coloribus, & figuris, & omnibus quae ex talibus constant, admodum delectantur, ipsius autem pulchritudinis naturam cogitatio eorum non potest attingere. Sic est. Qui vero ad ipsum pulchrum ascendere valeant, & secundum seipsum inspicere, nonne rati? Rati admodum. Qui res istas pulchras existimat, ipsam vero pulchritudinem neque putat esse, neque si quis ducat, ad perceptionem eius attingere potest, verè sapere tibi videtur, an in somniis ludi? Considera itaque, somniare non id est, quando siue dormiens quis, seu vigilans, quod alicui simile est, non simile, sed ipsum esse censeat, cuius est simile? Somnia videte hunc ego dicerem. Quid vero? qui contra affectus est, intelligitque quid ipsum pulchrum, ac discernere valet & ipsum & quae ipsius participant, adeo ut neque ipsum illa esse, neque illa ipsum putet vigilans viuere, an dormitans? Certè peruigil. Huius igitur cogitationem ut cognoscentis, cognitionem iure vocabimus: illius tanquam opinantis, opinionem. Omnino. Si nobis succenseat is, quem opinari dicimus non cognoscere, neque nos vera loqui, qua ratione eum mitigabimus, sensimque & blandè persuadebimus sane mentis eum non esse? Oportet sanè. Aduerte quid ad eum dicemus. Si vis sanè hunc in modum ab eo sciscitabimur, dicentes, quod siquid nouit, nulla inuidia ipsi, sed gratum erit nobis & ipsum scire aliquid, & quid sciat, nouisse. Sed mihi id dicas. Quicumque cognoscit, cognoscitne aliquid, aut nihil? At

*Verus Philosophus
haud ista
pulchra, sed
ipsam pulchritudinem
intuetur.*

tu mihi eius loco responde. Aliquid certè. V-
trū quod est, an quod non est? Quod est. Quo
enim modo quod nō est cognosci posset? Suf-
ficienter istud constabit, si varia sub ratione
peruestigetur, quod videlicet omnino ens, o-
mnino & cognosci potest: nullo modo ens,
nullo modo cognosci. Sufficientissimè. Age, si
quid autè ita se habet, ut & sit & nō sit, nōne
medium erit inter id quod est omnino, & id
quod nullo modo est? Medium. Circa id quod
est, cognitio ipsa versatur. Ignoratio, ex neces-
sitate circa id quod nō est. Circa mediū isto-
rum mediū quoddā inuestigandum, scien-
tiam inter & ignorantiam, siquid huiusmodi
reperitur. Prorsus. Num aliquid esse opinionē
dicimus? Quidni? Vtrā eandem potentiam
cū scientia, an diuersam? Diuersam. Ergo cir-
ca aliud quidem versatur opinio, circa aliud
autem scientia, vel secundum potentiam ean-
dem, vel secundū eandem utraq; simplicius po-
tentiam. Est ita. An non scientia quidē circa
id quod est, ea ratione qua ens est cognoscit?
Imò verò necessarium esse censeo, ut prius ista
distingquam. Qui? Dicemus utiq; potentias esse
genus aliquod eorum quæ sunt, quibus & nos
possumus quæcunq; possumus, & aliud, quod-
cunq; aliquid potest. Veluti visum & auditū
potentias quasdā voco, si modò quod loquor
intelligis. Intelligo equidem. Audi quod mi-
hi de his videtur. Nam ego quidem ipsius po-
tentia neque colorem video aliquem, neque
figuram, neque quicquam talium, qualia plu-
rium reliquorū, ad quæ respiciēs, aliqua apud
me distinguo, hæc alia esse, alia illa. In poten-
tia verò ad illud solum aspicio ad quod est,
quòdve agit: & hac ratione quālibet ipsarū
poten-

Quid sit po-
tentia seu
δύναμις.

potentiam nuncupavi: & illā quidem quæ ad
 idem tendit, idēmq; agit, eandem voco: aliam
 verò illā quæ ad aliud spectat, & aliud opera-
 tur. Tu verò quid in his agis? Quod & tu. Age
 rursus ad hæc conuertere, o vir optime, vtrum
 scientiam potentiam quandam esse dicis? an
 ad genus aliud refers? Potentiam, & omnium
 profectò validissimam. Opinionem verò,
 potentiāne, an aliud quiddam esse dicemus?
 Potentiam certè. Nam que opinari possumus,
 non aliud est quàm opinio. At paulo antè
 confitebaris, non idem esse scientiam & opi-
 nionem. Quo pacto quis mentem habens
 idem asseret quò falli potest, & quod non po-
 test? Optimè quidem. Constat itaque aliud ef-
 se apud nos ab opinione scientiam. Aliud pla-
 nè. Vtraq; igitur circa aliud, aliud operari iua-
 pte natura potest. Necessè est. Scientia quidem,
 circa id quod est, ipsum ens vt se habet co-
 gnoscere. Sanè. Opinio autem, opinari. Et hoc.
 An idem quod & sciētia noscit? eritque idem
 quod opinione percipitur, & quod scientia?
 an potius impossibile? Impossibile certè ex his
 quæ concessimus, si quidem circa aliud alia po-
 tentia ipsa natura versatur: potētie verò vtra-
 que sunt, scientia scilicet & opinio: alia itē v-
 traq;, vt est dictū. Ex his autem fieri non po-
 test, vt idem sit quod scientia comprehendit-
 tur, & quod opinione concipitur. Nōne igitur
 si ipsum ens cognitione percipitur, id
 quod concipitur opinione, aliud quiddā præ-
 ter ipsum ens est dicendum? Aliud. Nunquid
 non ens opinatur? an impossibile est opinari
 non ens: sic autem cogita. Nōne quisquis o-
 pinatur, ad aliquid opinionem dirigit an pos-
 sibile est opinari quidē, opinari autem nihil?

Impossibile. At vnū aliquid opinatur, quisquis opinatur? Proculdubio. Quod verò non est, non vnū aliquid, sed nihil potius est dicendū. Prorsus. Nen entī quidem ex necessitate ignorantiam tribuimus, entī verò cognitionem. Recte admodum. Ergo neque ens, neque non ens, opinatur. Sic est. Quare nec ignorātia, neque cognitio erit opinio. Nō, vt videtur. Num extra hęc est supergrediens vel cognitionem perspicuitate, vel obscuritate ignorantiā? Neutrum istorū. An fortē tibi videtur opinio cognitione obscurior, ignorantia clario? Maxime. Inter vtraque igitur iacet? Certe. ^a Media ergo istorū erit opinio? Media. An non supra diximus, siquid apparet tale vt simul esset & non esset, illud inter verē ens, & omnino non ens esse ponendū neq; scientiā ad illud, neque ignorantiam pertinere, sed quo medium inter ignorantiam rursus appareat & scientiam? Scitē. Nūc autē apparuit mediū istorū esse, quod opinionem vocamus. Planē. Illud itaque nobis, vt arbitror, restat inueniēdum, quod vtriuq; sit particeps, ipsius esse scilicet & nō esse, neutrumque illorum syncerē dici debeat: vt si nobis pateat, opinabile quiddam meritō nuncupemus. extremis quidem extrema, mediis autem media tribuētes. An non ita? Ita prorsus. His ita positis percōrabor eum, qui ipsum pulchrum, & pulchritudinis ideā vnā esse negat, semper eodem modo secūdum eadē se habentem: multa verò pulchra esse ducit, & pulchris rebus spectandis deditus, nullo modo admittit vnū esse pulchrum, vnū iustum: similiterque de ceteris, percōrabor inquā, hunc in modum, Estne aliquid ex hisce multis pulchris vit optime, quod non turpe etiam videatur?

^a *Opinio est aliquid medium inter Scientiā & Ignorantiā, subiectum quoque eius est aliquid medium inter vere ens & omnino non ens.*

tur? Itēque ex iustis quod non iniustū: & sanctis, quod non prophanum? Non, sed necesse est pulchra ipsa turpia etiam, & quotecunq; alia interrogas, apparere. Quid multa duplas num minus dimidia, quā dupla videntur? Nihilō minus. Et magna insuper & parua, leuia item & graua, nunquid magis talia quā contraria vocabuntur? Non, sed singula semper vtrisque participabunt. Vtrum est magis quā non est vnumquodque multorum, id ipsum quod quis illud esse dicit? Simili hoc inquit, ex iis quæ in conuiujs ad vtranque partem plerunq; dicuntur, & ænigmati puerorum de^a eunucho & vesperilionis percussione, quomodo & in quo illum arguunt ipsum percussisse. Hæc .n. ambigua sunt, neq; esse, neq; nō esse ipsorū aliquid, neq; vtraque neq; neutra firmiter intelligi potest. Habēne qua ratione his vtaris? Vel conuenientiorē positionē istorum inducere potes, quā mediā inter essentiā & non esse? Neque enim obscurior quā nō ens apparebit ad hoc vt minus sit, neque clarior quā ens ad hoc vt sit magis. Vera loqueris. ^b Inuenimus igitur vt videtur, quod multa illa quæ à multis pulchra, aut alia quoquo modo existimātur, media inter omnino ens & omnino nō ens voluūt. Inuenimus planē. Confessi autem antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione, sed opinione percipi dicendū, & cum medium peruagetur, media compræhendi potentia. Concessum fuit. Eos igitur qui pulchra hæc multa conspiciunt, ipsum verō pulchrum non vident, neque eum sequi possunt qui ad id perducatur, & multa contuentur iusta, ipsum autem iustū minimē, & alia similiter, eos opi-

^a *Enigma puerorū de eunuchi & vesperilionis percussione.*

^b *Hæc nostratia singularia Ideo participantia sunt aliquid medium inter ens, & non ens & sunt opinionis subiectum.*

Philosophi
sunt qui ve-
rè Entia hoc
est ideas con-
templantur,
qui verò cir-
ca hæc sin-
gularia sunt
occupati illi
sunt philodo-
xi.

nari cuncta dicemus, cognoscere, autem nihil eorum quæ opinantur. Necessè est. Quid eos qui ipsa quæque contemplantur, semper eodè modo secundum eadem se habentia, nonne cognoscere potius quàm opinari? Necessè est & hoc. Nonne amare hos & admirari ista dicemus, in quibus versatur cognitio: illos autem, in quibus opinio? An non recordamur quòd voces & colores pulchros, & talia quædam, diximus hosce diligere & intueti: ipsum verò pulchrum, quod aliquid sit non admittere? Recordamur. Quare non aberrabimus, si istos *φιλοδοξίας* id est, opinionis amicos potius quàm philosophos appellauerimus: quæquam acriter succensibunt nobis, si ita dicamus. Nō si mihi pareāt. Nam veritati irasci nefas est. Itaque eos qua ipsum vnum quodque per se ens admirantur & diligunt, philosophos non *φιλοδοξίας* vocabimus. Ita decet, inquit.

DIALOGVS

SEXTVS DE

IVSTO.

Marsilij Ficini Argumentum.

Cum leges omnes vel optima absque probatissimis magistratibus mortua sint, magistratus autem optimi vel absque legibus scriptis ipsi sint viua leges merito Plato noster, quem admodum alias exposuimus, in excellenti republica non in condendis legibus sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat: atque id quidem non solum à tenera ætate, verum etiam ab ipso sacro studio contendit quo ex electis seminibus continuèq; cultura ad optimam frugem

fugem perueniat. Quoniam verò hos appellat custo-
 des, custodum autem maximè propriam est prospice-
 re atque circumspicere, idcirco ingenium præcipuè
 philosophicum, omnium sine controuersia perspicacis-
 simum eligit ad humanum gregem custodiendum.
 Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iusti-
 tiæq; exemplar, ad cuius imaginem bene, iustè beatè
 pingenda sit ciuitas. Præterea pertinet ad custo-
 dem esse veridicum, liberalem, temperatum, fortem,
 iustum, magnanimum, mansuetum. Eadem quoque
 probauit propria esse philosophi, ut denique conclu-
 datur, custodiendi officium præ cæteris philosopho com-
 mittendum. Quamobrem eiusmodi esse naturam
 philosophi, primò probabit: deinde quia generosa na-
 tura absque recta cultura, & semper inutiles, &
 sæpius noxia, tradit excelandi huius ingenij disci-
 plinã. Interea verò de spurio & adulterino tractat
 philosopho, legitimũ philosophũ simulante. Itẽ de a-
 bus quodã philosophandi. Rursus de philosophandi
 forma ad illũ præ cæteris pertinente, qui republicã
 sit quandocũq; rectorus. Docet autẽ phil. sophi maxi-
 mè propriũ esse, perpetuum veritatis ipsius circa res
 æternas amorem. Ideoque & amorem temporalium
 & mendacium à philosopho maximè omnium aie-
 num. Ostendit præterea philosophi mentem in ipsa
 veritatu indagatiõne seiungi à corpore, atq; ex qua
 dam sui cognatiõne diuina menti coniungi ac per
 insitas sibi ab ætatis formulas idearũ ideas ipsas at-
 tingere, ab eũ ipso cõcõctu lumẽ excutere, quo mox
 facta fecundior concipiat, imò facta validior pariat
 veritatem, id est, per ipsas suas conceptiones ideũ
 vndique congruat. Tu verò hĩc aduerte intelligen-
 di actum quemadmodũ & in Synopsis generatiõnẽ
 partunq; vocari. Quã quidẽ cum Christiana con-
 sentit: theologia ostenditque non imaginariã tantũ
 veritaciã naturã quãdam inesse menti formatã

æque veritatem. Proinde ingenium eiusmodi, & rarè admodum & in paucis nasci putat & tunc quædam multa, tum conditionibus indigere tum obstaculo impediri. Præcipuè verò depravari sermone & opinione vulgi, multoque magis vulgi eiusdem opera. Rursus à vulgaribus præceptoribus qui & ipsi vitam orationemque suam vulgo quasi adulatores accommodant, similèque tradunt auditoribus disciplinam. Et vide quàm congruè Plato vulgus vasto comparat bruto. Item civitates omnes navibus esse quodam velut à nautis gubernandis prorsus ignavis, virumque peritia gubernatoria præditum deridentibus. Nota optima quæque sine natura, sine fortuna munera si vel negligenter culta fuerint, in malam vel malè culta, in pessimam tandem evadere. Præterea quòd interdum quamvis admodum rarò, aliquis in civitate malè disposita, quales esse omnes iudicat, vir magnus probat si musque appareat, id nõ arti, non natura, sed divinitati duntaxat attribui. Ubi verò de Momo reprehensionis deo mentionem facit, intellige Momam esse divinam curam proficientem quid reprehendi potuisset in singulis, si aliter quàm sunt facta fuissent, idèoque ita singula disponentem ut iure reprehendi non possint. Assignat proinde causas quibus vicia in philosophos sint calumnia, quasi vel mali sint, vel inutiles reipublicæ. Primò quidem multi quotidie ad philosophiæ studium ineptissimi, tam pravo ingenio, quàm pravo iudicio, nõ parva tamen ambitione vel avaritia philosophiam invadunt, ac præhensant, ex eiusque commercio opinioniones procreant adu'terinas atque deridendas, malis præterea moribus factatèri dedecorant philosophicam. Deinde si qui ad id studium nati sunt, vel statim educatione consuetudinèque improba depravantur, vel si moribus integri perseverant, non tamen convenientibus disciplinarum gradibus instruuntur.

vel instructi quidem, ad rempublicam non admit-
 tuntur, vel ipsi potius publicis se fluctibus immergere
 nolunt, certa timentes pericula, desperatēque se
 posse inter homines passim corruptos sanis consiliis ci-
 uitati prodesse. Inter hac animaduerte actiua vita
 procellas contemplatiua tranquillitatem, excelsam
 philosophi mentem, mortalium contemptum studiū
 diuinorum, formulam quandam pro atati gradibus
 doctrinā. Omnino autem simili ratione erudit phi-
 losophum atque ciuem neque id quidem iniuria. Af-
 ferit enim in Politico & Sophista eundem esse virum
 regium & ciuilem atque philosophum. Oportere ve-
 ro probat in hoc concurrere duo quadam genera ra-
 rissimē in hominibus concurrentia. Naturam videli-
 cet ingenio acutā, contemplationi aptam, veritatis
 auditate flagrantem: una cum natura graui, ad
 agendum strenua, boni publici prouida. Ingenium
 eiusmodi per omnes disciplinarum gradus perducit,
 ut patebit in septimo. Iubet quoque exerceri ciuili-
 bus actionibus, atque inter voluptates dolores, labo-
 res, pericula, velut aurum igne diligenter examinari
 atque probari prius quam ciuitati gubernacula si-
 bi credantur. In primis autem ipsius boni scientiam
 omnium præstantissimam huic iudicat necessariam,
 affirmans quemadmodum res omnes absque boni pos-
 sessione inuuliter possidentur, sic rerum quæque cri-
 minum artiumque cognitionem absque ipsius boni in-
 telligentia esse prorsus inuilem: neque posse, ciuem
 vel priuata vel publica ad bonum ritē dirigere, nisi
 quid bonum sit, ratione cognouerit. Esi diuini huius
 boni scientia videri Aristotelico potest superflua
 ad rempublicam humanis moribus gubernandam,
 necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationē,
 per quam Plato in superioribus inquit, conandum
 esse, ciues Deo similes amicōsque reddere. Subiun-
 xit præterea gubernatorem circa singula bona ad

bonum ipsam disponenda & cecutire, & casu quodam ferri nisi primam ipsam boni perspexerit formam omnium exemplar causamq; honorum. Ut autem animaduertas Aristotelem in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis verba diligentissime ac plane perspicies ideam boni non esse speciem hanc, aut illam, hic aut ibi sed ipsam eminentissimam diuinitatu fecunditatem, per omnia sese praeter, suauiter, salubriter propagantem. Cuius imaginem quandam in mundo visibili solem vult esse visibilem, vires suas similiter per omnia diffundentem. Quemadmodum vero ipsum bonum sit super voluptatem & mores, & sapientiam, Plato hic significat breuiter. Super voluptatem quidem, quia si voluptas ipsa bonum ipsum esset, nulla voluptas mala esset & noxia. Item super mores, quoniam multi satis circa mores habere se putant, si mores honestas videantur habere. Quod autem iudicant verum esse bonum, non opinione quarunt, sed re ipsa prorsus habere. Præterea super scientiam, quia neque quolibet modo, neque qualibet scire præcipue optas, sed bene potius atque bona. Alioquin scientiam, aut respuas aut negligis. Neque dicas ipsum bonum esse boni scientiam, ne per idem stultis desinas idem. Rursus super intellectum: hic enim assidue bonum quarit. Ipsum vero bonum, non quarit bonum. Adde & super veritatem. Quod enim magis iudicas bonum, magis & eligis. Morbum vero damnatumque minus verum eligis potius quam magis verum. Denique super ens. Nam ut bene sis, esse desideras. Sed & de his, & quemadmodum boni ipsius lumine omnia vera intellectus intelligat, in Theologia latius disputamus. Sequitur distinctio rerum in genera duo, visibile, & invisibile, & utriusque in duo, scilicet antecedens atque sequens: similisque perceptione huma-

humana distinctio. In quibus Brentinum sequitur, & Archyam, sed elegantius simul & latius explicat.



VALES philosophi sint, inquam ego, & quales qui alieni à philosophia, ô Glauco, vix tandè longa oratione constitit. Erat fortassis, inquit, haud facillè pau-

rioribus explicare. Non, vt apparet Planius verò id, vt arbitror, eluceret, si hoc duntaxat solum enarrare oportuisset, neque per alia multa peruagari, si quis ostendere velit quoniam vita iusta ab iniusta distet. Quid posthac nobis restat agendum? Quid aliud quàm quod

deinceps sequitur? * Postquam philosophi sunt qui attingere possunt id quod semper se- ^{Philosophi} qui contem-
cundum eadem eodem modo se habet: qui ^{platur & in}
verò id nequeunt, semper autem per multa ^{tuetur id quod}
mutabiliâque vagantur, philosophi non sunt: ^{verè est in}
quoniam ex his duces esse ciuitatis oportet? ^{vnaquaque}
Quo pacto ad hoc rectè possumus respondere? ^{re, aptissi-}
Quicumque custodire leges possunt, & ciui- ^{mus est ad}
tatis officia, his gubernacula sunt reipublice ^{regendâ &}
committenda. Probè. At perspicuum est, utrū ^{moderandâ}
cæcum an acutè cernentem esse oporteat, cui ^{Remp.}
mandemus aliquid seruandum. Quidni perspicuum? Videntur ne tibi à cæcis differre, qui cognitione in vnaquaque re eius quod verè est, carent: neque perspicuum vllum habent in animo exemplar: neque possunt tanquam pictores ad exemplar verissimum respicientes, referentésque ad illud, & ipsum quam accuratissimè contuentes, ita demum leges hinc ferre de pulchris, iustis & bonis, si oporteat, & latas leges custodire atque seruare? Profectò

non longè differunt. Nam istos potius ad custodiam eligemus, quàm eos qui vnumquodque quod verè est, cognoscūt, peritia quoque, aut alia quauis in parte virtutis nihilò inferiores existunt: Absurdum esset utique alios quosuis eligi, præcipuè si cætera nequaquam desint, & hoc certè maximo superent. An non istud iam dicimus? quònam pacto iidem poterant illa simul & hæc habere? Omnino. Quod ergo in huius disputationis exordio diximus, naturam ipsorum perdiscere in primis oportet: atque arbitror, si de illa inter nos factis conueniat, etiam hoc conuenire, fieri scilicet posse, ut iidem hæc assequantur, neque alios præter hos ciuitatis duces esse debere.

*Verè Philo-
sophus om-
nes virtutes
est cõplexus.*

Quònam pacto? **Hoc sanè inter nos primum consistet de philosophorum ingeniis, quòd semper eam diligunt disciplinam, qua illis notior fiat natura illa quæ semper est, neque generatione & corruptione mutatur. Constet. Quinetiam quòd eam totam affectant, neque sponte partem eius vllam spernunt, nec parua, nec magnam, nec honorandam, neque vilem, quemadmodum supra de ambiosis, & amore captis diximus. Rectè. Præterea & hoc animaduerte, nunquid necesse sit naturæ eorum inesse, qui tales futuri sunt, quales narrauimus? Quale istud? *b* Ut mendacij omnis natura expertes sint, neque sponte mentiantur vnquam, sed omnem oderint falsitatem, diligant veritatem. Probabile est. Non solum probabile est, ô amice, sed penitus necessariū, eum qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatum & familiare est amato, diligere. Scite. Num familiarius aliquid sapientia, quàm veritas reperitur? Nihil. An ergo possi-*

Veritatem

possibile est naturam eandem esse philosophicam & mendacem? Nullo modo. Ergo verè discendi cupidum necesse est statim à pueritia veritatem omnem summopere affectare. Prorsus. Quam verò ad certum quiddam ardentè rapiunt cupiditates, huic ad alia cupides remissiores sunt, cum aliò tanquam riuuli defluant. Nulli dubium. Quicumque igitur ad disciplinas, & cætera talia omnino desiderio flagrant, puram ipsius animæ expetunt voluptatem, corporis autem oblectamenta despiciunt, nisi quis fictus, minimèque verus philosophus sit. Summopere necessarium istud. ^a Temperatus itaque vir talis ^a Temperantiam.

erit, neque pecuniæ cupidus. Quorum enim gratia pecunia cum magna iactura queruntur, eorum studio alij cuius magis quàm huic teneri conuenit. Ita est. Præterea id considerandum, quoties naturam eius, qui philosophus sit, & eius qui non sit, discernere cupis. Quidnam? ^b Ne fortè latens quædam insit illiberalitas. Nam aduersa omnino est pusillanimitas animo vniuersum ipsum semper diuinum atque humanum indagaturo. Vera loqueris. Nempe cui cogitationis adest magnificentia, & totius temporis totiusque substantiæ contemplatio, humana vita magnum quid videri non potest. Non profectò. ^c Num mortem hic terribilem existimabit? Minimè. Timidæ itaque illiberalique naturæ, philosophia vera nõ conuenit. Non, ut mihi videtur. Vir autem modestus, non questui deditus, non illiberalis, non superbus, non timidus, num in cõmerciis difficilis erit aut iniustus? Nullo modo. Quin etiam quum discernere cupies, quis animus philosophus sit, aut non sit, statim à

^b Liberalitatem.

^c Fortitudinem.

*Verè Philo
sophicū inge
niū est doc
le, & ad per
cipiendū ve
lox.*

*b Memoria
vales.*

*c Cōpositas
& felatas
cogitationes
habet.*

teneris annis id obseruabis, nunquid iustus & mitis, an iniquus atque agresti. Maximè. Neque hoc, vt arbitror, prætermittes. Quidnam? ^a Vtrum ad percipiendum velox, an tardus: nūcenses quempiam illud vnquā diligere, quod cum aggreditur, summa cum difficultate agit, & vix tandem parum quid proficit? Nunquam profectò. Quid si nihil seruet eorum quæ discit, obliuiscaturque omnium, nōne erit sciētia vacuus? Vacuus. Cum verò irritus illi labor omnis suscipiatur, an non cogetur tandē seipsum & actionem talem odisse? Nihil prohibet. ^b Obliuosum igitur animum legitimum philosophorum ingenii conuenire nequaquam existimemus, sed admodum memorem. Ita prorsus. Absona præterea & inconcinna natura ad intemperiem semper trahit. Semper. Veritatem verò an cum intemperie & immoderatione congruere putas, an cum temperie potius? Cum temperie? Ergo compositam & gratam præter cætera cogitationem huic ingenio tribuamus, quod suapte natura propensum esse volumus ad ideam cuiusque quod verè est, inspiciendam. Nempe. An non tibi videmus singula percurrisse, quæ necesse est continuata serie sibi inuicem succedentia animo ei competere, qui veritatem rerum perfectè sit consecuturus? Ita prorsus. Num potes quoquo modo studium id damnare, quod nullus sufficienter exequi potest, nisi natura sit perspicax, memor, magnificus, gratosus, amicus familiarisque veritatis, iustitiae, fortitudinis, temperantiae? Ne Moinus quidem id carperet. Nōne his solis eruditione tandem & aetate prouectis, rempublicam committes administrandam? Ad hæc Adiman-

rus. Nemo, ô Socrates, posset, inquit, contradicere.

* At verò sic afficiuntur, qui audiunt ea ^a *Obiectis*
 passim quæ tu narras. ^b Putant enim inter- *aduersus se*
 rogandi respondendisque imperitia à sermone *prædicta de*
 in singulis quæ rogantur paululum abductos, *in Philoso-*
 collectis tandem in fine sermonum paruis i- *phi, qui po-*
 stis, errorem ingentem, contrariumque quid- *steaquã v-*
 dam ei quod prius assèuerant, assèrere: & quæ *niuersam a-*
 admodum quæ talis ludere nesciunt, ab his qui *tatem triue-*
 in eo ludo periti sunt, tandem vsque adeò co- *runt in stu-*
 ercentur & concluduntur, vt quod ferant, ne- *dio Philoso-*
 quaquam habeant: ita & seiplos putant cogi- *phia inepti*
 tandem concludique, nec habere quod di- *sunt ad res*
 cant, verbis veluti calculis circumscriptos: quæ- *gerendas.*
 do quidem veritas nihilò magis hoc modo se ^b *Crimina-*
 habeat. Dico autem quod ad præsens institu- *tio Dialecti-*
 tum attinet. diceret enim tibi quispiam, his *ca quod mi-*
 quæ proponuntur, verbis aduersari non pos- *nitit interro-*
 se, re autem ipsa compertum habere, quocun- *gationib. im-*
 que philosophiæ studium aggressi, ita in eo *peritos cir-*
 versantur, vt non eruditionis gratia degusta- *cùueniat &*
 tis philosophiæ præceptis, iuuenes adhuc in- *in eas angu-*
 de discedant, sed diuèius immorentur: eos vt *stias conclu-*
 plurimum absurdos admodum euadere ne i- *dat vt mul-*
 niquissimos dixerimus: si qui verò præstan- *ta qua veri-*
 tiores videantur, tamen hoc studio quod ipse *tati repu-*
 laudas, ita inquinari, vt inutiles euadant ad *gnare neruo*
 reipubl. gubernandam. Quod ergo quum *ferri cogat-*
 audissem, Censes, inquam, illos qui hæc aiunt, *tur.*
 mentiri? Haud noui equidem, inquit ille, sed
 quid ipse sentias libenter audirem. Audies cer-
 te, si id roges, quòd vera loqui mihi videntur.
 Qua ratione igitur inquit, rectè id dicitur,
 quòd non prius erit vllà malorum requies ci-
 uitatibus, quàm in ipsis philosophi dominan-

tur, quos reipublicæ inutiles esse fatemur. Quod petis, responsione indiget per imaginem quandam inducta. At tu per similitudinem loquor, arbitror, non confueuisti. Esto, inquam, an mordes, cum me in sermonem impuleris, adeo demonstratu difficilem? Audi ergo similitudinem, ut apertius cognoscas quam lubricè similitudinibus utar. Usque adeo durum est quod præstantes in philosophia viri in gubernanda republ. patiuntur, ut nihil aliud sit vnum quod hoc patiatur. Quare oportet hoc ex multis colligere, a similitudo ac respondendo pro ipsis, veluti quum pictores tragelaphos, & cætera huiusmodi mixta figmenta depingunt. ^a Finge animo quendam nauis, aut classis gubernatorem huiusmodi magnitudine & robore corporis reliquos nautas excedentem, [surdastrium, parum oculis valentem, sed alioquin satis intelligentem eorum quæ ad rem nauticam pertinent:] nautas autem de gubernatione inter se certantes, dum vnusquisque putet se imperio dignum, quam nec artem didicerit vnquam, nec præceptorem in ea re vllum possit ostendere, neque quo tempore didicerit, assignare queat: negantes quinetiam artem illam doceri posse, eumque qui doceri posse contendat, fetto petentes. Ipsos autem cogita circa gubernatorem illum conseruere, obsecrare, obnixè contendere, qui ipsis gubernacula tradat: vbi si non ipsi, sed alij persuaserint, cæteros vel perimere, vel è nauis elicere: ac postremum generoso illo nauis principe mædægoras, aut merito prius occupato, gubernationem nauis artipere, presentibus rebus vti, vino & epulis indulgere, ac ita gubernare, ut huiusmodi homines verisimile

^a Obiectioni superiori respondet: & adhibita imagine seu similitudine à nauis qui de turbato gubernatore occupant gubernacula ostendit: ostendit si Philosophi non attingant Rēp. id non tam fieri ipsorum culpa quam vulgi quod ipsos asseruatur & arceat à gubernaculis Rei publ.

nile est. Omnes præterea cum laudare, eum naturam & gubernatorem vocare, eum quæ ad nauem regendam spectant, callere, quicunque ad vsurpandum nauis principatum, vel persuasione, vel vi gubernatore submotò o-
 pitulari ipsis possit: eum verò qui id nequeat, tanquam inutilem vituperare. Veri autem gubernatoris officium ne cogitare quidem, quòd videlicet ad eum spectet rationem habere anni, & temporum, cœli, syderum, & ventorum, & omnium quæ ad artem illam attinent, si gubernator nauis est reuera futurus: vt verò gubernet, seu volentibus quibusdam, siue inuitis, huius ipsius artem nullam putantes accipi posse simul & gubernatoriam facultatem. Hęc si in nauis ita habeant, an non verum gubernatorem censes ab illis qui talibus vehuntur nauibus, inanem & curiosum rerum sublimium inspectorem, & nauis ipsi inutilem vocitari? Et maxime quidem, inquit Adimantus. Haudquaquam opus esse arbitror, inquam ego, vt tibi latius explicem, quemadmodum ad propositæ comparationis imaginem ita in ciuitatibus affecti ciues sunt aduersus veros philosophos, vt in huiusmodi nauibus ad verum gubernatorem nauis: id enim quod dico intelligere te existimo. Summo opere. Primum itaque illi qui admiratur philosophos in ciuitatibus minimè honorari, imaginem hanc expone, & persuadere conare, multò mirabilius fore si honorarentur. Faciam equidem. Adicias & hoc præterea, vera loqui eos qui dicunt inutiles esse vulgo eos, qui philosophi sunt optimi. Verum quòd inutiles sint non esse ipsos in causa dicito, sed eos potius qui his philosophis non vtuntur. Neque enim naturæ con-

sentaneum est, ut gubernator nautas oret, quod eius se gubernationi committant, vel sapientes ad diuitum fores accedant. Sed qui hoc primus iactauit, profectò mentitus est. Reuera autem ita natura comparatum est, siue diues seu pauper ab aduersa valetudine teneatur, ut necessariò fores medicorum petat, & omnes qui superioris gubernatione indigent, domos adeant hominum gubernare potentium, non gubernatores, si modò alicuius pretij sint, orerent ut ab his gubernentur inferiores. Quin si eos qui his temporibus Respublicas administrant, cum eis comparaueris nautis, quos modò commemorabamus, non aberrabis: ac si illos qui ab iis appellantur inutiles & vani, & superstitiosi reconditarum rerum indagatores, veris gubernatoribus comparabis, rectè quidem facies. Rectè, inquit, admodum. Ob has igitur causas in his quoque haud facile est, ut honestum studium ab his probeatur, qui contrariis sunt moribus affecti. ² Maxima verò & vehementissima philosophiæ calumniæ oritur, propter eorum mores qui philosophiæ studia profitentur. Ferunt quippe hi qui philosophiam criminantur, ut ipse ais, plurimos eorum qui ad philosophiam se conferunt, prauos admodum esse: si qui verò eorum cæteris excellunt, esse inutiles, atque ego hæc tibi concessi, nonne? Vtique. An non causam exposuimus, ob quam optimi philosophi esse inutiles videantur? Certè. Cur autem & plurimi prauis sint, visne deinceps aperiamus? quòdne philosophiæ culpa nulla est pro vitibus declinemus? Volo equidem. Pergamus ad hæc, repetentes quod supra diximus, qualem esse natura oporteat eum qui honestus sit bonusque futurus.

2 *Responso ad alteram partem obiectionis de de preuatis & corruptis moribus multorum qui se Philosophos dicunt quod quidè vitium nō est philosophia, sed aut eorum qui cū non sint philosophico ingenio præditi ad philosophiā se cōferunt aut praua educatio nis & institutio nis ingeniorū alioquin natorū ad philosophiam.*

turus. Dux autem eius in primis erat, si memoria tradidisti, veritas, quam sequi omnino ac passim debet: aut si vanus sit, veræ quoque expertus philosophiæ sit oportet. Ita prorsus est dictum. Vnum hoc igitur alienum est omnino ab iis quæ nunc de ipso existimantur. Alienissimum. An non decenter hunc in modum eius causam defendemus? dicentes hominem scientiæ cupidum ita natura inflatum esse, ut ad id quod verè est, semper contendat, neque moras trahat in his singulis ac plurimis circa quæ versatur opinio, sed vltro progrediens non ante fatigetur & expetere desinat, quam propriam cuiusque naturam ea animi vi attingerit, qua id apprehendere convenit. Conuenit autem vi quadam cognata. Cui cum adhaerit, seque ei quod verè est, miserit, atque in de reuera intelligentiam veritatemque genuerit, cognoscat utique verum, verèque viuet atque aletur. Ex hoc denique partu molestia eius omnis cessabit, prius verò nequaquam. Probè admodum ista dicuntur. An hic vllò modo amabit mendacium? vel omnino potius oderit? Oderit certè. Nempe ubi dux veritas est, malorum chorum subsequi, ut arbitror non dicemus Quo enim pacto? imò verò sincerum sequi iustitiamque morè hunc quoque dicemus subsequi temperantiam? Scite. Quinetiam reliquam naturæ philosophicæ chorum quid opus est à principio recensere? Recordaris enim quòd cum his congruit, ut dicebamus, fortitudo, magnificentia acumen ingenii, atque memoria. Cum verò tu obiecesses, quòd quilibet necessitatio fateri cogeret quæ dicebamus, verbisque nostris omissis, conuersus ad eos de quibus erat sermo, diceres videre te illos partim intus,

partim omni prauitate corruptos : nunc sanè nos huius calumnię causam perscrutari cępimus, & cur multi eorum mali sint, atque hac de causa rursus legitimorum philosophorum naturā repetiuimus, necessariòque hanc definiuimus. Est ita. Quarendū est deinceps quatione in multis natura philosophi deprauatur (parū autem quiddā nos subterfugit:) Nēpe & quos uidelicet non malos quidē sed inuiles uocant. Deinde etiā qualia hominum ingenia sūt, quę hanc imitantur naturā: eiusque opus vsuspant, & indignum se studium ac supra vires aggredientia, delinquunt sæpe, & opinionem philosophię passim quam narrabas, inducunt. At quas deprauationes dicis? Ostendā si potero. Profectò idē arbitror nobis quęlibet concessurum, ingeniū tale quale descripsimus, & omnibus hisce præditum, quibus perfectus indiget futurus philosophus, raro paucisque oriri. An non ita existimas? Maxime atque horum etiā paucorū vide quā multī sint maximiq; interitus. Quinā? Nam quod præter cætera auditu mirabile est, vnūquodq; eorum quę in philosophi ingenio nuper probauimus, habentē inquinat animum, & plerunque à philosophia detorquet: fortitudinem dico, & temperantiam, & cætera quęcunque narrauimus. Absurdū hoc quidē auditu. Præterea quęcunque bona vulgo dicuntur, deprauant animū atque impediunt, forma, diuitiæ, corporis vires, & genus in ciuitate potens, & cætera generis eiusdem. Habes enim quandam eorum, quę dico, formulam. Habeo e quidem, ac libenter exactius, quę dicis, audirē. Vniuersum ipsum rectè cōprehendito, ac tibi perspicuū apparebit, neque absurda tibi quę

de his dicta sunt; videbuntur. Quomodo istud præcipis? Scimus enim omne semen & plantarum & animalium, quod non fuerit ea quæ cuique conuenit nutritione potitum, neque tempore, neque loco, quò generosius ac vehementius eò pluribus conuenientibus caret, bono nanteque malum contrarium magis, quàm non bono? *Quidni?* Est igitur, ut arbitror, consentaneum naturam optimam, si diuerso alimento nutriatur, deteriores euasere quàm ignauam. Est utique ^a Hac itaque ratione dicimus Adimante, animos præstantissimo ingenio præditos, si male fuerint educati pessimos fieri. An putas infanda scelera & extremam nequitiam ex ignaui potius ingenio, quàm generoso, educatione corrupto procedere? Imbecillum verò naturam, ingentium vel bonorum vel malorum quandoque causam fore. Non certè. Si ipsa igitur natura philosphi conuenientem nanciscitur disciplinam, necesse est eam semper proficendo ad omnem peruenire virtutem. Sata autem si fuerit, genitæque peruersæ atque ita nutrita, ad contraria omnia rursus delabitur, nisi fortè deorum aliquis eam adiuuerit. An tu quoque putas, quemadmodum multi, verum esse quod dicunt quosdam adolescentes à sophistis corrumpi; corruptores verò eorùm sophistas quosdam esse priuatos. ^b Hac nõ eos potius qui ita loquuntur, maximos esse sophistas credamus, qui doceant, talisque prorsus vnūquenque & senum & iuuenum, & virorum & mulierum reddat, quales volunt? Quando id potissimum? inquit. Quando, inquam, frequentes multi vel in concionibus, vel iudiciis, vel theatris, vel castris, vel alio quodam hominum ingenti cœtu confidentes, eorum quæ dicta factæue sunt, alia vi-

^a Optima
quæque natu-
ra, educatio-
ne vel alia
aliqua rati-
one deprava-
ta pesti-
ma sunt, &
summa quæ
que facinorosa
perpetrant.

^b Vulgus & po-
pulus maxi-
mus sophista
summus de-
prauator &
corruptor a-
dolescentium

vituperant, alii laudant, ad utraque ingenti cum
 tumultu acrius efferruntur, dum explodunt,
 & applaudunt summo quodam strepitu & cla-
 more: vnde patietes quoque & loca in quibus
 sunt resonantia maiorem duplo tumultum e-
 dunt quam qui laudant & vituperant: tunc
 adolescentem illum quo animo (quemadmo-
 dum dicitur) hac in turba esse censes? vel
 quam priuatam disciplinam acclamationibus
 hisce putas obsistere, quo minus ab huius-
 modi vituperationibus laudationibusque ob-
 ruta eò protinus feratur quò fluctus hic de-
 uehit? Vnde eadem quæ & illi, vt honesta
 approbabit, eadem quoque reprobabit, vt
 turpia. Iisdem præterea quibus illi incumbet
 studiis eorundemque euadet persimilis. Necessè
 id omnino est, ô Socrates. Nondum tamen ma-
 ximam induximus necessitatem. *Quam?* *Quam* o-
 peribus inferunt, non persuadentes verbis præ-
 ceptores sophistarumque isti. An non cernis quòd
 hominem illis non obsequentem infamia notant?
 iactura pecuniarum & mortis supplicio dam-
 nant? Summopere. *Quem* igitur alium so-
 phistam putas, aut quos alios priuatos sermo-
 nes aduersari istis & resistere posse? Nullius
 certè orationem, inquit ille. Nullius sanè. *Quin*
 & hi reniti, summa stultitia est. Neque enim
 fuit unquam, nec est, nec erit mos [alienus à vir-
 tute, qui non horum disciplina fuerit infor-
 matus: de humano loquor, ô amice: nam diui-
 num quidem, secundum proverbiū excipio & existi-
 mo ex hoc nostro sermone.] Certo enim id
 scito, quisquis immaculatus & integer ex hac
 constitutione rerum publicarum euaserit, talè di-
 uino auxilio euasit. Haud aliter mihi vide-
 tur. Illud præterea tibi videri debet. *Quidnam?*

Quisq;

Quisque eorum qui priuatim accepta merce- ^{Philistarū.}
 de homines erudiunt, quos quidem sophistas ^{vulgarium}
 & arthulos artium appellant, nihil aliud docen- & ^{mercedem}
 dum putat, quàm multorum sententias in qui- ^{riorum ars}
 bus consentiunt quoties congregantur, atque & ^{sapientia}
 hanc sapientiã vocat: veluti si quis vasti curus erat, magna
 dam animalis bruti, robusti admodum, & ab illius belua
 homine nutriti, iras & cupiditates singulas multorū ca-
 obseruauerit, quãue ratione adire hoc deceat, ^{pitum, nem-}
 qua atrectare, item quando vel ferocius pe ^{vulgi opi}
 est, vel mitius, & ex quibus causis tale miones & vo
 fiat. Voces item quas quisque ob quas causas ^{luntates va-}
 solet exprimere. Quibus præterea vocibus a- ^{rys de rebus}
 liorum efferatur id animal vel placatur. Post- ^{usu & obser}
 quam verò ob diuturnam consuetudinem per ^{uatione col-}
 cepit singula, peritiam huiusmodi, sapientiã ^{lectas adole}
 vocet, & tanquam arte quadam collecta ad ^{scētibus tra-}
 docendum se conferat, reuera ignorans quæ ^{dere.}

potissimum harū opinionum cupiditatūque
 honesta vel turpis, bona vel mala, iusta sit vel
 iniusta. Nominet verò singula ad ingentis be-
 stia illius opinionem, bona videlicet quibus
 delectatur ipsa, mala quibus offenditur: nec
 aliam prorsus vllā de his afferat rationem, sed
 quæ necessaria sunt, iusta nuncupet & hone-
 sta: quo verò boni ipsius necessariūue natura
 differat, neque ipse perspexerit vāquā, neque
 aliis ostendere possit. Siquis, inquā, ita affectus
 sit, nonne per Iouē absurdus præceptor esse ti-
 bi videbitur? Mihi verò. An differre tibi ab
 hoc ille videtur, qui multorū variorūmq; ho-
 minum in vnum conuenientium irā & volu-
 ptates callere, sapientiam esse ducit, siue in pi-
 ctura, siue in musica, siue in administrandæ
 reipublicæ disciplina? Patet enim quòd si quis
 cum his versetur, eisque ostendat, vel potissimum,

* Diomedea
necessitas.

a Vulgus ad
ipsam ideā
hoc est perfe-
ctam formā
pulchri non
aspirat, sed
in his se sibi
libius pul-
chris haret.
b Quomodo
virtutum se-
mina, & pra-
clara inge-
nij dotes in
eximia natu-
ra insita ma-
iorū virtutū
sunt occasio-
nes, si in pra-
uū doctorem
& magistrū
ea natura
inciderit,

c Tale erat
ingeniū Alcibiadi, vi-
de i. Alcib.

vel alterius artis opus, vel ad tempus attinens ministeriū, exhibeātque vulgo iudicandi operis autoritatē, vltra necessaria, Diomedea, ut aiunt necessitate cogetur ea facere quæ isti probauerint. Quod verò b. na hæc reuera atque honesta sint, an audisti quandoque ipsorū aliquē rationē non ridiculā assignantē? Nec audiui quidē vnquā: nec, ut arbitror, audiā. Hæc igitur animo fingens omnia, recordare & illud: *a* Num potest vulgus, vel alio dicente admittere, vel ex se attingere ipsum per se pulchrum, non autem multa hæc pulchra, & de cæteris eodem modo, non quidem esse singula hæc quæ patent multa, sed ipsam vnā cuiusque naturam? Minimè. Philosophus ergo vulgus esse non potest. Non. Quin etiā necesse est ab eo philosophātes vituperari. Necesse. Et à quibusque populo placere volentibus. Patet. Ex his ergo quā rationē seruandi ingenii philosophici vides, ut suo in studio perueuerās, ad finē philosophandi deueniat? *b* Sic autē ex his quæ dicta sunt, cogita. Cōcessum est, discendi acumen, memoriā, fortitudinē, magnificentiā ad hoc ingeniū pertinere. Planè. Nōne statim apud omnes talis in cunctis primus erit, præsertim si corpus natura nactus sit animo conformē? Nihil prohibet. Volent igitur & domesticum omnes, & ciues ad sua negotia peragenda hoc uti cum adoleuerit. Sic certè. Quare precibus, supplicationibus, honoribus, blandimentis præoccupabunt futurā ipsius virtutem atque potentiā. Ita fieri solet. *c* Quid hominem talē arbitraris tunc effecturū? præsertim si ampla in ciuitate natus sit, & in ea diuitiis insignis ac genere, honesta præterea forma sit atque procerus. Nōne immensa spe elatū

iri hunc censes? putantem se ad res tã Græcorum quã Barbarorũ gerendas sufficere. Vnde & seipsum extollete, fastidioso habitu lasciuientem, inaniquẽ fastu, & insana inflatũ superbia. Vehementer. Si quis hominem sic affectũ amicẽ moneat dicens, mentem ipsum nequaquã habere, egere tamen: sed eã à nullo comparari posse, [nisi eius adeptioni se addicat & inseuiat,] an faciliẽ illum tantis occupatũ malis, pietate monenti aures putas? Longẽ abest. Sin autem bonitate naturæ, & innato quodam erga rationes affectu inductus aliquis auscultet fleatũrque, & ad philosophiam trahatur, quid eos facturos existimamus, qui putant minoris illius vsu & consuetudine adolescentẽ corrumpi? Nõnne & loquendo, & agendo omni studio certaturos, vt nec adolescens monitis pareat, nec exhortator ille aliquid persuadeat, eum tam priuatis insidiis quã publicis accusationibus insequentes? Valdẽ necessarium est. Restabit ergo huic vlla ad philosophandũ facultas? Exigua planẽ. Vidẽne haud ab re nos suprã dixisse, philosophicæ naturæ partes, si peruersa adhibita sit educatio, causas esse quodammodo, vt quis ab eo studio auertatur? a quinetiam impedimento esse ea quæ vulgo bona putantur, diuitias scilicet, & omnẽ huiusmodi supellectilem? Rectẽ nimirum est dictũ. Hęc est, õ mirifice vir, interitus & corruptio talis ac tanta naturæ ipsius ad excellens officium optimæ, quæ quidẽ rara admodũ, vt diximus, reperitur. Atque huius ingenii sunt hi viri qui nefaria scelera parant, & priuatim & publice: atque itẽ qui sunt & priuatis & ciuitatibus bonorũ ingentiũ autores. Exile verò ingenium nihil vquã vel priuatim, vel publice

*Quæ vulgo
bona putantur
impedimento sunt
vera sapientia parata*

magnum efficit. Vera nimirum loqueris. Cum plerique ad philosophandū natura idonei ab hoc studio detorquentur, philosophiāque imperfectam & desolatā destituunt, vitam neque decentem, neque verā ducunt: philosophiam verō tanquam cognatis orbatam, alij quidem ea certē indigni aggredientes, dedecorant ipsam nimium, eāque afficiunt infamia, qua notari ipsam à detractoribus illis conueniorabas, obuiantibus quòd eorum qui philosophiz dant operā quidam nullius prelij, multi verò multis malis digni sunt. Dicta certē hæc sunt. Ac meritò dicta. ^a Conspicientes profectò alij plerique homunculi sedem hanc vacuā quidem, præclaris tamen cognomentis dignitatē que illustrē, instar eorū qui ex carcere ad templa confugiunt, libenter ex artibus ad philosophiā profiliunt: quicunque præsertim in arte sua excellunt. Nam philosophia quam ita se habet, artibus tamen ceteris dignitate & magnificentia præstat: quam affectant plerique, natura quidem imperfecti, & artibus opificiisque sicuti corpora læta, sic & animo mechanicis ministeriis depressi atque confracti. Nōne necessariū est? Maxime. An censes eos aspectu quicquā differre à fabro ætario, diuitem, paruo, caluōque, qui è vinculis exiit, in balneis se lauit, & noua se veste tanquam sponsam ornauit, & filiam domini sui inopia preffi, nec alium cui daret habentis, vxorem ducturo. Haud longè differre existimo. Qualem ex his prolem nasci putandum est? nōne notham scilicet & abiectam? Necessē est omnino. Homines autē disciplina indignos quōties ipsi præter dignitatē adherent, quales cogitationes opinionēque producere dicimus? nōne

*a Philosophia
deserta ab
hominib. ad
ipsam natū
occupatur
ab ingenii
ipsa indignis*

nōne, vt nōminari decet, ^a Sophismata? nihil que legitimum, nihil dignum, nihil prudentiæ veræ conueniens? Sic omnino dicendum. Ita que pauci admodum restant homines, a dimāte, qui dignè in philosophia versentur: hi que sunt qui bona indole nati, ac bene nutriti, exilio oppressi otium ad philosophiam, nanciscuntur, vnde ob corruptentium inopiam, natura duce in philosophiæ studio persenerāt: vel cum magnificus quidam animus angusta in vrbe natus, spretis reipublicæ ipsius muneribus, ac multò magis contemptis reliquarum artium opificiis, pro naturæ dotibus, ad philosophandum se confert. Foret autè & Theagis familiaris nostri frenum ad cohibendum satis validum. ^b Theages enim noster ita est comparatus, vt à philosophando excludatur. Corporis verò debilitas ipsium à rebus ciuilib. prohibens, continet. Dæmonis autem nostri signum referre nunc non decet. Vel enim cui-dam alteri, vel nulli superiorū contigit. ^c Horū verò paucorū quicumque gustant & gusta-uerunt quàm dulcis hæc sit ac beata possessio, & insaniam plurimorum perspiciant, quia videlicet nullus, vt breuiter ita simpliciterque dicam, rectè quicquam in rebus publicis agat, neque socius aliquis, & adiutor reperiat, eū quo defendenda iustitiæ curam suscipiens aliquis sospes euadat, sed tanquam homo in bestias incidens, cum nec vnà iniuste agere velit, nec solus ipse omnibus feris possit resistere, aut perire, quàm quicquam vel ciuitatem, vel amicos iuuat, atque ita & sibi & aliis sit inutilis: Hæc, inquam, omnia quicumque diligenter animaduertunt, quietem agunt, & sua duntaxat curant: ac velut in procella,

^a Sophismata
ta, sunt soc-
tue ingenio-
rum qua cū
indigna sint
philosophia,
ad eam se
conferunt.

^b Theages
imbecillita-
te corporis co-
actus immo-
rari in stu-
dio philoso-
phia.

^c Quid veros
philosophos
à Reip. ad-
ministratio-
ne capesser-
da deter-
reat.

dum & turbo agitur, & venti perflant & confunditur puluere cœlū, intra parietes tuti permanent, aliosque intuiti nequitia inuolutos, satis habituros se putant, si pueri ipsi ab iniustitia & iniquis facinoribus vixerint, & exactis vitæ curriculis bona cum spe hilares piisque decesserint. Haud parua certè is egerit, qui ita vitam transigeret. Neque maxima tamen, cum nactus non fuerit convenientem sibi rempublicam. Nempe in ea & ipse proficiet, augeturque magis, & priuata simul publicæque seruabit. Hactenus quam ob causam philosophia calumniam subiit, quòdve iniusta ea calumnia sit satis dictum arbitror, nisi aliud ipse forsitan adieceris. Nihil ad hæc ego præterea dicere. Sed earum quæ nunc extant rerumpublicarum quàm potissimū philosophis conuenite putas? Nullam prorsus, atque idcirco conqueror, quia nullā video ex his quæ nunc extant rerumpublicarum institutionem ingenio philosophi dignam. Quàmobrem mutari hanc naturam ac verti necesse est. Vtque peregrinū semen in alienū solum iactū debilitatur, ac degenerans ad indigenam vertitur loci seminisque naturā, ita & hoc genus, propria nūc amissa virtute, in alienā speciem permutatur. Sin autem optimā rempublicā nanciscatur, sicut & ipsam est optimum, tunc demum diuinam quiddam se esse, reliqua verò humana omnia, tam ingenia, quàm studia declarabit. Videris autem mihi statim quænam ista respublica sit, quæsiturus. Haud rectè præfagisti. Non enim hoc abs te desiderabā, sed nunquid hæc ipsa sit quam in condenda ciuitate induximus, an alia? Quo ad alia quidem inquam ego, hæc ipsa, hoc autem tunc etiam dictum est.

• Non in omni forma
Reip. philosophica ingenia excoluntur, adulescunt, & ad maturitatē perueniunt

est, oportere aliquid inesse semper in ciuitate, quod rationem reipublicæ eandem habeat, quam & tu legislator habebas, dum leges conderes. Dictum planè. Non satis tamen explicatum. Quippe nos oratio vestra deterruit, obiciens prolixam hanc & arduam demonstrationem fore. Nam quod sequitur, haud dictu facile est omnino. Quid istud? Qua potissimum ratione ciuitas philosophiam suscipere debeat, ad eò vt non perdatur. Nam magna quælibet fallacia esse solet, & vt verè proverbio fertur, præolata difficilia sunt. Verum tamen quum istud inter nos constet, finem iam accipiat demonstratio. Facultas fortè deerit mihi, voluntas certè nunquam. Tu verò præsens studium meum intelliges. Aduerte etiam nunc quàm promptè & intrepidè sim dicturus: quod contra ac nunc sit, ciuitatem oporteat studiù hoc attingere. Quonã pacto?

* Equidem hoc tempore adolescentali, quum statim à teneris annis inter rei familiaris questuariaeque negotia difficillimam huius studij partem aggrediantur, paulo pòst discedunt, magnos philosophos se esse existimantes. Difficillimam verò partem, inquam petitionem disferendi. Deinde verò si ab aliis id agentibus acciti, auditores fieri patientur, [magnù quid se præstitisse existimant si obiter id sibi exequendum putant.] In senectute verò exceptis paucis, multo magis quàm sol^b Heraclitius extinguuntur, quum nunquã iterum accendantur. Quid ergo agendù? Contra omnino. Nã iuuenes ac pueros puerilè disciplinã philosophiãque tractare cõuenit, corporumque, quatenus adolescãt firmenturq; ad philosophiã ministe tiù, curã agere: procedente verò ætate, in qua

^a *Artis quæ
verum inue
nire docet
studia non
persequentis
& leuiter in
adolescencia
duntaxat,
quod se è sit,
attingenda,
sed in extre
ma ætate
eù animus
iam liber &
vacuus est
ab omnibus
curis & ne
gotiis, longè
accuratius
antea tra
ctanda.*

^b *Heraclitus
Solem occi
dentem ex
tingui existi
mabat.*

anima iam perfici incipit, exercitationes ipsius augere & intendere: [cum autem vires ex vetustate defecerint, & à civilibus militaribusque laboribus vacationem obrinuerint tunc liberos tanquam emetitos & immunes viuere, nec quicquam aliud nisi obiter, præter sapientiæ studia curare oportet, quicumque feliciter victuri sunt, & post migrationem animæ, sortem suscepturi anteactæ vitæ conuenientem.] Promptè admodum reuera loqui mihi videris, ô Socrates. Arbitror tamen plurimos quæ hæc audiuerint, promptius quoque repugnatu-ros abs te minimè persuasos. Et in primis Thrasymachum id acturum existimo. [Ne ditimas, inquam, nuper inter me & Thrasymachum initam beneuolentiam.] Nam nuper amici effecti sumus, nec eramus antea inimici. Neque verò antè desistemus, quàm huic & aliis persuadeamus, vel saltem agamus operæpretium aliquid ad eam vitam, in quâ quum peruenerint, in eiusmodi sermones incident. Breue ad tēpus dixisti. Imò verò ad nullū, si ad vniuersum id conferatur. Quòd autem multi his quæ dicta sunt, fidē non præstent, nihil mirū. Nunquā enim quod modò dictū est, euenisse viderunt, sed talia quædā verba potius de industria in similitudinē quandā composita, non casu, vt nunc concurrentiā. Virū autem quoad fieri potest [virtuti adæquatū & assimilatū] ac summopere factis & dictis tali quadā in ciuitate potentem, nunquā aut vnū, aut plures intuiti sunt. An putas? Nullo modo. Neque vnquam, ô beate, sermonibus aures adhibuerunt honestis ac liberis, quibus obnoxē, & omni studio noscendi gratia verum inquiratur. Hæc autem plena versutiis, & contentiosæ nihil aliud

Quantum
diferimē in-
ter verè phi-
losophicas &
verè inueniē-
di causa in-
stitutas exer-
citationes,
hominū in
foro iudi-
cii & con-
cionibus ad
populū ata-
tem terentiū
concertatio-
ni.

aliud appetentia quàm opinionem, & contentionem, tam in iudiciis quàm priuatis colloquiis, à longè salutant ac complectuntur. Non certè. ^a Quamobrem cum hæc ipsi præuidere-
 mus, metueremusque veritate coacti diximus, ^a Iterum re-
 neque ciuitatem vllam, neque rempublicam, ^a petit & con-
 neque virum perfectum fore prius quàm pau- ^a firmat So-
 cis hisce philosophis, qui nec mali, nec inuti- ^a crates suam
 les sunt, vt vulgò existimantur necessitas que- ^a illam senten-
 dâ sorte contigerit, vt seu velint, seu nolint, ci- ^a tiâ: Beatas
 uitatis curâ suscipiant, vel à ciuibus exaudian- ^a fore Respub.
 tur, vel saltem his qui dominantur, aut eorum ^a quas aut ve-
 filiis, diuina quadam inspiratione, veræ philo- ^a ri Philosophi
 sophiæ verus amor inhæserit. Quòd autè ho- ^a constituerint
 rum vel alierù, vel vtraque impossibilia sint, ^a & modera-
 demonstrari non posse arbitror. Alioquin iu- ^a buntur, aut
 re ipsi irrideremur, quâsi res pro animi voto ^a qui regè, ve-
 efficièntes. An non ita? Ita profus. Si quando ^a ra philoso-
 igitur olim infinito tempore anteaçto, viri in ^a phiæ studi-
 philosophia præstantes necessitate impulsî ré- ^a euadit: quod
 publicam gubernarunt, vel hisce temporibus ^a fieri posse o-
 regunt barbarica quadam in regione à nostro ^a stendit.
 conspectu remotissima, vel in futurum admi-
 nistrabunt, in hoc certè rerum statu procul-
 dubio àsseueramus rempublicam supra descri-
 ptam, fuisse, esse, ac fore, quando ciuitari hæc
 Musica præsit. Fieri certè id potest, neque nos
 impossibilia fingimus. Difficilia tamen hæc ef-
 se à nobis quoque concessa fuerunt. Mihi quo-
 que ita videtur. Adde forsitan, vulgò id non
 videri. Fortassè. Ne vsque adeo vulgus culpes, à
 vir beate. ^b Verùm quid eos opinaturos exi-
 stimas, si non contentionis studio, sed amicis
 monitis, dissoluta philosophiæ aduersa calu-
 mnia ostendas quos potissimum viros appel-
 las philosophos, & vt nuper distinguebas,

^b Calumnias
 & odia qui-
 bus vulgus
 insectatur
 Philosophos,
 ostendis non
 spectare ve-
 ros Philoso-
 phos, sed su-
 catos & emē-
 titos dunta-
 xat philoso-
 phos.

& ingenium ipsorum & studium, ne te suspicentur eos dicere, quos ipsi cogitant: vel si ita conceperint, falli eos opinione dixeris, nec ad proposita responderet? an censes, inquā, aduersus mitē vitū irritati aliquem? aut hominem sine inuidia & malignitate, vitō non inuidioso inuidere? Equidē pro te respondeo, non in multitudine hominū, sed in paucis admodū, adeo immitē inesse naturā. Idem & ipse cogito. An & hoc cogitas? Causam ob quam multitudo philosophiam iniquo animo fert, eos esse qui cum inepti ad philosophiam sint, eam professi homines, conuictis passi u laceſcunt, & quasi inimicis iis delectentur, semper de hominibus obloquuntur, rē agentes philosophiæ minimē congruam. Omnino. Neque enim viro illi. O Adimante, qui omnem mentis aciem ad ea quæ verē sunt, direxit, otium superest quo negotia hominum inferiora respiciat, cūque illis pugnans, inuidiam sibi & maleuolentiam conslet. Sed ea quæ semper eundem seruant ordinem contemplatur, quæ neque inferunt inuicem, neque patiuntur iniuriam, omnia verò ornatē, & secundum rationem disposita sunt. Atque hæc imitatur, sequē his quā simillimū reddit. An putas fieri posse, vt illud non imiteretur aliquis, cui cū amore admirabundus adhereret? Nullo modo. Quare quū philosophus diuino atque decoro frequenter adheret, diuinus ipse atque decorus quoad homini possibile est, efficiunt. Calūnia verò in omnib. multa. Sic est omnino. Si ergo necessitate aliqua inducatur, vt ea quæ illic intueretur ad mores hominū priuatim & publicē transferat, neque se tantū, sed & alios formet, nunquid inertem temperantiæ, iustitiæque,

Verus Philosophus cū diuina & eodē modo se habētia atq; adeo à uirginē & dissidiū aliena perpetuō contemplatur, iū se quā simillimū redere conatur.

& vniuersæ popularis virtutis opificè fore ipsum existimas? Minimè. Si sentiat vulgus vera nos de hoc perhibere, an philosophis succensibit? nobisq; nõ credet dicentib. non aliter ciuitatè fore beatã, quàm si eam qui diuino videntur exemplo pictores forment? Nequaquã succensibit, inquit, si senserit. Verùm què pingendi modum dicis? Cùm pictores hi, inquam, ciuitatem, & mores hominum quasi tabulam quandam acceperint, in primis eam purgabũt, quod nequaquã facile est. An nescis hoc præcipuè ab aliis philosophos discrepare, quòd neque priuatam, neque ciuitatem tangere, neque leges condere tentant, antequam vel hæc purgata susceperint, vel ipsi purgauerint? Et restè quidè. An non describere eos post hæc putas reipublicæ formã? Quidni? Deinde agentes hæc, vt arbitror, ad vtraque frequenter respicient, ad illud scilicet quod natura iustũ, honestum & temperatum existit, ceteraque huiusmodi, atque iterũ ad humana: & ad superioris illius exèplat humana disponent, ex hominum officiis naturã humanã contemperantes, ad figuram eius quod Homerus quoque cùm in hominibus sit, Dei speciem & imaginẽ similitudinẽque appellauit. Scitè. Partim ergo delebunt philosophi, partim rursus depingent quousque humanos mores quã maxime fieri potest, Dei amantes effecerint. Pulcherrima, inquit, nimitum hæc est pictura. An persuademus illis, inquam, quos inuehi in nos dicebas, talem esse rerumpublicarum pictorem, eum virum quem supra apud eos laudauimus, propter quem illi indignati sunt quòd huic ciuitatem gubernandam committeremus, nunc verò æquiori animo hoc audiunt?

Verus philosophus purgatam accipiens ciuitatẽ eius formam quoad maximè poterit ad iudicium ipsius iustit, pulchri & honesti humani actionib. accommodatam similitudinẽ effinget.
*Deeina-
 xcy xxi Orac
 sè.*

Et maximè quidè, si sapiunt. Qua nunc in parte nobis aduersabuntur? Vtrum eorum quæ verè sunt, veritatîsque ipsius amatores non esse philosophos asserent? Absurdû quidè id esset. An forte negabûnt naturâ philosophorû quam narrauimus, optimi ipsius esse familiarem? Neque hoc quidè. Quid verò hanc congruis instructam officiis, absolute bonam fore, ac præ cæteris sapientiæ proximam renuent? vel eos probabunt magis, quos ipsi secreuimus? Nequaquam. ² An succensibunt adhuc dicentibus nobis, quòd nisi philosophorum genus ciuitatis suscipiat gubernacula, nec ciuitati, nec ciuibus erit requies vlla finisque maiorum? nec respublica quam oratione describimus, in lucem exorietur? Fortè minus. Visne igitur, inquam, dicamus eos nõ parum, sed prorsus mites persuasosque fuisse? ne fortè erubescerent aliquid aliud confiteantur. Absque dubio. Hoc igitur isti persuasi iam sint. De hoc autem quis ambiget, quin regum potentiûmque virorum filij philosophi nasci possint? Nemo. Posset autem quis adiuicere, quòd etiam si tales nascantur, inquinari eos necesse sit. Quòd enim seruari arduum sit, nos quoque concedimus. Quis autem illud insuper addet, in omni tempore ex omnibus hominibus ne vnam quidem vnquam seruatam fuisse. Nullus hoc dixerit. At verò vnus natura sic institutus, ciuitatèmq; nactus obedientem, sufficiens est ad hæc omnia perficienda, quæ nunc fidem non habent. Sufficiens vtique. Pono, si princeps aliquis leges & officia, quæ narrauimus mandet, haud impossibile est ciues his obsequi velle. Non certè. Atqui sentire & alios eadem, quæ & ipsi senti-

² *Aduersus
verum phi-
losophiæ ces-
sant calum-
nia & accen-
sationes quæ
vulgi in
Philosophos
solent inten-
tare.*

sentimus, num mirum, aut impossibile est? Nō, ut arbitror. ^a Quōd autem optima hæc sint, si quidem possibilis, satis supra est, ut arbitror, disputatum. Satis. Quare ex his quæ dicta sunt sequitur, ut optima futura sint, quæ de legibus ferendis prædiximus, si agantur: difficilia item factu, nō tamen impossibilia. Sequitur planè.

*Conclusio
superiorum.*

Postquàm vix tandem finem his imposuimus, ad reliqua iam pergendum, qua ratione videlicet, quibusve disciplinis & studiis instructi erunt huius nostræ reipublicæ seruatores, & qua in ætate singuli singula exercebunt. De his certe iam dicendum. Haud quam sapienter à me actum est, cum in superioribus reliquetim matrimoniorum difficultatem atque molestiam, filiorumque procreationem, & constitutionem principum, noscebam enim quàm inuidiosa res esset, factuque difficilis, vel omnino vera. Nunc autem nihilominus transigere hæc cogimur: atque ea quidem quæ ad mulieres ac filios pertinent, iam peregimus: quæ verò ad principes, tanquam à principio rursus percurrenda videntur. ^b Diximus autem, si memoria tenes, amatores eos civitatis esse oportere, in voluntatibus doloribusque probatos, atque ex hoc dogmate, neque laboribus, neque metu periculorum, neque mutatione alia dimoueri. Eum verò qui hoc nequeat, abdicare oportet: at illum qui passim syncerus & incorruptus euadit tanquam aurum in ignis examine comprobatur gubernanda civitati præficere, munerebusque ornate & viuente & mortuum. Præmia verò talia sunt qualia communiter dicta sunt, breuiter hoc percurrens, & quasi tergiuersante sermone quippe cum res ut nunc sunt, mo-

b Accuratior sequitur declaratio quali ingenio, quibus studiis & moribus, quibusque disciplinis excelsum esse oporteat verum gubernatorem & moderatorem civitatis.

uere timeremus. Vera loqueris memini. n. Verebat. n. ô amice, quæ autus sum dicere. Nos verò in præsentia id asserere audeamus, quod custodes diligentissimi optimi esse debent philosophi. Ratum id habeatur. * Animaduertere quã pauci tales erût. Illius siquidẽ naturæ partes quã inesse illis oportere diximus, vñã rarò cõcurrunt, & vt plurimũ diffûctæ nascantur. Quo pacto id ais? An igroras quòd iidẽ homines, dociles, memores, ingeniosi, acuti, istq; rebus præditi quæ inde oriûtur nõ sunt, ac etiã fortes, atq; magnanimi, vt moderatè, tranquilè, cõstanter viuant? Tales siquidẽ viri acuminis ipsius feruore quocunq; contigerit profertur, stabilitatis omnis & grauitatis expertes. Vera loqueris. Habitus autem ipsi animorum stabiles, & à leuitate penitus alieni, quorum in grauitate maximè consistendũ, vtpote qui in bello intrepidi sunt, vt in his immobiles sunt ita ad disciplinas tardiores & hebetes. Torpent siquidẽ atq; oscitant, quoties eis est contèplationi inuigilandum. Est vt dicis. Nos autè in superiorib. principè oportere diximus, vtrorumq; optimã ratione participè esse. Alio quin nõ esse illi supremã disciplinã exhibendam, neq; honores magistratũq; impertendos. Rectè. Nõne rarò hoc euenturũ existimas? Ratò admodum. Examinare igitur futuri principis oportet ingeniũ in his quæ suprã diximus, laborib. timorib. voluptatib. Addimus præterea, quod tũ prætermisimus, oportere videlicet, illud in disciplinis plurimis exercere, vt pateat nõquid maximè ipsius doctrinæ percipiendæ sic cõpos, an deficiat potius, quæadmodũ qui in aliis operib. trepidat, atque deficiunt. Ita certe inuestigare decet: verũ quã

** Pauci apta
indole doti-
bũq; neces-
sariis instru-
cti nascun-
tur ad regẽ-
dam Remp.*

maximā doctrinā vocas? Meministi puto, cum
 tres in anima species posuiffemus, quid iusti-
 tia esset temperantia, fortitudo sapientia; nos de-
 finientes inuicē conuenisse; si non recorderer,
 haud dignus essem qui reliqua abs te audirē.
 An & illud memoria tenes quod ante hęc di-
 ctū fuit? Quidnā? Diximus certē ampliori quo-
 dam alio orationis circuitu, exactius ea posse
 cognosci, verū cōmodius esse vt demonstra-
 tiones superioribus magis consentaneas in-
 duceremus. Quod & vos sufficere respon-
 distis. Atque ita tunc ea pingui Minerua, vt
 mihi vñum est, tractata sunt. Sin autem placet
 vobis, ipsū hoc dicite At satis mediocriterq; di-
 ctum & mihi & aliis est visu n. Sed in his re-
 bus, o amice modus quācunque veritatis par-
 tem omiserit, non admodū moderatē sit. Ni-
 hil enim imperfectū vllius est mēsurā: quan-
 quā nōnullis quādoque videtur sufficiēter sta-
 tim esse tractatum neque lōgiori inquisitione
 opus esse. Per multis id propter socordā acci-
 dit. Vitium hoc à custode ciuitatis & legū esse
 debet alienissimū. Consentaneū Ergo amplior
 quidē o amice huic agendus circuitus, neque
 breuior in discendo quā exercitando impen-
 denda est operā: alioquin, vt paulō antē dixi-
 mus, ad summā penitūque necessarizē doctri-
 nę finē rūquā perueniet. An hęc maxima in-
 quit nō sunt? Estq; aliud insuper iustitia & cę-
 teris quę narrauimus excellētius? Nēpe prę-
 stantius inquam, & horū quidē ipsorum ne-
 quaquam decet adumbrationem quādam qua-
 lem nunc aspicere, sed absolutam rationem
 comprehendere. An non ridiculū id est, in re-
 bus minimis omne studiū ponere, & obnoxie
 contendere, quō quā diligentissimē & syn-

*Nihil im-
 perfectum
 vllius est
 mēsurā.*

cerissimè peragatur, in maximis autem levem operam satis esse putate? Ridiculū profus. At enim putas aliquē quieturū, nisi abs te nūc exquirat, quænam disciplina illa sit, quā maximam vocas, & circa quid versetur? Non equidē, inquam: sed & ipse interroga, quanquā sæpentero te arbitror audiuisse. Nunc autē vel non aduertis, vel potius inturbare metuis scrupulis cogitas. Hoc autem ego potius arbitror,

a Maxima scientia versatur circa cognitionem Idae boni.

b Ignorata boni Idae. malè bonū dicitur esse Sapientia: eum qui ita dicunt interrogati, cuius rei sapientia sit bonum, cogatur dicere ipsam esse boni sapientiam.

c Aduersus eos qui bonū voluptatem esse definiūt

^a Nam sæpe audiisti boni ideam esse maximā disciplinam. Qua quidem & iusta, & alia si vantantur, vtilia, & conducibilia fiunt. Atque hoc fermè dicere me velle scito, & istud præterea, quòd ipsam non sufficienter agnoscimus. Sin verò ipsam nescimus, etiamsi ipsa alia quā maximè nouerimus, scito nullā ex aliis nobis vtilitatem fore: sicut neq; prodesse nobis quicquam, quod sine bono possideremus. An maius quid esse putas, sine possessione boni alia omnia possidere, quàm sine boni ipsius & pulchri intelligentia, cætera intelligere? Non certè. Pluribus verò bonum voluptas videtur, elegantiorib. sapientia. Proculdubio. ^b Quinetiā & hoc nosti, quòd qui sapientiam bonū existimant, si interrogentur, quænam potissimum sapientia, declarare nequeunt sed coguntur tandem boni sapientiam dicere. Quam ridicula responsio! Cur nō ridicula videatur, si eū nos vituperent quod ignoremus bonum, de bono rursus nobiscum tanquam intelligentibus illud loquantur? Aiunt enim bonum esse, sapientiam boni, quasi nouerimus quid ipsi dicant, cum boni nomen pronunciant. Vera loqueris. ^c Qui verò bonum voluptatem esse definiunt, nunquid minus errant quàm cæteri? Nōne & isti coguntur fateri voluptates esse

malas

malas? Valde. Eadē igitur & bona esse, & mala fieri coguntur. An non? Planē. Nōne constat plurimas circa hoc, & maximas ambiguitates consurgere? Constat. Nōne & hoc perspicuū * quod quæ iusta, & honesta videntur, etiā si non sint, multi præoptarēt agere possidetēq; , & videri hominib; hæc habere: nemo autē satis habere se putat, si quæ bona dūtaxat videntur possideat, sed quæ te vera bona sint omnes quarunt, opinionē verō in his quisq; contemnit? Et maximē quidē. ^b Bonū quidem anima omnis expetit, eiusque gratia agit omnia augurans esse aliquid: dubitat tamen, neque sufficienter quid sit cōprehendere potest, neq; tam certum & exploratum habet quàm cetera, atque idcirco & in aliis fallitur, cum quid utile sit, iudicate pergit. An circa id cum tale sit ac tantū, similiter cæcos esse debere dicemus illos quoq; præstantissimos in ciuitate viros, quibus vniuersa committimus? Minimē omnium. Reor equidē cum custodē, qui iusta & honesta possideat, ignoret autē qua ratione bona sint, haud multi faciendū esse, *vel haud magnificendū esse custodi eiusmodi possessionē siquidē credibile est. ut is qui hoc ignoret, ipsa cognoscat.* ^c Auguror autē neminē ipsa prius quā bonū sufficienter cogniturū. Scitē auguraris Perfectē igitur disposita nobis erit respub. si custos horum peritus eam reget. Ita necesse est. Verum tu ō Socrates, vtrum bonum ipsum dicis esse scientiam vel voluptatem, vel aliquid aliud præter hæc? Tura ego, Sanē inquam, vir probus es: & iamdiu compertum habeo tibi non satis fore id quod aliis, de ipsis videtur. Haud decere mihi videtur, ō Socrates opinionones aliorum referre posse. tuam vero,

*a In honesto & iusto mul-
ti querunt
speciem dum
taxat sed in
bono quarūt
omnes rem
ipsam.*

*b Bonū quid
verē si mi-
nus certum
& explora-
tum est ani-
ma hominū.*

*c Iusta & ho-
nesta nemo
potest cogno-
scere, qui nō
prius intelli-
gat quid sit
bonum.*

nequaquam, hominem præsertim tandiu in
 his versatum. An decere putas, ut de iis quæ
 quis ignorat, quasi sciens loquatur? Nullo
 modo quasi sciens, sed ut quasi ex opinione
 proferens quæ sentit. Quid? inquam. *a* *an* ne-
 scis opiniones omnes absque scientia turpes
 esse, quarum quæ optimæ, cæcæ sunt? an eos
 qui absque intelligentia verum aliquid opinan-
 tur, differre ab illis existimas, qui licet cæci
 sint, recto tamen tramite gradiuntur? Nihilo.
 Vis ergo turpia contemplari cæcæque, & obli-
 qua, cum liceat ex aliis perspicua pulchræque
 audire? Age per touem Socrates, inquit Glau-
 co, ne desistas, cum ad calcem ferè perueneris.
 Sufficiet enim nobis, si quemadmodum de ius-
 titia temperantiæque & aliis tractauisti, ita
 quoque de bono tractaueris. Mihi quoque, o
 amice, valdè sufficiet. At vereor ne vires defi-
 ciant, atque ego supra vires ausus, ineptior ap-
 paream, tamenque audientibus moueam. Cæ-
 terum, o viri felices, quid ipsum bonum sit in
 præsentia dimittamus. Est enim, ut mihi vide-
 tur præsentem supra contemplationem. Quis
 autem appareat boni ipsius filius, quisque si-
 milimus ei sit, si vobis placet, dicam: sin minus,
 dimittam. Dic age: patrem verò postea decla-
 rabis. Vellem equidem, ut & ipse explicare
 possem, & vos percipere, non solum ut nunc
 prolem. *b* Hunc ergo ad præsens partum bo-
 ni ipsius, filiūque accipite. Cauete tamen ne
 inscius ipse vos decipiam, vanam reddens de
 filio rationem. Cauebimus id pro viribus. Dic
 modò. Dicam equidem, si prius repetamus in-
 uicem confirmemúsque, quæ supra memo-
 rata sunt, & aliàs sæpenumero dicta. Quenam?
c Multa quidem pulchra, & multa bona, & sin-
 gula

a Opiniones
 omnes absq[ue]
 scientia tur-
 pes & cæcæ.

b Boni ipsius
 facti & par-
 tum in præsen-
 tia declaraf-
 se sufficit.
c Idea una
 est vniuersi-
 usque rei,
 in hac sin-
 gularia &
 sensibilia se-
 cundum sunt.

gula similiter esse dicemus, & oratione distinguetur. Dicimus profectò. Atqui & ipsum pulchrum, & ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus, quæ ut plura ponebamus, vnum rursus ponimus secundum ideam vnã cuiusque tanquam vna sit, & quod vnũquodque est appellamus. Vera hæc sunt. Et hæc quidem videri dicimus, non autem intelligi: ^a ideas autem intelligi, non videri. Sic est omnino. Quæ potentia è multis quas habemus, quæ patent oculis seruinus? Visu. Nonne & auditu quæ audiuntur, & aliis sensibus omnia quæ sentiuntur? Quidni? Nunquid animaduertisti quàm perfectam sensuum autor vim fabricauit ad id quod videre, & id quod videri dicimus? Non satis. Sic autem considera. Estne auditui atque voci alio genere opus, ad hoc vt ille quidem audiat: hæc audiatur? Quo tertio absente, ille non audiet: ista non audietur. Nequaquam. Arbitror equidem, neque aliis multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. An tu talem aliquam vim potes dicere? Minime. An non aduertis visus ipsius, & eius quod visui subiacet vim: tali aliquo indigere? Quo pacto? Præsente oculis visu, ipsiusque ad spectandum directis præsente item colore, nisi adât & genus tertium propriè ad hoc natura aptum, neque visus videbit quicquam, neque videri colores poterunt. Quidnam id esse dicis? Quod tu lumen vocas. Vera loqueris. Profectò visibilis ipsius vis, & videndi potentia iugo quodam aliorum omnium coniugationum maxime honorando iunctæ sunt non exigua quadam specie, si modò contemnendũ non est lumen. Longè abest vt contemnendũ sit. Quem possimum deorum cœlestium hæc

^a *Idea intelliguntur, non videntur.*

a Quomodo se habet lumen solū ad visum & ea quæ videntur, ita se habet lumen superiū & celeste quo irradiamur ad veritatē cognoscendā quæ est in unaquaque re, ad intellectū nostrū & ea quæ intelligimus
b Eodem modo se habet Idea uniuscuiusque rei ad hæc singularia & sensibilia: ortui & interiui obnoxia, atque se habent ea quæ solis radiis illustrata sunt ad ea quæ noctis tenebris & caligine obscurantur.

ius causam putas, cuius lumen efficit: ut & visus noster quā optimè cernat, & oculis obiecta cernantur? Quem tu putas & alij. Nempede sole interrogas. Ita verò ad hunc Deum se visus habet. Quomodo? Visus sol non est, neque oculus cui inest visus, sol est. Non certè. Sed ex omnibus sensuum organis id maxime solis particeps. Multum sane. Nonne & vim quam habet, ex sole tanquam dispensatam & infusam habet? Prorsus. Quinetiam sol, visus non est. Causa verò ipsius quum sit, ab eo prospicitur. Sic planè. * Hunc me vocare boni filium dicito, quem ipsum bonum in hac secum genuit comparatione consimilem: ut quemadmodam ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur, se habet, sic & ille in loco visibili ad visum se habeat, & ad ea quæ videntur. Quo pacto? Larius explica. Oculi porrò, quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quæ nocturnis radiis attinguntur, cæcutiunt, hallucinanturque, & propè cæci esse videntur, ac si purus in illis visus non insit. Sic accidit. Quoties verò ad ea quæ sol illustrat, perspicuè cernunt, iisdemque ipsis in oculis esse visus appareat. Est ita. Sic & de animo cogita. *b* Quando enim illi inhaeret in quo veritas & ipsum ens emicat, intelligit illud cognoscitque, & intellectum habere videtur. Sed cum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generatur atque corrumpitur eius obrunditur acies, opinionésque versat varias, ac mentis expers esse videtur. Sic apparet. Illud igitur quod veritatem illis quæ intelliguntur præbet, & intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam

deam esse dicito, scientiæ & veritatis, quæ per
 intellectum percipitur, causam. Cum verò a-
 deò pulchra duo hæc sint, cognitio scilicet ac
 veritas, si bonum ipsum aliud quàm ista &
 pulchrius æstimabis rectè putabis. *Et quem-
 admodum lumen ad vitam, solis speciem
 quandam habere existimare decet, solem ve-
 rò ipsum esse nequaquam: ita cognitionem
 & veritatem, boni ipsius speciem habere qui-
 dem aliquam, esse verò ipsum, minime. Au-
 gustior enim est ipsius boni maiestas. Decus
 narras inæstimabile, si scientiam quidem &
 veritatem præbet, ipsum verò decore hæc su-
 perat: neque enim voluptatem ipsum esse di-
 cis. Bona verba quæso. Atque ita planius eius
 imaginem contempla e. Quomodo? Solem
 quidem dices, ut arbitror, iis quæ videntur nõ
 modò videndi præbere potentiam, verum etiã
 generationem, augmentum, nutritionem: cum
 ipse tamen generatio non sit. Quo enim pa-
 eto? ^b Atque ita dicas bonum iis quæ cogno-
 scantur dare, non modò ut cognoscantur, sed
 esse insuper, & essentiam elargiri, cum ipsum
 essentia non sit, sed supra essentiam dignita-
 te ipsam & potentia superans. Tum & Glauco
 ridens, Aedepoli, inquit, mirabilis hic excelsus
 Huius certe tu causa es, qui me compulisti
 ad ea quæ mihi de hoc viderentur aperienda.
 Nequédum etiam delistis, sed absolute præci-
 pue solis comparisonem, siquid est præter-
 missum. Atqui multa prætermittuntur. Ne
 minimum quid omittas. Reor equidem multa
 præterea superfore, verum tamen quocun-
 que ad præiens referri poterunt, haud sponte
 dimittam. Ita precor. ^d Cogita itaque inquã,
 quemadmodum dicimus duo hæc esse, & unum

^a Scientia
 & veritas
 non sunt i-
 psium bonũ,
 sed emtan
 quam ima-
 go & sboles
 quãdam.
^b Bonum i-
 psium in qua
 cognoscuntur
 nõ modò dat
 ut cognoscã
 tur sed esse
 etiam & es-
 sentia elar-
 gatur.
^c Bonum i-
 psium nõ est
 essentia, sed
 aliquid su-
 pra essentia
^d Ex diuer-
 sis modis
 sciendi di-
 versa Entia
 genera esse
 colligit So-
 crates. unus
 modus est
 sciendi cum
 hypothefib.
 ad principia
 duvno dicitur.
 qua ex hy-
 pothefibus

nullo modo
 pendent as-
 cenditur: hoc
 est ad ipsas
 ideas, donec
 per ipsas per-
 uenitur ad
 Idcā Idea-
 rum, & prin-
 cipium prin-
 cipiorū, hoc
 est, ipsum
 Deum atq;
 eiusmodi
 scientia ha-
 bitus voca-
 tur vocis: ali-
 ter modus
 sciendi est
 cū ex hypo-
 thesibus non
 ad principia
 itur sed ad
 sensibilia de-
 scenditur,
 qua ex illis
 hypothese-
 bus pendent &
 ex iis colli-
 guntur: ita
 tamen ut co-
 gnitio nostra
 non habeat in sensibus sed ad ea quorum ipsa sunt umbra &
 simulachra quadam illa abstrahente intellectu, atque hoc mo-
 do procedūt demonstrationes geometrica & similia scientiarum:
 & is modus sciendi vocatur *Diakrisis*.

quidem in genere locoque intelligibili regna-
 re, alterutrum in visibili, ne sub cælo, inquit,
 videat te circa nomen decipere. Attamen spe-
 cies duas habeas, visibile scilicet & ipsum in-
 telligibile. Habeo equidem. Perinde igitur ac
 si acceperis lineam in duas æquales sectā por-
 tiones, & uttanque rursus partem simili ratio-
 ne diuideris: ita nunc oblatum tibi genus vi-
 sibile, intelligibile alterum, in duo
 rursus secundum claritatem & obscuritatem
 utrunque distingue. In genere quippe visibili
 portio vna imagines continebit. Voco autem
 imagines, primum umbras, deinde simulachra
 quæ in aquis apparent; & quæ in corporibus
 densis, leuibus, lucidis, & omne quodcunque
 tale, si tenes. Teneo. Portio verò altera com-
 prehendet ea, quorum hæ similitudines qua-
 dam sunt, animalia videlicet quæ apud nos
 sunt, & plantas, & vniuersum fabricæ genus.
 Sic pono. An vis præterea secundum verum
 & non verum dicere genus hoc distingui? ut
 quemadmodum se habet quod opinione fin-
 gitur ad id quod scientia nōscitur, ita simula-
 chrum ad illud cuius est simile? Valdè. Consi-
 dera iterum intelligibilis sectionem. Quo pa-
 cto? Vnum quidem ipsius genus est quod in-
 quirat animus, his vtens velut imaginibus quæ
 p ius diuisa sunt, compulsus ex positionibus
 non ad principium, sed ad finem procedere.
 Alterum verò, quod excogitat animus, ex sup-
 positione procedens ad principium non sup-

positum, nec imaginibus utens quibus ad genus alterum uti solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis quæ dicis intelligo. At enim facilius per hæc intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriam & arithmeticam & cætera eius generis versantur, supponunt quidem par & impar, & figuras ac tres species angulorum, & horum similia in argumentationibus singulis, & his positis tanquam cuilibet manifestis, rationem de his nullam exigendam putant. Atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, & ad illud tandem perveniunt quod quaerebant. Profero id novi. Enimvero & illud nosti, quod & formis quæ in aspectum cadunt utuntur, de quæ illis verba faciunt: quanquam non ad eas mentem dirigunt, sed illa potius quorum ista simulachra sunt, ad quadrangulum ipsium videlicet, ipsumque diametrum, non ad ea quæ scribunt. Et in aliis eodem modo, speciebus quidem hisce quas describunt figurantque, quarum & umbræ sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam utuntur, affectantes illa conspicerè, quæ non aliter quam cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius investigationem cogi animum suppositionibus uti, ad principium non euntem, utpote qui supra suppositiones ascendere nequeat, utaturque imaginibus his quæ ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinem comparatæ, atque ita opinione conceptæ distinctæque sunt, quasi ad illa perspicue conferant. Intelligo equidem dici abs te quod in geometria & aliis eius germanis artibus fieri solet. Alteram igitur intelligibilis partem

ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per
demonstrandi facultatem attingit, dum sup-
positiones non pro principiis habet, sed reue-
ra pro suppositionibus accipit, tanquam gra-
dibus quibusdam & adminiculis utens, quo-
usque ad illud quod non supponitur, ad prin-
cipium videlicet veniens vniuersi, ipsum at-
tingat, & rursus adhæreat illis quæ principio
hærent, atque ita ad finem usque perueniat,
nullo prorsus sensibili utens, sed ipsis specie-
bus, per ipsas, atque ad ipsas progrediens. In-
telligo tandem, quanquam minimè sufficien-
ter ut cuperem. Videris enim mihi magnum
opus proponere. Moliris quidem disserere,
partem illam verè existentis & intelligibilis
generis, quam per demonstrationis scientiam
speculamur, illa esse clariorem quam ex illis
scientiis, quæ artes appellantur inuestigamus.
In quibus pro principiis suppositiones habentur,
& qui ista considerant, cogitatione coguntur
non sensibus intueri. Quoniam verò ad prin-
cipium non ascendunt, sed ex suppositionibus
indagant, intellectum circa hæc habere tibi
nequaquam videntur, licet cum principio
intelligibilia sint. Videris autem mihi
geometricarum & similium rerum habitum
cogitationem potius appellare quam intelle-
ctum, quasi cogitatio inter opinionem & in-
tellectum medium teneat. Sufficienter admo-
dum percepisti. ^aAtque ad has quatuor pro-
portiones, quatuor itidem animi affectiones
accipe. Intelligentiam quidem ad supremum
ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertiam
fidem, ad postremum verò assimulationem
siue imaginationem. Hæc præterea iuicem
alterna ratione proportionis ordina, ut ita
hęc

^aPro rerū di-
uinitate
quatuor sūt
cognoscendi
habitus vbi
id est, Mens
seu Intelle-
ctus. Sū-
vora discursus
seu ratio
cinatio. M-
sic fides. ei-
zeta im-
aginatio.

hec claritatem participant, quemadmodum illa circa quæ sunt, veritatem. Intellego equidem, & quod dicis admitto, & vt iubes ita dispono.

DIALOGVS

SEPTIMVS DE

I V S T O.

Marsilij Ficini Argumentum.

Sapientes diuino ingenio præditi omne mentis studium à terrenis ad cælestia, à mobilibus ad immobilia, ab his qua sentiuntur, ad illa qua superant sensum pro viribus conuerterunt. Considerantesque mundi machinam & vnã esse, & mirabiliter ordinatã, neque tamen ex seipsa posse consistere, eũ ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerunt ab alio dependere: ab alio inquam vno, atque sapientissimo, qui & vnum conficiat opus ex multis, & ad vnum vbiq; ordinet sapienter, regat præterea & potenter, ipius videlicet ingens atque multiplex, motu quidem perpetuo atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum: ducat quoque benignissimè singula ad bonum mirificatum commoditate tum facilitate clementia. Quamobrem communi quadam conceptione Deum esse pariter consenserunt, vnum vniuersi, regem potentem & sapientem atque elementem: quem & terreni reges, rerumque publicarum gubernatores pro viribus debeant imitari. Post communem hanc de Deo conceptionem gemina rursus via ad Deum capiunt planius atque propius præcisius per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsam bonum, id est, quid Deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex

tu qua capiuntur sensibus, neque ex his qua mente
comprehenduntur. In hac autem & creaturas ad
creatorem, & vicissim creatorem referentes ad crea-
turas, excogitauerunt qua ratione & creator fingit a
fuerit atque perficiat, & creatura ad ipsum sese vel
habeant, vel imitari vel consequi possint. Haec enim
procedere philosophantis ingenium Plato noster &
in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat.
Quod Dionysius quoque Areopagita maxime com-
probat. Procedere inquam huiusque tum radio quo-
dam ab initio menti semel infuso, tum accedente lu-
mine diuinitus mentes assidue collustrante. At vero
quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia,
quemadmodum & in Parmenide & hic ostendit,
nemo per eiusmodi vias assequi potest solum vero
per has illuc denique peruenire, ubi diuinum bonum
ob solam benignitatem suam amatorem suum pro-
prio accedentem & propria luce format, & calore
fovet, & potestate transformat mentem tum demum
cognoscentem Deum cum ipsa iam facta sit Deus.
Quod quidem in epistola quoque significat. Possi-
quam vero Deum philosophus contemplatus fuerit
caelestia gubernantem, tunc solum & solus poterit
terrena diuinitus gubernare. Qua quidem in re Pla-
to Minorem laudat ab Ioue prius contemplando pe-
tentem leges quam ad homines promulgaret. Minus
quantam multi laudent Scipionem, quod Ioue ma-
gistro ad rempubl. accedebat. Quid de Numa Pom-
pilio dicam, ciuitatem religiosis legibus gubernan-
te? Nonne & Mosaicae leges quibus Deus populus
diuine gubernaretur, Deo ipso docente ad homines
pertuenerunt? Hinc Aristoxenus narrat philosopho-
rum Indurum mysteria quibus continentur, absque
diuina regula, & hac quidem a Deo demonstrata,
non posse quicquam vel priuatim vel publice recte
felicitateque unquam administrari. Quomam vero
idem

idem Egyptij compartum habeant, solis philosophis,
 & hu quidem absolutis atque insuper sacris regni
 gubernacula concedebant. Atque vsquodeo puta-
 bant nihil absque diuino auxilio posse feliciter agi,
 vt omnia publica à sacris votis, que auspiciarentur.
 Nihil rursus absque diuina quadam inspiratione
 intelligi posse adeo asserbant, quemadmodum re-
 fert Iamblichus, vt omnes apud illos philosophanti in
 libri Mercurij Dei nomini suis ascripti, quasi non
 hominum sint inuenta, sed Dei. Quod Timaeus quo-
 que significat, dicens philosophiam donum esse diui-
 num. Cuiusmodi quoque peritiam esse diuinum mu-
 nus in Protagora & Politico docet. Atque vt ad
 hunc septimum redeamus, non admittit quenquam
 ad hanc suam remp. gubernandam, nisi quem con-
 stiterit diuina quadam tam idole quam educatio-
 ne vtrunque donum diuinitus accepisse quem solum
 vbiq; legitimum ciuem philosophumque appellat.
 Sed cur diuino ad id munere opus esse dicit? Multo
 noue alias rationes. Quia videlicet cum difficilissimè
 cuique sit se ipsum feliciter gubernare, certè impossib.
 est ciuitatem ex tam multis diuersissq; compositam,
 cui & quotidie innumerabiles incertiq; imminent ca-
 sus, beatè vnquam absque Deo beatitudinis autors
 componere. Hinc factum est vt qualibet ciuitas pro-
 prium quoddam numen agnouerit, quasi patronum,
 huius verò numinis vicarium & interpretem esse
 Plato vult ciuitatis gubernatorem, qui instar numi-
 nis & diuina contempletur, & humani inde proxi-
 deat. Quamobrem malos homines, quasi diuini mu-
 neris omnino expertes à republ. procul expellat. Sa-
 los autem accipit bonos. Neque tamen omnes. Nam
 ignaros theologia appellat cecos atque somniantos,
 vt pote qui rerum imagines pro rebus accipiant: stul-
 tum verò censes ciuitatis custodiam cecis somniant-
 tibusque commendare. At verò theologos, qui nū-

lum adhuc humanarum rerum usum teneant, non prius ad publicas res gerendas admittitur quam priuata leuioribusq; tractandis assuefecerit. Concludit interea nulli magistratum esse dandum, nisi cuius uita sit melior magistratu, ipsumq; magistratu neque petat, neque etiam appetat. Tu uero ubi Plato in erudiendo ciuili philosophis imaginem proponit speluncae, & vinculorum, & luminis cuiusdam, umbrarumque & aqua. Speluncam intellige hunc quæ uidemus mundum, si ad mundum inuisibilem compareretur. Vinculum uero corpus humanum, siue patius perturbationem animum corporis alligantem. Umbras autem res omnes quæ sensus manent. Sunt enim hæc ueterarum rerum, id est idearum umbra. Quod autem dicit animum non absque effensione repente tum ab inuisibili mundo descendere ad uisibilem, tum uicissim ascendere, duobus more Platonico modis potest accipere; tum in hac uita quando uidelicet absque meliore ab hoc humanorum studio ad ipsum supremum diuinorum studium, atque contra transitur; tum inter hæc uitam atque alteram. Quando scilicet anima uel impura à corpore tenebris ad diuinum migrat lumen sub quo caligat prorsus & cruciatur; uel à diuino lumine in corpus elementale descendens diu cecidit atque turbatur. Quomam igitur triplex lumen est, ut diximus, uisibile scilicet, & intellectuale super uisum, & diuinum super intellectum, ideo Plato in tribus gradibus mentionem hic facit de lumine, scilicet in cauerna, in nocte, in die: tria uidelicet lumina illa significans. Ter quoque mentionem facit de aqua, in cauerna, in nocte, in die: sic enim lumen & facit & demonstrat omnia, sic aqua lauat omnia atque repræsentat per primum quidem significat mores, per secundum uero contemplationem. Et utrunque tribus gradibus peragat. Nempe per mortalem ter lauat & purgat, pri-

mò quidem amputando secundos motus per virtutes civiles, deinde eosdem per virtutes purgatorias extirpando, tertio per virtutes animi iam purgati motus primos absolutè sive moderando, unde iam ad exemplares qua in Deo sunt virtutes perueniatur, præsertim per contemplationem. Cuius quidem tres sunt gradus, quos refert aqua ter nominata, quatenus ipse imagines representando, refert intelligentiã Divinam siquidẽ in trib. ut ita dixerim, aquis representari videntur. Primò quidẽ licet cõfusus, in rationibus physicis: Secundo distinctius in mathematicis: Tertio clarissimò in metaphisicis penitus absolutis. Formas quidem phisicas Plato omnino materiales appellat quia & communi & propria materia indigent, & absque illa cogitari non possunt. Mathematicas verò formas non adeò materiales, quia & propria non egent materia, sed aut cõmani tantũ ut dimensiones, aut nulla, ut numeri: atq; hæc sine materia licet excogitare. Divinas deniq; formas omnino immateriales existimat, resq; veras, quarum imagines quidem sint mathematicæ forma, umbra verò res naturales, mysteriũ verò hoc est Pythag. Cũ ergo animadverteret Thaletem, Democrit. Anaxago. tam negligentes in rebus divinis fuisse, quã diligentes in naturalibus, Pherecyd. contra & Pythagorã Pythagoreõsq; omnes mathemat. princip. pariter summos extitisse theologos, moribûsq; divinos merito partim ratione, partim experientia conclusit curiosum naturalium studium animam sapissimè à divinis avertere. Quam et Solomon propterea occupationem pessimam indicavit, & miseris qui nimium occuparentur in ea. Eosdem in Phædone Socrates detestatur eos inquam qui naturalium effectuum causas, duntaxat ad qualitates quasdam elementales curiosè referentes, in eiusmodi principio & sine quiete neque summum univ. principium sinèque per-

quiritur. Quamobrem Septimus hic liber ubi anima
 ad summum bonum solémq; id est Deum, id est aq; di-
 uinas quasi stellas convenientibus perducit gradib; nu-
 lã in ipso ascensu naturali peritia efficit mentionem.
 Sed mathematici quosdam gradus ad diuina cõmo-
 dius perducetes adducit in medium: inter quos duo
 sunt puri. Arithmetica enim circa puros versatur nu-
 meros, & geometria circa puras dimensones. Tres ve-
 rò gradus sunt mixti. Nam Musica numeru addit
 voces motusq; ad auditum præcipuè pertinentes. Ste-
 reometria verò dimensionibus addit pondera. Astro-
 nomia numeru dimensionibusque caelestes sphaeras
 motusq; metitur. Vritur autè Plato naturali peritia
 in descensu potius quàm ascensu, quemadmodum in
 Timæo & Philebo atque Parmenide, & alibi saepe
 docet. In descensu enim per diuinas naturalium cau-
 sas, naturalia vult principalia demonstrari. In ascensu
 verò per anxiam naturalium curam, tanquam à diuina
 valde remotam, diuertere ab illa animam putat po-
 tius quàm conuertere. Omnino autem & actiones oēs
 etiam si honestissimæ videantur, nihil pendit, nisi ad
 diuini boni imitationem cõsecutionemque conducant.
 & speculationes similiter omnes vel negligit, nisi ad
 diuinum bonum inueniendum conferant, vel etiã de-
 sestatur, si quo pacto nos inde diuertant. Proinde totum
 philosophia studium esse vult à sensibilibus conuerte-
 re ad intelligibilia; ad ipsamque bonum, quod intelli-
 gibilium lumen est supremum ascendere. Atq; que-
 admodum se habet visus ad visibilium summum, id
 est solem, sic intellectum ad summum intelligibilium
 lumen, scilicet Deum se habere. Ergo sicut sol gene-
 rat oculum, & generando vim videndi largitur, &
 genito actu videndi continuè praestat; sic Deus & in-
 tellectum creat, orandoque intelligendi vim praebet,
 & creato continuè actum intelligendi. Rursus quem-
 a modum circa oculum nihil opus est ab arte si. vi.
 n: si

nisi purgare ipsum atque conuercere: ita circa intellectu-
 tum duo du: taxat praestat philosophia, purgando scilicet
 ipsum tum a perturbationibus, tum a falsis opinionibus,
 atque conuertendo per rationes exhortationesque
 a sensibilibus formis ad intellectuales nobis insi-
 tas formas, perque has ad formas intelligibiles, ad est
 ideas. Rursus per ideas ad diuinam mentem, qua co-
 prehendantur idea, ab hac denique ad diuinum bo-
 num, idearum principium atque lumen. Cum ergo di-
 citur animam a lucerna a lunam, a luna ad solem at-
 tali significat a formis naturalibus ad mathematicas
 ab his ad diuinas denique eleuari, non docendo qui-
 dem diuina enim, ut tradit in epistola, doceri non pos-
 sunt: sed purgando potius atque conuertendo. Nam
 hic per actum, si ut sol qui est visibilium lumen, monstrat
 oculo visibilia, ita ipsum bonum quod intelligibile
 lumen est, intelligenda intellectus pat. facit. Sed de his
 in Theologia nostra latissime. Itaque nemo mirari de-
 bet Platonem doctrinali scribendi ordine uti vultus, pur-
 gatorio vero atque exhortatorio, ut est conuersorio sem-
 per. Post hac nota ex eorum numero qua sentiuntur, il-
 la potissimum intelligentiam excitare, qua haud pla-
 ne percipitur a suis oppositis discernuntur, ideoque in-
 telligentia indigent discernente. Itaque numerus non esse
 corporeos Siquidem nihil aliud numerus est quam u-
 nitas repetita. Unitas autem non est corpus: non enim in
 partes diuiditur: qua si fingatur diuidi, non secatur,
 sed potius multiplicatur: multiplicatur inquam in se-
 ipsam, non in partes illas: pars enim qualibet toto so-
 let esse minor. Nulla vero unitas vel maior vel mi-
 nor est unitate. Atque haec ipsa unitas numerusque
 ad incorpoream nos essentiam erigunt: similiter quo-
 que figura quarum ratio vera in mente reperitur po-
 tius quam in corpore. Similiter astronomia ex ordine
 caeli motorum rationem indagare videtur. Eum Plato
 astronomum negat superna suspicere, qui ab ipso caelo

non prospexerit super cœlū, præsertim quia cœlestia cum integrum nō impleant ordinē, nimirum a superiore quodam & integro ordine pendent. De idē & musicum nisi à consonantia vocu ad intellectualē se recipiat consonantia rationem. Denique dialecticam id est metaphysicā, siue theologiā omnib. facultatibus antepōnit, & ducentem omnes, & ad suum officium utentem ministerio singularum. Officium verò eius est, per totam ipsius quod dicitur ens progredi latitudinem, atque ad ipsum bonum totius entis causam se cōferre, & in ipso enim ordine qd unūquodque sit definire, rationē cuiusque essentiæ assignando, quidve quamlibet sequatur essentiā demonstrare. Ceteras autem facultates præ huius nobilitate iudicat esse seruales. Aut enim ad opiniones hominum de eliminandis, vel ad generationes compositionesque inferiorū, vel ad cultum eorū quæ gignantur: aut saltē & si ad incorporea sese pro viribus erigunt, nihilominus circa illa quodammodo somniant. Quales esse inquit mathematicas disciplinas. Mox verò dū subiungit genera, essentiā scilicet atque generationem. Ad illā quidem intelligentiā, ad hanc aut opinionem existimat pertinere. Rursus in intelligentiā scientiam quidem dicit essentiā consequi ad dialecticum pertinentem, cognitionem verò sequi essentiā, & ad mathematicum attinere. In opinione scilicet fidem imaginationēque connumerat: & per illam quidē corpora percipi, per hanc verò imagines corporum atque umbras. Deinde concludit ceteras facultates absque dialectica esse cacas. Atque eas simul & dialecticā insuper vanas esse, nisi ipsam boni ideā perspicuē nouerint, p̄q; ipsam in singulis sciatis à falsis vera bona dist. ernere. Eum verò qui boni ignorauerit rationem, & in somnijs hūc illusum turbari, & ad inferos descendentem illud magis atque vexari. Subdā eum hopainē esse claudum qui ad alterutrum, siue

ad agendum, siue ad speculandum ineptus sit atque imperitus. Quapropter ad gubernandum eligit illos, qui ad utrumque & apti natura sint, & disciplina sufficienter instructi. Interea nota mendacem quæst mancum & mutilatum à repub. excludendum. Mendacem verò nominat, & qui dedita opera mentitur alijs, & qui per ignorantiam mentitur ipse sibi. Memento & labores animi grauiores esse quàm corporu, ideoque in iuuentute discendum, liberaleq; disciplinas procul à seruitute docendas. Neque tamen dialecticam adolescentibus esse tradendam. Quod Philebus quoque nos docet. Nam vt Phadrus quoque distinguit, duo nobis omnium insunt duces, inna: a videlicet cupiditas voluptatum, & acquisita quadã per educationem opinio, distans honesta & iusta nobis à legibus desinita in omnibus esse seruanda. Duo verò hi duces sapissimè in contraria distrahunt. Quoniam verò differendi facultas si tradatur adolescentibus, opinionem honesti debilitat, unde euadunt intemperãtes, imò & superbi & impij, vt in Philebo quoque & Legionis legitur, ideoque ante trigessimũ aetatis annũ in mathematicu erudiendi sunt, atque in publicis negotijs per intervalla pariter exercendi. Cum verò ad trigessimũ peruenierint, ad dialecticam admittendi, si tamen, vt rursus per intervalla reuocentur ad publicas actiones. Tu verò differendi industriam à forma quidem sua dialecticam nomina, ab exordio Logicam, à fine Metaphysicam atque Theologiam. Scito & ad eiusmodi dialectica finem: quasi diuinum homines in quinquagesimo aetatis anno vocari, propterea quòd ad diuinorum intuitum purgata mente opus est atq; serena. Interea hic animaduerte: quòd & hic in theologia sapius usurpamus, à Platone notari tria quadã, radiũ scilicet, lumenque & lucem. Radium quidem esse singulis mentibus sicut & oculis proprium, & naturaliter insitum, Lumen verò eadẽ

Et oculis esse commune. Lucem denique diuinam præstare lumini mentium omnium communi, quemadmodum lux insule præest luminibus eorum aequè communi. Concludit eueni postquam boni ipsius lucē & per vadium inde sibi naturaliter infusum, & per lumen eiusdem rursus infusum fuerit contemplatus, oportere civitatem ad boni ipsius exemplar pro viribus gubernare.

Præclara imagine docet Socrates quanta sit humana mentis cæcitas; sensibilia quæ hic à nobis cernuntur & cognoscuntur esse rerum vere existentium umbras duntaxat & similes mulachra quadam, ab his tenebris ad clarissimam illam lucem transendum esse per intermedia quadam, & gradus quosdam.



OSTRAEC Naturâ; inquâ, nostram, quod ad eruditionem & ruditionem attinet, tali quadam imagine tibi fingito. Finge animo subterraneum specus instat, domitium, cuius ingressus longissimus versus lumen in antrum totum pateat. In eo homines nutritos à pueritia ceruicem & crura ita deuinctos, ut & immobiles permanere cogantur, & ad anteriora solum prospicere, capita verò vinculis astricta circumagere nequeant. Post tergum autem supernè ac procul ignis fax suspensa sit, interque ignem & uinctos homines via superior paulò secus quam paries sit constructus exiguus, sicut pierunque præstigiatoribus septa quadam, super quibus sua miranda demonstrant, coram spectantibus opponuntur. Esto inquit. Cogita rursus homines intra parietem ferentes vasa varia, supra parietem eminentia, statuasque hominum & aliorum animalium lapideas & ligneas imagines, modisque variis fabricatas. Atque, ut consentaneum est, qui hæc circumferunt, partim sileant, partim loquantur. Quæ portentosa hæc figmenta sunt, quamque mirabiles captiui? At similes isti nobis sunt. Nam primum quidem putas istos aliud quicquam vel suis ipsorum, vel

proximorum hominum videre præter umbras, quæ ab igne in aduersam spelûcæ partem cadunt? Nihil aliud, quando nunquam in vita mouere capita potuerunt. Quid autem eorum quæ circumferuntur, nõnne umbras duntaxat? Nempe. Si ergo inuicem loqui liceret, nõnne umbras rerû nominibus appellandas esse puta re eos credamus? Necesse est. Quod si echo ex aduersa parte carceris resonaret, quoties prætereuntium aliquis loqueretur, putásne ipsos alium quenquã, quàm transeuntium umbras loqui existimatuos? Non per Ioué. Omnino igitur isti nihil verum esse nisi fabricatarum rerum umbras arbitrarentur. Ita profus necesse est. Contrà verò nunc animaduerte qualis foret eorum à vinculis solutio ignorãtiq; curatio Nempe si quis eorum solueretur, cogeretúrque repente surgere, collum vertere, ambulare, lumen ipsum aspicerè, doleret protinus, nec propter splendorem intueri posset illa, quorum umbras antè cernebat. Huic si quis nugæ hæcenus spectauisse dicat, nũc autem rebus veris esse propinquiores vtriúsq; inspicere, ac prætereuntium quæque monstrás, quid sit qui si fueris nõnne vacillaturum putas, arbitraturúmque veriora esse, quæ antè cernebat, quàm quæ nunc ostenduntur? Multum. Et si coegerit eum lumen aspicerè, nõnne dolore oculorum affectum iri putas? oculosque ad ea quæ fècile prius videbat, retorquere, certiora ea existimãtem, quàm quæ subitò tum offerebãtur? Ita nimirum. Si verò quis eundem per aspera atque ardua sursum traheret violenter, neque permetteret quicquam aspicerè antequam ad solis lumen extitisset, nõnne dolere ipsum & ægrè ferre dum raptaretur, existimas? & cum

ad lumen euectus fuerit, oculos splendore suffusum hærere, nihilque ex his posse contyicere, quæ vera nunc ab hominibus existimantur? Nihil certe subito. Consuetudine igitur primum opus, si supera inspecturus sit. Umbræque primum facilius intuebitur, post hæc in aquis hominum cæterorumque imagines. Ipsa verò deinde quæ in cælo sunt, & ipsum cælum nocte facilius contemplantur, dum astrorum & lunæ lumen spectabit, quàm si solè ipsum die solisque fulgorem intueatur. Proculdubio. Atque ita demum solem ipsum suspiciet, neque iam in aquis & aliena in regione Gynlacha ipsius spectabit, sed ipsum secundum seipsum in sede propria spectabitur, & qualis sit cognoscere poterit. Necessè est. Animaduertet tandem ipsum esse, qui tempora & annos tēperat, qui omnia regit, quæ sub cælo sunt, qui omnium quæ antè ab ipsis visæ sunt, modo quodam est autor. Certum est huc illum his gradibus ascensurum. Quid si habitatione pristina memoria repetat, & illorum hominum sapientiam atque vincula an non censes eum beatum se loci mutatione existimaturum, illos autem miseraturum? Et maxime quidem. Præterea si qui honores ibi inuicem exhibebantur & laudes, dabanturque præmia illi, qui transeuntia quælibet acutè cerneret, recordareturque maxime, quæ ex illis priora, quæ posteriora, quæ pariter progredi soleant, atque ex his futura optimè præfagiret, hæc desideraturum putas? beatosque illos qui apud eos honorantur & dominantur existimaturum? vel quod ait Homerus malles in alieno scilicet rure apud alium virum exigæ sortis mancipium effici, & quilibet perpeti potius quàm opinionibus istis illudi, & in ea miseria

*Verè entium
contemplatio-
ni in cæli hu-
mana hæc
contemunt
ad ea tra-
sferenda mi-
nime apti
sunt: à claris-
sima enim
luce ad hæc
inferiora se
conuertentes
quasi in dæ-
monibus te-
nebras im-
mergi vi-
dentur.*

seria versari. Arbitror eum quacunque alia
 potius quam vitam eiusmodi electurum. Tum
 & hoc considera, in qua, si hic rursus descēdat,
 & sedem quam antea nanciscatur, nonne cum
 repente à sole discesserit, tenebris offundetur?
 Vehementer. At si umbras illas discernere oportet,
 deque ipsis disceptare cum illis qui perpetuis
 vinculis pressi sunt, proferendaque sententia
 sit eo ipso in tempore, quo oculi ipsius hal-
 lucinantur, antequam acies expurgetur, quod
 quidem non breui fiet, an non risum concita-
 bit? eique ab omnibus dedecori dabitur, quod
 postquam sursum ascendit, corruptis reuersus
 est oculis? diciturque nunquam ad supera cō-
 tendendum esse, & eum qui soluere tentet, &
 sursum ducere si deprehendatur, protinus oc-
 cidendum? Occidendum certe, inquit. Tota hęc
 imago, o amice Glaucō, referenda est ad illa,
 quæ supra dicta sunt. Carcer quidem is ad eam
 quæ cernitur oculis, mundi machinā: fax verò
 ignis in specu, ad solis potentiam: postremo si
 ascensum ad supera eorumque conspectū, ritē
 ad eum qui ad intelligibilem regionem tēdit,
 ascensum retuleris, ut ego quidem spero non
 aberrabis: postquam sententiam meam audire
 desideras. Deus autem nouit an vera sit. Quæ
 igitur mihi apparent, huc tendunt. Nempe ar-
 bitror in ordine ipso intelligibili, a boni ipsius
 ideam supremam existere, vixque videri: si au-
 tē visa fuerit, asserendū eam omnibus omnium
 quæ recta & bona sunt causam esse, cum ipsa
 in loco visibili lumen creauerit, & luminis au-
 torem: in ipso verò intelligibili regnet ipsa, ve-
 ritatemque & mētem protulerit. Quam nosse
 necesse sit omnē quicunque sana mente quic-
 quam vel prauam, vel publicè est acturus:

** Boni ipsius
 Idea omnib.
 omniū qua
 recta & bo-
 na sunt cau-
 sa est in loco
 visibili lu-
 mē creauit,
 & luminis
 authorem, in
 ipso verò in-
 telligibile ve-
 ritatē & mē-
 tem protulit.*

Ita & ipse cogito utcumque possum. Age & hoc considera: neque miretis: quòd hi qui ad eum locum deueniunt nolunt humana tractare, sed ipsorum mentis acies semper ad supera dirigatur. Probabile quippe id est: si quidem superiorem imaginem sequitur. Probabile sanè. Quid autem hoc? Mirandum putas, si quis à diuinis spectaculis ad humana hæc mala prolapsus ineptior sit ad agendum, rideaturque, præsertim si antè quàm præsentibus tenebris assuescat, dum adhuc caligat, cogatur vel in iudiciis, vel alibi de iusti umbris aut simulachris illis, quorù umbræ hæc sunt, certate deque eorum qui iustitiã ipsam nunquam videntur: circa ista opinione & iudiciis differere? Nullo modo mihi adũ. Verùm si mentè quis habuerit, ² recordabitur quòd duobus modis, & duab. ex causis turbari oculi consueuerunt: & cum ex lumine ad umbram descendimus, & cum ex tenebris in lacem prodimus: eodemque modo affici animum arbitrabitur, quoties turbatum viderit, & ad aliquid cernendum hebetiorem. Ideòque haud temerè in risum prorumpet, sed diligenter inquiret, vtrum à lucidiori vita descendens, nouis tenebris obruatur: vel ab inũpientia plurima ad fulgidum spectaculum surgens sub corusco nimium splendore deficiat. Et huius quidè affectionem probabit, vitãque eius beatam fore censebit: illius miserebitur: aut si fortè eã vitã ridere velit, haud tã ineptè hunc ridebit, quàm cū qui à lumine superno deciderit. Consentaneũ Hæc igitur si vera sunt, ita de his cogitandũ est, eruditionè non esse talem qualè aliqui prædicant: pollicentur enim animo scientiã protus expectari se scientiam tradituros, quasi oculis cæ-

² Duab. de
causis turbã
tur oculi, ta
& animi.

tis visum. Proferuntur certe. ^a Præsens autem ^a *Sciētia ve*
 ratio nobis inuauit primū vim quæ est in *re entis non*
 animo cuiuscunque, deinde instrumentum, *inducit nobis*
 quo rem discere quisque potest, perinde ac si *visuione a-*
 oculum impossibile esset aliter quā vñ cum *liquas, sed cō*
 toto corpore ad clarum obiectam ex obscure *uisione ani-*
 conuertete: ita tota mente ab eo quod fit vi- *mi ab his sen-*
 que ad id quod ens dicitur, circumagere oportet, *sibilis, ortui*
 ut quod clarissimum est possit i specular- *& intertūi*
 do ferre. hoc autem ipsum bonum esse dici- *obnoxium ad*
 mus. Nempe. Ad hoc igitur ipsum eruditio *sempiternas*
 competens, erit facultas quædam animi diri- *rentū. Ideas.*
 gendi. Quo modo? Ut ipsius oculus quā fa-
 cillimè & efficacissimè conuertatur, quæ huic
 oculo aciem visumque non dabit, sed eum po-
 tius cum visum quidem habeat, neque tamen
 rectè conuersus ut, neque quò deest aspiciat,
 conuertete omni inachinatione contendet. Ita
 videtur. Cæteræ igitur quæ virtutes animæ nū
 cupantur, in hoc videntur virtutibus corporis
 similes. ^b Nam cum natura non insint, paula-
 tim consuetudine & exercitatione comparari
 videntur. ^c Sapientia verò maximè omnium
 diuinior quædā virtus existit, quæ vim quidē
 suam nunquā amittit, ab ipsa verò circundu-
 ctione utilis & conferens, aut inutilis rursus
 noxiæque euadit. An nondū animaduertisti,
 quā acutè videt celestiterque discernit illorū
 animula, qui licet mali sint, tamē sapientes ha-
 bentur, ea ad quæ conuersa est, tanquā aciem
 habeat nequaquam hebetem, sed prauitati ser-
 uire coactis sit? Atque idcirco quò acutius in-
 spicit, eò plura peragit mala. Omnino quidem.
 Si ab hoc ingenio statim à pueritia amputètur
 quæ sunt generationis affinia, ceu plūbea pon-
 dera, quæ comestionibus & huiusmodi volu-

^b Virtutes
 morales cō-
 suetudine &
 exercitatio-
 ne cōparan-
 tur.

^c Ingenij via
 & sagacitas
 à natura cō-
 tingit, sed e-
 ius usus &
 recta appli-
 catio praece-
 ptis doctri-
 na, & usu
 dirigitur.

prætibz & libidinibus, atque deliciis inhærentia mentis acie ad inferiora detorquent, confestim expeditus eius intuitus, & ad ea quæ vera sunt conuersus ipse scilicet idem & in eisdem hominibus tam acutè illa discernet, quàm hæc quibus in præsentia est intentus. Probabile est. Quid istud? Nonne probabile ac necessarium ex prædictis, neque rudes homines & veritati ignaros rempub. sufficienter administrare, neque eos qui semper in studiis literarum versati sunt? Propterea quod illi quidam finem sibi certum non proposuerunt in vita, ad quæ respicientes oportet omnia agere quæcunque agant & priuatim & publice. Hi autem haud sponte tractabunt ciuilia, existimantes se etiã hac in vita à negotiis humanis semotos, in beatorum insulis habitare. Vera narras. Nostro igitur qui condidimus ciuitatē, erit officium, optimas hominum naturas impellere ad eam quæ supra diximus maximam disciplinam, bonumque cognoscendum, adeo ut & sursum ascendant, & postquam ascenderit ac satis inspexerint, ne ipsis quod nunc cõceditur, permittamus. Quid istud? Ut in eo videlicet studio permanerent, neque velint rursus ad homines istos carcere clausos descendere, neque laborum istorum bonorumque, seu viliores, seu pretiosiores fuerint participes esse. Deinde inquit, ipsis iniuriam inferemus, cogemusque eos deteriore vitam subire, cum frui meliore possint? Oblitus es o amice, hoc legislatori curæ non esse, ut vnum quoddam genus in ciuitate in primis sit beatum, sed ut tota ciuitas. Profecto ad hoc ciues ipsos persuasione & vi conciliat, facitque ut mutuo sese adiuuent, comunemque pro vitibus utilitatē colant. Nempe legislator ciuili certum

*a Philosophi
à rerū cæle
stium & verè
entium con-
templatione
ad rerū ha-
rū inferiorū
curā & co-
gnitionē tra-
dēdi sunt, ut
ad Remp. ge-
rēdam apti
esse possint.*

homines congregat, non ut permittat vnum-
 quenque quò lubet ferri, sed ut ipsis ad copulã
 ciuitatis vtatur. Vera loqueris. Id me fugerat.
 Considera itaque Glauco, quemadmodũ phi-
 losophos qui apud nos reperiuntur, iniuria
 nulla efficiemus. ^a Sed cum cogemus eos alio-
 rum curã gerere, iure in hunc modũ dicemus:
 quòd videlicet quicumque in aliis ciuitatibus
 philosophi reperiuntur, ob hanc causam me-
 ritò administrandæ Reip. labores refugiunt,
 quia in qualibet ciuitate ipsi per se nascuntur,
 Rep. non curante. Par autẽ est ut quod per se
 nascitur, cum nulli pro alimentis acceptis sit
 obnoxium, nulli exhibeat nutrimenti merce-
 dẽ. Nos autem vos tã vobismet quã reliquis
 ciuibus, tanquã in apum examine duces ac re-
 ges creauimus, melius perfectiũsque quã apum
 reges eruditos, aptioresque ad vtrãque curam
 suscipiendam, descendere ergo vicissim debetis
 singuli in aliorũ hominum certũ, & ad obscu-
 ra inspicienda assuefieri. ^b Nam cum assuefa-
 cti fueritis, multò acutius illa cernetis, quã
 qui in eis quotidie obseruantur, & quælibet
 simulacra quæ & quorũ sint agnoscetis, vt qui
 reuera noueritis quæ honesta, iusta, bonãve
 sint. Atque ita nobis vnã ac vobis ciuitas quasi
 vigilantibus rectẽque sentientibus coletur, nõ
 tanquã somniantibus, quemadmodũ nunc plu-
 rimã habitantur, ab his videlicet, qui de um-
 bris inter se decertant, deque principatu tan-
 quã maximo bono contendunt. Veritas autẽ
 ita se habet. ^c Ciuitas profectò in qua ciues ad
 expetẽdos magistratus minimẽ ambiciosi sunt,
 & prõpti sunt, optimẽ & procul à seditionib.
 permanet: contra verò, quæ aliter affectos ha-
 bet ciues. Sic est profusus. An reueniet monitus

^a Quib. ra-
 tionib. per-
 suadendum
 sit, verũ Phi-
 losophũ vñ
 ad Rẽp. gu-
 bernandã,
 hisce reb. in-
 feriorib. ali-
 quid tempo-
 ru & opera
 impendant.

^b Philosophi
 in hisce reb.
 inferioribus
 aliquantulũ
 exercitati
 aptiores sunt
 ad iudican-
 dũ quid ius-
 tũ & bonũ
 sit, quidve
 cõtra, quã
 y qui cele-
 stia & verã
 entia nun-
 quam contẽ-
 plantur.

^c Ciuitas ab
 ambitione
 remota sedi-
 tionib. caret.

nostros alumni, cū hæc audiverint? nolentque vice sūm singuli civitatis administrationē suscipere, sed in contēplationis otio diutius cōmorari? Minimè. Nā iusta viris iustis præcipimus. Sed omnino tanquā ad rem necessariam ad magistratum accedet eorum quisque, contrā ac illi qui nunc in singulis civitatibus dominantur. Nempe sic res se habet, o amice. Si vitam inueneris eorū qui magistratibus præfuturi sunt, ipso magistratum munere meliore, tunc primū tibi optimè instituta civitas

* *Sapientia non opibus abundantes magistratus feliciem reddunt civitatem.*

elucebit. In ea si quidem sola verè diuites dominabuntur: non auri dico, sed cuius oportet virum beatū, diuitē esse, vitæ probæ atque prudentis. Sin autem inopes, bonisque propriis vacui ad Rēp. accesserint: bona illinc rapere cupientes, civitas illa felix esse non poterit. Nam ubi de principatu contenditur, cum proprium hoc sit & intestinū bellum, tū eos qui ita pugnant, cum reliquā civitatem perdit. Vera narras. Habes aliquos qui civiles honores spernāt, præter veros philosophos? Non per Iovem. At enim magistratus dandi sunt hominibus imperij minimè cupidis: alioquin similtas inter amulos orietur. Certè. Quosnam igitur alios ad custodiam civitatis induces, præter eos qui optimè hæc intelligunt, per quæ ritè civitas colitur, habentque & honores alios, & vitam civili præstantiorem? Nullos equidem alios.

Rursum agitur de educatione & institutione natura ad Philosophiā, & regendā Remp. apta nata: ubi declaratur

Vis ergo nunc inquiramus, quo pacto tales in civitate viri evadant? & qua ratione eos aliquis in lumen educat? quemadmodum ab inferis ad deos ascendisse aliqui memorantur. Quidni velim? Hæc, ut videtur, non erit resq̄ resolutio, sed animæ circumductio à

nocturno

nocturno quodam die ad eius quod verè est
 contemplationem. Quem quidè ascensum ve-
 ram philosophiam esse dicimus. Omnino. An
 non inuestigandù est, quæ disciplina potissi-
 mum hanc habeat facultatem? Quidni? Qua-
 nam igitur erit, ò Glauco, disciplina, per quam
 animus ex his quæ fiunt, ad ea quæ verè sunt,
 reducatur? Nunc interim dum loquor cogito.
 Nónne enim eos esse belli athletas diximus,
 sed necessàrium dum iuvenes sunt, tales esse?
 Diximus planè. Oportet ergo hanc præterea
 superiori addere disciplinam quam quæri-
 mus. Quam potissimum? Quæ scilicet non
 inutilis sit bellicosus hominibus. Oportet fa-
 nè, si quidem est possibile Gymnastica porrò
 & musica in superioribus à nobis sunt erudi-
 ti. Ita prorsus est actum. ^a Gymnastica quidem
 circa id quod augetur & deficit, versari vide-
 tur. Nam incrementù corporis & decrementù
 considerat. Apparet. Hæc ergo non erit ea
 quæ quærimus disciplina. Nò. An fortè genus
 illud musicæ, quod suprà narrauimus? ^b At e-
 rat illa quidè, si tenes memoria proportione
 quadam gymnasticæ correspondens, consuetu-
 dine moribusque custodes erudiens, præben-
 que secundum harmoniam, compositionem
 & concinnitatem quandã potius quàm scien-
 tiam, & secundum rythmum modulationem,
 numerosamque decentiam. Quinetiam in o-
 ratione alia quædam generis eiusdem conti-
 net, tam quò ad fabulosos sermones, quàm
 quò ad veros. Cognitio verò talis cuiusdã bo-
 ni, quale tu nunc inuestigas, in ea nulla prorsus
 existit. Diligenter admodum me cõmonu-
 sti. Nam reuera tale nihil habere cõperta est.
 Caterùm, ò beate Glauco, quanã talis erit fa-

^a Gymnasti-
 ca vsus.

^b Musica dè
 disciplina v-
 sur in insti-
 tutione custo-
 du.

cultas? Etenim artes mechanicæ, illiberalésque omnes esse quodammodo visa sunt. Quidni? At verò, quænam alia præterea restat doctrina à Musica, & gymnastica, artibusq; diuersa? Age itaque si nihil ab his seorsum accipere possumus, aliquid saltè ex iis quæ per omnia diſcurrunt, accipiamus. Quidnam? Cômune scilicet illud quo omnes vtuntur artes, discursus, atque scientiæ, quod cuique in primis necessariò est dicendum. Quale istud? Leue hoc & puerile, cognoscere scilicet vnũ, duo, tria, quod summam numerũ & computationem voco.

*a Naturali
Arithmeti-
ca omnib. ar-
tib. necessa-
ria.*

*b Irridentur
Tragicis qui
in tragædiis
Palamedis
tribuunt
quòd nume-
ri inuentor
fuerit.*

a An non ita natura cõparatum est, vt omnis ars atque scientia cogatur horum particeps fieri? Et maximè quidem. Nonne res bellica etiam? Necessarium est omnino. *b* Ridiculum ducem Palamedes Agamemnonem fuisse passim in tragædiis ostendit. An ignoras quòd se profitetur numeri inuentorè, asseritque apud Troiã belli acies ordinasse, nauésq; & reliqua omnia numerasse, quasi horum numerus antè fuisset incognitus, & Agamènon, vt videtur, neque quot pedes haberet, agnouerit? siquidè erat cõputationis ignarus. Qualem itaque tũc fuisse ducem existimas? Absurdum equidè, si vera hæc erant. Necessariam ergo numerorum cognitionem militi esse dicemus, vt & numerare & computare valeat. Maximè omnium, si modò ad ordinandas acies omnino rudis esse non debet. Imo verò si homo futurus est. An tibi in hac disciplina quòd mihi venit in mentem? Quid? *c* Videretur natura ex eorũ numero esse, quæ ad intelligentiam homines eleuant, qualia nos perquirimus. Cũque talis sit vt omnino mentè ad essentiã attollere possit, nemo vt decet hac vtì cognitione videtur.

Qua

Qua ratione id ais? Conabor equidem sententiam tibi meam explicare. Animaduerte obsecro quemadmodum mecum ipse genera rerum ita distinguo, ut quaedam ad intelligentiam ducant, qualia nos dicimus, quaedam minimè: & quae dicam ipse audiens confirma, vel nega, ut clarius dignoscamus, an hoc tale sit, quale vaticinor. Ostendit iam. Ecce ostendo: si modò res quae sensus mouent, vides partim tales esse, ut ad considerandum intelligentiam minimè prouocent, ut pote quae sufficienter sunt à sensib. iudicatz: partim tales ut prouocent, quasi sensus in eis nihil syncerè diiudices. Quae procul admodum prospiciuntur dicis, & quae quodammodo adumbrata sunt. Haud satis quænam dixerim coniecisti. Quænam igitur? Ea portò inquam mentem minimè prouocant, quaecunque in contrarium simul sensum non incidunt. Quae verò incidunt in contrarium, prouocant, postquam sensus non hoc magis quam contrarium monstrat, siue e minus seu cominus intueatur. Sic autem quod dico, magis tibi patebit. hos utique tres esse digitos dicimus, pollicem, indicem, ac mediū. Planè. Ita me loqui existimato, quasi proximè videantur. Atque id in ipsis considera. Quid? Digitus quidem esse similiter quisque eorum apparet, atque ad hoc nihil interest, siue medius offeratur, siue postremus, albus seu niger, crassus aut tenuis, & quicquid generis eiusdem. In omnibus siquidem huiusmodi non cogitur animus intelligentiam ad disceptandum prouocare, quid è multis sit digitus. Neq; enim aspectus ipse simul significauit digitum aliud esse quam digitum. Non certè. Meritò igitur quod tale est, mentem nec mouebit, nec excitabit. Meritò. Ipsorum verò

a Sensus qui duo obiecta contraria simul sentiunt & percipiunt animum prouocant ad inquirendam rei essentiam: ut quæ quis simul duas res videt, quarum altera magna, altera parua est vel quæ tactu duo simul tangit quorum vnum graue vel frigidum alterum leue vel calidum est, aut quæ eadem rem qua simul dura & molis est.

magnitudinem & paruitatem nunquid aspectus satis cernit? nihilque ad eum refert, siue in medio quædam illorum iaccant, siue in extremis? Eodemque modo crassum, tenue, vel molli-
 tiem & duritiæ tactus ipse? Atqui & alij sensus nunquid non imperfectè talia quædã declarant? Vel sic agit eorũ quisque? Nam primũ quidẽ sensus qui ad durum attinet, cogitat & ad molle pertingere animoque ita renuntiata quasi idẽ & molle & durum esse senserit. Ita certè. An non necessarium est in rebus huiusmodi animũ dubitare, quid significet duri hic sensus, siquidem idem molle insuper asserit? Item sensus ipsius grauis & leuis, quid graue & leue, si leue graue esse & graue leue significat? Absurdè profectò hæc ad animum interpretationes deueniunt, & consideratione indigent. Metiò igitur in his rebus primò quidẽ animus nititur rationem & intelligentiam prouocans considerare, nunquid vnum, aut duo sint singula quæ nuntiantur. Cur nõ? Nõne si duo apparent, alterũ & vnũ apparet vtrunque? Ita Si ergo vnũ vtrunque, ambo autem duo, separata duo intelliget animus. Nã si indistincta perceperit, non duo, sed vnũ intelliget. Rectè. * Magnum quidem & paruum, aspectum videre dicimus, non discretum aliquid, sed confusum, an non? Planè. Propter huius autem declarationem, magnũ rursus & paruum intelligentia cogitur intueri, non confusa, sed distincta potius contrã ac sensus. Vera loqueris. Hinc ad sciscitandũ protinus incitatur, quid magnũ sit, quid paruum. Maximè verò. Atque ita aliud quidem intelligibile, visibile aliud nũcupauimus. Scitè admodum. Hæc sunt quæ nuper differere aggressus sum,

a Quum visus duo simul videt quorum alterum magnũ, alterum paruum, magnũ & paruum simul tanquam vnũ aliquid confusum intuetur: unde prouocatur, animus ad hæc duo non amplius confusè sed distinctè consideranda.

sum, quòd videlicet quædã animũ ad intelli-
gentiam erigunt, quædã minimè, quòdve c^a
erigunt, quæ in sensus vnà cum suis contrariis^s
incidant: quæ verò non ita, mentè non susci-
tant. Intellico iam, atque ita mihi videtur.
Quid verò numerus & vnũ? Vtro in genere
tibi esse videntur? Haud intelligo. At ex suprã
dictis animaduerte, si enim sufficienter ipsa
per seipsum inspiciatur, aut alio quæpiã sensu
vnũ comprehenditur, haudquaquã ad essen-
tiam mentè deducit, quẽadmodum de digito
diximus, sin autem aliquid semper contrariũ
illi simul suboritur, adeò vt nihil magis vnũ
quàm contrarium videatur. disceptatoris ac
iudicis iam indiget, cogitũrque in ea animus
dubitare atque perquirere, & mouens in sei-
pso intelligentiam, sciscitari quĩdam vnũ
ipsum, est. Atque hoc pacto vnus disciplina ^a *Quicquid*
& cognitio ex eorum numero erit, quæ attol- *videtur id*
lunt animum, conuertũtque ad eius quod *vt vnũ*
verè est, contemplationem. ^a [At enim tale *& multa si-*
nonnihil habet visus circa idẽ. Simul nanque *mul in sen-*
idem vt vnũ cernimus, & vt multitudinem *sus incur-*
infinitam.] Si vnũ id patitur, idem omnis *rit.*
numerus patietur. Absque dubio. Enimverò ^b *Concl. A-*
computandi & numrandi scientia omnis cir- *rithmetica*
ca numerũ. Maximè. Hæc autem ad veritatẽ *pertinet &*
conferre videntur. Mirum in modum. ^b Hæc *& prodes-*
itaque disciplina ex earum genere erit quas *ad essentia*
quærimus, militi quidẽ cognitu maximè ne- *inuestigatio*
cessaria ad acies ordinandas, philosopho autẽ *nem.*
vt è fluctibus generationis emergat, essentiam ^c *Ad quid*
que attingat, sine qua disciplina computare ra- *utilis Arith-*
tiocinariq, non poterunt. Est ita. Custos autẽ *metica cu-*
noster & miles est & philosophus. Nempe. *stodi cuncta-*
^c Conueniens vtique institutio erit, o Glaucò, tu.

persuadere illis qui maximis ciuitatis mun-
 ribus functuri sunt, vt se ad cōputandi scien-
 tiam conferant, neq; leniter eā attingant, sed
 persequantur quoad ipsa mente ad numerorū
 naturam contemplandam perueniant. nō ven-
 dendi emēdīq; gratia, tanquā mercatores vel
 caupones: sed vt ad bellū instructi sint, facilitē
 que animum à generatione ad veritatē essen-
 tiāmque cōuertant. Præclare loqueris. Atqui
 his ita de ratiocinandi disciplina dictis, equi-
 dem mecum ipse cogito quā numerorum
 cogitatio decora sit vtilisque nobis passim ad
 id quod volumus, si quis eam cognoscendi, nō
 cauponandi gratia sequitur. Qua ratione? Hoc
 ipsum inquā, quod modò diximus, quòd vide-

*a Corpora
 qua viden-
 tur & attrē-
 ctantur non
 sunt unita-
 tes, quales
 ab Arith-
 metici consi-
 derantur.*

licet vehementer subleuat animū, ^a de que ipsis
 numeris differere cogit, nullo modo admit-
 tentē si quis disputando pro numeris corpora
 quæ & videntur & attrēctātur, induxerit. No-
 sti enim quemadmodū qui in his periti sunt,
 quoties aliquis ipsam vnum verbis diuidere
 nititur, subrident protinus, neq; hoc tolerāt:
 Verūm si tu secas ipsi multiplicant, cauentes
 nequando ipsum vnū non vnum appareat, sed
 particula plurimā. Vera loqueris. Quid igitur
 existimas, o Glaucō, si quis eos ita percontē-
 tur, o mirifici viri, quibus de numeris disputa-
 tis, quibus vnū tale inest, quale vos traditis, ^a

*b Numeri cō-
 siderantur
 ab Arith-
 metico, qua-
 reus cogita-
 tione & in-
 tellectu per-
 cipiantur.*

quale scilicet vnumquodque est, & omne pe-
 nitus omni, neque minimo quouis discrepans
 partē tamen nullam continens in seipso quid
 inquam, eos ad hæc existimans responsuros?
 Reor equidē responsuros illos, ^b de ipsis se nu-
 meris loqui, qui cogitari duntaxat possunt, a-
 liter autem attrēctari nequaquā. Cernis igitur,
 o amice, hæc reuera peritiā huius disciplinæ

nobis

nobis necessariam esse? quando quidem ut apparet animum ad hoc inducit, ut ipsa intelligentia utatur ad veritatem ipsam percipiendam. Vehementer id efficit. Quid autem? an & hoc aduertisti, quod homines natura arithmetici ad omnes doctrinas, ut ita dixerim, acuti videntur? Quinetiam si qui ingenio tardiores huic se studio dederint, si nullam utilitatem aliam susceperint, tamen hoc assequuntur, ut acutiores quam antea sint. Sic est: Sed enim haud facile multa reperies, ut existimo, quae maiori cum difficultate quam ista discantur. Non profecto. Propter omnes quas adduximus rationes, haudquaquam negligenda haec sunt, sed in his praecipue erudiendi qui optimis sunt ingenii. Assentior equidem. Hoc itaque nobis ita positum sit: post hoc quod huic proximum est, consideremus nunquid nobis conducatur. Quid istud? num Geometriam dici? Hanc ipsam.

^b Quatenus enim ad bellicam rem confert, eatenus certe nobis conuenit. Nam ad castra ponenda, regionem occupandam, colligendas turmas, vel etiam spargendas, & ad omnem dirigendi exercitus rationem, qua tum in ipsa dimicatione, tum in itinere uti solent, permultum interest Geometricumne aliquis sit, an non. Ad haec utique, exigua quaedam Geometriae Arithmeticaeque, particula sufficit. Inquirendum est autem, utrum diuturnius studium vberiorque perceptio conferat ad ideam boni facile dignoscendam, conferunt vero ad hoc omnia, quae animum illuc conuertunt, ubi est essentia beatissimum, quod ipsi est penitus cognoscendum. Recte. Ergo si essentiam intueri Geometriae studium cogit, conuenit quidem: si nauem generationem non conuenit. Ita dicimus.

^a Qui sunt Arithmetici natura ad omnes doctrinas acuti videntur.

^b Geometria ad quid uti sit se vno politico.

Profectò nobis hoc non negabunt quicumque vel paululum quid Geometrię gustarunt, quia hæc scientia contra omnino se habeat quàm de ea loquantur, qui in ipsa versantur. Quònam pacto? Quippe ridiculè admodum & quasi coacti saepe loquuntur. * Nam velut operatores quidam, operisque gratia verba faciunt, dum & quadrare aiunt, & producere, atque addere, ceteraque similiter. Doctrina verò hæc omnis cognitionis gratia quaeritur. Sic est omnino. An non id quoque nobis est concedendum? Quid? Quod quaeritur cognoscendi illius gratia quod semper est, non eius quod & oritur quandoque & interit. Concedendum planè: nam Geometria eius quod est semper cognitio est. Attollet igitur, ó generose vir, ad veritatem animum atque ita ad philosophandum præparabit cogitationem, ut ad superiora conuertamus, quæ nunc contra quàm decet, ad inferiora deiciamus. Quàm maximè fieri potest. Quàm maximè igitur præcipiendum est, ut qui præclarissimam hanc habitant civitatem, nullo modo Geometriam spernant: nam & quæ præter ipsius propositum quodammodo esse videntur, haud exigua sunt. Qualia? Quæ tu circa rem bellicam commemorabas. Scimus quinetiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino, attigerintne Geometriam aliquis, an non. Profsus. Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam iuuenibus proponamus. An tertio in loco ponemus. Astronomiam? Quid censes? Ponendam equidem, nam opportunitates mensium, & annorum sentire non minus rei militari quàm agriculturæ navigationique convenit. Quàm mihi gratus es.

Nempe

** Geometria
quomodo cõ
sideras res
sibi subiectas*

*d Astrono-
mia vtilitas*

Nempe veteri videris, ne multi te putent inutilis disciplinas inducere. Est autem non leue istud, sed difficile admodum persuadere, quòd ex huiusmodi disciplinis instrumentum quoddam cuiusque animi expurgatur reuiuiscitque, quod antè ex aliis studiis infectum occaecatumque fuerat, cum potius id seruandum sit, quàm oculorum corporis decem milia. Solo enim hoc inspicitur veritas. Eis ergo qui idem hoc sentiunt, mirum in modum bene loqui videberis. Qui autem id nunquam excogitarunt, merito nihil te dicere arbitrabuntur. aliam enim ab ipsis utilitatem aestimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu videris vtiis cum potissimum disleras. An fortè cum neutris, verùm tui gratia maximè verba facis neque tamen vlla detineris inuidia, si quis aliquam ex his utilitatem capiat. Hoc potius eligo, mei scilicet gratia in primis interrogando & respondendo dislerere. Age igitur inquam, retrogredere: nam nunc haud rectè quod Geometriam sequitur accepimus. Quare? Quia post planum, statim & solidum illud quod circumfertur accepimus, antequam ipsum per seipsum comprehendere. Decet autem statim post augmentum secundum, tertium capere, est autem hoc circa cuborum augmentum, atque id quod profunditatis est particeps. Est certè. Sed hæc, o Socrates, nòdum reperta videntur. Huius duæ sunt causæ, quia videlicet nulla in ciuitate hæc honorantur: & cum inuentu difficilia sint, haud ardentè quæruntur, & qui ista perquirunt, duce indigent, sine quo minimè reperirent. Quem esse primò difficile est: deinde etiam si sis ut nunc fetes habet, qui hæc indagant, fastu elati no-

a Stereometria Geometriam proximè sequitur & quodnam eius subiectum curque non sit exculta.

quaquam parent. Sin autē ciuitas tota huic
 operi præsideat, honorificè deducens, & isti
 obtemperabunt quidem, & hæc assidue sum-
 maque contentione discussa clariora erunt.
 Quippe etiam nunc, quanquam & vulgus hæc
 contemnat & infirmet, & qui hæc perscrutan-
 tur, qua ratione vilia sint ignorant, tamen vi
 gratiæ cuiusdam valent. Neque mirum si hæc
 ita apparuerint. Nempe quod gratum est, in-
 quit, etiam excellenter. sed mihi apertius quæ
 nunc dicebas explana. Studium quod circa
 planum versatur, Geometriam vocabat. E-
 quidem. Post Geometriam continuò Astro-
 nomiam ponebas. Sed paulò post retro retu-
 listi pedem. Enimverò inquam, quò magis
 propero, eo peruenio serius. Nam cum mox
 illi succederet facultas illa quæ de augmento
 in profundum agit, quia ridicula eius habetur
 inuestigatio, eam transgressus post Geome-
 triam, Astronomiam protinus atigi, quæ in
 profundi ipsius agitatione consistit. Probè lo-
 queris. Ergo quarto in loco ponamus Astro-
 nomiam, tanquam adsit ea facultas quæ nunc
 fuerat prætermittenda, si modò in ciuitate suscipia-
 tur. Sic decet. Atque eam Astronomiæ lauda-
 tionem, ô Socrates, in qua tu me interpellasti,
 quasi importunè ipsam extollerem, nunc quia
 mecum sentis, prosequor. Nam cuique patere
 existimo hanc animi oculos ad superiora di-
 rigere, & hinc illuc ipsum perducere. Fortè
 hoc omnibus præterquam mihi perspicuum.
 Quoniam mihi quidem non ita videtur. At
 quònam modo? Vt nunc quidem eam tractât,
 qui philosophiæ ipsam iungunt, ad inferiora
 deiicere animi oculos mihi videntur. Qua ra-
 tione id ais? Non ingeniosè mihi videris te-
 cum

cum ipse supernorum intelligentiam defini-
 re. Constat enim quod si quis laquearia variis
 coloribus depicta suspiciens quicquam perce-
 perit, eum non oculis intueri, sed intelligere ar-
 bitraberis. Ac fortè rectè sentis, ego autem i-
 neptè. Reor equidem nullam aliam discipli-
 nam ad supernam inspectionem animum ex-
 citare, nisi eam quæ circa essentiam, & id quod
 videri non potest versatur. Quod si quis sur-
 sum inhians, aut conuersus deorsum, sensibili
 aliquid percipere studeat, discere ipsum ne-
 quaquam assero: scientiam enim adipisci hunc
 nego, & eius animum non sursum, sed deor-
 sum aspiciere censeo, etiam si resupinus in terre
 littore, vel maris equore iacens, quicquam ² *Vera A-*
 perceperit. Haud iniuria me corripuisti. *Ave-
 rum quæ ratio dicendæ Astronomiæ præter eam cælestia cor-
 quam isti sequuntur, si eius nobis cognitio pora, ipso-
 sit ad ea quæ dicimus profutura? Hec vique, rumq; adeo
 Existimandum est has quæ in cælo sunt variæ motus intue-
 tates, quandoquidem in loco visibiles sunt, si tur, nō ut in
 cum cæteris huiusmodi comparentur, optimè in qua vidē
 integerrimèque dispositas: sin autem cū veris, tur habeant,
 lōgè deficere. Veras inquam varietates & mo sed ut ex his
 tiones, quibus ipsa quæ verè est velocitas, & i- visibilib; ve
 ipsa quæ verè est tarditas, in vero numero, ve- rē entium mo
 risque figuris omnibus & inuicem feruntur, tur & pro-
 & quæ insunt ferunt. Quæ quidē omnia ratio gressiones in
 ne & cogitatione comprehendi possunt, visu telligat.
 verò nequaquam: idne existimas? Idē pròr-
 sus. Nōne igitur cælestium varietate vtendū
 est, velut exemplo quodam ad supernarū rerū
 cōtemplationē perinde ac si quis videat figu-
 ras à Dædalo, vel alio artifice, vel pictore egre-
 giè compositas & elaboratas. Nempe si esset is
 qui eas videt Geometriæ peritus, artificium i-
 psum laudaret, ridiculū tamen esse censeret, si*

quis attentius talia consideraret, tanquam in ipsis veritatem æqualium, vel duplorum, vel alicuius proportionis alterius reperiturus. Cur non absurdum id videatur? Idem quoque futurum putare debemus verum Astronomū, quando motus syderum intuebitur: arbitraturum scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est, quàm pulcherrimè ab ipso cœli conditore & cœlum ipsum & quæ in eo sunt, fabricata: absurdum tamen existimaturum, si quis noctis ad diem comparationem, horūque ad mensem, mensisque ad annum, & aliorum astorum inuicem & ad ista, semper similiter fieri censeat, neque vnquam quoquo modo mutare tenorem, cum & corpus habeant & videantur, quarātque in his omni studio veritatem. Mihi certè in præsentia te audienti idem videtur. Itaq; propositionibus utemur vt in Geometria, ita & in ipsa Astronomia: & quæ in cœlo sunt, dimitemus, si modò ita percepturi sumus Astronomiam, vt quod in nobis sapientia compos natura existit, vtile ex inutili efficiatur. Quantò amplius laborum imponis astronomo, quàm hodie impenditur vulgo? Arbitror autem & alias nos præcipere eodem modo debere, si qua ex nobis tanquam legum conditoribus sit utilitas prouentura. At quam nunc ex conuenientibus disciplinis commemorabis? Nullam ad præsens habeo, quam commemorem, inquit Attamen non vnā tantum, inquam ego, sed plures species motus nobis præbet. Omnes quidem depronare, qui sapiens est, poterit. Quæ verò, mihi occurrunt duæ sunt. Quales? Vna quidem Astronomiæ consimilis & æquipollens. Qualis inquam? Quemadmodum ad Astronomiam oculi, sic ad

ad harmoninum motum videntur aures fabricata. Unde & has inuicem esse germanas scientias, & Pythagoræi putant, & nos, ô Glauco, assentimur. Vel quidnam agemus, inquam ego? Ita profusus, inquit. Nonne quia multum est ipsorum opus, eos percontabimur, quo pacto de ipsis loquantur, & nunquid aliud præter ista, nos autem ad hæc omnia nostrum illud seruabimus? Quid? Nequando dent operam, vt nostros alumnos quicquam ex his minus perfectum doceant, quod non illuc tendat semper quod proficisci omnia debent, quemadmodum paulò antè de Astronomia narrauimus. An ignoras quod circa harmoniam tale aliquid agunt? Nam dum concentus & tonos qui percipiuntur auribus, metuntur, & comparant irritò labore, quemadmodum Astronomi, tempus conterunt. Per deos inquit, ridiculè admodum isti crebrius voces frequentant ingemiantque, & aures propius admovent, velut è viciniori loco vocè ipsam venaturi. Atque eorum alij dicunt in medio adhuc sonitum aliquem se audire, minimùmque esse interuallum hoc, quo metiri quis debeat: alij verò ambigunt, quasi sonus iam similis audiatur: & utriusque aures menti præponunt. Tu verò, inquam ego, rudes illos dicis, qui chordas torquent & vexant, & clauiculis (tum intendendo, tum remittendo) violenter extendunt. Sed ne longius similitudo in pulsatione quæ plectro fit & illa iactantia peruiacaciæque chordarum accusanda prouehatur, imagini huic finem imponam, & non censeo te hos dicere, sed illos quos modò diximus, harmoniam prælaturos esse. Nam idem faciunt quod & illi qui in Astronomia versan-

Musica, qua harmoniæ nomen est motu considerat verus & legitimus vsus.

tur. Nemp̄e numeros eos sectantur, qui in concentibus ad aures pertinentibus insunt. Sed ad inuestigandum inde non transeunt, qui consonantes numeri sint, qui non, & quam ob causam vtrique sint tales. Rem egregiam naras. Adde & vtilem ad boni ipsius pulchrique indaginem quæ si aliter quæratatur, sit prorsus inutilis. Probabile istud quidem. Arbitror autem supradictorum omnium tractationem, si mutuam ipsorum communionem cognationemque atigerit, inuestigaueritque qua secum ista inuicem ratione cohærent, ad ea quæ expetimus conducturam, neque frustra in his homines, sed vtiliter admodum versaturos: inutiliter autem, si aliter actum fuerit.

a Nisi quis possit accipere & reddere rationes nihil unquam sciet.

b Verè Dialectici hoc est. Metaphisica mens se habet ad verè entia & intelligibilia ut oculus eius qui ex speculo de quo supra prodit, cõfirmatus aspiciendum Solis simulachrum in aqua se habet ad ipsum Solis corpus quod iam inueneri potest.

Atqui & ego ita vaticinor, sed magnum est quod iubet. *o* Socrates. Quid? prociuum, inquis an aliud quiddam? An ignoramus hæc omnia ipsius legis, quam discere decet, prociuum esse? nondum enim dialectici de his rebus disserere tibi posse videntur. Non per lonem, nisi per pauci quidam, eorum in quos ego inciderim. At enim nisi quis, inquam, & accipere possit & reddere rationem, nūquam sciet quicquam eorum quæ esse dicimus cognoscenda. Nunquam prorsus. Nonne hæc iam lex est, *o* Glaucō, inquam, quæ disserendi artem terminat, quam rursus intelligibilis cum sit, ea vis imitatur aspectus, *b* quam supra diximus ad ipsa iam animalia sese conuertere, & ad stellas, & ad ipsum denique solem? Haud secus cum quis ad disserendum se confert absque sensibus omnibus ratione duntaxat ad ipsum quod est, quodlibet nititur: qui si non destiterit prius, quàm ipsum quod est bonum, intelligentia ipsa perceperit, tunc demum ad finem

intelligibilis ipsius ita peruenit, ut ille alter ad visibilis finem accessit. Omnino sic accidit. Nónne dialecticam hanc progressionem vocas? Quid prohibet? Atqui quemadmodum solutio illa à vinculis, conuersioque ab umbris ad simulachra ac lucem & ex antro ad solis lumen exitus ibique animalium & plantarum inspectio, solisque & siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum intuitus, ipsum quod in corporibus est clarissimum ad id conuertunt, quod est in corporali & visibili regione omnium fulgentissimum: Ita omnium supradictarum artium studium deducit animum per umbras non simulachrorum, sed eorum potius quæ verè sunt, diiudicareque eas facit, ad aliud quoddam lumen tanquam ad solem habetque vix quandam extollendi id quod est in animo præstantissimum, ad contemplationem eius quod in ordine rerum est optimum. Equidem sic accipio: quanquàm mihi talia hæc esse videntur, ut neque facile admitti possint, neque facile reici. Veruntamen cum non in præsentia solùm audienda, sed deinceps sepius repetenda sint, his ita positis, ut nunc traditum est, ad ipsam iam legem deueniamus, atque ita eam percurramus, ut præcæmium iam transeginus. Quare dicam amabo, quis potentia differendi modus, & quas in species distribuitur, & quæ viæ sint: hæc namque sunt, ut videtur, quæ illuc perducunt quò quisquis peruenierit, illic demum tanquam in itineris termino requiescet. Nondum, ô amice Glauco, assequi poteris. Profectò quatum in me est, nihil tibi deerit studij, quo voti compos efficiaris. Neque imaginem amplius eius quo de agimus, sed rem ipsam veram

2 Supra dicta scientia Mathematica speculantes verè entium simulachra sunt gradus per quos Metaphysica peruenit ad ipsorum verè entium, & eius quod entium est longè optimum & maximū nō pe Dei cognitionem.

a *Aremo-*
tione par-
rium osten-
dit solā Dia-
lecticā hoc
est Metaphy-
sicā perueni-
re ad verū
Entiū cogni-
tionē & scie-
tia: artei eō
non posse as-
pirare l. qui-
dō notū est.
Mathemati-
ca verō non
possūt ad ve-
rū Entiū cer-
tā sciētiam
peruenire
quia hypo-
thesi. & sup-
positionibus
utuntur,
quae proba-
re nō possūt.
 b *Mathema-*
tica discipli-
na non sunt
scientia, sed
didactici v. s.
discursus &
ratiocinat.o-
nes.

qualis mihi videtur, aspicias. Vtrum autem
 reuera talis sit, necne, haudquaquam affirma-
 re decet. Sed illud duntaxat asseuerandum,
 quod tale aliquid est cognoscendum, nōne?
 Nihil prohibet. Quinetiam & istud, quod so-
 la differendi facultas homini in his quae di-
 ximus, erudito id ostendet. Aliter verò co-
 gnosci penitus impossibile. Hoc quoque asse-
 uerandum. Nemo autem aduertabitur nobis
 dicentibus, quòd differendi facultas duntaxat
 conatur ordine certo circa vnumquodque
 quid ipsum sit inuenire. * Si quidem caeterae
 artes, aut opiniones hominum cupiditatisque
 respiciunt, vel ad generationes & composi-
 tiones, vel ad culturam eorum quae generantur
 & componuntur. Reliquae verò quas di-
 ximus, verarum rerum quoquo modo parti-
 cipes esse, Geometria scilicet, eiusque comi-
 tes, circa ipsam essentiam quodammodo som-
 niant, syncerè autem quicquam ab illis cer-
 nere impossibile est tantisper dum suppositio-
 nibus utuntur, easque ratas & immobiles aded
 seruant, ut illarum rationem reddere nequeat.
 Nam vbi principium quidem ponitur id quod
 est ignotum, finis autem & media ex ignoto
 tracta inuicem connectuntur, collectam inde
 assertionem quoniam pacto scientiam vocem-
 mus? Nullo. Dialectica verò sola sublatis sup-
 positionibus omnibus, ad ipsum principium
 ut compertum habeat, pergit, ac reuera animi
 oculum cæno barbarico obrutum, paulatim
 sursum trahit, ac ducit tanquam adiutricibus
 ac ministris quibusdam utens his artibus quas
 narrauimus. b Eas porò nos saepe scientia
 propter consuetudinem nominauimus. Indi-
 gent autem alio nomine clariore quidem quā
 sit

fit opinio: obscuritate verò quàm scientia: Cogitationem certè nos in superioribus earum notionem cognominavimus. Neque tamen est de nomine controuersia inter eos quibus de rebus tantis, quantis nobis ad præsens disceptatio est. Non certè, nam solam exigunt ad rectum habitum interni conceptus expressionem. Placet igitur quæmadmodum supra, primam partem vocare scientiam, secundam cogitationem, tertiam fidem postremam imaginationem vel assimilationem. Et ambo illa simul intelligentiam, hæc autem ambo simul opinionem: & opinionem quidem circa generationem, intelligentiam verò circa essentiam esse. Quod autem est ad generationem essentia, id ad opinionem intelligentia, quòdque intelligentia est ad opinionem, id & ad fidem scientia, & ad imaginem denique cogitatio. Comparationem verò illorum in quibus ista versantur, diuisionemque vtriusque geminam, opinabilis scilicet intelligibilisque à Glauco, omittamus, ne prolixior de his oratio quam de superioribus habeatur. Equidem quantum mea mens potest, reliqua consequi licet. An non dialecticum vocas eum, qui rationem cuiuslibet capit essentia? Illum verò qui hanc rationem non habet, quatenus nec sibi, nec alteri potest reddere rationem, eatenus intelligentiam circa hoc habere negabis? Certè nõ aliter est dicendum. De bono etiam similiter iudicandum. Nam quicumque boni ideam ratione definire non potest à cæteris omnibus eam distinguens, & tanquam in prælio per omnes confutandi modos penetrando, cætera cuncta reiicere, non secundum opinionem, sed secundum substantiam arguens & refellens,

**Reddit causam cur Methodus Physicam Dialecticam nomine appellat.*

pérque hæc omnia stabili & inconcussa progredi ratione: hunc tu ita affectum, neque bonum ipsum dices cognoscere, neque aliud quiddam bonum, verum si quod forte simulachrum attigerit, opinione potius quam scientia illud attingere, atque hac in vita in somniis dormitantem illudi, & antequam experigiscatur, ad inferos descendentem, extremo tandem occupari sopore. Per Iouem omnia hæc prorsus alleuet abo. Ceterum liberos tuos quos nunc oratione alis & instituis, si quando re ipsa erudires, ut arbitror, non permitteres maximaram rerum in ciuitate potestatem habere, dum linearum instar non possent cuiusque reddere rationem. Non certe. Legem namque feres, qua iubeantur eam potissimum disciplinam capessere, ex qua ad interrogandum & respondendum ut scientiam decet, aptissimi sint. Tecum vnà istud præcipiam. ^a An ergo videtur tibi doctrinis omnibus dialectica velut apex esse præposita, nec vlla doctrina vterius ac eminentior repetiri, sed hæc iam doctrinarum omnium esse finis? Mihi quidem videtur. Restat ergo deinceps aperiendum quibus distribuendæ hæc disciplinæ sint, & quomodo. Videlicet. Recordaris in primo illo delectis quales delegerimus principes? Quidni recorder? ^b Quo ad alia quidem naturas illas eligendas existimato. Nam & grauissimos homines & fortissimos decet eligere, & quoad fieri potest speciosissimos, neque solum quærendi sunt homines generosi, atque terribiles, sed qui insuper eas habeant naturæ dotes, quas disciplina hæc exigit. Quas? Acumen, inquam, facilitatémque ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adesse. Magis enim abster-

^a Dialectica quatenus mirum Meta physica inseruit scientiarum omnium est apex & fastigium.

^b Recapitulatio supra dictorum de natura & indole eorum qui eligendi sunt in principes ciuitatis.

tet animum disciplinarum quàm exercitatio-
 num corporis, difficultas. Siquidem magis pro-
 prius illi labor est, qui soli competit, quàm qui
 corpori etiam est communis. Vera loqueris.
 Querendus etiã vir est memoria valens, inte-
 gerrimus, tolerantissimus. Nam quem alium
 ceases libenter labores corporis subiturum,
 tamque arduum doctrinæ meditationisq; stu-
 dium ad finem vsque profequaturû? Neminẽ
 profus nisi qui optima natura sit præditus. Ex
 eo quippe errore, vt suprã dicebã, aduersus phi-
 losophiam oborta est infamia, quod non pro-
 dignitate ipsam attingunt. Neq; enim à spuriis
 sed legitimis est atrectanda. Quo pacto? Prin-
 cipio ad labores suscipiendos claudus esse
 non debet quisquĩ est philosophiæ sacris i-
 nitiandus, vt partim laboris sit tolerans, par-
 tim recuset. Contingit autem hoc, quoties
 aliquis gymnasiis & venationi & reliquis
 corporis exercitationibus deditus, disciplina-
 rum studium refugit, neque audiendo delectatur,
 nec inquirendo, sed omnem hanc odit
 curã. Claudus præterea & ille est, qui exercita-
 tionibus animi delectatus, contemnit alias. Vera
 narras. An non & quo ad veritatem similiter
 mancum eum ponens animum qui volun-
 tatum mendacium odit, & a grẽ fert ipse se-
 cum, & aliis mentientibus indignatur, inuolun-
 tarium verò mendacium facile tolerat: & si i-
 gnorare aliquid depræhendatur, haud graui-
 ter perfert, sed libenter veluti suis ignorantix
 sordibus volutatur? Omnino quidem. Quin-
 etiam circa temperantiam & fortitudinem
 magnificentiamque, & reliquas virtutis partes
 non minus obseruandum est, quàm legitimi-
 mus sit, qui spurius. Quando enim hæc

minus considerant, & privati, & ciuitas, ignari vtuntur mancis & spuris ad quodcumque illorum contigerit, privati quidem amicis, Republica verò principibus. Sic accidit proflus. Nobis hæc omnia præcauenda sunt. Nã si homines quo ad corporis ac mentis habitum inregettimos ad tantã doctrinam exercitationemque ducemus, atque erudiemus, & ius ipsam nobis minimè succensēbit, & ciuitatē Remque publicã seruabimus. Sin aliter affectos homines ad ista ducemus, contraria faciemus oĩa, & philosophiã multò etiam magis dedecorabimus. Turpe quidem id esset. Mirum in modũ. Cæterũ non nihil mihi in præsentia risu dignum contigisse videtur. Quid istud? Latuit me nimirũ, quòd iocabamur, quare actius egi quàm deceret. Quippe inter loquendum ad philosophiã ipsam conuersus, eã dedecore indignè affectam aspexi. Quod & grauitèr perpeffus fuisse videor, & his qui in culpa sunt, tanquam indignatus seuerius hæc dixisse. Nõ perloquem vt mihi audienti videtur. Mihi tamen dicenti sic apparet. hoc autem non nos fugiat, quòd in priori electione senes elegimus, in hac verò, nequaquam licebit. Neque Soloni credendum est aienti hominẽ senescentẽ posse indies plura discere, qui minus id potest quàm currere. Inuenibus enim conueniunt multi maximique labores. Necesse est. Illa igitur quæ ad arithmetiã, & Geometriã, omnemque doctrinam eam pertinent, quæ dialecticẽ antecedere debet, pueris tradenda sunt, atque is docendi modus accipiendus est, quo minimè coacti ad discendũ esse videantur. Cur istud? Quoniam non decet liberum hominem eam seruitute disciplinam aliquam discere. Quippe

Quibus & quot annis supradictarum disciplinarum unã quamque debeat discere custos & princeps ciuitatis futurus.

Mathematicas scientias debet discere puer.

pe ingentes labores corporis vi suscepti, nihilo deterius corpus efficiūt. Nulla verò animæ violēta disciplina est stabilis. Vera loqueris. Ergo non tanquā coactos pueros in disciplinis; ō vir optime, sed quasi ludentes enutrias, vt magis ad quod quilibet natura sit aptus, possis agnoscere. Consentaneū est, quod dicis. An nō recordaris à nobis, in superioribus dictū, pueros esse in equis spectandi gratia in castra ducendos, & si tutò id tentari possit, propius ad-mouendos, vt carulorū instar sanguinem inci-piant degustare? Recordor equidem. Quicun-que verò ad hos labores, disciplina, periculo, promptiores, actioresque apparent, in numerū aliquem seligendi sunt. Qua in ætate? Quando à necessariis exercitationibus soluti sunt. In hoc siquidem tempore siue bienniū sit seu tri-ennium, facere aliud nequeunt. Lassitudo enim ac somnus disciplinis aduersi sunt. Et simul hæc examinatio aliarum non mini-ma esse videtur, qualis videlicet quisque in gymnasiis ipsis apparebit. Quidni? Post id quicunque ex viginti annis vt cæteris præstā-tiores electi fuerint, maioribus, quàm cæteri afficiantur honoribus; & quæ disciplina istis in pueritia sparsim ostensæ sunt, vnà his in eū quasi sub vnum aspectum offerantur, ad ipsam disciplinarum inter se cognationem, & ip-

*a Danda ope-
ra vt non
inuiti & co-
acti, sed libe-
ter discipli-
nas suscipiāt
adolescentes.*

*b Qui res tā
quam sub
vno aspectu
complecti &
diuidere,
id est conuo-
lūto est,
n est diale-
cticus.*

in aduersis oportebit eos qui apprimè tales in
 ipsis reperientur, stabiles in disciplinis, constā-
 tes in bello, in aliis legitimis officiis perseuerā-
 tes, postquā trigessimū annū impleuerint, ex
 electis præelectos in maioribus honoribus cō-
 stituere, & ipsa disserendi facultate diligenter
 examinare, quis eorum potest sine oculorum
 & aliorū sensuum ministerio ad ipsum quod
 verè existit cum veritate transcendere. In quo
 maxima, ô amice, opus est cautione. Cūnam
 inquit? Non animaduertis inquam, quantum
 nunc malum circa disserendi peritiam contin-
 gat. Quale istud? inquit. Iniquitate prorsus
 abundant, inquam. Summopere, inquit. Mi-
 rum aliquid perpeti ipsos existimas, nec i-
 gnoscis? Qua ratione maximè? Si quis sup-
 positus puer multis in deliciis à nobili fami-
 lia nutriatur, inter adultores complurimos,
 adultus autem persentiat, quòd ex eis quos pa-
 rentes existimat natus non fuerit, veros tamen
 genitores nusquam reperiat; nunquid vati-
 cinari potes qualis huic animi affectus fu-
 tutus sit erga adultores, & erga eos qui ipsum
 supposuerunt, tam eo tempore quo nihil de
 suppositione suspicabatur, quàm postquàm re
 ipsam cognouit? An vis prælagium meum au-
 dire? Volo equidem. Vaticinor itaque illum
 dum suppositionem penitus ignorabit, magis
 eos honoraturum quos parètes & propinquos
 existimat, quàm assentatores, minùtque eos
 si quando egeant neglecturum, tardiorémque
 fore ad iniuriã ipsis inferendam, vel conuitiũ
 dicendum, magisq; illis in rebus grauib; quã
 adulatorib; pariturũ. Verissimile quidẽ. Sin per-
 senserit, hos certè minus honorabit curabitq;
 assentatores verò magis quàm antea colet, illis
 pro-

propensius obsequetur, ad eorū exemplū vitā instituet suā, cū illis palām ac liberē cōuersabitur. De his verò quos parentes & propinquos putauerat, nisi alioqui probò natura sit ingenio, nihil prorsus curabit. Oīa prorsus vt narras, cōtingerēt. Sed quid hęc similitudo ad eos qui disputationes sectātur? Audies modò. Sunt nobis à pueritia opiniones de honestis iustisque officiis, sub quib. tanquā parētibus educati sumus: his paremus, has præ cæteris honoramus. Sunt planè. Offerūt se nobis & voluptates, quæ ad cōtraria nos alliciant, & dum animæ blandiuntur, ad illa detorquent. Non tamē ab his flectuntur, qui vel paulò quā cæteri moderatiores sunt, sed illa veluti paterna colunt, eisque obtemperant. Sic euenit. Si dialectica vis aggressa aliquē ita affectū interroget, quid honestū sit, ac respondentē id quod ex legislatore perceperat, ratio confutet, crebrisque & variis redargutionibus eò deducat, vt opinetur illud nō magis honestū esse quā turpe, deq; iusto ac bono similiter arguat, & de cæteris quæ summo in honore antè habebat, parīne illa post hac honore & obseruātia prosequuturū putas? Necessè est, inquit, neque eo modo honorare, neque obtēperare. Quādo igitur neq; ista quis cēset domestica vt antèa vel honorāda neq; re perit vera, in vitā potius blādā quā in aliā, vt cōsentaneū est, prolabitur. Verilimile id quidē. Ex iusto igitur fiet iniquus. Necessè est. An nō meritò vt nuper dicebā, affectio eorū qui ita se ad disserendū cōparant, talis est, vt plurimam mereatur veniā. Et misericordiā in super. [¶] Vt igitur miserabilis hic euentus videretur, triginta annos nati dūtaxat, cautè admodū dialecticas argumentationes degustēt. Ita prorsus. An nō

[¶] Trigesimo demū anno à custodibus civitatis Dialectica discōda, eas ab illis grauitè & modestè non concerta toriè & cum sophisticis ea ptunculis exercenda ad veritatem inuestigādā duntaxat in vnaquaque re nō ad oppugnand. us & labefactand. as inficis animis hominum de pulchro, bono & honesto opinones.

hæc prudens cautio est, vt eas videlicet iuniores homines non attingat: Neq; enim later, vt arbitror, quòd cum primû adolescentuli disputationis artificiû gustât, eo protinus quasi ludo quodâ ad refellendû, vtûtur, eòsque qui cõfutat alios, studiosè sectâtes, & ipsi alios quoq; redarguunt: ac distrahêdis lacerâdisque proximis catulorû more assiduè delectâtur. Mirû in modû Cû verò plures conuicerint, & à pluribus ipsi conuicti fuerint, eò confestim deueniunt, vt ex pristinis opinionibus ratâ nullam habeant. Atque ex his & ipsi & omnis philosophia apud alios calumniâ reportarût. Vera refers. At vit natu grâdior, ab hac infania diligètius declinabit, ac hominè inuestigadæ veritatis gratia dissententè imitabitur potius, quâ eû qui locandi causâ versutis captiunculisq; incûbit. Quin & ipse modestius sese geret, & disputâdi studiû ex infami reddet illustrius. Scitè ad eiusmodi præterea cautionè, superiora dicta sunt omnia: oportere videlicet moderatos & graues esse illos qui ad disputationis studiû ascendantur, neque cõmunicâõ esse id ineptis hominibus, & vt nunc fit, omnibus quoscunq; fors obrulerit. Summopere. Si quis disputatõni diligèter assiduèque det operâ, nihilve agat aliud, nisi quòd vicissim quâdoque gymnasiis corpus exerceat, huic ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorû sufficient. Nunquid sex dicis? an quatuor? Quinque adhibeas. Deinde ad antrum illud trunciterum deducèdi, cogendique eos principatus assumere qui ad bellum spectant, & si qui sunt inuenû principatus, ne vsu rerum ab aliis superentur. Atq; in his quoque examinandi sunt, vt rû cõsuetes permancant, dum quoquo verus trahuntur,

aut nutent. Quot autem annos istis ascribis?
 Quindecim. Quum verò ad quinquagesimū
 annum peruenerint, quicumque integri inæt
 eos rebūque gestis & scientiis præcillētes ap-
 parent, ad finem iam perducendi sunt, cogen-
 dique vt animi radium ad supera dirigentes,
 ipsum quod omnibus lumen præbet, suspiciāt:
 quūque ipsum bonum nouerint, exemplo il-
 lius freti, ciuitatem priuatos, seque ipsos per
 omnem sequentem vitā, & singula vicissim ex-
 ornet. Ac plurimum quidē in philosophia ver-
 sentur: cum verò magistratus accersentur, in
 ciuilibus negotiis inuigilent, sigillatimque gu-
 bernent reipublicæ gratia, ita vt non tanquam
 bonum aliquid & oprandum ministerium, sed
 necessarium potius exequi videantur. Atque
 ita quum alios similiter ipsi instruxerint eos
 vicissim reipublicæ custodes relinquent, ipsi
 verò in beatorum insulas transmittentur.
 Monumenta verò illis & sacra tanquam di-
 monibus si Pythias oraculo confirmauerit,
 publicè dicabuntur: sin minus, saltem vt be-
 atis atque diuinis. Mirificos proitus, ô Socra-
 tes, principes quasi sculptor figurasse videris.
 Quod de viris dixi, idem & de mulieribus in-
 telligendum. Neque putes, ô Glaucō, magis me
 de viris quàm de mulieribus fuisse loquutum,
 quæcunque videlicet natura aptæ ad hæc offi-
 cia sunt. Rectè se id habet, siquidem pari-
 ter in omnibus, vt narrauimus, cum viris
 communicabunt. ^b Num concedis nos de re-
 publica omnia non quasi pro desiderio effin-
 xisse, sed pro veritate loquutos, difficilia quidē
 factu, possibilis tamen, ea duntaxat ratione
 qua diximus? Quando scilicet homines reue-
 ra philosophi, vel vnus vel plures nacti in ciui-

^a Postquam
 qui ad publi-
 cam spem ci-
 uitatis alun-
 tur ad 50.
 annum per-
 uenerint, re-
 rum superna-
 rum & cœ-
 lestium me-
 ditationi di-
 ligenter de-
 beri incumb-
 bere in ea se
 sedulo exer-
 cere: atque
 ita compara-
 ti Remp. ca-
 pessere.

^b Epilogus
 & conclusio
 superiorum
 omnium dia-
 logorum.

tate potentiam, presentes honores despicient
 illiberalésque eos & nullius existimabunt:
 ipsum autem quod rectum est, & honores qui
 ab eo proficiuntur, plurimi facient, maximú
 verò & summopere necessarium quod iustum:
 & huic ministrantes, idque adaugentes, ciui-
 tatem suam ritè disponent. Quo pacto? Omnes
 quicumque in vrbe decem annos impleuerint,
 in agros transmittent: filios autem ipsorum
 suscipientes, procul ab his moribus quibus ho-
 die parentes vtuntur, moribus legibúque suis
 educabunt. quales verò sint enarrauimus. At-
 que ita celerrimè atque facillimè ea ciuitas &
 respublica orietur, quã supra diximus, si quan-
 do exiterit, beatam fore, & genus hominum
 in quo condita fuerit, plurimum iuuaturam.
 Maximè quidem. Atque vt constitui possit
 eiusmodi ciuitas, si quando constituatur, o
 Socrates, adinuenisse videris. Nonne ergo a-
 bundè, tum de hac ciuitate, tum de homine
 eius per simili iam nobis dictum: Constat enim
 qualem eius similè esse debere dicemus. Con-
 stat planè inquit, & quod quæris, finem mihi
 iam habere videtur.

DIALOGVS

OCTAVVS DE

IVSTO.

Marsilij Ficini Argumentum.

*S*ocrates perfectam reipublicæ formam septem iam
 dialogis absoluit, septenario Palladi numero con-
 secratam. Eamque tum regiam, tum optimatum
 appellat

appellat gubernationem. Optimatum quidem, quoniam in ea plures virtute praeclari publici funguntur numeribus, Senatūque constituunt. Regiam vero, quoniam & una omnium ad publicum bonum est voluntas, una mens quasi regina, & si quis inter eos probitate est singularis, singulariter honoratur. Neque tamen huic tantum tribuitur, ut absque Senatu, id est, probatorum omnium numero possit publica permutare. Reliquū erat post optimam & beatā reipublica formam in medium inferiores adducere. Haec autem numerat quatuor. Primam quidem esse vulgarem in quam optima mox degenerat, quam nominat ambitiosam. Secundam vero potentiam paucorum ex ambitiosa nascentem. Tertiam popularem ab hac procedentem. Quartam postremā tyrannidem ex populari praecipue pullulantem. Quoniam verò rerum publicarum forma à formis proueniunt animorum, quinque deinceps animorum affectus & habitus, totidemque ciuitatum & similes esse similiter nominatos mira quadam arte describit, summamque regium animum optimum esse concludit atque beatissimum, & similem similiter ciuitatem. Tyrannicum verò pessimum atque miserrimum. Ciuitates quoque à tyrannis oppressas, pessimas similiter atque miserrimas. Medios autem animos gubernationesque medias modo quodam medio se habere concludit. Ex omnibus hū apparet quam pernitiōsa tam in ciuitate quam in animo sit iniustitia, & utrobique iustitia quam salutaris. Ubique autem permutationes tam animorum quam ciuitatum ex altis formis in alias mirabili explicat diligentia. Praecipue verò mutationem beata reipublica, & , ut ita dixerim, aurea in ambitiosam siue argenteam, siue ferream, ab altiori ducit exordio, fingitque Musas id tanquam oraculum effundentes, siue potius confundentes. Profecto si beata reipublica proprio defectu in

deteriorem labi non potest, & tamē quando labitur, communi quodam defectu & causa labitur. Quia quidem in re Aristotelicas videre licet calumnias. Neque enim debuit Aristoteles in quinto Politicorum a Platone suo, inò nusquam suo, propriam beatam reipublicam permutanda ex gere causam, quam nulla sit propria, sed communi debuit esse contentus. Quomodo enim homo & valdissimus & temperantissimus, sic & eiusmodi civitas non tam propria quàm communi causa morbi laborat, id est, fœtali quodam ordine, ita per cœlestes circuitus qui intra lunam sunt, perpetuò se reuoluente, ut qua certis sphaerarum configurationibus temporis que curricula composita sunt, quandoque dissolvantur aduersus. Quoniam verò eiusmodi causa assignatio presentis civitatis, sicut ultra terminos pro. ul. x. c. ed. ideo Socrates vaticinio miserrimum vititur. & profectò ita vititur, ut & nobis ad hac interpretanda opus sit Apollinis vaticinio. Nec immerito Tullius ubi rem esse obscurissimam breuiter vult exprimere, id inquit numero Platoni obscurum. Neque miror Theonem Smyrnaeum mathematica in primis Platonicæ professorem eiusmodi mysterium tanquam inexplicabiles astutus prætermisisse. Quod quidem lamblichus Cæcilius dum explicare voluit, implicasse videtur. Quid vero? si in eiusmodi verbis plus difficultatis sit quàm ponderis. Quippe quum & ipse fingat Musas tragica quadam tumiditate nugantes perteritutesque animum puerilem atque simplicem, stupere inque adducere. Denique qualecunque id sit opportunius ex commentariis in Timaeum expositionem nostram accipies. Ceterum mortalia hæc præcepta considera. Impossibile est diuitias honorari in civitate simul atque virtutem. Item tradere diuitioribus reipublica gubernacula perinde est ac si nauis non peritiori in nauiganda, sed locupletiori gubernanda

gubernanda tradatur. Nempe & hac & illa periclitabitur. Rursus cultus contra omnia vitia tutissimus est sciētia. Præterea contrarij unius summum alterius est principium, itaque extrema libertatis licentia, extrema servitutis est principium. Sicut in qualitate rei inque & temporum excessus omni verti protinus in contrarium consuevit. Idem in epistolis ait, moderatam probans ante omnia libertatem.

IUSTO, inquam, constitit equi. ² *Nextus se- de n* inter nos, ô Glaucon, in civi- *gnēto dispu-* tate optimè instituta communes *tationi cum* esse debere mulieres & filios. Cō *superioribus* munem quoque omnē eruditio- *declaratur.* nem. Cōmunia similiter omnia, tum belli, tum pacis officia. Reges autem ipsorum esse homines debere in philosophiæ & rei militatis studio præstantissimos. Constitit planè *Quin* & hæc concessimus, quod scilicet cum tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem euntes, habitationes militibus quales prædiximus, assignabunt, communes scilicet omnibus, in quibus nihil cuiusquam sit proprium. Neque de habitatione solum, verum etiam de suppellectili & possessionibus, si recordaris quales debeant esse, convenimus. Memini equidem, inquit, censuisse nos nihil eorum quæ nunc possident, alijs esse ab aliquo possidendū, sed tanquā belli athletas atque custodes in mercedem custodiae annua ab alijs alimenta suscipientes, eos oportere & sese & civitatem tueri. Probe, inquam. Sed postquam hæc absolvimus, repetamus iam vnde huc digressi sumus, vt per eadem rursus proficiscamur.

mur. Haudquaquam difficile istud, fermè enim quemadmodum nunc, quàm de ciuitate satis egisses, adiecisti, quòd talem ciuitatem bonam vocares, qualem descriperas, bonùmque virùm quicumque illius foret persimilis, cùm posses adhuc, vt apparuit, meliorem ciuitatem virùmque referre. Dixisti præterea si hæc recta sit respublica, cæteras aberrare. Reliquarum verò rerum publicarum, vt memini, species esse quatuor, de quibus verba facere oporteret, earùmque defectus inspicere, & homines ipsarùm similes declarare: vt eos omnes intueri, & quis optimus sit vir, quis pessimus declarantes, consideremus nunquid vir optimus felicissimus, pessimus autem sit miserimus, an se res aliter habeat. Cùm verò abs te ipse quærerem quas potissimum quatuor respublicas diceres, tunc sanè Polemarchus & Adimantus mihi sermonem interruperunt, vnde tu orationem sumens huc denique peruenisti. Rectè admodùm meministi. Ergo rursus tanquàm luctator eandem ansam præbe, & me idem interrogante, conare nunc ea dicere, quæ nunc eras declaraturus. Si quidem potero. Equidem audire percupio, quânam respublicas quatuor supra dicebas. Haud difficile istud audies. Sûnt enim quas dico, illæ quæ & nomina habent, ipsa videlicet quæ à multis laudatur Cretensis & Laconica. Secunda verò & secundo loco laudata ea quæ paucorum potentia nominatur, plurimis plena malis respub. Item quæ ab hac differt plurimum, eamque sequitur, gubernatio popularis. Præterea generosa tyrannis, ab his omnibus differens, quartus ciuitatis extremûsque morbus. An aliã habes reip. formã, quæ in perspicua & distincta quadam ratione

Quatuor
forma Reip.
aberrantes,
ab optima
illa qua superiorib.
libris descripta est.

ratione sit sita? Nam & minores quidam principatus, & regna venalia, & tales quaedam civiles potentiae inter haec quodammodo mediū obtinent. Quarum non pauciores inter Barbaros quam inter Graecos repetiuntur. Multae certe, & absurdae memorantur. ^a Totidē quoque sunt ^a *Quot sunt hominum quodammodo species atque mores. forma Resp.*
 An ex quercu fortē existimas, aut ex petra *tot sunt ho-*
 resp. fieri potius, quam ciuium moribus, qui *minum spe-*
 quocunque fluxerint, caetera secū rapiunt? Ex *cies atque*
 moribus proculdubio. Quare si gubernationū *mores causa*
 species quinque sunt, priuatorū quoque ani- *subiicitur.*
 morum affectus quinque erunt. Nil obstat.
 Virum certē similē optimatum gubernationi
 vidimus, quē bonū, & iustū rectē asseruimus.
 Vidimus. ^b Deteriores deinceps narrare decet,
 contentiosum ambiciosūque hominē secun-
 dū Lacedaemoniorum tempub. institutū: pra-
 terea paucorum imperij cupidum, & populare
 hominem, & tyrannicū: vt iniustissimū discer-
 nentes, cum iustissimo cōparemus, perfectēque
 dignoscamus, quomodo iurama merāque iusti-
 tia ad summā se ac merā iniustitiā habeat, quō
 ad hominis iusti, vel iniusti beatitudinem, vel
 miseriam pertinet: vt vel Thrasymacho obtē-
 perantes, iniustitiā prosequamur, vel praesen-
 tibus rationibus persuasi, iustitiam. Ita prorsus
 agendum. Num sicuti cōpimus antē in rebus
 publi. mores animaduerrere quam in priuatis
 personis, quia illic magis pateant: ita & nunc
 in primis consideranda est ambiciosa respubl.
 cuius nullū habeo nomen praeter ambiciosam
 potentiam & principatum: post eam verò vi-
 rum talem considerabimus: deinde paucorum
 potentiā, talemque virum: postea multitudinis
 gubernationem, & hominem popularem: de-

^b *Scopus se-
quentis ser-
monis de vi-
tiosi & de-
prauatu Reā
publ formis
declaratur.*

mum tyrannide pressam ciuitatem conside-
 rantes, & inde tyrannicum cognoscentes ani-
 mum, conabimur ea quæ proposuimus, satis-
 cienter diiudicare? Recte in hunc modum in-
 spectio iudiciumque procedet. Age itaque ex-
 plicite conemur, quo pacto ambitiosum im-
 perium ex optimatum gubernatione nascatur.
 Quin hoc simpliciter verum est, omnē^a rem-
 pub. ex eo quod dominatur, mutari, quando in
 ipso seditio oritur: dum verò secū ipsum con-
 sentit, etiā si valde exiguū sit, mutari impos-
 sibile est. Est ita. ^b At verò quonā pacto, o Glau-
 co, ciuitas hæc nostra è suo statu mouebitur?
 principes, & defensores inuicem, & inter se
 dissidebunt? An vis, imitantes Homerum Mu-
 sas oremus, ut vobis explicent, qua ratione se-
 ditio primum incidat? Dicamúsque ipsas tra-
 gicorum ritu, nobiscum veluti pueris iocantes
 nugantésque ita loqui, vt dū nugantur, seriò
 agant, magnūmque quiddā loquātur? Quonā
 pacto? Ita ferme. Difficile quidē est ita consti-
 tutam ciuitatem è suo statu moueri. Verūm
 cum omne quod genitū est, corruptioni sit ob-
 noxium, talis etiā constitutio semper manere
 non poterit, sed soluetur. Solatio verò hæc est:
 non solum circa plantas, sed terrena etiā ani-
 malia fertilitas, & sterilitas animæ corporūm-
 que contingit, quando reuolutiones singulis
 circuloꝝ coniunxerint ambitus: his quidē
 quæ breuis sunt æui, ambitus breuiore, con-
 trariis verò contrarios. Illi verò quos ad ciui-
 tatis gubernationē educauistis, quāuis sapien-
 tes fuerint, nihilò magis vestri generis vel fu-
 cundā vel sterilē generationē, ratione vnā cū
 sensu assequētur, sed latebit eos opportunitas
 generādi, & plerunque cum non opportunum
 fuerit,

^a Mutationē
 Rerump. in
 genere cau-
 sas vnde.

^b Quomodo
 optimatum
 Resp. dege-
 neret in am-
 bitiosam po-
 tentiam.

^c Certi pe-
 riodis tempo-
 rum, et gene-
 rationis op-
 portunitati-
 bus non ubi-
 seruatis tri-
 buit. Sic So-
 crates cau-
 sam de gene-
 ratione Rei
 pub. à primo
 & optimo
 Statu in pro-
 ximum de-
 prauatum.

fuerit gignēdis filijs operā dabunt. Est autem ei quod diuinitus generandum est circuitus, quem numerus continet perfectus. Humanā verò genituræ is utiq; in quo primo augmētationes superantes, & superatæ tres distantię, atq; quatuor terminos accipientes, similitudinū & dissimilitudinū, & crescentiam, & decrescētiam, cuncta correspondentiā, & comparabilia inuicē effecerunt, quorū sesquitertia radix quinario coniuncta duas harmonias præbet ter aucta. Vnā quidem æqualē æqualiter, centum centies. Alterā verò æqualis quidē longitudinis sed oblongioris, centū quidem numerorū ex diametris cōparabilibus inuicē quinarij, indigentibus vno ex singulis, duobus verò qui inuicē dici nequeant, centum verò cuborum trinitatis ipsius. Vniuersus autem hic numerus geometricus talē autoritatē habens ad potiorem deteriorēque generationem vim habet. Quod si ciuitatis vestræ custodes ignorauerint, nec opportuno in tēpore sponsas sponsis coniunxerint, haudquaquā ingeniosū felicēve pueri inde nascentur. Ac licet maiores ipsi eos constituent principes, qui inter illos præstantiores fuerint: tamen quia indigni erunt parentū successione in ipsis magistratibus subiectos negligent, neq; musicæ curam vt decet habebūt, neq; gymnasticæ, vnde iuuenes nimis erunt à musica alieni. Ex his autē principes constituētur non admodū ad eustodiā idonei & ad examinandum genera illa quæ apud Hesiodū, & quæ apud nos referūtur, aureū scilicet genus, argenteū, & æneū atque ferreum. Quoniam verò mixtum erit argenteo ferrū, & æs auro, dissimilitudo & inæqualitas discors exorietur. Quæ vbiq; nascun-

b Mixtio ferret & aenei generu cum auro & argento ob neglectum generationu oportuna tempus causa est seditionis que oritur inter principes ciuitatis.

tur, bellū semper & inimicitias pariunt. Genus autē huiusmodi hominū vbi cunq; adest, semper seditionibus agitatur. Rectē inquit, admodum respondere illas dicemus. Necessē enim inquam, cū Musæ sint. Quid verò post hoc Musæ dicent? Postquam orta seditio fuerit, vtraque genera ferentur, ferreū quidē & çnçs ad quæstum, agrorūque & domorū possessionem, aurique & argenti copiā. Quòd verò inest aureum, & argenteū, quasi non inopi, sed opulenta natura, ad virtutē statūque pristinum: pugnantia verò inuicem & in contraria retrahentia in mediū tandem conuenient, vt diuisis agris & domibus priuatim quæque possideantur: illi verò qui antē ab eis seruabantur tanquam liberi, amici, & nutritores in seruitutē redigantur, & velut subditi atq; serui, belli custodizq; ipsorū curam gerere compellantur. Hinc inquit, & mihi certē videtur mutatio hæc accidere. Hæc utique gubernatio inter optimates & paucorum potentiam erit media. Erit certē. Mutabitur quidē ita. * Cū verò in id fuerit permutata, quē potissimū gubernationis modū seruabit? Vel constat quòd partim priorē rempublicā imitabitur, partim paucorū potentiā, vt pote quæ in medio locata est, partim etiā quiddam sui propriū obtinebit? Ita prorsus. Et priorē quidem imitabitur in eo quòd principes honorabūtur, & milites, ab agricultura mechanicisq; artib. & aliis quæstibus abstinēbunt, & cōmunia sient conuiuia, gymnasticisq; ludis, & belli certamina frequentabuntur. Profectò. Sui autem ipsius propria talia quadam habebit, quòd sapientes meuet ad principatus admittere, quia nē simplices, neque integerrimos huiusmodi viros sed

* Mores ambitiosa potentia, quæ media est inter optimam Respub. formā, & paucorum domnatū mores, & instituta describuntur.

sed mixtos possideant: & animosiores potius simplicioresque homines adgubernandum asciscet, qui ad bellum potius quam ad pacem nati videantur? Dolos quin etiam & machinamenta belli plurimi faciet, semperque pugnabit? Certè. Atqui pecuniarum cupidi erunt isti, quemadmodum, qui in paucorum potentia vitam agunt, & tenebris obruti aurum & argentum malignè honorabunt, utpote qui zozaria propriosque thesauros habeant, quibus ista recondant, ac etiam circumsepta domorū seu proprios nidos, in quibus multa [in mulieres & alia pro libidine impendent. Vera loqueris. Nōne & in rebus propriis parci magis erunt quam deceat? Quippe qui magnifaciant pecunias, nec palam acquirant: in alienis autem propter libidinem profusiores, & clanculum voluptatibus indulgebunt, haud secus legem passim refugientes, ac pueri patris aspectum, non persuasione, sed vi educati, ex eo quod veram musicam, quæ cum sermonibus & philosophia coniuncta est, neglexerint, multoque magis ac prius gymnasticam quam musicam honorauerint? Rempub. ex malo bonoque mixtam refert. Mixta est profecto: præ cæteris autem in ipsa propter animositatis itacundiaque impetium, contentionis ambitionisque studia inualescunt. Vehementer. An non hæc respub. ita coalescet, talisque

^a *Hominis qui sit simili forma illi Reip. vitiose modo descripta, mores describuntur.*

cundū hāc temp. vir? quomodo efficitur? qualis existit? Reor equidem, inquit Adimantus, similem esse Glauconis huius, contentionis gratia. Fortassis, inquam ego, in hoc est similis. Verū in his haud natura similis esse videror. In quibus? Contumaciore sanē eū necesse est, & à musica quodāmodo alieniore, musica tamen cupidū: & audiendi quidem studiosum rhetoricum verò nequaquā. Atqui & aduersus seruos agrestis erit huiusmodi vir, haud seruos despiciens, quemadmodū vir mediocriter eruditus, erga liberos autem erit mitis: erga principes quidem obediens maximè, sed & principatus & honorum avidior, oportere existimans non arte dicendi, vel alia quavis simili facultate, sed rebus bellicis, ciuilibusque excellere, & ceteris præesse, cū sit & gymnastica & venationis admodum studiosus. Est certe, inquit, mos hic illius reipublice. Nōne & pecunias iste in iuuentute contemnet? quod verò senescet magis, eò magis pecunias diligit, ex eo quòd auaræ naturæ sit particeps, neque sit integer ad virtutem, quia optimo custode careat? Quomam? inquit Adimantus. Ratione & operatione inquā, musicae cōmixta, quæ sola cū adest, per omnē vitam virtutē in eo cui præest, seruat. Præclare loqueris, inquit, Est utique talis adolescens ambitiosi imperij cupidus, tali similis ciuitati. Prorus. Efficitur autē hic talis in hunc modū interdum: videlicet cū iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate non bene gubernata habitantis, honores, principatus, & iudicia fugientis, & reliquā huiuscemodi negotiorū curam, libentēq; se subiicientis, ut labores vitet. Quomam pacto efficitur? Quando scilicet matrem audit

Quib. præceptis, vires modo descriptus suscipiatis adolescentis.

ægrè ferentem, quòd maritus magistratibus
 minimè fungatur, & idcirco inter alias mulie-
 res sese contemptâ haberi: tum indignantem
 quoties virû aspicit pecuniis cumulandis mi-
 nimè studere, neque pro illis vel priuatim vel
 in iudiciis & publicè cõtendentè sollicitumq;
 sed ad hæc omnia negligentiorè, talémque
 vt secum ipse viuat vt plurimum, vxorèm ve-
 rò nec aspènetur quidem, neque admodum
 colat. Ex quibus sæpe filio mater prædicet i-
 gnauum esse patrem nimisque remissum, & a-
 lia, quæcunq; de talibus garrere mulieres con-
 sueuerunt. Multa profectò, inquit Adimantus,
 talia sui que similia obloqui mulieres solent.
 Neq; te latet quod & serui, & domestici, præ-
 fertim qui maximè videntur esse beneuoli, ta-
 lia quædam auribus puerorû sæpe infusurrât.
 Et si quem viderint, vel pecunias patri debentem,
 quem ipse nequaquam in ius vocet, vel
 in alio quodâ iniuria afficientè, edicunt pue-
 ro, si quando vir euadat, omnes istiusmodi vl-
 ciscatur, virque magis sit quàm pater extiterit.
 Idem ille filius domo egressus alia horû simi-
 lia multa audit, videtque: homines scilicet qui
 in ciuitate suarum rerum satagunt, stolidos
 vocari ac paruipendi: horum verò dissimiles
 honorari laudarique. Cùm hæc adolescentu-
 lus audit, videtque, rursusque patris sermones
 audit, & studia videt proximè præter studia
 cæterorum, ab vtrisque attractus, à patre qui-
 dem rationalis eius vis irrigatur & augetur,
 ab aliis autem concupiscendi & irascendi na-
 tura. Quapropter cùm non malo sit ingenio
 natus, mala tamen cæterorû consuetudine v-
 sus, & in medium ab his tractus, mediæ se cui-
 dâ potentiz contentiosè iracundæq; subiicit,

fitque vir elato animo, gloriaque cupidior, Naturam huius sufficienter enarrasse mihi videris. Habemus itaque secundam rempub. virumque secundam. Habemus profectio. An non post hæc Aeschyli illud dicimus. Alterum hominem alteri civitati convenientem? Imò verò secundum superiorē illam suppositionem, alteram civitatem alteri congruam? Ita prorsus. ^a Quæ verò huiuscemodi rempub. sequitur, paucorum, ut arbitror, potentia est. Quam potissimum tei-pub. institutionem paucorum vocas potentiam? Eam in qua magistratus à census æstimatione civibus tribuuntur, & in qua divites dominantur, pauperibus verò nulla tei-p. est communio. Intellego equidem. ^b Nonne dicendum, quo pacto à gubernatione ambitiosa in hanc transgressio fit? Dicendum certè. Vel cæco id quidem perspicuum est, quo pacto transgressio fiat. Quomodo pacto? Ararium illud cuiusque auro plenum, tale perdit rempub. Nam primū quidem novos sumptus reperiunt, & leges eò trahunt, quibus neque ipsi neque mulieres ipsorum obtemperant. Consentaneum id quidem. Deinde alter alterius exemplo & æmulatione perciti multi tandem tales evadunt. Verisimile. Hinc igitur effusus ad pecunias cumulandas delapsi, quanto hoc præciosius æstimant, tanto virtutem existimant viliorē. An non ita virtus à divitiis discrepat, quasi utraque in lance statere sint posita, semperque in contrariam partem declinent? Ita prorsus. Quando igitur in civitate divitiarum ac divites honorantur, virtus probrumque viri despiciuntur. Constat. Incendunturque ad ea studia omnes quæ in honore sunt, eaque frequentant: quæ verò nullo honore censentur, apud quosque iacere solent.

Sic

^a Paucorum
dominatus
describitur.

^b Quomodo
superior forma
Resp. in
istam dege-
neret.

Sic est. Ita ex victoriæ honorisque cupidis, quæstus & pecuniarû auidi tandè efficiuntur. Et diuites quidè viros laudant, & admirantur, & ad magistratus euehant, pauperes verò despiciunt. Omnino sic accidit. An non & lege statuunt principatus fines, dū statuunt vbi maior est pecuniarû copia, ibi talè principatum esse maiorem: vbi minor contrà minorè: prohibèntque aliquem imperare, qui non ad certū aliquè censum peruenerit? Hæc autè aut vi armisq; efficiunt: aut postquã metum incusserint, talè constituerunt tempu. Nõne ita? Ita profus. Constitutio quidè, vt ita dicã hæc est. Est certè. Sed quisnã teipm. modus? & quæ vitia sint, quæ habere eam temp. dicebamus? Principio qualis sit præscriptus hic in ea terminus, aspice. Siquis in nauis gubernatione, à census æstimatione gubernatores eligat, pauperem verò licet gubernandi peritiorem hauquaquã admittat, quid ex hoc sequiturum censēs? Vt malè nauem ducant. An non eodem pacto in quouis alio principatu? Sic equidem arbitror. Sicne in omnibus præterquam in ciuitate? An & in ciuitate præterea? Multò etiam magis, quoniã hæc grauissima est, & maxima gubernatio. Vnum quidem hunc & tantum paucorum potentia defectum patitur. Apparet. Quid autè hoc? Nunquid leuis? Quale istud? Quod necesse est non vnã hanc, sed duas esse resp. vnã quidem pauperû, diuitum alteram, & homines intra mœnia eadè habitantes sibi inuicem semper insidiari. Certè non leuius istud. Sed neque hoc palchrû est bellū scilicet gere non posse: quia coguntur, siue populo vtantur armato, cum formidare magis quàm hostes: siue non vtantur, reuerà in ipso pralio

*a Vitia quæ
habet pau-
corum domi-
natus.*

paucorum principes videri: ac etiam pecunias in eum usum erogare detractabunt, ut putà homines avari, isthuc inquam an decorum est? Non certè. Nāquid rectè fieri illud existimas, quod suprà vituperauimus, ut in huiusmodi ciuitate iidem homines in diuersis simul officiis occupentur, terram colant, pecunias cumulent, militent? Nullo modo rectè. Vide utique si horum malorum omnium hæc prima id grauissimum patitur. Quale id? Ut liceat cuiquam sua omnia alienare, alteri verò illius omnia comparare: atque ei qui alienauit, habitare in ciuitate, dum nulla ciuitatis pars existat, neque lucri studiosus, neque opifex, neque eques, neque armiger, sed pauper & egenus passim cognominatus. Prima hæc certe. Hoc profectò in ciuitatibus quæ paucorū subiiciuntur imperio, minimè prohibetur, neque enim alij opulentiores essent quàm deest, alij prorsus mendici. Rectè loqueris. Hoc autem considera, nunquid quando diues huiusmodi erogabat, conducebātne magis ciuitati ad ea quæ paulò antè dicebamus, an videbatur quidem e principum numero esse, reuerà autem neque princeps, neque minister erat, sed suarum facultatum consumptor? Sic utique visum est. Erat autem nihil aliud quàm consumptor. ^a An vis dicamus, quemadmodum in fauo fucus ortus examinis apum morbus est, ita & hominem huiuscemodi dominatum pestem reipubl. fore? Prorsus inquit, ô Socrates. Nōne, ô ^b Adimante volatiles fucos omnes sine aculeis deus fecit: hos autem terrestres, partim sine aculeis, partim diris armatos aculeis cernimus. Et ex his qui aculeos nō habent, inopes tandem in senectute fiunt: aculeis

^a Fucus in fauo
no examinis
tati morbus
est: talis est
in paucorū
dominatu q
opes & fortu
nas suas di
lapidat.
^b Fuci sunt
sine aculeis.

eis autem instructi. sunt hi qui vocantur malefici. Vera loqueris. Constat ergo in ciuitate, ubi mendicos vides, & fures inesse clam, & crumenarum sectores & sacrilegos, & horum omnium sceletum architectos. Constat certe. Nonne in ciuitatibus quæ reguntur à paucis, egenos esse vides? Omnes fermè, exceptis principibus. An non igitur arbitramur, maleficos in ea esse multos. aculeis ipsis armatos, quos diligentia ac vi principatus detinent? Arbitramur planè. Nonne ob prauam educationem, & disciplinæ defectum, & iniquam reipubl. dispositionem, homines ibi tales euadere asseremus? Asseremus. Talis vique erit ciuitas paucis subiecta principibus. totaque premetur malis fortè etiam pluribus. Sic fermè. Constituta iam nobis sit ea respubl. quam paucorum potentiam vocant à census æstimatione principes eligentem: post hæc autem inuestigemus quo pacto vir aliquis similis istius efficiatur, & postquam similis est effectus, qualis sit. Sic protinus. Nonne hac ratione maximè ex ambitioso in paucorum imperij cupidum transit? Quæ Quando ibi adolescens aliquis primò quidem patrem imitatur suum, cuiusque vestigia sequitur: deinde ipsum aspicit, vt qui in ciuitatem tanquam ad scopulum offenderit, subito ex culmine dignitatis prolapsus, seipsum suaque omnia dispergentem, siue post imperatoris & ducis, siue alterius magistratus maximè dignitatem in iudicium ab insidiatoribus tractum, à calumniatoribus circunuentum, oppressum, eiectum: honoribus & patrimonio spoliatum. Consentaneum quidem. Ille, ò amice, hæc intuitus atque perpeffus, amisso patrimonio, propter formidinem, confestim ex animi thre

* Vir similis
morib. pau
corum domi-
natus descri
bitur.

no ambitionem illam & audaciam deiecit, & humilior propter paupertatem factus sese ad quæstum conuertit, & angusto admodum animo aride nimum, & parce viuens, seque in obcundo negotio vexans pecunias congregat. An non huiuscemodi hominem tunc existimas in ea animi sede auaritiã & lucri cupiditatem locare? atque in se magnum aliquem regem fingere, ornamentisque regis exornare, coronis, balteis, fibulis, simbriis, ense Persico? Equidem. Atque hic quidem rationalem vim, & animositatis ardorem hinc inde depositam seruire huic cogit, & nihil aliud inquirere, & considerare permittit, quam unde ex paucioribus pecuniis plurimæ congregentur: alterum autem nihil aliud mirari, & colere quàm diuitias atque diuites, neque dignitatem ex re alia quàm ex pecuniis quærere, & si quid aliud ad id conferat. Nulla certè inquit, alia mutatio est vsque adeò velocis & vehemens, ex iuuenæ ambitioso in pecuniæ cupidum. Nonne igitur hic paucorum imperij studiosus est? Mutatio quidem ipsius ex homine similis est illius Reipublicæ, ex qua paucorum potentia exiit. Consideremus utique nunquid similis sit. Consideremus. Principio in eo quòd pecunias multi facit, similis erit. Quidni? Quinetiam & in eo quòd paucior est, & operi intentior, solasque necessarias cupiditates explet, cæteris verò sumptibus nequaquam indulget, sed alias appetitiones tanquam superuacuas cohibet. Magnopere. Aridior itaque & squalidior uiuit, vndique summa parsimonia rem familiarem augens, coæruando intentus thesauro, quos quidem homines vulgus probat: an non hic erit vir talis

Reipu-

In Auaro pecunia insatiabilis cupiditas, alias cupiditates coërcet.

Reipublicæ similis? Mihi quidem videtur. Pecuniæ itaque maximè honorantur & ab omni ciuitate, & ab hoc Neque enim hic, vt arbitror, disciplinae applicuit animum. Non, vt opinor. Neque enim cæcum sibi ducem præposuisset. Optimè quidem hoc autem animaduerte. Nonne fucorum naturæ similes cupiditates ob disciplinae defectum inesse dicimus, partim mendicæ, partim maleficæ, vi quidem ab alia diligentia detentas? Et maximè quidem. Scisne quò oculos conuertens, ipsorum maleficia cernes? Quònam? Ad orphanorum tutelæ, & si quid ipsis tale contagiis quo licentiâ plurimâ ad iniuriâ nanciscantur. Vera narras. An non id constat, quòd in aliis cõmerciis vir talis, in quibus probus habetur, cù iustus esse videatur, æquitate quadã vitæ cæteras cupiditates prauas quæ in ipso sunt, cohibet, non credens quod non sit melius neque ratione mansuetificans, sed necessitate & metu circa reliquã substantiã contremiscens? Sũmopere. Enimuerò, ô amice, in multis eorũ reperies, quando aliena oportuerit insumere, fuci persimiles cupiditates. Maximè. Non igitur se ditione intestina is carebit, neque vnus quidã erit, sed duplex habitque in se cupiditates vt plurimũ cupiditatibus imperantes meliores scilicet deterioribus. Est ita. Quãobrem modestior hic aliis multis erit. Consentientis tamen & cõpositæ mentis vera virtus longè huc effugiet. Mihi quidẽ videtur. Quinetiã ad certamen erit tardior vir parcus, quoties priuatim in ciuitate de victoria aliqua honesta, & magnificentia erit certandũ cũ pecunias erogare nolit decoris & contentionũ huiusmodi gratia metuens, prodigalibidines suscitare, prouocareque ad propu-

² Auarus se ditione intestina laborat.

gnandum contendendumque. Cū paucis tamē quibusdā sui ordinis, optimatum ritu pugnans, ut plurimū vinci patitur, & diuitias auget. Summopere. Nunquid vitrā diffidimus, ad ciuitatis eius exemplum quē gubernatur à pauci hominem parcum atque auarum institutum esse? Nullo modo.

Post hæc inuestigandum videtur, quo pacto popularis gubernatio constituitur, & quæ sit eius conditio, ut eandem in tali homine conditionem recognoscentes, eum in iudiciū deducamus. Ita sanè iter nobis inceptum simili peragemus. ^a Nonne hunc in modum ex paucorum potentia in popularem gubernationem ciuitas permutatur, ex eo quòd ciues optimum esse proposuerunt, ut quam diutissimi sint? Quo pacto? Quia principes in ea propter diuitias dominantur, prodigalitatē & perniciem dissolutorum iuuenum lege prohibere negligunt, ut emptionibus & fœnoribus eorum usurpantes bona, opulentiores etiam honoratiorēque euadant. Maximè omnium. Constat itaque impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiam possidere, sed necessarium est ad alterius estimationem alterum semper istorum negligi. Constat planè. Dum igitur in paucorum potentia inuentus educationem negligunt, permittuntque ad libidinem vivere, cogunt læpemerò homines non ingenerosos ad paupertatem redigi. Maximè. Sedens ut arbitror, isti in ciuitate aculeis armati, partim alieno ære grauati, partim ignominia afflicti, partim vtrisque malis oppressi, insidiātes illis quos sua noverunt possedisse, atque aliis, atque idcirco res nouas quotidie molluntur. Est ita. Homines

^a Quomodo ex paucorū potentia in populi dominatum transeat Resp.

autē auari, dum lucro incumbūt, hōsque non animaduertere videntur, & reliquorum insuper vt quisque maximē cedit, maximē argento immissio vulnerantes, & fœnus & ex sorte creditæ pecuniæ tanquam ex patre prolem, plurimū reportantes, ita facis egenisque hominibus ciuitatem replent. Maximē. Neque volunt tanti mali incendium ita extinguere, vt non permittant quenque res suas pro arbitrio agere. Neque hoc rursus modo, quo secundum aliam legem talia soluantur. Secundum quā potissimū? Secundū eam quæ post illam proximē sequitur, cogitque ciues virtutis curam suscipere. Siquis enim multa ex voluntariis commerciis suo periculo contrahere iuberet, non vsque ad eō impudenter in ciuitate pecunias congregarent, paucioraque in ipsa mala nascentur talia qualia diximus. Sic omnino. Nunc autem his de causis principes subditos sic in ciuitate disponunt: seipso verò, & suos, & iuniores, delicatos, & molles, & socordes reddunt, nullum aut animi, aut corporis laborem tolerantēs, voluptatibusque & doloribus succumbentes. Prorsus. Et ipsi quidem tales euadunt, vt nihil aliud præter quæstum æstiment, neque maiorem virtutis curam habeant quàm mendici. Sic certē. Ita igitur instituti, quoties congregiuntur inuicem principes ac subditi, siue in itineribus, siue in alio quopiam communi commercio atque opere, aut circa spectacula ad exercitum vel nauigantes vnā, vel militantes, vel etiam in ipsis periculis sese inuicem spectantes, nullo modo in his pauperes à diuilibus despiciuntur, sed frequenter homo pauper, macer, cutimque sole duratus cū in acie ad opulentum collatus est, in

* In Graeco est *καταρτησις*, sed omnino legendum est *καταρτισια*.

² Similitudo sumpta à corpore valetudinario ad declarandū quā in facili & proclivi fit lapsus Rei. ex paucorū dominatione, in dominatum multitudinis

ᵇ Eius civitatu qua populari dominatione regitur mores describuntur.
 c Populari dominatio ex omnibus Republ. formis maximè varia & multiplex

vmbra molliter nutritum, atq; [multas alienas, hoc est, adventitias & inutiles carnes habentem:] eumque inspicit anhelantem & anxium, nonne censebit ignavia ceterorum viros huiusmodi diuites fieri? alter que alteri ubi priuatim conuenere, narrabunt locupletes illos suos crassosque homines prerij nullius esse? Noui certè ita eos facere. ³ Nonne igitur quemadmodum debile & valetudinariū corpus, vel minimā mutatione extrinsecus iniecta in morbos incidit, sæpe etiam nulla extrinsecus re nocente, ipsum intra se dissidet: ita & ciuitas malis iisdem affecta parua occasione, aliunde sibi, vel his ex optimatum, vel illis ex populari republica auxilium adiungētibus, ægrotat, & secum ipsa dissentit. Sæpe etiam absque externorum opera, seditionibus agitatur. Proterus. Popularis utique gubernatio fit, vt arbitror, quando pauperes superantes, diuites partim necant, partim in exiliū pellunt, reliquos autem æquis reipubl. honoribus muneribusque afficiunt, atque vt plurimū in ea sorte magistratus obtingunt. Huiusmodi certè est popularis civitatis constitutio, siue armis fiat, seu metu discedentibus aliis. ᵇ Quænam erit igitur horum ciuiū vita? qualis gubernatio? Constat enim quòd vsq; talis popularis aliquid apparet. Perspicuum. An non primum quidem liberi erunt omnes ciuitasque libertatis plena, summāque licentia pro libidine omnia omnes audebunt? Fertur equidem. Vbi autem licentia, ibi quisque arbitrato suo vitam instituet. Patet. Omniformes in hac ciuitate nascuntur homines. Valdè. ᶜ Viderur utique

est, omnis qua generū mores & vitas complexa est.

hæc omnium esse rerumpubl. pulcherrimas: atque vt pallium variis depictum coloribus, speciosissimū esse videtur, ita ciuitas ista diuersis ex moribus varia, pulcherrima profus apparet: ac perinde vt pueri & mulieres varietate distinctis opificiis & spectaculis delectantur: sic multi propter hanc varietatē pulcherrimā ipsam arbitrantur. Et maximè quidem. Atqui facile est, o beate, in hac ciuitate répub. quærere. Quãobré: Quoniã omnia rerūpu. genera propter licentiã habet: ac videtur necessariū illū qui répu. instituere cupit, quod modò nos fecimus, popularē ciuitatē ingressum, eam reipubl. constitutionē quæ magis placeat sibi deligere, quasi rerūpubl. nundinas adeuntem, atque ita eligentē, ciuitatis modū statuere. Fortè exēpla huic nequaquã deerunt. Quid verò? an non dulcis hæc prima fronte atque diuina videtur vita, vt neque cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi, nec etiã si ad id sufficias, neque parere si nolis, neque bellū gerere aliis bellū gerentibus, neque pacē agere agentibus aliis, nisi id placeat? Vel etiã si qua te lex imperare vetet, & sententias ferre, nihilò minus & imperes, & sententias feras in iudicio, modò tibi hoc visum fuerit? Fortè sic primū videtur. Quid autem [mansuetudo & clementia erga damnatos quosdam nōne elegans?] an nondum hac in ciuitate vidisti homines mortes vel exilio condemnatos, nihilominus urbem incolere, ac prodire in medium, & sæpe quasi nemo id videat, aut curet, instar heroum quorundam per urbem incedere? Vidi equidem multos, [Indulgentia verò ipsius nōne elegans ista & dissoluta negligentia est quòd easus deque habeat quæ nos verbis rem ipsam

*sub. ciuitatis.

ornantes dicebamus, quando ciuitatem constituebamus. (quod vid. nisi quis excellenti sit natura & indole præditus, nunquam vir præclarus euadet, nisi item à prima pueritia ludus illi sint & recreatio animi res honestæ & in illis sedulò se exercent,) quòd inquam ista omnia magnificè & proculeans pedibus nullo modo curet quibus artibus imbutus quin ad Remp. gerendam accedat, sed eum in honore summo habeat, si modò se multitudini beneuolum professus sit? Valde admodum elegat. Hæc utique habebit & horum similia. gubernatio popularis eritque ut apparet, dulcis respublica & sine duce, ac varia æqualitatè quãdam similiter æqualibus inæqualibusque distribuens. Manifesta admodum narras.

*a Quomodo
priuatus q-
spiã ex simi-
li paucorũ
potẽtia fiat
similis popu-
li morib. do-
minationi.*

Contemplare quisnam vir talis priuatim sit, an fortè primò inuestigandum est, quemadmodum in republica fecimus, quònam pacto talis efficiatur? Ita prorsus. Nõne ita maxime accidit, ut auari patris & paucorum potentiz cupidi filius aliquis sub parentis moribus nutriatur? Quidni? Hic vi voluptates suas coercet, quæcũque ad sumptus alliciunt, non ad lucrum, quæ quidẽ voluptates nõ necessariæ appellatur Manifestum est. Num libet, ne in ambiguitate

*b Qua volu-
ptates neces-
sariæ, quando*

versemur, ut in primis quidem ^b quæ necessariæ sunt cupiditates, quæ non necessariæ, discernamus? Lubet equidem. Necessariæ quidem illæ meritò vocarentur, quas amouete non possumus, & quæ cũ percipiuntur, nos iuant, has enim ambas quærere naturam nostram necessarium est. Nõne. Maxime. Iure igitur eas necessarias appellabimus. Iure. An non rectè eas necessarias esse negabimus, quæ remoueri possunt, si quis a uelcat à teneris, quæ cum

cū adfunt, nihil afferunt boni, imò plerunque nocent? Præclarè quidem. Accipiamus eorum exemplar, vt quæ vti, & que sint cognoscamus, & figura quadam eas inspiciamus. Sic oportet. Cupiditas vti que comedendi, cibi que & obsonij, vsque ad salubritatem, & bonam corporis valetudinem, necessaria est. Arbitror. Certè cibi vsus duplici de causa necessarius, & quia sine ipso vita nō sufficit, & quia utilis. Ita est. Aliorum verò condimentorum, quatenus ad bonam corporis habitudinem confert. Profusus. Quid verò ea quæ vltra hæc est, & alienorū eduliorū & horū appetentia, quæ tamen coerceri à teneris potest & eruditione è multis summoneri? obstat autè & corpori & menti ad prudentiam temperantiãque, nōne meritò non necessaria nominabitur? Meritò. Has igitur sumptuosas cupiditates illas verò quæ stultas, quia conferant ad agendum, vocabimus. Quidni? Idemque de venereis aliisq; dicemus. Idem. Profectò, quem fucum paulò antè nominauimus, hunc esse dicebamus qui talibus voluptatibus & libidinibus plenus est, & cupiditatibus non necessariis est mancipatus: eū verò qui necessariis, parcum, & paucorum potentiz cupidum. Proculdubio. Rursus dicamus quemadmodum ex paucorum potentia cupido popularis efficitur. Videtur autem mihi hoc pacto, vt plurimum, fieri. Quonam? Quando iuuenis, vt modò diximus, nutritus ruditer, & aridè nimirum, fucorum mel gustat, adhæretque ardentibus vehementibusque animalibus, quæ possunt omniformes & varias voluptates vndique comparare, hinc vti que existima eam oriri mutationem, qua iste ex paucorum potentia quæ in eo est,

transit in popularem. Necessarium est. Nunquid quemadmodum ciuitas mutabatur dum extrinsecus praesidium alterutri partium praestaretur, à simili simile: ita adolescentis mutatur ingenium, dum rursus externatum cupiditatum species cognata & similis, alteri cupiditatum speciei e. tum quæ in eo sunt suffragatur? Propterea quidem. Quod si quæ suppetia ingenio eius paucorum imperij studioso siue à patre, seu à domesticis aliis ferantur, admonitionibus increpantibusque, seditione & reluctatio, & pugna in ipso ad seipsum tunc nascatur. Quidni? Et quandoque, et arbitror, popularis conditio paucorum statui cedit, & nonnullæ cupiditates partim intereunt, partim excidunt, pudore aliquo in animo iuuenili exorto, unde rursus excolitur. Fit nonnunquam. Rursus præter eas quæ excidentur cupiditates, alix coalescentes cognatæ propter inscitiam paternæ educationis multæ vehementesque sunt. Sic certè fieri consuevit. Trahunt porro ad se familiaritates & consuetudines, ac dum clam serpunt, magnum excresecunt in numerum. Quid prohibet? Tandem iuuenilis animi arcem occupant, præsentientes vacuum esse doctrinarum honestorumque officiorum, & veritatum insuper rationum. Qui sanè optimi omnium custodes seruatoresque in hominum mentibus extant. Summopere. Falsæ verò, & superbæ petulantisque rationes & opinioniones eorum in locum succedentes, eundem talis hominis locum obtinent. Maximè. Nonne iterum ad Lotophagos illos accedens, manifestè isthic habitat? Ac si ab amicis subsidium aliquod ei quod adhuc de patre in anima ipsius est veniat, superbæ petulantisque

*Bona disci-
plina & ho-
nesta præce-
pta sunt opti-
mi & fidissi-
mi custodes
anima ado-
lescentium.*

rationes claudentes regii in eo muri portas, ne que subsidium ipsum admittunt, neque legatos priuatorū senū monitis excipiūt, sed ipsæ prælio superant: & pudorem quidem appellantes fatuitatem, in exilium turpiter expellunt: tēperantiā verò ignaviā vocantes, conuitiātēque eiiciunt: modestiā quoq; in morib. & in sumptibus moderationem, tanquam rusticitatem & illiberalitatem penitus detestantur & fugant, & ipsæ vnā cum multis futilibūque cupiditatibus inualescunt? Magnopere. Cum hæc depulerunt ex eius animo quem occuparunt & purgarūt, magnis impensis iam initiato, post hæc petulantiā, licentiā, prodigalitatem, impudentiā, splendidas cum ingēti ceterua coronatas deducunt, extollentes applaudētēque: dum petulantiā quidem, ingenuam educationem: licentiā verò libertatem, prodigalitatem magnificentiam, impudentiam autem fortitudinem vocāt. An non ita quodammodo iuuenis transit ex innutrita necessariatū cupiditatum affectione, in dissolutam licentiā non necessariatum inutiliūque voluptatum? Planè id constat, inquit ille. ^a Viuit deinceps talis, vt arbitrōr nihilo magis necessariatum quam su peruacuarū voluptatū gratia erogās pecunias, labores, exercitationes. ^b Verūm si ita fortunatus est, vt non vltra modū debacchetur, sed senior factus, & ingenti tumultu præterito, elaboratū voluptatū partes admittit, & in eas quæ insuper accedunt non totū se dat, ad æqualitē iam redactis voluptatibus, ita vitā agit vt ei quæ fortē tū incidit, veluti magistratui summo imperium sui cōmittat dū ea expleatur, & rursus alteri nulla neglecta, dū vnāquamque æquabiliter apud se alat. Sic accidit. Hic quidem

^a Qui sint mores, & vita hominis simili populi dominationi

^b Qui similis est populi dominationi, is ex æquo omnibus voluptatibus, vel simul omnes admittens vel per partes singulas & seorsim se dat vtendū & regendū.

rationē verā non accipit, neq; in custodia suæ arcem admittit, si quis dixerit voluptates partim esse bonarū honestarūque cupiditatū partim verò malarū. & illas exercēdas esse, & honorādas, has cōtrā moderādas & cohibendas. Verū omnibus his tenuis affīrmatque similes oēs esse & pariter honorādas. Profectō quis quis ita affectus est, id agit. Nōne ita in dies viuūt, & incidentibus presentibū que semper cupiditatibus obsequatur? dum videlicet alias ebrietati modulationibūque indulget, aliās aqua potu cōtētus est, & se extenuat: interdū verò gymnasticā studiis se exercet, nō unquā remisso & socordi animo torpet, quando que philosophiæ attingit studia. Sæpe etiā se ad reipubl. confert, proditq; in mediū, quicquid obtulit fors, & dicēs & faciēs: ac si quādoque milites admiratur, ad eos fertur: si mercatores, ad hos rursū aduētat, neque ordine vllō aut necessitate vitā suā dirigit, sed iocundā & liberalem, & beatā hanc vitā appellans, hanc assidue colit. Scitē vitam hominis nullum delectū viuendi habentis narraſti. Arbitror equidem plenum hunc diuersis plurimisque moribus esse, pulchrūque & variū, quemadmodum ciuitatem illā que sanē multi atque multa emulari studeant, cū vita & rerūp. atq; morū in se multa exēpla cōtineat. Ita est nimirū. Esto nobis vir talis populari reipu. similis, utpote qui popularis meritō nominetur. Esto. Reliquum est, ut de præclara illa reipubl. vitōque præclara dicamus, tyrannide atq; tyrāno. Omnino. Age videamus, ō dulcis amice, quīnam tyrannidis ipsius sit modus. Principiō quōd ex populari oritur, fermē est perspicuum. Manifestū Eadem igitur ratione ex populari tyrannidē oritur.

Vir qui populi dominatum imitatur varius et multiplex est vita & moribus suis. Quomodo ex populari statu in tyrannidē transeat ciuitas eiusque mutationis causa.

oritur, qua ex paucorū potētia, popularis. Quā
 Quod sibi ciues in paucorū potētia tāquā bo-
 nū propoluerunt per quod & paucorū potētia
 hinc est. licet erat diuitiarum copia. Nōnne? sicut
 ipsum. Inexplebilis itaq; diuitiarum sitis, cetero-
 rumque officiorum negligentia propter ipsū
 quāstū eā perdunt. Verū id quidē. Quinetiā
 eius quod in populari bonum censetur, cupi-
 ditas inexplebilis, ipsam quoq; peruerit. Quid
 in ea potissimum ceteri bonum dicis? Libertatē.
 Nam istud in populari ciuitate ceteri prae-
 clarissimum audies. Ideoque in hac sola habi-
 tare par est eū virū qui natura sit liber. Certē
 nomen istud libertas in hac ciuitate frequen-
 tius praedicatur. Nōne quod dicturus etiam,
 huius ipsius cupido insatiabilis, ceterorumque
 negligentia, hanc mutat rempubl cogitque
 tyrannide indigere? Quo pacto? Quando vi-
 detur haec popularis ciuitas sitiens libertatem, ma-
 los pincernas praesidentes nanciscitur, & ea
 profusus quā decet se ingurgitans debac-
 chatur, & principes velut rigidiores & pauco-
 rum dominatum appetētes accusans punit, nisi
 mites admodū sint plurimūq; licētiē cōcedant.
 Sic profusus accidit. Atqui & eos qui principib.
 parent, obiurgat, tāquam seruiles & pretii nul-
 lius homines: principes autē subditis pare, &
 subditos pares principibus, priuatim & publi-
 cē laudat atque honorat: an non necesse est in
 hac ciuitate ad summam libertatem homines
 peruenire? Proculdubio. Atque hanc insitam
 obedientiē impatientem licentiā, o amice, pri-
 uatas irepere in domos, seq; vsq; ad bruta pro-
 tendere. Quo pacto hoc dicimus? Quale videli-
 cet si pater filio fiat similis, filiōsq; metuat & fi-
 lius patri sit par, neque vereatur parētes neq;

*ut pauco-
rum domina-
tum perdunt
immodera-
ta spes, quas
illi tantope-
re affectant
ita populi do-
minationem
profligat im-
moderata li-
bertas quā
populus sibi
pro summo
bono propo-
nit.*

metuat, ut sit maximè liber: inquilinus præterea civi, & inquilino civis æquetur, peregrinúsque similiter. Sic accidit. Hæc utrique, & alia nonnulla minora similia his eveniunt. Nèpe ea in urbe præceptor discipulos timet, eisque blâditur, discipuli præceptores spernunt, & similiter pædagogos: atque ut summatim dicâ, iuniores senioribus se æquât, & cû ipsis tû in sermonib tû in operib. decertât. Seniores aut vna cû iunioribus & pari loco cõsidentes tanquã securæ facilius eos delectât, ne severi imperiosi que videantur. Maximè. *Vulgi autè libertas extrema, ô amice, tali in ciuitate quâta, quandoquidè empta mâcipia nihilominus libera sunt quã emptores: & quanta mulieribus erga viros, virisque erga mulieres æqualitas libertasque sit, fermè dicere obliti sumus. An nõ secundû Æschylû dicemus, quod nunc nobis in buccâ venit? Sic prorsus, inquâ, atque ego quidè ita dico: profectò bestiar quæ ab hominibus nutriuntur quãto liberiores hac in ciuitate sint quã alibi, nemo, nisi expertus crediderit. Nã & cætelæ, ut habet prouerbiû tales, quales herc sunt. Et equi, & asini tales redduntur, qui asluefacti fuerint admodû liberè fastuosèq. per vias ingredi, ut in obuiû quæq. impetû faciât, nisi cesserit. Cæteraque omnia summa aguntur licentia. Meû certè mihi nãttas insomniû. Nã mihi rus proficiscèti frequèter ista cõtingût. Vides quorandè omniû supradictorû summa contendat? Ita siquidè hinc delicatus civiû animus redditur, ut si quis paulû quid seruitutis afferat, eggrè ferât, neq. tolerèt. Demû verò leges oës tã scriptas quã nõ scriptas contènût, nequis illis præsit dominus. Manifestû id quidè. Hæc, ô amice, egregia illa & elegãs resp. est, ex qua ut mihi videtur,

**Summa & profusa libertas que in multitudinis dominatione regnat, describitur.*

videtur, tyrānis nascitur. Elegās certē, sed quor
 sum hæc Morbus porro qui in paucorum po-
 tentia se: pens eā labefactauit, idē & in hac pul-
 lulans excrefcensque nimia ex licentia, popu-
 larē ciuitatē iugo feruitutis subigit. Ac summa
 tim excessus omnis verti penitus in contra-
 rium consueuit, in temporibus, in arboribus,
 in animalibus, & in rebus pub. maximē. Haud
 iniuria. Nimia enim libertas haud in aliud vi-
 detur quā nimia in feruitutē conuerti, & pri-
 uatim, & publicē. Certē id consentaneū. Qua-
 re nō ab te dicebā nō ex alia repub. quā po-
 populari tyrannidē surgere: extrema ex libertate
 grauissimā & maximē agrestem feruitutem. Sic
 ostendit ratio. At nō hoc vt arbitror, ipse que-
 rebas, sed quā morbus idē in paucorū poten-
 tia popularique gubernatione innatus eam in
 feruitutem redigit. Vera narras. Dicebam uti-
 que otiosorū & prodigiorum hominum genus
 partim fortius & virilius esse, partim ignauius:
 & illud quidē ducere, hoc autem sequi, quos
 quidem homines ^b fucis in superioribus com-
 parauimus: illos quidem fucis aculeatis, hos
 autem aculeis carentibus fucis. Et meritō. Isti
 quidem in quacunque fuerint ciuitate, eā tur-
 bant, quemadmodum pituita ac bilis corpus.
 Quos oportet bonum medicum & legum fun-
 datorem, non minus quā solertē apum cultorē
 e minus præcauere, primū quidē ne orian-
 tur in ciuitate: ac si oriuntur, vt cum ipsis fauis
 protinus excidantur. Ita profus agendū. Si igitur
 accipiamus, vt perspicacius quod quæti-
 mus cognoscatur. Quo pacto? Trifariā popula-
 rem ciuitatē, vt re ipsa est, partiamur. Vnū qui-
 dem hoc genus in ea propter licentiā nascitur.
 nō minus quā in paucorū potentia. Est ita L. 6.

*a Omnia ex-
 cessus in cō-
 trarium ver-
 titur.*

*b Fuci ciui-
 tati eā tur-
 bant, quem-
 admodum
 pituita ac bi-
 lis corpus.*

gè autè acius in hac quàm in illa. Qua ratione? ibi quia contemptui est, & à magistratibus repellitur, imbelles propter desidiam fit. In populari autem id genus omne exceptis paucis præsidet, & quod in eo acerrimum dicit & agit: aliud autem iuxta tribunalia inhærens suffrat, nec tolerat si quis alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc genere, paucis exceptis, in ciuitate huiusmodi administrantur. Et maximè quidè Aliud igitur tale semper ex multitudine excernitur. Quales? Omnibus enim quæritū cōsectantibus, qui natura elegantissimi sunt, ut plurimum ditissimi efficiuntur. Contentaneū. Hinc utique mellis copia & vberior & facilior facis exprimitur. Quomodo enim ex his qui pauca possident, copia mellis exprimeretur? Diuites, ut arbitros tales facorum herba vocantur. Sic ferme. Populus autè tertiū erit genus [quotcumque manuū labore victitat, & ut plurimū otiosi, haud multū etiā sunt pecuniosi.] Quod quidè genus & plurimū est, & in populari ciuitate principalissimū quoties congregatur. Est certè, ac nō frequēter id facere vult, nisi particeps mellis efficiatur. Nōne semper est particeps, quatenus hi qui præsidet expoliāt diuites, dispersiuntq; populo: sibi verò ut plurimū vsurpāt. Profectò ita fit particeps. Cogūbertatū adter itaq; repugnare hi qui ipoliati sunt, pro uersus diuitibus apud populū tū dicēdo, tū agendo. Quidnam factio n? Occasionē itaque ab aliis acceperunt, cū ipnes eligit, si nō cuperent: rerū innouandarum, nempe ut qui quidem infidiantur populo, & ad paucorum imperiū custodes intendāt animum. Cur nō? Tandem verò post tyrannos tāquā populū viderunt nō spōtes, sed per insciitiā à calumniatoribus seductū conari ipsi iniuriā inferre, tūc sanè velint nolint, reuera paucorum

Diuitum
spoliatio in
populari sta
tu causa est
mutatiōnis
in Rep. his
entis ob in
iurias sibi il
latas ab ip
sissimum
qui in popu
lo plurimum
pessimum mu
tare Remp.
conantibus
opponit se po
pulus & cu
stodes sua li
bertatū ad
uersus diui
tum factio
nes eligit,
qui quidem
custodes in
tyrannos tā
dem degeve
rant.

corū potētīæ studiosi euadūt, haud vltro volē
 tēsque sed quōd illis hoc malū ingerat fucus
 stimulas ac pungens. Valde quidē. Accusatio-
 nes igitur, litigia, contentionēsque mutua
 oriuntur. Et maximē. Ideōque populus cōsuevit
 vnū aliquē sui defensorem creare, cūmque nu-
 trire, & vti magnū efficiat, cōsouere. Cōsuevit
 certē. Ex quo pacto patet tyrannum ex radice
 vindicis populi enasci, neq; aliūde pullulare.
 Certū id quidem. Quānā origo mutationis ex
 vindice populi, id est, eo qui præest populo, in
 tyrānū an videlicet postquā cœpit qui præest
 id agere, quod circa tēplū^b Lycēi Iouis in Arca-
 dia fabula refert? Quidnā? Quōd quisquis hu-
 mana vitcera cū aliarū victimarū incisa vitceri-
 bus fortē gustarit, lupus fieri cogitur. Nōne fa-
 bulā audiuisti? Equidē. Eodē modo & hic cui^o
 imperio vulgus omnino obtemperat, cognato
 nō abstinere sanguine: sed falsis, vt solēt, cōfictis
 criminibus in iudicium trahit eos à quibus timet,
 & iniusta se ea de cruētate viri vitā extin-
 guent, gustansque lingua impura & prophano
 ore generis proximi sanguinē, ac nōnullos pel-
 lit necat alios, suasorē se çris alieni decidendi,
 agros distribuendi præbens. Quare necesse est
 eiusmodi hominē vel ab inimicis interfici, vel
 tyrannidē exercere, lupūmque ex homine fie-
 ri. Necesse est omnino. Hic quidem aduersus
 opulentos homines seditiosus. Certē. Nōne
 ab inimicorum vi huic periculum imminet,
 qui si expulsus, inuitis redierit inimicis, ty-
 rannus effectus reuertitur? Constat. Ac si eum
 calumniis publicis expellere nequeunt, vel oc-
 cidere, violentam illi mortem intentant, clam-
 que insidiantur. Ita certē fieri consuevit. Hinc
 illa solita tyrannis postulatio sequitur. Nempe

^a Quo pacto
 vindex &
 custos liber-
 tati populi
 constitutus
 in tyrannum
 euadat.

^b Fabula de
 hominibus
 in lupos con-
 uersis ad a-
 ram Lycæi
 Iouis in Ar-
 cadia.

omnes qui huc ascenderunt custodes aliquos corpori, ut auxiliator populi saluus sit, solent à plebe perquirere. Maxime. Dat itaque eos plebs de illo nimis sollicita, de se autem nimis secuta. Magnopere. Cùm hæc vir pecuniosus animaduertit, qui ob pecunias plebi hostis est, tunc certe iuxta oraculum Cræso datū *calculosum ad Herminum fugit, neque manet, neque timidus dici veretur. Haudquaquam enim secundum iterum vereretur.* Sanè quisquis comprehensus fuerit, vltimo supplicio afficitur. Necessè. Ac prætor ille ciuitatis magnus magnificè haudquaquã sese gerit, sed alios prostrernens plurimos, ipse in curru ciuitatis consistit, tyrannus ex prætoris & curatore effectus. Quid prohibet? An vis enarremus beatitudinem viri huius, & ciuitatis, in qua vir talis innascitur? Proorsus quidẽ. Principio quidem omnes salutataridens quibuscunque obuius fuerit, & nomen tyranni recusat, pollicetur multa, & priuatim, & publicè ære liberat alieno, agròsque distribuit populòque & familiaribus suis, ac denique omnibus mansuetus & mitis esse simulat. Necessè est. At cùm primùm externos hostes partim sibi conciliauit, partim extinxit, rebus iã pacatis, statim ut populus duce indigeat, bellum aliquod semper excitat. Consentaneũ est, Nonne etiam quo pecunias conferentes, pauperes fiãt, & in quotidianis operib. versari coguntur, & minus ipsi insidias struant? Patet. Quinetiam si quos agnouerit liberali esse ingenio præditos, talesque ut imperium eius recusaturi videantur, ut ad eos extinguendos occasionem habeat, hostibus obicit. His de causis necessè est tyrannũ semper noua bella mouere. Necessè. Qua de re ciues sibi inferos reddit.

a Quib. artibus Tyrannidẽ constituant & stabiliant, qui ad eam potẽtiam ex medio populo orti assurgunt.

reddit. Summopere. Verisimile est, ut nonnulli eorum qui tyrannidi suffragati sunt, & apud tyrannum plurimum possunt, audacter tam inter se quam cum eo quae geruntur, improbent, praesertim si qui altiori animo sint. Verisimile, consentaneum est, ut hosce omnes tyrannus e medio tollat, si modò sit dominaturus, quousque neminè relinquat amicorù vel hostium qui alicuius momenti sit. Manifestù id quidè. Acute igitur inspicere illù oportet quis tortis, quis magnanimus, quis prudens aut diues sit. Nepe usque adeò beatus est, ut seu velis seu nolit his inimicus futurus sit, eisque insidietur, quousque ciuitatè purgauerit. Egregiam sanè purgationè narras. Contrarià planè medicorù purgationi. Siquidem medici à corpore quod deterrimum est, abstergunt, quod vero optimum est, relinquunt. Contrà tyrannus efficit. Ille quidem sic facere cogitur, si modò sit dominaturus. Beata nimirù necessitate adstrictus est, quae illi praecipit, ut vel cum plurimis improbis vitam agat, & ab iis etiam odio habeatur, vel omnino non viuat. Talis profectò eius conditio est. Nonne quò infensiores habet ciues, dum haec agit, eò pluribus & fidelioribus satellitibus indiget? Quid prohibet? Quidnam igitur huic fideles maximè? Vnde illos accerses? Vitro aduolabunt vndique multi mercede pellecti. Fucos iterù mihi videris per Canem quosdam dicere, externis & variis ex gentibus confluentes. Verè tibi videor. Quis autè ex indigenis? Nonne aliqui, si voluerit? Quo pacto? Scilicet si ciuibus de medio sublatis, seruos uos libertate donet, & in satellitiù suorù numerù asciscat. Maximè quidè, quonià fidelissimi tibi hi sunt. Quàm praeclearà narras tyranini

possessionem, si quidem talibus amicis fidei seque
 hominibus utitur, cum priores illos perdidisset.
 Attamen talibus utitur. Atqui mirantur cum
 amici tales, conuersanturque cum eo non ci-
 ues boni autem vii oderunt ac fugiunt. Quid
 vetat? Non temere igitur tragedia sapiens at-
 tificium esse, atque in ea Euripides excellere
 viderat. Quamobrem? Quod & hoc profunda
 mente cecinit *sapientes tyrannos esse sapientia con-*
suetudine, dixitque hos sapientes esse qui cum
 his conuersantur. Quinetiam tyrannidem tan-
 quam rem diuinam extollit: aliamque permulta
 hic alique poeta. Enimvero poetae tragici ut
 pote sapientes nobis ignoscere puto, & illis qui
 perinde ac nos rempublicam administrant, si eos
 in nostram rempub. non admittamus, tyranni-
 dis scilicet laudatores, ignoscent, ut arbitror,
 quicumque inter eos viri elegantiores sunt. Ce-
 teras vero circumeunt ciuitates, turbam con-
 gregantes egregiis grandibusque & probabili-
 bus vocibus, quibus pretium non deest, repu-
 blicas tyrannidem trahunt, & popularem sta-
 tum. Vehementer. Nonne pro his pretium ca-
 piunt, honoranturque in primis quidem ut ve-
 rissimum est a tyrannis, deinde etiam a popula-
 ri illa republica? At vero quomodo altius ascendunt
 in arduum rerum publicarum verticem, eodem ma-
 gis eorum deficit honor, ut qui de fastidio crebro-
 re anhelitu progredi non valeat. Ita nimirum.
 Sed ne postquam huc digressi sumus, longius
 progrediamur, dicamus unde tyrannus exerci-
 tum illum suum praeclarum, numerosum, &
 variis semperque diuersis alat. Constat in
 primis quod si qua sunt facere opes in ciuitate,
 eas surripit, consumetque quousque illa suffi-
 cient, quae venduntur, dum leuiores exigit a ple-

22 Euripides
 & alij tra-
 gici Poetae
 reprehendi-
 tur, quod ad ty-
 rannidem
 laudant.

be tributa. Quid si opes hæc defecerint? Patet quòd ex patris aletur & ipse, & collegæ ipsius conubernalisque & scorta, tum pueri, tum mulieres. Intellego equitè quòd populus qui tyrannum genuit, ipsum amicisque eius nutrit. Ita cogitur. Quid verò si succenscat populus, dicatque, haud æquū esse, ut adultus filius à patre amplius enutrietur, sed contrà à filio pater: neque se ad hoc eum creasse, ut adulto iam filio pater ipse, seruis eius seruiens, & ipsum nutriat, & ipsius seruos, & alios præterea omnes undiquè confluentes eius atq; ipsa- tores, verum ut à diuitibus his qui præclari & boni existimantur in ciuitate, hoc præside libereretur: atque ita iubeat populus abire illum è ciuitate, eiusque amicos, perinde ac pater filiū domo vnà cum edpotorum turba depellens? Agnosceret per Iouem inquit: tunc demum populus qualis ipse, & quali bestia delectatus sit, dum eà generaret atque educaret, tum quanto ipso debilior potentior em eicere tæret? Id ais? Audebit tyrannus patri vim inferre, & si non obtemperet verberare? Imò verò nam auferet aima. Patricidam ergo dicis esse tyrannum, durumque senectutis educatorem. Atque ut videtur, hæc propriè est tyrannis, utque fertur, populus seruitutis liberorum hominū fugiens fumum in flammâ seruilis dominationis incidit, loco ingentis illius & importunæ libertatis, durissimam acerbissimamque seruorum subiens seruitutè. Ira nimitum accidit. An non igitur probè à nobis dictum fuerit, si sufficenter pertractatum dicamus, quo pacto tyrannis ex populari gubernatione nascatur: & nata quum est, qualis sit? Valdè quidem sufficenter.

DIALOGVS
NONVS DE
IVSTO.

Marfilij Ficini Argumentura.

Socrates quàm plurima de regia optimatũ vita tractauit: multa etiã de contraria eius tyrannide disputat, ut & illam tanquam beatissimam comprobemus, & hanc reprobemus quasi miserissimam. Quid non solum agitur in octauo, sed nono insuper agitur de tyrannide, qua scilicet ratione potissimum fiat ex populari, qualis quoque fit, quàm noxia, quàm infelix: quo videlicet primã qua in animo fit tyrannidem, totis viribus deuitemus, vicissimque regnum animo intimũ complectamur. Per hæc statim ad primum redibit disputationis vniuersa propositum. Quo utique statuit demonstrare iustitiam non opinione duntaxat humana esse laudabilem, sed etiam ipsa sui natura & honesta mirum in modum, & salutari esse ante omnia venerandam, iniustitiam quoque non ob metum vel legum vel infamie solum vituperandam esse, sed etiam propter ipsam maleficam naturam suam venenum procul effugiendum. Iustitiam verò suam nominat, aliã legalem communemq; designat iustitiam, virtutẽ scilicet vniuersam sub legum prudentia institutam: aliã iustitiam magis propriam siue distributiua, per quam & in ciuitate pro meritis honores, præmia, pœna distribuuntur, & in anima partibus anima pro dignitate natura actiones & munerã tribuuntur: siue commutatiuam, per quam & in ciuitate a quo & legitimo pretio res, vel rebus, vel pecuniis commutantur, & in animo ita quasi similiter commutantur officia, ut quantũ ratio inferioribus con-

consuluit, tantundem vires in se invices pro rationis im-
 peria necessaria subministrant. Inter hac nota tyrann-
 icum animū ita perturbatū esse, ut proprie iudicetur
 libidine perditus & temulentus, & furiosus atq;
 immanis. Quippe cum quasi fera immanibus in libi-
 dinibus rapiatur, quarum feritatem ceteri solum som-
 niantes interdum experiuntur. Quae verò hic ad
 falsitatem & veritatem & vaticinium somniorum
 pertinet, in theologia abundè tractamus. Considera
 quàm diligenter mala connumeret omnia, quibus civi-
 tas oppressa tyrannide premitur, quàmve aptè totidē
 mala ac etiā plura in tyranni animo numerat, adeo
 ut nihil miserabilius possit effingi. Mox disputatio-
 nem totam huc tendentem, ut sapiens iustaque vi-
 ta vitia contraria praefertur, in tria redigit capita.
 Primum esse vult, quod hactenus est tractatū, ex cō-
 paratione videlicet insipienti invidiosq; homini a
 civitate quandā nulla sapientia & iustitia guberna-
 natam. Ubi profectò apparet, & civitatem illam, &
 hominem aequa ratione pessimè & infelicissimè se ha-
 bere. Secundum verò capit nunc aggetur, distin-
 ctionem illā partium animae repetens in ratiocinan-
 di & irascendi & concupiscendi naturas: quibus tres
 quoque vitas accommodat, philosophicam, ambitio-
 samq; & cupidam, cupidam inquam pecuniarū gra-
 tia voluptatū, ideòq; avara etiam nominatur. Tres
 similiter disponit partes in civitate, magistratus, mi-
 lites, quatuorarios. Probat deinde vitam virtute pra-
 ditam magis eligendam esse quàm vitiosam, prater-
 ea quòd sit reuera suavior. Nempe cum trium illo-
 rum quilibet vita sua voluptatem ceteris praeferat,
 solus id philosophus potest rectè diiudicare. Opus e-
 nim est ad iudicium experientia, prudentia, ratio.
 Principio quantum ad experientiam pertinet, phi-
 losophus quidem & sui propriam, & aliorum volu-
 ptates est experitus: quo fit ut faciliè quae sit praeferen-

da cognoscere possit. Cateri verò Philoſophantis gaudia nunquam deguſtaverunt. Ideoque voluptates suas cum philoſophantis gaudio comparare non poſſunt. Præterea solus philoſophus perfectus: pulchritudo, et assignandorum industriam, rationum, quæ quidem duo rei quæ sunt aut iudicium necessaria. Cum ergo philoſophus sapientis instar, vite gaudia ambrosia libidinis, æque vita anteponat oblectamenum, tunc ex ipsius iudicium veri sententia vitam virtute redam, vite vitio d'ſoluta anteſere debemus. Tertium demique caput inde potissimum exorditur, quod in solo sapiente iustitiamque viro vel pietas vera reperiri potest. In ceteris autem voluptas in factam et umbratilis esse constat. Quod quidem ita probatur: Voluptates ut plurimum vehementes, repletiones quadam sunt indigentia. Atque ubi et quod impletur et quod imple verius profectum, que est, impletionis modus purior atque efficacior, ibi verior est voluptas et perfectior, et ingentior. Cum igitur intellectus veritatis que intelligenda veriorum perfectiorumque naturam habeant, quam sensus atque sensibiles ac veritas verius penetret intellectum quam sensibile sensum, et sine mixtione dolorum accedat sequitur voluptatem intelligentiam veriorum esse atque perfectiorum. Inter hæc casu quodam nescio quid interſit mathematicam, cuius declarationem ex commentariis in Timæum accipere oportunitus. Attende deinceps ad illam animæ naturæ figuram. In qua sub multiplici bestiarum nomine intellige concupiscentiæ naturam, sub figura leonis, rursus ascendit vigorem, sub forma hominis, rationem. Et vide quam expresse depingat ambitiosum, iniustum, libidinosum hominum vitam, et miseram servitutem. Item ibidem accipit formulam, qua postea transitum animarum in bestias ita interpretari, ut in bestiarum essentia et habitus potius quam in corpora migrare dicantur. Præterea memento, quem admodum in corpore

corpore per spicacia sensus, sanitas, robur, pulchritudo non opem onerata natura sicut bona, eorumque contraria mala similiter: sic in anima prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam naturaliter esse bona, naturaliterque horum contraria mala. Denique accipere totius vite formam, per quam ita corporea cuncta disponas, ut animi temperantia consonent. Atque ut tenue eligas singula, quatenus conferant ad animi sanitatem: & contra qua hanc impediunt, procul effugas, habites semper mentis arcem, atque ab ea nullum, aut illecebrum, aut minus te precipitari permittas. Cum vero, & te ipsum & alios ita formare velueris, spicere perspicuum reipublice huius exemplar in caelo, in caelo inquam, id est, ordine caelestium motuum, atque altius in mente divina, ut inde tandem ad ipsius imaginem, te ipsum primo, deinde familiam & civitatem iuste feliciterque componas.

P RINCIPES considerandum restat, ^a Quae ratio-
 inquam ego, qua ratione vir ty-
 rannicus ex populari fiat, qua-
 ritque sit, & nunquid vitam
 ducat miseram, an beatam. Cer-
 te id reliquum est, inquit ille. Scis quid ad-
 haec desiderem? Quid? Nondum sufficienter
 distinxisse videmur, quot sint, & quales cu-
 piditates. Ac nisi id constet, obscurior erit
 eius quod quaerimus inquisitio. ^b Cupidita-
 tem quousq;
 verò adhuc erit. Protus quidem, ac vide quid in-
 eis nosse velim, est aut tale. ^b Earum volupta-
 tum cupiditatumque quae non necessariae sunt, ^b proce-
 lat ex-
 videntur mihi quaedam legibus repugnantes, ^b temperan-
 omnibus inesse quidem legibus autem & me-
 lioribus cupiditatibus pariter cum ratione ^b tum homi-
 castigata, in quibusdam hominibus vel o-
 mino obsolescere, vel admodum reptini, ut tur.

*hunc locum
expresit M.
Tullius lib.
de divina-
riong.*

raræ admodum exilésq; reddantur: in aliis au-
tem vehementiores frequentiorésq; euadere.
Quas potissimú istas vocas? Quæ in somnis
sepius excitantur, cum dormientibus ea parti
animi, quæ mentis & rationis particeps sit,
sopita langueat: illa auté in qua feritas quædã
sit, atque agrestis immanitas cû sit immodera-
to obstupescãta potu, atq; pastu, exultare eam
in somno, immoderatèq; iactari: itaque huic
omnia obiiciuntur à verecundia ac ratione
vacua, vt aut cum matre corpus miscere videa-
tur, aut cû quouis alio, vel homine, vel deo, sr-
pe belua: atq; etiã trucidare aliquè, & nullo ci-
bo abstinere, multaq; facere impurè atq; rettè,
cû temeritate atq; impudentia. Verissimè in-
quit, dicis. Atqui salubri & moderato cultu
atq; victu quieti se tradiderit, & ea parte ani-
mi quæ mētis & cõsilij est agitata, & erecta, sa-
turatq; bonarũ cogitationũ epulis, eaq; parte
animi quæ voluptate alitur, nec inopia eneãta,
nec satietate affluēt, quò dormire possit, & ne-
que præ gaudio, neq; præ tristitia, optima illi
tumultũ excitet, sed ipsam per se ipsam solã pu-
rã cõsiderare sinat, & appetere vt quod nõ no-
uit, ex præteritis aut præsentibus aut futuris per-
cipiat: illa etiã tertiã parte animi in quo irarũ
existit ardor, sedata atque restincta: tum eue-
niet, duabus animi temerariis partibus com-
pressis, vt illa tertiã pars rationis & mentis cla-
ceat, & se vegetè ad somniandũ acrèq; præbeat
eĩq; visa quietis occurrēt tràquilla atque vera-
cia. Si prorsus existimo. Quid plura? Id summa-
tim cognoscere volumus. Vnicuique in eis spe-
ciè quandã cupiditatũ dirã, agrestem, atq; ini-
quã, atq; etiã in his qui inter homines maxi-
mè moderati vidētur. Quod in somnis fit ma-
nife-

nifestū. Nunquid igitur dicā, & vtrū consen-
 tias tu videris. Cōsentio equidem. Recordare,
 qualē virū esse diximus popularē. ^a Erat autē
 is, qui ab incunte ætate sub parco nutritus est
 patre, qui lucri cupiditati indulsit solū, ceteras
 verò non necessarias, sed ludi ornatūsque co-
 mites spreuit. Nonne ita? Ita prorsus. Conuet-
 satus deinde cum elatioribus viris plenisque
 libidinib. his quas modò narrauimus, declina-
 re cœpit ad petulantiam omnē, eorūque mo-
 res, paternæ parsimonie odio. Cū verò inge-
 nio meliore esset, quā corruptores, vtrinque
 distractus, mediā nactus est inter vtroque mo-
 res affectionem, moderatē vtrūque assecutus
 vt ipse putat, neque illiberalē neque dissolutā
 vitā agens, ex paucorū potentie cupido muta-
 tus in popularem. Erat vtiq; & est circa hu-
 iuscemodi virum hæc opinio. Pone rursus hu-
 ius iam natu grandis filiū, primis ab annis, pa-
 ternis moribus imbutū. Pono. Ponas iterum
 eadē huic accidere quæ patri contigerāt, vt ad
 omne trahatur flagitium, & lasciuientis vitæ
 licentiā, quā tamen hi qui eā degunt integrā
 nominēt libertatē. pater autē aliq; domestici
 istis cupiditatib. quas in medio quodā esse di-
 ximus suffragantur, alij item opem suggerant.
 Vbi verò iā sperauerint vehemētes illi incan-
 tiores, nutritoresque tyrannidis, adolescen-
 tem se nō aliter continere posse, amorē in eo
 aliquem quibusdam machinationib. excitent,
 præsidem tutorēque otiosorum, & ad libi-
 dinem illi subministrantium desideriorum, a-
 latum certe, & ingentem sacum. Nunquid a-
 liud amorē taliū esse putas? Nihil aliud. Quan-
 do verò circa ipsam susurrantes cupiditates
 alix, refertæ nidore, vnguentis, coronis, ac

*a Tyrannid
 animi tyran
 nidem imi-
 tantū & in
 quo mera cu
 piditas & li
 bido regnat
 profligato ra
 tionis impe
 rio mores de
 scribuntur, si
 mūlque offē
 ditur, per
 quos gradus
 & quibus
 studiis ad
 hanc vesan
 niam deuen
 iat.*

meto, resolutisque consuetudinum talium voluptatibus coaugent prorsus aliantque desiderium illud, atque ita furo aculeum addunt: tunc iam hic animi præses forit omnino, dementiaque feruet, atque stipatus inde satellitibus, stimuloque percitus, iniquas intra se fugales & verecundas opiniones cupiditatisque offenderit, protinus extirpat expellitque, quousque temperantiam omnem animo eiiciat, seque noua insania repleat. Egregie tyrannici viri refertur originem. Nonne & olim hanc ob causam amor tyrannus est dictus? Videtur planè. Et ebrius vir, o amice, nonne tyrannicum gerit animum? Sanè. Quinetiam furiosus & extra se positus, non solùm hominibus, sed & diis imperare contendit, speratque se id consequuturum. Vehementer. Tyrannicus autem, o beate, vir reuera fit quãdo vel natura, vel studiis, vel amobus, temulentus, amori obnoxius furiosus euadit. Prorsus ita se res habet. Ita igitur talis vir, ut apparet, efficitur. Vivit autem quo pacto? Id verò, ut aiunt qui locantur, mihi tu dices. Dico equidem. Post hæc, ut arbitror, festis indulgent, comestationibus, circulis atque congressibus, scortis, cæterisque huiuscemodi omnibus, hi quorum tyrannus amor intus animi incolens penetrat, regit omnia. Necessè est. Itaque multæ profectò dies noctesque vehementes cupiditates multorum indigent pullulant. Multæ quidè. Citò igitur si qui prouentus extiterint consumuntur. Quidni? Post hæc utique fornicatio, & patrimonij dissipatio. Proculdubio. b Quãdo verò deficient omnia, necessè est cupiditates vociferari atque conqueri, quæ quidem frequentes ardentisque in nido animi delitescunt: eos autem veluti

a Cui enim
Amor tyrannus
fit dicitur.

b Egregia
comparatio
animi eius
in quo regnat
amorem
cum igne.

stimulis

stimulis quibusdam percussos, libidinibus scilicet aliis, præsertimque amore aliarum omnium tanquam satellitum duce, iactari efferrique ad explorandum siquis quicquam possideat, quod vel fraude surripi, vel vi eripi possit. Maxime. Quapropter coguntur vel undique usurpare, vel ingentibus stimulis & doloribus cruciari. Coguntur plane. Nam quemadmodum nouæ voluptates ipsius adultæ præstinæ exuperarunt & quæ illarum erant, usurpauerunt: ita & ipse iustum esse censebit, ut ipse iunior plus habeat quam parentes & ab iis auferat, & si portionem suam consumpserit, paternam insuper erogat. Cur non? Quod si parentes illi nequaquam permiserint, principibus furatis eosque decipere aggredietur. Omnino. Sin istud non poterit, rapiet iam, vimque parentibus inferet. Sic arbitror. Ac si pater materque senes, o mirifice vir, resistent repugnentque, nunquid eos verebitur, atque ita se continebit, ut nihil agat tyrannicum? Patri equidem ac matri sic affecti hominis timeo. Per Iouem, o Adimante, inquam ego, nunquid gratia nuper amata cuiusdam concubinae non necessaria, amicam iam olim necessariamque matrem, aut gratia speciosi alicuius nuper amati adolescentis non necessarium, deformem & necessarium senem patrem, & amicorum omnium antiquissimum, tibi vir talis videtur verberibus obiecturus, eosque illis subiecturus, si eandem in domum induxerit? Per Iouem, omnino. Quam beatum esse videtur tyrannicum filium genuisse. Non multum. Quid verò? cum parentum facultates ipsam deficient, in eoque iam erit examen conferentissimum voluptatum, an non primò

parietem alicuius perfodiet domus, vel nocte
 serius euntis pallium rapiet? deinde etiam res
 sacras templi cuiusdam atrectabit? atque, in
 his omnibus eas quas olim à pueritia de hone-
 stis & turpibus iudicium facientes opiniones
 habuerat, illæ quæ nuper seruitutem exierunt,
 tanquam satellites stipâtes amorem, unâ cum
 eo iam superabunt: quæ quondam dormien-
 te illo per insomnia tantum soluebantur, cum
 adhuc sub legibus paternisque præceptis po-
 pulari in seipso institutus esset cõditione: tan-
 dem verò amoris tyrannide irretitus, qualis
 rarò erat in somnis, talis semper erit vigilans.
 Nam eadẽ impia nulla abstinebit, nec inglu-
 uie, nec facinore: sed tyrannicè in ipso amor
 omni cum licentia & transgressione viuens,
 utpote qui solus sit dominus, subiectum sibi
 hominem tanquam ciuitatem imprudenter
 ad omnia rapiet: ynde & seipsum & turbam
 suorum satellitum nutriet, partim extrinse-
 cus ingressam ex improba quadam consuetu-
 dine, partim intrinsecus ex eisdem moribus
 ab ipso solutam & manumissam. Nonne hæc
 talis hominis vita? Hæc profusus. Ac si pauca
 tales in ciuitate sint, reliqua verò multitu-
 do omnis modesta, quia istic locus non sit,
 profecti tyrannum alium stipabunt, acceptâ
 que mercede, sicubi bellum est iuuant, &
 verò pacatè & quietè esse possint, in eadem i-
 stic ciuitate mala multa minuta committent.
 Qualia? Furabuntur parietes perfodient, mar-
 supia incident, expoliabunt, prædabuntur-
 que, sacra rapient, captos homines seruire
 cogent, necnon calumniabuntur quandoque
 si dicendo valent, falsaque testimonia dicent,
 & muneribus corrumpent iudices. Minuta

hæc dicis mala, si pauci tales sint? Hæc quidem si ad maiora comparentur, dicuntur exigua. Atque hæc omnia ad tyrannū comparata ex malitia miseriæque ciuitatis, haudquaquã, ut prouerbio dici solet. [ne scopū quidẽ ex propinquo feriunt.] Quoties enim in ciuitate tales multi reperiuntur, eosq; alij sequuntur multi, sentiuntque ingentem suorum copiam, tyrannum procreant inscitia plebis, eum præ cæteris, qui inter illos ita est affectus, ut in animo suo tyrannum habeat potentissimū. Consentaneum id quidẽ. Tyrannus quippe is erit potissimus. Nonne facile id sit, si cesserint omnes? Sin autẽ ciuitas tyranno huic obstiterit, tunc sanẽ is quemadmodum in superioribus patre matrẽque violauit, sic rursus & patriam pro viribus violabit, alios inducens iuuenes, hisque seruire coget olim sibi charam patriam matrẽque, ut more Cretensium loquar, tam educatione quã habitu, atque is erit cupiditatis eius hominis finis. Sic profus. Nonne isti tales priuatim sunt antequam dominantur? Principio cum his conuersantur ut plurimum, qui blandiuntur atque assentantur illis, & in omnib. obsequuntur, atq; inseruiunt. Ac si qua re indigeant, idem & ipsi agunt, submitunt se, & quamcunque gerunt personam tanquam domestici. Voti verò compotes cum facti sunt, extraneos se esse declarant. Et maxime quidem. Omnem ita ætatem agunt. Amici quidem nemini vnquã, semper autem domi nantes alicui vel alicui seruientes. Libertatem verò & amicitiam veram nunquam ingeniunt tyrannicum gustat. Maxime Nonne huiusmodi homines iure infidos nominabimus? iure. ^b Quinetiam iniustos quã maxime iniustus.

^a id' in top
Baldet.

^a Cretenses
patriam, ma
triam appel
lant.

^b Qui tyran
nico anõ no
praditus est,
is maxime
iniustus.

fieri potest. si modò in superioribus rectè qua-
 le quid iustitia sit inter nos cõcessimus. Rectè
 quidem. Concludamus igitur, qui sit vir pesti-
 mus. Est autem is qui talis est, vigilans qualem
 supra figurauimus somniantem. Omnino. Ta-
 lis utique sit, quisquis cùm natura tyrannicus
 maximè sit, ut solus dominetur assequitur, &
 quò diutius in tyrannide vinit, eo magis est
 talis. Ita necesse est, inquit Glauco, partibus
 respondendi susceptis. ^a Quisquis iniquissi-
 mus apparet, & miserimus apparebit: & qui
 diutissimè maximèque potitur tyrannide, ma-
 ximè & diutissimè iniquissimus reuera est &
 miserimus. Multis autem multa videbuntur.
 Ita e hæc habere necesse est. Tyrannicus vir
 civitati tyrannide oppressæ simillimus. Popu-
 laris vir populari, ceterisque similiter. Quidnè
 Sicut se habet ad civitatem civitas virtute &
 felicitate, ita vir quoque se habet ad vitum. Ni-
 hil prohibet. Quomodo se habet tyranno sub-
 lecta civitas ad eam quæ regi pareat, qualem
 primò descripsimus? Contrà omninò. Nam
 vna quidem optima, altera pessima. Haud in-
 terrogabo quam dicas. Constat enim. Verum
 de beatitudine atque miseria eodem modo an
 alio iudicas? Neque verò tyrannicæ civitatis
 speciem admiremur, ad solum tyrannum re-
 spicientes: aut ad eos paucos qui cū eo rerum
 potiuntur, sed ut decet omnem penitus civita-
 tem ingressi, lustremus singula, & ad cuncta cõ-
 uersis oculis feramus sententiam. Probè ad-
 mones, & sanè inter omnes constat nullâ ciui-
 tatem tyrannide pressâ esse miseriorem nul-
 lãque rege gubernata, beatiorẽ esse. Si
 idem circa viros obseruari iuberem, num re-
 ctè præciperem? videlicet si censeam ei iudiciũ

^a Quisquis
 iniquissimus
 idè etiã mi-
 serimus.

^b Ut nulla
 aut as mise-
 rior est ea
 qua tyranni
 de oppressa
 est, ita nul-
 lus miserior
 est eo q̃ ty-
 rannica ani-
 mo sit pradi-
 tus.

sermittendum, qui cogitatione possit tyranni mentem irreperere. ac mores penitus introspicere, neque ut pueri solent, exteriora intuens obstupescat, dum tyrannicam illam aspicit pompam, & speciem ad quã illi sese apud eos qui externa spectant, effingunt, sed peripicaciter iudicet. ^a Si inquam, cum nobis audiendum censeam, qui discernere valeat, qui que vnã & habitauerit, & domesticis actionib. interfuert, tam qui nouerit quo pacto erga familiares singulos ille sit affectus. Nam in his maximè qui omni tragico apparatu nudatus, perspicitur: rursusq; popularibus in periculis, hæc omnia dignoscentem si iubeam declarare quo pacto se ad alios tyrannus habeat, quod ad beatitudinem miseriamque pertinet, nunquid rectè iubeam. Rectè admodum, & iusta iubeas. Visne fingamus & nos ex eorum numero esse, qui iudicare possint, atque illis adhererint, ut aliquem habeamus qui ad ea quæ interrogamus respondeat? Volo equidem. Age itaque, sic considera similitudinem, memoriam repetens & ciuitatis, & viris atque ita sigillatim vicissimq; utriusq; affectus animaduerte. Dic quales. Principiò, liberam ciuitatem tyrannicam dices an seruam? ^b Maximè omnium seruam. Attamen in ea dominos ac liberos inspicis. Planè, sed exiguum quidem istud: vniesum verò, ut ita dicam, in ipsa & præstantissimum genus, turpiter ac misère seruum. Si igitur ciuitati vir similis, necesse est in illi eundem esse ordinem, multaque illiberalitate & seruitute eius animũ opprimi casque animi partes seruire, quæ præstantissimæ sunt: exilem verò partem, ignauissimã, & dementissimã dominari. Necessariũ. Quid porro? ^c Seruũ an li-

a Ut de miria tyranni rectè iudicari possit tyranni animus nudus introspicendus esset.

b Comparatio misera ciuitatis tyranni: de oppressa cũ misera eius animi quæ Tyrannicũ libidinu & cupiditatis impersum patitur.

c Tyrannicus animus seruus.

berū huiusmodi animū appellabis? Seruū. At-
qui serua & tyrauno subdita ciuitas, minimē
quæ vult agit. Nimirū. Tyrannicus igitur ani-
mus minimē quæ vult efficiet, vt sic de toto a-
nimo dicā: sed stimulo semper percussus violen-
to, perturbatione pœnitentiæque redundabit.

** Tyrānicu
animu pau-
per: metu
perpetuo. ru-
casus, lamē-
tationib. &
suspiriū dis-
trahit.*

Quidni? Tyrannicā ciuitatē, diuitēne, an pau-
perē esse necesse est? Pauperē. Animū quoque
tyrannicū, mendicū semper & inexplēbilē ne-
cesse est esse: Est vt dicis. Metu verō sollicitari
an non necessariū est ciuitatē talē, talē iue-
rū? Valde Lamentationes præterea, suspiria, fle-
tus, angustias censēs in alia ciuitate frequen-
tiores te reperturā? Nullo pacto. In homine ve-
rō alio talia quædā plura inesse putas quā in
tyrannico isto, qui cupiditatibus amoribūisque
insanit? Quonā pacto? Profectō ad hæc respi-
ciens omnia, cæterāque generis eiusdē, ciuitatē
tyrannicā ciuitatū omniū esse miserimā iudi-
casti. An non rectē? Sumopere. Verū de viro
rursus tyrannico quid ais, quoties eadem hæc
animaduertis? Longē cunctorum dico hunc
esse miserimum. Hoc non rectē dicis. Quam-
obrem? Nondum hic est, vt arbitror, talis ma-
ximē. Quis ergo? Iste forsitan tibi hoc mise-
rior esse videbitur. Quis inquam? Qui cum na-

*b Miserim⁹
is est, qui cū
tyrānico in-
genio sit pra-
ditus vitam
priuatā non
agit, sed ita
infelix est,
vt tyranni-
de potiat.*

tura tyrannicus sit, vitam non agit priuatam,
sed est infelix, & sorte quadam eo deducitur,
vt tyrannide potiat. Ex his quæ dicta sunt
vera te loqui coniecto. Ita est. Verum talia
quædam non opinari oportet, imò verò dili-
gentissimē ratione tali inuestigare: De maxi-
mo enim quodam nobis disceptatio est, bona
infelix est, scilicet vita, ac mala. Scitē. Attendite itaque si
quid dicam. Videtur enim mihi ex his de hoc
esse considerandum. Ex quibus? Ex vnoquo-
que

que scilicet priuatorum, quotcumque ita diuitiis abundant, vt multa habeant mancipia. Isti namque id tyrannis habent simile, quod multis imperant. Interest autem, quod tyrannus pluribus dominatur. Interest vtique. Nosti quod hi securi cum familia viuunt, neque famulos metuunt? Quid enim metuerent? Nihil. Sed nunquid causam tenes? Equidem quoniam videlicet ciuitas vniuersa singulis priuatorum succurrit. Exclare loqueris. Quid si quis deorum vitum vnum cui quinquaginta vel plura mancipia sint educat e ciuitate vna cum vxore ac liberis, constituatque in solitudine, cum rebus suis omnibus, atque mancipiis, vbi liberorum hominum nullus ferre huic auxilium possit, quali eum & quanta formidine vexatum iri existimas, ne forte mancipia ipsum, & filios, & vxorem interimant? Summa, vt arbitror. An non cogetur seruis quibusdam blandiri, polliceri que multa, & manumittere, cum sibi nihil opus sit, vnde & ad ministros suos adulator erit? Coget penitus vel ita facere, vel perire. Quid si alios adhuc deus in ea regione disposuerit proximos illi complurimos, qui nequaquam sustineant, vt alter alteri dominetur, ac si quem deprehenderit sibi dominum vendicantem, suppliciiis extremis afficiant? Deteriorem admodum eius conditionem fore censeo, si hostium vallo includatur. An non tall quodam carcere clausus est tyrannus, natura talis existens, qualem in superioribus explicuimus multis videlicet diuersisque timoribus & amoribus agitarum? Cum vero ingenio sit apprimè auido, huic soli, neque egredi vsquam licet, neque inspicere quæ liberis hominibus lubitum est: sed intra adiu

parietes formidolosus veluti mulier commo-
 ratur inuidēs civibus aliis si quis extra mœnia
 spatietur & boni quicquam spectat. Sic pror-
 sus. An non ab huiuscemodi malis plura insu-
 per incurrit vir ille, qui malè seipsum guber-
 nans, quem & tu modò miserrimum iudica-
 bas tyrannicum, haudquaquam prius vi-
 vit sed fortunæ vi quadam ut tyrannidem ex-
 erceat cogitur, cumque sibi ipsi imperare non
 possit, aliis imperare contendit? perinde ac si
 quis in becillo corpore, & suis se viribus
 non sustinente, cogatur ut quietem agat se-
 cum ipse nunquam, sed aduersus alia corpora
 certet ac pugnet. Similima inducis, ô Socrates,
 atque verissima. Nōne igitur ô amice Glau-
 co, miserabilis omnino hæc est conditio, du-
 riórque vita est hominis nacti tyrannidem,
 ea vita quam tu supra durissimam iudicabas?
 Valdè. Est autem re ipsa, quamuis alicui non
 videatur, verè tyrannus, verè seruus, extrinsece
 adulationi & iuribusque adstrictus, nequissi-
 morum hominum adulator: qui appetitus suos
 explet nunquam, sed plurimis indiget semper,
 atque inops reuera esse apparet, si quis penetra-
 lia animi ipsius inspexerit. Pausere qui etiam
 perpetuo territus, & solitudinè angustia-
 que vexatus: si modò civitatis eius statui cui
 præest ipse est similis. Similis autem existit. An
 non? Et maximè quidem. Præter hæc viro huic
 illa etiam tribuimus quæ antea memoravi-
 mus quod necessè sit eum & esse prius, & po-
 stea multò magis cum tyrannidè est adeptus
 inuidum, infidum, iniustum, expertem beneuo-
 lentia impium, omnisque nequitia sentinam
 ac formite fieri: ex hisque cunctis esse mi-
 serrimum, atque alios etiam qui adherent i-

psi, similes reddere. Nullus mentis compos hic contradixerit. Age, quemadmodum iudex omnia circumspectans de singulis iudicat: ita tu in praesentia proferas, qui tuo iudicio prius beatitudine, qui secundus: ceterosque gradatim qui in numero quinque sunt, enarra: Regium ambitiosum, paucorum potentiae cupidum popularem, atque tyrannicum. Ac facile iudicium istud. Nam velut ingressi sunt, istos quasi choros virtute & prauitate, beatitudine, & huic contrario inter se comparo atque iudico. Num praekonem conducemus? an ego haec potius pronuntiabo? Aristonis filium iudicasse virum optimum, & iustissimum, esse beatissimum, eumque esse dixisse hominem maxime omnium regium, seque ipsum regentem: pessimum vero & iniquissimum, esse miserissimum: talémque eum esse qui maxime tyrannus sit, seque ipsum & civitatem tyrannide premar? Ita sit promulgatum. Nunquid adiciam, siue lateant sic affecti homines, siue non lateant homines pariter atque deos? Adhuc. Esto igitur. Etenim una haec demonstratio sit: secundam vero si videtur, hanc convenit inveni. *Quanam ista?* Postquam sicuti civitas tres in species diuisa est, ita & cuiusque anima trifariam diuidetur, ut arbitror, atque hinc demonstratio secunda nascetur. *Quanam?* Haec. Cum tres animae partes sint, tres quoque voluptates esse videntur, sua cuiusque partis propria. Cupiditates quoque totidem & principatu. Quo pacto? Partem unam dicimus quae a homo dicitur. Alteram, quae irascitur. Tertiam vero propter varietatem uno non potuimus proprio ipsius vocabulo nominare, sed ex eo, quod in se continet maximam vehementissimi-

*Ex entium
ratu generi-
bus animo-
rum primas
tenet in feli-
citate regi
animas, pri-
mas in mise-
ria tyrannid-
cas.*

*Anima di-
uisio superius
proposita, te-
rta proponi-
tur, & pluri-
bus explica-
tur.*

a Concupiscibile pars seu species anima, varia & multiplex est, refertur tamen ad voluptatem & lucri cupiditatem.

b Irascendi facultas quae cōplētatur.

c Tertia pars animi est vis & facultas illa qua discimus & ratiocinamur, & gloriae minimam curam habere. Omnino.

d Cum ex tribus vitæ generibus qua ex tribus animae partibus oriuntur, prout haec vel illa in aliquo regnat unumquodque propriam voluptatem aliorum voluptati anteponat: huius controuersia optimus iudex est Philosophus: qui tribus rebus ad sincerè iudicandum de re aliqua præcipuè plurimum valet: nempe experientia, prudentia, & ratione.

numque, concupiscibile appellauimus, propter vehementiam earum cupiditatum quæ ad cibum potumque, & venerea rapiunt, & ea quæ ista sequuntur: necnon avarum cognominauimus, quoniam pecuniis maximè huiusmodi cupiditates explentur. Rectè. Ac si voluptatem amoremque lucri ipsam esse dixerimus, in vnam maximè summam reducemus orationem, vt aliquid nobis certum ipsi significemus, quoties id ipsum partem hanc animæ diximus. Atque si totum hoc pecuniarum & lucri cupidum nominemus, rectè admodum appellabimus. Mihi quidem ita videtur. Quid verò? Irascendi natura nonne ad potentiam, victoriam, gloriam, trahitur tota? Magnopere. Si igitur eam contentiosam ambitiosamque appellabimus, nunquid rectè fecerimus? Rectissimè. At verò partem illam qua discimus, constat cuique ad veritatem inuestigandam totam semper anniti, pecuniarumque gloriae minimam curam habere. Omnino. Si tertium hoc discendi cupidum & philosophum nominabimus, haud ab re erit nomen impositum. Est vt ais. Nonne dicimus in animis quorundam vnam illarum partium dominati, in aliis aliam, quam easque contigerit? Dominamus. Propterea dicimus tria hominum prima genera esse, philosophum, contentiosum, avarum. Prorsus Voluptatum quoque species tres hisce subiectas, cuique suam. Omnino. Si vnunquemque istorum seorsum interrogas, haec vel illa in aliquo regnat unumquodque propriam voluptatem aliorum voluptati anteponat: huius controuersia optimus iudex est Philosophus: qui tribus rebus ad sincerè iudicandum de re aliqua præcipuè plurimum valet: nempe experientia, prudentia, & ratione.

quæ vita istarum dulcissima, suam quisque cæteris anteponet. Avarus quidem lucri ipsius comparatione, honorum vel disciplinarum oblectamenta nullius existimabit, nisi quid forsan ad argentam conferant. Vera loqueris. Ambitiosus autem, voluptatem quæ percipitur ex pecunia grauem & molestam putat, tur sùsque eam quæ discendo percipitur, quia doctrina honorem non affert, fumum & nugas existimant. Ita res se habet. Philosophum quoque ponamus cæteras voluptates flocci pendentem: dum eas ad iuge discendi gaudium, quo ipse fruitur in inuestiganda veritate comparat: cæteras autem non necessarias vocantem, quia illas secuturus non sit, nisi necessitas cogat. Bene id nosse oportet. Quando igitur cuiusque vitæ voluptates ipsaque vita in contentionem venient, non de hoc quod est honestius aut turpius vivere vel melius, aut deterius, sed de suaviori pacatiorique vitæ statu, qua ratione discernemus cuius sit sententia verior? Haud satis habeo quid respondeam. Sic autem animaduerte. Quanam re iudicare oportet, quæcunque rectè diiudicanda sunt? Nonne experientia, prudentia, ratione? An habet quisquam alia quibus melius iudicet? Nullo modo. Attende igitur: Cum tres sint, quisnam horum maximè expertus est omnes quas narrauimus voluptates? Vtrum avarus discendo qualis sit veritas, magis tibi videretur expertus discendi iucunditatem, quam philosophus lucri? an potius contra? Permultum interest. Philosophum namque necesse est voluptatem alterius à pueritia degustasse. Avarum autem haudquaquam necesse est in veritatis inuestigatione quanta insit oblectatio percepisse, ex-

pertúmque fuisse. Imò verò si nitatur, non fa-
 cile istud assequitur. Longe igitur avaro phi-
 losophus, utrarúmque voluptatum experientia
 præstat. Longè. Ambitiosus vetò nunquid ma-
 gis imperitus est voluptatis, quæ ex honore
 percipitur, quàm philosophus eius quæ ex pru-
 dentia? Honor quidem omnes eos sequitur,
 si propositum sibi officium exequatur. Etenim
 diues à multitudine honoratur, & fortis &
 sapiens. Quapropter omnes quanta prouenit
 ex honore voluptas, vsu ipso intelligant. Quàm-
 ta verò sit in veritatis contemplatione suauitas,
 solus philosophus sentit. Igitur quantum
 ad experientiam attinet, optimè philosophus
 præ cæteris iudicat. Valdè. Quinetiam vnà
 cū prudentia solus erit expertus. Nihil prohibet.
 Præterea organum illud per quod iudi-
 candum est, non avari aut ambitiosi homi-
 nis, sed philosophi est instrumentum. Qua-
 le istud? Per rationes enim esse diximus iu-
 disandum. Diximus. Rationes autem præ-
 cipuè philosophi sunt instrumenta. Patet si
 diuitiis lucròque optimè vnumquodque iudi-
 caretur, quæ laudaret vel improbaret vir quæ-
 stui deditus, necesse esset hæc esse verissima.
 Penitus. Sin autem honore, victoria fortitudi-
 ne quæ ambitiosus & ad victoriam ardentissi-
 mus iudicaret. Constat. Postquam verò expe-
 rientia, prudentia, ratione. Necesse est, quæ
 philosophus & rationum vir studiosus lau-
 dat, esse verissima. Quare cū tres voluptates
 sint, voluptas partis eius qua discimus erit, v-
 tique suauissima eiusque dulcissima vita, in
 quo hæc pars dominatur. Nihil obstat. Nempe
 Philosophus apud quem verè iudicandi est
 aurotitas, suam laudat vitam. Quàm verò secun-

dam esse vitam aut quam secundam voluptatem arbitri ille ponit? At constat quod bellicōs ambiciosique hominis, Propinquior enim illi hæc quam avari. Postremam igitur lucii cupidi vitam locare videtur. Quidni. Duo hæc itaque sibi inuicem ita succedunt, bisque iustus iam vicit iniustum. Tertium verò Olympicorum ritu, seruatori & Olympio Ioui tribuens, ^acontemplare nullius præterquam prudentis voluptatem veram profus existere, neque sinceram, sed umbratilem atque inanem, ut ego ex sapientum aliquo audisse mihi videor: atque hic erit grauissimus iniusti casus atque ruina. Mirum in modum. Verum quo pacto istud ais? Ita certè inueniam, te respondente perquirens. *Quære. Dic obsecro, nonne dolori contrariam dicimus voluptatem? Dicimus.*

^bMedium quinetiam quoddam ponimus, quod neque lætari est, neque dolere? Ponimus. Et cum medium sit, quietem vacationemque animi ab utroque? Nonne ita hoc dicis? Ita plane. Meministi qualia esse solent ægrotantium verba dum morbo laborant? Qualia dicis? Nihil esse dulcius sanitate, sed eos latuisse aiunt, quam dulce id sit, antequam ægrotarent. Recordor equidem. Nec non acerbissimis doloribus vexatos homines exclamantes audis, nihil esse dulcius quam ea afflictione vacare. Aut quinetiam aliis permultis huiusmodi afflictionibus cruciatis homines audis, dum cruciantur, vociferantes, asserentisque dulcissimum esse nullo dolore affici, præsentique molestia esse liberum, non autem dicunt dulcissimum esse lætari. Nempe hæc illis quies tunc fortè gratissima. At verò cum lætari quis desinit voluptatis cessationem illam molestantam

a Solã sapiẽtia voluptas sã puram & veram esse deinceps probatur.

b Medium flatus inter voluptatem & dolorem cũ neutrum sit nec dolor ne voluptas merito dici potest quãtum comparatus cum voluptate sensu dolor, cũ dolore autẽ voluptas nullo modo appellatur.

existimabit? Fortè. Quies igitur illa quam paulò antè viroꝝque mediam esse diximus quandoque vtraque erit, cum dolor scilicet, & voluptas. Videtur. Num fieri potest, vt quod neutrum est sit vtraque? Non vt arbitror. At qui quando in animo voluptas est, aut dolor ambo motus quidam insunt? Vtique. Tertium verò illud quòd neque dolor est, neque voluptas, nōne quies aliqua & istorum medium esse nuper apparuit? Planè. Quo pacto igitur rectè putabimus, non dolere quidem subue, non latari verò acerbum esse? Nullo. Istud igitur non est, sed apparet si ad molestum quidem conferas, iucundum: si ad iucundum verò, molestum, idque tūc medium est, & quies. Neque visa huiusmodi veri quicquam de voluptate nobis offerunt, sed præstigiis quibusdam proueniunt. Sic monstrat ratio. Vide igitur voluptates quæ dolorem nullum sequuntur, ne sapius id in præsentī disputatione ita natura comparatum existimes, vt voluptas quidem doloris, dolor verò voluptatis priuatio sit. Quorum inquit, & quas voluptates dicis? Multæ quidem & aliæ sunt, sed præsertim si animaduertere vis, voluptates quæ circa olfactum fiunt: hæc namque nullo prius antecedente dolore, repentè ingentes proueniunt, & cum cessant dolor eas nullus sequitur. Verissima narras. Ne credamus igitur doloris cessationem, puram voluptatem esse: neque dolorem, voluptatis absentiam. Non. At verò earum quæ per corpus ingrediuntur in animum, voluptatesque dicuntur, fermè maxime quæque ac plurimæ tales sunt, vt doloris liberationes sint. Sunt profectò. Et quæ circa hæc futura ab expectatione nascuntur, prægustatio.

Voluptates quæ circa olfactum, visum, auditum & intelligentiã fiunt, nullo antecedente dolore veniunt, nec cessantes ipsas sequitur dolor.

Voluptates quæ per corpus in animum ingrediuntur, non sunt verae voluptates, quæ dolorum sunt liberationes duntaxat: ac proinde ad mediũ illũ statũ pertinent quo dolore careamus.

stationes quædã voluptatis, atque doloris, eodem modo se habent. Eodẽ. Scis quales hæ voluptates sunt, & cui maximè similes? Cui? Putas aliquid in natura esse supremũ, infimũ, mediũ? Equidem. Censes aliquem cum ab infimo ad mediũ fertur, aliud arbitrari quàm ad summũ ascendere? & dum stat in medio, deflectitque oculos illic vnde venerat, alibi esse opinari quàm in supremo, cũ id quod reuera est summum non cernat? Per Iouem, non aliter hominem talem opinaturum existimo. Si iterum infra feratur deorsum ferri opinabitur, ac verè putabit? Quidni? Nõnne hæc illi eam ob causam contingunt omnia, quia nondum expertus est quid verè supremum sit, quid mediũ, quidue infimum? Manifestum est quidẽ. Nunquid ergo miraberis, si veritatis imperiti homines, tum de multis aliis non rectè sentiunt, tum etiam circa voluptatem & dolorem, horũque mediũ sic afficiuntur, vt quoties in dolore incidunt, verè iudicent, doleant, que reuera: quoties verò à dolore surgunt in medium, & repletionem & voluptatẽ assequi arbitrentur? Et quemadmodũ qui iuxta nigrũ solum aspiciunt fuscum, quoniã non vident alium illud clarissimum existimant: ita & qui doloris vacuitatem cõparant cum dolore, veram autem experti non sunt voluptatem, iudicando decipiantur? Per Iouem non istud mirabdr equidem. Imò verò si contrã eueniret, potius mirarer. Sic autem considera. Nõnne famemes ac sitis, & cætera generis eiusdem vacuitates quædam sunt corporis ipsius habitudinis? Quidni? Ignorantia verò & imprudentia vacuitas quædam est habitus animi. Maximè impletur autem & illud, dum alimenta ca-

Voluptates corporu non sunt vera voluptates quia replent illud quod verè non est, perpetuòque mutatur & interitui obnoxium est, verè non est, corpus corpora reu cibis, atque intelligentia voluptates, vera sunt voluptates, quia eam partem non habet qua verè est & impletur cibo qui verè est nempe verè tati & essentia rerum cognitiones.

pit, & hic dum intelligentiam. Quidni? Quamnam repletio verior? Vtrum quæ per ea fit, quæ magis veriùsque sunt, an quæ per alia? Quæ per ea quæ magis sunt. Quamnam censes purioris esse substantiæ? Nunquid cibi, potus, obsonis alimentorùmque quorùcunque genera? An veræ opinionis species, scientiæque & mentis, summatimque vniuersæ virtutis? In hunc autem modum iudica. Quod inheret semper simili, immortalique & veritati, ac etiam tale existit, & in tali quodam fit, magis esse tibi videretur: an illud potius quod re nunquam simili, atque mortali, nec non est tale & in tali quodam existit? Longè præstat quod semper simili est cognatum. Essentia vtrique rei semper similis nunquid essentiæ magis est quam scientiæ particeps? Non. An veritatis? Neque hoc. Sin autem veritatis minus, nonne & essentiæ? Necessarium est. Nonne cõmuniter omnia circa corporis cultum genera minus veritatẽ essentiæque participant generibus his quæ circa animi cultum versantur? Minus. Nunquid & corpus similiter minus quam animus? Et corpus. Nonne quod repletur his rebus quæ magis veriùsque existunt, quodue magis veriùsque existit, magis quoque repletur, quam quod his rebus impletur quæ minus sunt, ipsùmque est minus? Quid prohibet? Si ergo repleti rebus naturæ consentaneis, est iucundum, ipsum utique quod reuera verioribusque rebus impletur, naturalius ac verius vera afficit voluptate. Quod autem ea quæ & minus sunt, & minus vera sunt, accipit, minus verè firmi, et ree repletur, fallaciorisque & falsioris voluptatis fit particeps. Necessè est omnino. Homines igitur prudentiæ virtutisque expertes, & epulis rebusque similibus

¶ Eadem res scientia veritatis & essentia ex e quo particeps est.

millibus dediti deorsum feruntur rursusque ad mediū vsque perueniunt, & circa hæc per omnem vitā oberrant: super hæc verò emergunt nunquam, & quod verè summum est nequaquam suspiciūt, neque ad supera euehūtur, neque vera vlla se quādoque fruuntur, neque stabile purāque gustant voluptatē sed veluti pecora hamū proñi spectant, ventri que obediētes pascendo cocundōque atate conterunt, próque his rebus vberius potiūdis calcibus inter se & cornibus ferreis, vnguibusque decertant, sese inuicem ob inexplebilem libidinem trucidantes, utpote qui neque veram & firmam sui partem, neque pabulis veris implent. Omnino, respōdit Glauco. O Socrates, vulgi vitā quasi quodam pandis oraculo. ^aHos necesse est voluptates doloribus mixtas profēqui, quæ simulachra voluptatis veræ & vmbrae sunt, vsque adeo inuicem doloris cōparatiōne mutua inquinatæ, ut & voluptates & dolores ex ea cōparatiōne vehementiores appareant, amotēsque ipsarū huiusmodi voluptates rabidos insipientibus pariāt, inflāmentque ad pugnā. Quemadmodum Stesichorus Troianos inquit, veræ ignaros Helenæ, de imagine ipsius inuicē decertasse. Necesse est omnino ita id se habere. Quid verò circa itascendi naturam? ^bNōne & alia quædā horū similia cōtingāt necesse est, quando quis ad ipsam peragit, vel inuidia propter ambitionē, vel violentia propter contentiōnis cupiditatē, vel ira propter morū difficultatē absque ratione ac mente sequens honoris, victoriæ, itaque expletionē. Talia necesse est & hinc fieri. ^cAsserere igitur audeamus, quod & circa partem quæstus auidam, & aliam victoriæ studiosam, quæcunque appetitiōnes tales sunt,

^aVulgi voluptates doloribus mixtas profēquitur.

^bItascibilis partium voluptates non temperata rationes falsa sunt.

^cAliarum facultatum seu partium animæ voluptates tum demum vera erūt, quatenus vera esse possunt, quando illa partes cum ratione conspirebunt, ipsæque absque turā.

ut scientiæ rationisque obtemperent, easque voluptates sequantur & capiant, quas ratio ipsa concedit, verissimas utique voluptates: quoad earum natura verarum voluptatum est cæpax, adipiscantur, quippe cum pateant veritati, ac insuper sibi proprias voluptates percipient: siquidem quod cuique optimum, id & maximè proprium. Proprium maximè. Quando igitur totus animus eû ea parte in qua est philosophia, procul ab omni seditione cõspirat: tunc evenit ut quæque pars officio suo frugatur, & iusta sit, & proprias sibi voluptates atque optimas, adde quoad fieri potest, verissimas consequatur. Valdè. At verò cum partem reliquarum aliqua superat, id protinus evenit, ut neque ipsa sui propriam reperiat voluptatem, & partes alias cogat alienam, minimèq. veram voluptatem sequi. Sic accidit. Nonne quæ longissimè à philosophia rationeque distat, maximè talia quædam efficiunt? Proxime. Longissime autem distat à ratione, quòd & à lege & ordine. Videlicet Longissimo autem interuallo, seivunt esse vitæ cupiditates illæ amore ardentes atque tyrannicæ. Omnino. Minimè autem discrepate apparuerunt regie appetitiones & moderatæ. Ita. Tyrannus igitur à vera & propria voluptate procul admodum erit? Rex autem illi quàm proximus. Necessè. Amarissimum ergo tyrannus vitam aget: Rex verò dulcissimam. Necessè id proorsus. Scisne quantum vivit tristior rege tyrannus? Sciam certe, si dixeris. Cû tres cupiditates sint, & vna quidem legitima sit, adulterinæ ac spuria duæ, adulterinarum tyrannus suprema sortitus fastigia, dum legem fugit & rationem, & servis quibusdam & satellitibus voluptatibus se commisceat, &

a Quanto spatio superet voluptatem tyrannorum voluptas regu.

quàm

quàm longissimo intervallo à voluptate legitima sit seiunctus, haud facile aliter, nisi fortitan hunc in modum exprimi potest. Quomodo inquit? Ab homine paucorum imperii cupidus, tertius apparuit esse tyrannus. Medius namque istorum vir popularis erat. Ita est. Cum tertio itaque voluptatis, quod ad veritatem quidem atinet, simulachro post illum congregitur, si vera in superioribus diximus. Sic est dicendum. Quinetiam paucorum potentiae deditus tertius à rege est, si in eodem optimatem ac regem locamus. Tertius utique. Tripli igitur triplum, numero quidem à vera voluptate tyrannus distat. Apparet. Planum itaque simulachrum secundum longitudinis numerum tyrannicam voluptatis est. Proflus. Secundum potentiam verò & tertium argumentum manifestum est quanto discepet intervallo. Manifestum quidem computatori. Siquis converso ordine quantum voluptatis veritate superat rex tyrannum, quae fuerit peracta multiplicatione, inueniet regem vitæ dulcedine superare tyrannum & tyrannum vitæ amaritudine regem, gradibus viginti novem, & septingentis. Mirabile nimium interuallum hoc inter iusti & iniusti viri vitæ, quoad voluptatem atque dolorem cumulauit. Vetus hic certè & conueniens vitis hominum numerus, siquidem ipsis conueniunt dies, noctes, mensèsque, & anni. Conueniunt quidem. Atqui si in tanta voluptate bonus iustusque vir malum & iniustum exuperat, mirum certè est, quanto etiam magis ornamento, decore, virtutèque vitæ exuperabit. Mirum certè. At enim postquam huc disputando deuenimus: repetamus quæ à principio dicta sunt, ex quibus ad ista delati sumus. Dicitur quandoque

2 Applicatis est totius superioris disputationis ad primariam totius operis questionem. Sub elegantia itaque imagine nudum & quæ si spectanda oculo subiecit animum hominis compositum ex his tribus, homine, leone & multiplici bellua, ostendit quanta sit felicitas eius qui leonem & belluam hominis imperio subiiciat, contra quanta miseria eius qui reliquorum duorum alterum homini præsiciat.

fuit iniuste agere illi prodesse. Qui cum omnino iniustus sit, iustus tamen existimatur: an non ita dictum? Ita. Ad hæc igitur ita in presentia differamus postquam id inter nos conuenit, quã vim & iusta & iniusta habeat operatio. Quo pacto? Imaginem animæ verbis figuremus, ut qui illa dixit, qualia dixerit, recognoscat. Qualem? Talem aliquã, quales, quondam memorantur fuisse naturæ, Chimæræ nimirum, Scyllæ & Cerberi, & alia multa, in quibus feruntur variae in eodem formæ cognitæ. Feruntur quidem. Finge itaque figuram vnã bestiarum variarum admodum & capita in orbem multa habentis, capita inquam partim bestiarum domesticarum, partim agrestium, quæ & permutare & producere ex se hæc omnia possit. Noui pictoris artificium narras, tamen cum ad fingendum sermo quàm cera facilior sit, singatur. Vnã præterea his adiunge superne leonis formam: huic vnã insuper hominis. Et amplissimum quidẽ primum sit, angustius verò secundum atque tertium. Facilia quidẽ ista, quare & formata sint. Coniunge igitur hæc tria, ut ad vnum conficiendum inuicẽ coherescant. Iuncta sunt. Circûpone extrinsecus ipsis hominis vnus imaginẽ, ut illi qui nequeat interiora inspicere, sed exterius duntaxat cernat operimentũ, vnũ animal, homo scilicet videatur Circûdedi. Dicamus itaque illi qui asserit prodesse homini huic iniuste agere, iuste verò viuere nequaquã prodesse, eũ nihil aliud asserere, nisi prodesse illi ut bestia illã multiplicẽ pascat & leonem, & robustum faciat & leonẽ & quæ circa ipsum sunt, hominem verò perire fame permittat atque eneruet, vsque adeo ut propter imbecillitatem trahatur quocunq;

cetera illa rapiunt; neque alterū cū altero mā-
 sufaciat, inuicē conciliet, imō sinat lingu-
 la se inuicē moribus lacerare, ac pugnantia se
 mutuo devorare. Omnino hac diceret, quis-
 quis laudaret iniuriā. Ergo si quis dicat officia
 iusta prodesse, hac agenda dicendā. ue mone-
 bit. ex quibus homo ille huiusmodi animalis
 interior. summam potentiam consequatur,
 fetæque illius pluribus capitibus redimitæ, tā-
 quam colonus curam habeat, domestica qui-
 dem capita fouens, irrigās ac nutuens, agrestia
 protinus amputās, dū leonis naturā ad hoc ad-
 iuricē accipit, cōmunitēque curat eia, & in-
 nicem mutua beneuolentia sibi que conciliat.
 Profectō hac ait, qui iustum laudat. Omni ita-
 que ratione, qui iusta laudat, vera loquitur: qui
 verō iniusta, mentitur. Nā & quo ad volupta-
 tem & quo ad decus, & quo ad emolumentū,
 iusti laudator vera pronunciat. Vituperator au-
 tem neque veri quicquam affert, neque nouit
 quod improbat. Nullo modo ut mihi quidē vi-
 detur. Miribus itaque verbis illi persuadeamus,
 neque enim sponte delinquit: sic interrogātes:
 O beate viri nōne & honesta vitæ instituta &
 turpia ob talia quadam esse dicimus? Honestā
 quidē, quæ partem naturæ ferinā homini, imō
 fortassis diuino subiiciunt? turpia verō quæ a-
 gresti domino mācipant manuta. Cōsentiet,
 necne? Cōsentiet, si mihi crediderit. Estne ali-
 quis cui pro fit ex hac ratione iniuste aurū v-
 surpare, si quidē accidit, ut dū accipit aurū, præ-
 stantissimā sui partē ignobilissimæ seruire cō-
 pellat? Etenim si accipiēs aurum, filiū suū, vel si-
 liā mācipium efficeret agrestiu & improborū
 hominum, haudquaquam accepisse prodesset,
 neq; etiā si multum caperet: sin autē partē sui

diuinissimā parti prophanissima scelestissimę
 que seruire cogit, neq; misericordia tangitur,
 nōne erit miser ac multo cum grauiori sui
 pernecie, auri muneribus est corruptus, quam
 Eriphyle, quæ ut salutem viri proderet, moni-
 le illud accepit? Valdē quidem, ut ego tibi pro
 illo respondeam. Nōne & intemperantiam
 olim appellatā tali quadā de causā putas, quo-
 niam in ea, dira illa, ingensque, & multiplex fe-
 ra vltra quām deceat vagatur? Patet. Contuma-
 cia verō & insolentia improbat, quādo leo-
 nicum & serpentinum illud genus ita iuperat,
 ut præter omnē modestiā inualefeat? Procius.
 Delicata verō mollicies in huius ipsius libera-
 nimium relaxatione, quando in ipso timidi-
 tatem & ignauiam procreat, reprehenditur?
 Quidn? Assentatio insuper illiberalitasque cū
 aliquis hunc ipsum animositatis vigorem tur-
 bulentæ multiplicique bestię submitit, ac
 propter quæstum, cuiusque inexplebilem cupi-
 ditatem delicit, atque ita à primis annis adue-
 facit, ut ex leone in simiam vertatur. Magno-
 pere. Mechanica verō mercenatięque ars cur
 infamis habetur? Tunc certē hæc in nobis in-
 famia sunt, quando quis partis optimæ speciē
 natura sortitus est imbecillam, adeo ut bestiis
 quæ in eo sunt, dominari non possit: colere
 & possit & studeat, & earū blan-
 ditias solum nosse. Videtur. Nōne ut hu-
 iusmodi vir, à tali quodam duce regatur, à
 quali & optimus quisque regitur, seruū ipsum
 esse debere dicimus optimi viri, diuinūque
 imperatorem habentis: neque ad
 subiecti iacturam patere illum debere supe-
 riori censemus, quemadmodum de subditis
 omnibus Thrasymachus existimabat, ^a sed
 quia

^a Optandum
 ut quisque
 in seipso opti-
 mū habeat
 ducē & prin-
 cipem, si non
 habeat saltē
 parem: ei q̄
 talis sit in ei-
 us re prin-
 ceps qualem
 vnusquisq;
 in seipso ha-
 bere debet.

quia præstat cuique, diuino sapientique principi subici, maximè quidem si talem in seipso principè habeat: si non habeat, principi huic saltem exteriori, vt omnes simus, quoad fieri potest, consimiles & amici, eidè principi subiecti? Rectè nimium. Perspicuum quidem ex lege fit, quòd tale quiddam ipsius est consilium, cum omnibus ciuibus æquè prospiciat: tum illud etiam in pueros imperium idem ostendit, quo prohibentur sui iuris esse tantisper, dum & in ipsis quemadmodum in ciuitate Rempublicam constituamus, optimamq; ipsorum partè colentes, ex optima nostri parte exterioris huius principis loco similitè quendam in ipsis custodem sibi ipsi imperantè creemus, ac tunc demum liberos esse permittamus. Constat planè. Qua igitur ratione, & Glauco, prodesse alicui asseremus iniustè, vel intemperanter, vel turpiter aliquid facere, ex quibus operibus deterior erit, dum pecanias ampliores, aut aliam quamuis potentiam consequetur? Nulla. Quo pacto iniuria afficienti prodesse dicemus vt & lateat omnes & non det pœnas? Nõnne qui later, etià fit deterior? hominis autem deprehensi castigatque pars illa ferina sedatur & mansuescit: mansuetata verò pars liberatur. Et animus totus in naturam optimã restitutus, eo pretiosior em sumit habitum, temperantiam & iustitiam cum prudentia adipiscens, quàm corpus quò robur & formam cum sanitate consequitur, quo anima est corpore pretiosior. Sic est omnino. Quamobrem quicumque mentis est cõpossit huc omnem instituet vitã. Nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet, quæ talem animum ipsius efficiunt, ceteras autem spernet. Manifestum.

a Vita eius qui optima sui parti in seipso imperium conseruat, describitur.

Atqui neque corpus colet & nutriet, ut ferinæ irrationalique voluptati indulgeat, neque ad sanitatem respiciet, neque studiosè id quærat, ut robustus, vel sanus sit, vel formosus, nisi unà cum his colat & temperantiã, ita ut corporis harmoniam propter animi consonantiã moderetur. Ita profus, si quidem reuera futurus sit musicus. Sed neque vulgi æffimatione commotus ordinem, concordiamque in pecuniis possidendis, cumulandisque mirabitur, in infinitumve augebit infinitis malis obnoxius. Non certe, ut arbitror. Verum ad interiorum sui Rempubli. semper respiciens, cauebit ne quid in ea loco suo moueat propter vel indigentiam, vel copiam pecuniarum. Atque ita gubernans tum in augendis, tum in erogandis pecuniis pro viribus aget. Sumopere. Quin & honores eodẽ referet. Nam eos duntaxat gustabit, ex quibus meliorem eualurũ se sperat: eos autem & privatim & publicè fugiet, quibus deturbari posse quandoque præsentẽ animi sui statum veretur. Nunquam rem ergo volet publicam administrare, si id curauerit. Imò per canem, inquam, sed in ipsa suis ipsius ciuitate. Et maxime quidem. Non tamen in patria forsitan, nisi fors quædam diuina contigerit. Intellego equidem, quòd ea in ciuitate dicis quam nos condidimus in præsentia, quæ & verbis solum in terris verò nusquam, ut arbitror, extat. At fortè in cælo illius extat exemplar, conspicuum ei qui & intueri voluerit & seipsum ad illud, cum intuitus est, instituere. Nihil autem refert, siue vspiam sit, siue erit. Quæ enim illius officia sunt aget solum: quæ alterius sunt, nequaquam. Consentaneum est.

DIALOGVS

DECIMVS DE

I V S T O.

Marfilij Ficini Argumentum.

Hactenus Socrates diligentissimus humani generis pedagogus ad legalem iustitiam, in est vniuersa ueritatem per ipsam iustitia pulchritudinem generis hominum prouocauit, ab iniustitia uero per iniustitiae turpitudinē similiter reuocauit. Deinceps autē & ad illam per sempiternum eius fructum primum que cohortabitur, & ab hac per sempiternum detrimentum eius & supplicium abstinabit, atque id est potissimum decimi huius officium. Sed antequam praecipuo hoc fungatur officio, primum quodū uirtuti in quo diligenter absoluit quod & in prioribus dialogis attigerat, et in fine non reliquerat, admodū salutis publicae necessarium. Praefectō noster hic morborum medicus humanorum in ea morbi specie curanda est diligentior, quam ceteri non solum negligenter curant, sed ne curant quidem unquam, imō uerō quod deterius est quasi rem saluberrimam diligunt & omni studio complectuntur: imitationem inquam poeticam, qua ingentis poeta dum perturbatos animos acris exprimit, interim audientium legentiumque animi perturbationes similes uehementius & profundius imprimunt. Ac tanto magis omnes inficiunt quanto laudantur & placent. Praemium uerō eiusmodi finem non congrue sequuntur: ibi enim anima in rationē distribuitur, & in partes inferiores perturbationibus agit atque ad uicium imperium in anima primū, deinde in ciuitate tyrannicū appellatur. At quoniā poetica imitatio partes eiusmodi

di suscitatur, foueturque, & auget, irruens iram, titillans libidinem, soluens risum, effundens lacrymas, & querelas, adcirco-rationis quidem regnum labefactare, perturbationis vero tyrannidem videtur adducere. Quamobrem Socrates pestem eiusmodi alioquin iucundam, sed maxime venenosam perdit, ne ipsa nos perdat. Ac vide quanta charitate Plato nosceri ubique humano generi consulat, ea videlicet disquirens circumspectiorumque pericula, quae alium omnino nullus suspicaretur: adde insuper & naturae educationisque propriae, id est, poeticae valde repugnantis modò strenuè pro publica salute propugnet. Quamobrem nemini mirum videri debet Platonem hinc ab veritatis amore vel Homero suo non parcere, quandoquidem ob iustitiam cultum neque genio quidem indulget suo. Homero autem praecipuè derogat, ut per ipsum imitatorum principem, ceteros multò magis damatos existimemus. Et quoniam dicit ab Homero neque diuina neque humana doceri, intellige laudes in Philebo à Platone tributas Homero, non ex Platoni sententia, sed ex communi opinione deductas. Probat autem imitandi peritiam esse, ut narrauimus valdè periculosam, praeterea seruilis atque vilissimam. Si quidem imitatores, neque res ipsas intelligunt, neque faciunt, sed apparentes sensu, rerum formas sequuti, vulgaresque de his opiniones aucupati, & imagines quasdam referunt, & sensibus perturbationis usque obsequuntur, nulla rationis habita ratione. Quantum verò poetas improbat ubi perturbant, tantum probat si ad virtutem & pietatem per honestas heroum laudes diuinòsque hymnos hortentur. Verum ut quàm vilis sit omni imitatio exprimat, artium genus in tres diuidit species, utentem, fabricantem, imitantem. Et utentem quidem lyra, id est musicam, ait superare artem lyrae fabricatricem, quoniam certo sibi praescripto sine formam illi proponit

nit operis fabricandi. Fabricantem verò superare
 pictorem, lyram coloribus imitantem. Qualem iudi-
 cat & poetam, sic ad aures rerum imagines, sicut
 pictor ad oculos, referentem. Sed inter hæc theologicæ
 quædam de ideis mysteria inseruntur, quæ quædam
 in theologia latius aperuimus, & apertum in præsentia
 perstringemus. Ascende æge Platonicè contempla-
 tor ab informi quas in mundi materia sentis, ad na-
 turam formarum eiusmodi genitricem. Quam & si
 non sentis, cogita tamen infusam mundi materia cæci
 vitalom spiritum & plenum seminum, & per semina
 artificiosè singula disponentem. Naturam hanc in
 mundo talem esse scito, qualem in te se esse potentiã
 vegetalem. Ergo quemadmodum in te vegetali na-
 tura intelligi præisse sentiendi virtutem: ita & in
 mundo naturam similem, sed communissimã, in fon-
 tem redige sentiendi quasi similem, sed communissi-
 mum. Deinde & in te sensum in rationem, rationem
 in intellectum, & in mundo similiter sentiendi genus
 in rationalem naturam, atque hanc in genus intelle-
 ctuale reducatur. Præterea cum percipias in teipso in-
 tellectu id quod intelligibile est appetere quasi perfe-
 ctius ab eodem formari velut potentiore, præpone tam
 in mundos quàm in te naturam intelligibilem intel-
 lectuali nature. Intelligibile verò idem omnino atque
 ipsum ens appellatur. Hinc denique quod & intelligibi-
 le & ens appellasti, ipsum præpone bonum. Nam &
 ut bene sis esse cupis, & intelligibile gratia ipsius bo-
 ni desideras. Postquàm huc ascenderis, percipies
 uniuersum sacro quodam septenario designatum,
 ab infimãque materia surgens per sensibiles quali-
 tates per naturam, per sensum, rationem, intelle-
 ctum, intelligibile, ad ipsum bonum. Præterea spi-
 ritum bonum cuncta sub senario numero, quasi die se-
 xto perfecisse & in gradu septimo, velut septimo die,
 id est in seipso conquiuisse. Aliorum nanque omniã

finis est ipsum bonum. Boni igitur nullus extra se finis, vel potest esse, vel fingit. Si bonum quo peccatur appetitur omnia, concludit à bono effici omnia. Item si intrinseca propriæque virtute omnia facit, intellige ipsum uniuersum in seipso completum. At quoniam prima idcircoque simplicissima natura est idcirco formas in eo omnium formam ipsius unam esse memento, quam Plato huius ipsius vocat ideam, in qua dixit Timæus, Deum mundi epificum cum excausset mundum requiescere, licens mundi epificum in circuitum suum se recepisse. Præterea ipsa idea boni, ideas, id est, speciales omnium formas specie duntaxat inter se distinctas, in natura intelligibili generat, quæ ens uniuersum modo quodam intelligibili comprehenditur, intelligentia quoque omnis mira quadam super intelligentiam ratione. In hanc naturam intelligibilem omnes suscipiunt intellectus, ab æque, suscipiunt stabiles formulas idearum. Suscipiunt & rationis animæ unde & formulas, licet quodam modo mobiles acceperunt. Post has rationalium formulas animarum, virtutem quoque seu suam idearum descendunt imagines. De neque in vegetalem quoque naturam semina perque qualitates denique in materia. Quando igitur Plato inquit, Deum deas formare in naturam intelligere in natura mundoque intelligibili angelicarum capite mentium. Quod autem lectum dixit & me sam exempli gratia dictum sit, ut per hac arte scia intelligas naturalia, id est per lectum & me sam, eum qui huius utitur hominem. Præterea exemplum in arte propria questionem accommodatius videbatur: Fortè verò & formas regulis artium necessarias ab ideis abesse non putat. Neque mirum videri debet hominem artium formas habere diuinitus, quum imaginationes artium bestiarum quoque non desint. Ac si eiusmodi forma diuinitus in anima fiant, idcirco dicentur fieri natura quia naturaliter inferantur

inferantur. Quod si quis ad artificia quaedam videatur in prior, dicent cum Platonici vel per varia diffractum suiffe, vel se totum ad opposita conuertisse. Nota Platonis verba dicentis, Deum non intelligere se um sed & velle significantisque Deum intra se intelligendo concipere, & extra se fabricare volens. Nota rursus Deum naturalis unius speciei unam tantum specie expressisse Ideam in ipso intelligibili modo, puta speciei humanae Idealem humanitatem unam: si enim in materia ubi innumerabili mobilitate varietas est, in singulis hominibus uno quadam communis natura seruetur, multo magis in simplici stabilique natura pro una specie naturali idea unica sufficit. Imò verò diuersa hac & instabilia unã in se natura communionem non aliunde habere possunt, quam ab ipsius sublimitis unitate natura. Rursus si ponatur humanitates dua, cerisè qua ratione utraque humanitas est inter se non differunt, imò sunt unam. Ergo si differant, profecto per additamenta quadam utrisque subiuncta, inuicem discrepabunt: Itaque neutra erit absoluta humanitas ipsa, sed humanitas quadam atq; talis, & humanitas quiddam potius, quam humanitas. Et utrunque tanquam eiusdem humanitatu particeps, humanum similiter appellabitur atq; præter hac erit humanitas in se ipsa prius una, quam à subiectis pluribus capiatur. Meritò Deus cum si simpliciter causa, non est dicendus autor quidam hominis, vel equi cuiusdam, sed autor hominis atque equi. Ideò unam absolutamque pro qualibet rerum specie procreant ideam. At quãdo apud nos hic homo generat illum, haudquaquam homo hic hominum simpliciter dicendus est autor, sed quidam hominis cuiusdam autor. Neque enim solus homo causa est, sed est in causa in numero videlicet causarum, neque titum facit: non enim materiam primam, nisi animam uel ipsi

homini dat principium: ante hunc enim passim erat
 homo, & sine huius opera sit ubique fietque homi.
 Vbi verò Plato dicit Deum ideam unam praege-
 misse quia videlicet, vel volebat plures fore, vel a-
 liqua necessitas merat non fore plures, intellige in
 Deo ita necessitatem cum voluntate conuerti, idò
 ut necessarium sit ita esse, quia Deus ita vult esse.
 Siquidem in summa diuinitate simplicitate non a-
 liud est necessitas quam voluntas. Ergo si dixeris, ne-
 cesse est Deum ita velle vel facere, conuertam simi-
 liter vult Deus ita necessariū esse. Meritò ubi sum-
 ma bonitas cū summa potestate concurrat, ibidē sum-
 ma libertas cum summa necessitate conspirat. Consi-
 deranda sunt inter hac diuisa quadā valde tamē
 vtilia. Quale illud, Lectio vel doctrina nisi ad opti-
 mam rationē vita cōducatur, est inutilis. Quia quidem
 in re admiranda fuit vita & disciplina Pythagora,
 ac iure maxima apud omnes autoritatis. Platoni eti-
 tiā tempore. Itē poemata si harmonica verborū cum
 positio adimat, motū nullius euadunt. Praeter
 virtus, aut hominū, aut rei, in facultate quadā con-
 sistit ad finē illum praecipuē conserente, cuius gratia
 & res ipsa facta est, & homo natus. Apparet inter-
 ea quadam inter sensum, rationemque distinctio,
 quod sensus plerunque circa magnitudinem & figu-
 ram numerūque falluntur, & pontius inter, tamen
 ratio per ipsam metiendi & numerandi libe-
 randique facultatem iudicium sensus emendat.
 Constat autē animam non posse eodem in tempore per
 eandem sui potentiam eadem de re modo contrario
 iudicare. Apparet etiā vires appetendi nobis inesse
 diuersas. Quippe eam rem eadem simul appetimus
 atque respiciamus. Aduertere non esse ex-gendum à
 probo ciue, ut omnino nihil doleat, sed ut nascentem
 dolorem eiusmodi rationibus consoletur. Vbi appa-
 ret aliam esse animi partē quae velut agra indiget
 medi-

medicina, aliam qua tanquam sana medetur. Hæ
 verò rationes aduersus dolorem sunt præcipue qua-
 tuor. Prima quia incertum est, bonumne id sit quod
 accidit aut malum. Secunda, quod qualecunque sit
 certè parus pendendum est. Nihil enim inter somnia
 humana magni pendendum. Tertia, quod nihil o-
 mnino dolendo proficiamus. Quarta quia dolor id
 semper, quod subito nobis præsidia esse potest, impe-
 diat. Confirmat hæc ex eo, quod & superari turpif-
 simum est, & superare pulcherrimum. Qui verò do-
 lore, vel alia quavis perturbatione premitur, iam est
 turpissimè superatus. Idè præcipit ut in aduersis
 atque perturbantibus maximè medici duntaxat ut-
 amur officio qui dolentibus non condolet, sed mede-
 tur. Comparat talorum iactibus quotidianas vitæ
 fortēs, quas ita vult rationib. emendari, quemadmo-
 dum cultus terrarum artificio quodā luas emendari
 videntur. Sed superiora præcepta ad ea qua sequun-
 tur, quasi quædam præludia sūt. Maximum quidē
 omnium id nobis in vita præpositum sit certamen,
 quo superemus vitam, virtutēque consequamur.
 cunctaq. omnino qua inter homines habentur bona
 ut ipsi boni simus, pro nihilo habeamus. Si quidem
 propriæ iustitiæ præmiū maius est, quàm cuncta qua
 inter homines possunt præmia reportari, quippe cum
 & ipse iustitiæ splendor supra modū hæc omnia su-
 peret, & in rebus mobilibus breuib. umbratilibus
 reperiri nequeat præmiū iustitiæ immobile sempit-
 terna, verissimāq. conueniens. Ex his cōcluditur im-
 mobilem iustitiā habitam propter immobile præ-
 miū exoptari debere. Quod quidem post præsen-
 tū vitæ curricula laboribus iustitiā manet. Alio-
 quin iustitiā ipsa, qua excellentissimum iudicatur
 bonum, iustis hominibus foret mala ob amores iusti-
 tiæ continuè laborantibus sæpèque affectis iniuria
 neque iniuriam vlciscentibus, addè & bona præ-

sentia eternorum desiderio contententibus. neq; primum apud homines iustitia, imò verò pro iustitia iustè saepe supplicium reportantibus. Quamobrè ne bonum noceat, & iustitia careat premio, & Deus vel minus provideat, vel pro meritis non rependat iudicandum est fore animos immortales præsertim ut tam iniusti, qui viventes pœnas iniustitia non dederunt, saltem defuncti persolvant, quàm iusti inter mortales omnino spretis apud superiores coronentur. Hinc nobile tradit præceptum. Animus immortalis non debet pro brevi hoc, sed pro uniuerso tempore esse sollicitus. Immortalitatem animæ Plato in Phædro & Phædone alibiq; ostendit. Eiusmodique rationes esse certas demonstraciones ostendit in libro de Scientia, dicens verba eorum qui contraria sentiunt, examinanti ridicula tandem euadere. Item in Gorgia affirmans mysteria hæc adamantinis rationibus esse probata. Præterea in hoc decimo, ubi post argumentationem subdit tum per talem argumentationem tum per alias multas cogi nos ad id confitendum. Arbitror equidem in Platoni verbis vim quandam latere mirabilem à paucissimis intellectam, ut non mirum sit, si per argumentationes Platonicas alij quidem demonstratū id existimēt, alij verò nondum demonstratum. Demostheni certè auditori Platoni tanta efficacia per viuam vocem persuasum fuit, ut dixerit malle se honestè mori, quàm turpiter viuere, postquam Platonem atque Xenocratem de animorum immortalitate differentes audierat. Eandem quoque in scriptis Platonicis vim percepit Cleombrotus, & apud Ciryenem multi Egefix auditores, qui sese à corporis carcere ob desiderium alterius vitæ liberauerunt. Eandem Platonicus percepit Boetius philosophia teste concedens hoc sibi certis rationibus demonstratum Eandem Aurelius Augustinus personasse videtur, ubi ait hæc de

ve se nunquam dubitasse. Confirmantur hæc ab A-
 uicenna, rationes quasdam ad hæc demonstrationes
 esse dicente. Neque solum demonstrari posse Plato
 hic inquit, sed etiã faciliè demōstrari apud illos, ve
 arbitrari qui cum ipsi purgatã segregatãque à cor-
 pore mentem habeant, merito non diffidunt posse
 quandoque animam segregatã à corpore viuere.
 Quandoquidem experimtur ipsi mentem suam se-
 iunctã à sensibus viuere melius quã coniun-
 ctã. Compertum etiã habent aliorũ animas im-
 mersas corporibus, atque idẽ vitiosas, vitio tamen
 morboꝝ proprio non interimi, & idcirco multo minus
 alieno id est corporeo morbo posse corrumpi. Siquẽ-
 dem & corpus ipsum externo malo non prius peri-
 mitur, quã interim secum inde inferatur malum,
 quo proxime perimatur. Ceterum ne quis anima
 sua diuinitate diffidat iubet illam à contractũ ex
 amore corporeo sordibus penitus expurgare, purga-
 tãque perspicere, quã pura, quã simplex,
 quã diuinorum auida: tanquam diuinitati co-
 gnata auã citò, quã bene luminis diuini sit
 capax. Quod autem dicit animas in dies non fie-
 ri numero plures, intellige non ita fieri vt
 ex corporibus oriantur & componantur. Quod
 quidem sequens ratio manifestat, dicens: si di-
 uina de corporibus componantur tandem cum di-
 uina nunquam resoluantur in corpora, fore vs
 nihil reliquum sit corporum in natura. Rursus
 aduerte quod subdit animam non esse compositã:
 alioquin indissolubilem fore non posse. Atque intelli-
 ge essentiam ad hoc, vt dissolui non possit, oportere
 vel nulli compositã esse, vel si sit composita, non
 tamen ex materiis ulli componi atq; ita rursus con-
 flari: vt in eius compositione multitudo non su-
 peret unitatem, imò verò unitas per harma-
 nicam unionem superet multitudinem statũque

motum. Conclude mysterium, partim ad providentiam partim ad immortalitatem promissionque iustitia pertinent. Iustus quidem Deo euadit similis, iniustus vero dissimilis. Cuiusque non lateat Deum, hunc sibi esse similem, illum vero dissimilem, rationi consentaneum est iustum Deo charum esse atque amicum iniustum contra. Propterea Deum iustos tanquam amicos nullo pacto negligere sed illum semper ita prospicere, ut eum singula quantum uideantur aduersa tandem edant prospera, vel uidentibus, vel defunctis: Verum curiam hic historico quodam exemplo potius quam argumentationum diligentia mysterium immortalitatis asserunt? Quoniam ciues ad iustitiam non tam uerborum artificio, quam & exemplo & opere sunt prouocandi. Præterea cur ad id confirmandum producit in medium hominem à mortuis resurgentem? Quia eius rationibus immortalitas cõstet, & communis quadam iustitiæ executio, tamen locum, formam, dispositionem uel præmiam, uel supplicium ab illo qui interfuerit, oportet accipere. Quod nobis prope Phædonum finem significatur. Neque ab re resurrexisse testatur Heron Pamphylum, pro salute patriæ in prælio mortuum, ut significet eos qui pro publico moriuntur bono, ad ueram uitam resurrecturos quantum ex multo uentus resurrexit ad nostram. Sed nunquid historia hæc est, an fabula? Historiam esse uult Iustinus Platonicus, martyrque Christianus. Quod equidem non refellam. Vbi uero Plato apologum fabulamque nominat, exponi poterit historiam dici posse fabulam, quoties ultra res gestas augustiorem habet allegoriam. Quam ob causam Olympiodorus quoque ait Platonem historias & rationes sæpe fabulis appellasse. Et quoniam manes & iustitia loca figuratque aliter in Phædonaliter in Gorgia, aliter in Phædone, & hæc alibi que disponi perspicue patet hæc præter loci formam, sensum quoque allegoricum continere. Vt uir

autem hic circa resurrectionem duodenario numero qui sphaerarum mundanarum apud prisceos est numerus putantes octo super quatuor elementa esse calos: quasi dicat opus esse virtute divina uniuersi domina ad mortuis suscitandum, idque interdum ad hominum doctrinam diuina providentia fieri. Sunt & qui dicant annum magnis quo hominum anima suum explet circuitum, per quem in idem redeat, duodecim annorum millibus comprehendi tribusq; annis eiusmodi annum mundi exaequari magnam quo mundi anima per firmamenti motum, suum peragit ambitum, triginta sex annorum millibus peragendum. Circuitum vero anima nostra per duodecim anni annorum millia inde volunt, quia oportet per omnes discurrere sphaeras, chorosq; planetarum et aeorum qui in Phaedro per duodecim ordines digeruntur. Sed quidnam sibi volunt hiatus in terra duo totidemque in caelo: ut intelligas animas alia quidem via ad terrena descendere scilicet habitu quodam corporeo, alia vero a terris ascendere scilicet habitu illius purgatione. Et caelo similiter labi in elementa corporis elementalis amore, ac vicissim resurgere in caelestia amore hoc restincto: caelestisq; accenso. Hinc ait Orphetus Amorem omnium tam supernorum quam inferorum clauas habere. Iudices animarum in aere & aethere collocat angelos praudentia diuina ministros. Post sententiam, iusti caelum petunt coram se & opera & iudicia praeserentes: quia videlicet & seipso neuerunt, tam sibi met quam aliis lucent. Iniusti contra descendunt sua ferentes a tergo. Neque enim cognouere seipso, neque praesumere sibi sed ceteris exemplo sunt prius quam sibi met auxilio. Pratum in quo & ascendentes & descendentes ad tempus anima requiescunt, media quaedam regio est inter inferos & caelestes, ac dispositio inter bonum habitum atque malum, & status beatitudinem inter at-

que miseriam, limbo similis in aere designatus. Hic aduerte animas qua in superiori vita mutuum meritum habuerunt, in altera inuicem se agnoscere. Item in eiusmodi prato diuissimè residere animas secundum Platonicos, eorum qui in infantia decesserunt: de quibus Herius quaedam memoria parum digna recensuit. Quia cum in neutram partem delinuerint eligendo: neque abduxerint habitum, Platonici eas in lumine tantum naturali relinquunt. At vero beatos quidem super naturale lumen, miseri autem infra id lumen positos esse putant. Agitur hic praetera de supplicii purgatorio. Sed cur non culpa doloribus aboletur? quia videlicet voluptatibus impletur. Nonne & medici morbos plurimum à contrariis curant? Animaduerte Platonem non temere ad delendam culpam numero uti denario, & centenario insuper, atque millenario. Sanè pro quolibet voluptatu gradu decem adhibet supplicij gradus. Primo quidem quaeritur quam ob causam plures penduntur gradus poena quam percepti fuerint voluptatu. Respondetur ob laesam maiestatem diuinam crimen ita deberi. Praetera sicut beatitudinis gaudia iustitia humana dolores exuperant, sic miseria cruciatus iniustitia voluptates. Denique neque tam facile dolentur nota, quam facile imprimuntur: neque qui peccati habitum confirmant, si vixisset ultra delinquere desuisset. Queritur deinde cur gradus decem? quia denarius numerus dicitur vniuersus. Omnes enim numeros, vel infra se implicat, vel per se suosque explicat replicando. Vniuersus autem numerus opportunè animis purgandum accommodatur, ut per hunc significetur vniuersam corporis labem deponendam esse prius quam ad vniuersi peruenias principem, penes quem nihil potest esse corporeum. Queritur post haec, cur praeter gradus poenarum decem, annos centum affligantur

Inuisti. Respondendo quia si ad centum usque vixis-
 sint annos, quo termino vita hominum quodammo-
 di designatur, continuè precarissent. Attribuitur au-
 tem cuilibet decem graduum numerus centenarius,
 unde numerus conficitur millenarius. Hinc illud:
 Centum errant annos. Item & illud: Mille rotam
 voluere per annos. Præterea centum pro uno acci-
 pietur. Nam huius Plato numerus, non solum in suppli-
 cio, sed etiam in quibusdam præmiis vititur. Profe-
 ctio si denarius in se ducatur multiplicando decies
 decem, ex eo nascitur centenarius. Deinde si re-
 ducatur in semetipsum, computando decies, decem
 decies, millenarius procreatur. Itaque & denarius
 & universus est numerus, & centenarius millenariis-
 que universales sunt numeri. Item si ab uno proce-
 das in decem, numerus nascitur linearis. Si à decem
 in centum, superficialis fit numerus. Si à decem in
 milles, fit solidus. Ut ergo allegoricè exponamus, iniu-
 fit hominis anima à se ipsa discessit in corpus, labé-
 que est infecta corpora. Hanc utique labem per
 denarium, qui universus est numerus, expurgatur a
 est universam. Quod verò denarium oporteat in se
 duci centenarium procreando, significat animam à
 corpore ad se per rationem emergere oportere. De-
 inde quòd opus sit denariū in seipsum reducere mil-
 lenarium generando, allegoricè docet animam non
 solum erga se verti debere per rationem, sed per
 intelligentiam quoque in se conuerti, atque ita in
 unitatem reduci propriam, qua denique possit Deo
 sui summa omnium unitate. Linearis autem nume-
 rus & superficialis & solidus, mysticè docent, ad men-
 tem purificandam, non solum extrinsecam operū, ver-
 borū, cogitationum superficiem, sed etiam profundissi-
 ma quæque penetrabilia diligentissimè perquiren-
 da. Post limbum & purgatorium descendit ad in-
 se ut. Sed Platonice velle scito, non solum in purga-

torio temporales esse penas, Verum etiam in cœlesti quadam regione temporalia gaudia, ut utriusque par pari respondeat. Sic enim distinguunt. Aut sensus in vita omnino paruit rationi, aut omnino ratio sensui, aut semper inuicem pugnaverunt: atque in ea pugna vel sensus plurimum vel ratio superabat. Anima igitur in quibus sensus rationi per habitum confirmatum prorsus obtemperavit, sempiternum premium consequuntur. Contra vero offensa sempiternis supplicii condēnati. Media vero si superavit ratio, ad temporalia premia, sin vero sensus, ad temporalia supplicia transferuntur. Quibus verò nullum consultandi datum est tempus, sibus apud Platonicos seruat̄ eligendi locus, hic sub prati nomine designatus. Et si prata interdum Platonicis cœlestia præsertim suprema nominant, his tamen præta aeternam significant regionem. Quo enim pacto sic per prata significaret sublime cœlum, cum dicat ad hac animas è cœlu alias descendere, alias è terra visceribus subito peruenire? Sint ergo eiusmodi præta sublimis quadam aeris placæ contigua sublimibus illis terræ plagis quas in Phædone describit in paradisi terreni formam, felices sub verè perpetuo habere cultores. ibidem campos quoque ponunt Elysios, terrenos inquam. Nam cœlestes Elysios cœlum habent octauum. Hinc illud,

Astra tenent cœleste solum formaque decum.

Mitto in præsentia Proclum & Plotinum, qui ubi Plato sempiternum dicit, exponunt uniuersum anni amplissimi tempus, quo singulorum temporum curricula peraguntur. Porphyrium quadam ex parte in hoc & Iamblichum magis probo, ut hinc intelligatur aeterna. Ubi enim Plato insanabilem dicit animum, & talem qui purgari possit nunquam, satis indicat aeterna supplicia, atque vicissim gaudia infinita. Quo verò pacto alij quidam hac exponant,

memoria dignum esse non censur. Præterea si Plato-
 nis verba considera-eris, agnosces Evangelium il-
 lud: Ligatus manibus & pedibus, in exteriores te-
 nebras cura mittite. Sed addit hic, ligato capite. Vin-
 culum quidem capitis significat rationis impedimē-
 tum, & luminis orbitatem. Nodus verò manuum, a-
 ctionis perfectiōisque privationem. Denique ligati
 pedes, non ducunt, non progrediuntur, non perue-
 niunt, sed vti illata raptantur. Cognoscis quoque sub
 igneorum hominum figura vitiores demones per as-
 que corporeas, idēque ex multis percipies connectu-
 ris Notabit & proprium exterius vocabulum. Præ-
 terea tenebras, ubi clauduntur hiatus. Sub nomine
 quoque mugitus, stridorem dentium a que fletum.
 Postquam verò loca & prævarum d' sp' s'uit, & gau-
 diorum per oppositam formam significavit, & media
 tetigit, ad illas iam revertitur animas, quæ in præta
 partim è celo post præmium temporale, partim è
 terra post temporale suppl'cium confluerunt. Quas
 in elementalem rursus generationem dicit oportere
 reverti, perque illam cætenus progredi, quoad fir-
 miorē statum siue firmisimum quandoque prome-
 reantur. Hæc, inquit, septem in præta dies conquies-
 se. Hunc tu septenarium, si per septem planetas
 interpretetur, item per septem d'orum septenarios
 quibus ante motum factus in alio quiescit, ne etiam
 per septem quosque dies in quibus gradatim in ute-
 ro formæ mutantur, fortè nonnihil afferre videberit.
 Sed quid istud ad animas, quæ neque amplius in
 planeis sunt, descenderent enim: & nondum alio
 clauduntur, descensura enim sunt in uterum, post-
 quam ad tria fata peruenerint: Interea aereæ corpo-
 re aeream incolunt regionem. Verum esto, si placet.
 Fortè etiam quia interim quodam modo vivunt ste-
 riles, sterili quodam numero deputantur: & quoniã
 septenarius neq, ex aliquo numero gignitur aliquo-

ties repetito, neque gignit aliquem intra decem, aptissime conuenit animabus adhuc utrinque à generatione vacantibus. Attribuunt Pythagorici eundem numerum Palladi, quia neque ex matre genita sit, neque genuerit. Conuenire uolunt & animu à terrena adhuc matre semotù, & uniuersum sub Palladi sapientia contemplantibus. At quum primum ab eiusmodi uocatione consurgunt, subeunt octonarium, qui & gignitur, & primus est inter numeros solidus. Ideò cum anima congruit propemodum ad corpus solidum accessura. Solidum uerò octonarium appellamus, quoniam ex binario per seipsum ter repetito, & in se rediunt creatur, dimensionem trinam significante. Nam ex his duo hu, octo complentur. Adde si colu musicam, uocem septimam esse penitus dissonam, octauam uerò omnium maxime consonantem. Consonare autem oportet tam corpus anima, quam utrinque fato, ut caelestis anima ineat cum corpore terrena commercium. Cuius quidem consonantia tandem expletis numeris, anima iam ipsi & terra dissonet, & consonet caelum, si modò futura sit felix. Proinde quòd quatuor dies ad generationis progressum, octo diebus Plato subiungit, intellige in natura anima vegetali vim & effectum quendam quodammodo iam regnare ad formandum corpus ex elementis quatuor constitutum. Item sub octaua consonantia opus est quarta quodammodo ad consonantiam accedente, & quinta uera iam consonantia. Quinque uerò fiunt si sequentes quatuor unà cum precedente computare uolueris. Quinetiam uidebis hinc duodenarium assignatum, quo anima ad exordia generationis accedunt. Duodecim enim ad id opus est sphaerarum & diuinorum demoniorumque ordinum adiumento. Vox insuper & consonantia duodecima perfectissima est

ex diapason & diapente, ex octava & quinta res-
 saltans, sua quadam gratia rebus congruens ama-
 turus, conueniens quoque nuptius. Eiusmodi verò
 anima iam iam amore quodam, ut ita dixeris, ve-
 neres duce, terrenū concilianda sunt nuptiis. Sed
 cur Plato cum duodenarium computaturus esset, ac
 post septem, residuum esset subitūcturus, non subito
 dixit quinque? ut videlicet per octo & per quatuor
 innueret mysteria quæ audisti: rursusque per dies
 vnus iter additum ad complendum duodenarium,
 animaduerteres corpus ex quatuor compositum ele-
 mentis non prius ad animam preparari posse quàm
 & ipsam in vnā quādamque formam quasi celo
 similem, fuerit temperatum, & anima vnū ex
 se vitalem ædum corpori facile imprimat figurate.
 Quoniam verò anima ad comp. sita declinantes cor-
 pora sui legibus magna ex parte subduntur, & vi-
 cissim facti duce ad illa labuntur, idcirco inquit, hæc
 animas in conspectum facti procedere. Principio igitur
 naturam ipsam sub lumine columnari depingit,
 quod sit vinculum vniuersi. Naturam intellige
 vitalem seminariamque virtutem ab ipsa mundi
 anima infusam materia mundi: Quæ propterea
 lumen dicitur, quoniam penetrans & vitalis. Item
 recta nuncupatur columna, quia quasi per lon-
 gum totam vbi. que materiam penetrat, multosque
 formarum gradus producit deinceps specie & gene-
 re differentes. Dicitur etiam per omnem extendi
 partem, & columnam vndique alligare, quia tota
 vbi. que ad se & continet, multaque tanquam per
 latera quæ tam inter se equalia & similia propagat:
 ita tamen, ut ex longitudine perueniatur ad latitu-
 dinem: quomodo penetrando & diffunditur: & qua-
 tenus diffunditur, implet, regi que implendo. Hinc il-
 lud: Spiritus intus alit. Varietas vero colorum, semi-
 nalium virtutum declarat vnitatem. In hac vti-

que natura fatali latet sensus: secundum imaginationem quidem ipse sphaerarum axis geminis polis centroque decorus: secundum verò rationem quoddam anima mundana simulachrum, vegetalisque vivus eius natura praesidens, eamque velut instrumentum mouens ad naturalia non solum artificia, sed etiam inevitabiliter fabricanda: ut non solum ordo à natura sit in mundo, sed etiam à fato inevitabilis ordo. Hinc illud in Politico, Mundus à naturali cupiditate fatiòque ducitur. Sed tanta natura cum fato cognatio est, ut vix inter se à philosophis discernantur. Vt autem immutabilem fati naturam exprimeret, solum eius esse dixit ex Adamante. Vntigium autem, id est coelum ex Adamante rursus aliisque materis, scilicet astris non solum fixis, sed & mobilibus atque communibus, multiplici que formarum varietate. Evidenter deinde ostendit de pingui sphaera, que à natura quidem agitantur, sed à fato natura praeside immutabiliter agitantur, & instrumenta fati esse dicuntur. Inculcantur inter haec multa et mensuras profunditates, intervalla, motiones, harmonias, formas, virtutes sphaerarum & celestium pertinetia, quae in Timaei commentariis opportunus explicabimus. Summatim verò ex veloci, summo & ordinatissimo caelorum motu potentissimoque contactu melodiam ingentem & variam & suavissimam cogitasse preceari, grauiores quidem voces ex motibus tardioribus acutiores autem ex velocibus, ex mediis verò medias. At quoniam elementalis auditus ad celestem melodiam caret proportione, sonus eius non auditur. Hic nouem musas atque Sirenes cogitamus, ostendit sphaerarum tones, concentumque et tons harmonicum, Proinde fit aliam solum, id est melum, inquit, inter genna dea. Necessitatis verti. Cuius tres sint filiae, Lachesis, Clotho, Atropos, quae una cum matre caelestia voluant. Mitto quid de his sentiat

Praeclui, non solum ponens Iouem unum vniuersalem
 mundi totius opificem, sed tres insuper sub eo Ioues
 particulares opifices. Deinceps pari proportione
 deam unam esse. Necessitatem in ordine illo custo-
 dientem omnia in quo communi Iupiter cuncta com-
 posuit. Praeterea tria facta ad est, tres deae huius Ne-
 cessitatis filias, quarum alicuius alia sub matris imperio
 procul a transgressione conseruent. Et Necessitatem
 quidem deam omnino collocat super mundum, filias
 autem partim quidem a mundo semetas partim et-
 tiam declinantes ad mundum. Mihi vero sicut et
 plerisque alii Platoniorum magis placet Necessi-
 tatem esse mundi animam. Filias autem tres esse
 tres huius animae vires ad facta alia pertinentes. Vo-
 cat autem Necessitatem non quia vel natura, vel
 rationi inferat violentiam: sed quia omnia in suo
 quodam ordine ab opifice rerum instituta conser-
 uat, neque permittit quicquam leges illius ad id
 transgredi, quin mox regrediatur in leges Caelos vol-
 uit genibus, id est, infima parte sui, tanta videlicet
 facilitate, ut expeditissime interim contemplationis
 gaudio persuaatur. Sed hanc ipsam vegetalem eius
 partem tribus appellat nominibus. Lachysim qui-
 dem, quia rerum semibus grauida est, et vitarum
 fortibus atque formis quas descendurus inserit anima-
 bus. Clotho deinde, quoniam insitas vitae sortes
 ordine suo euoluit in actum viuendi, et explicat in
 effectum. Postremo Atropos, quoniam vitas iam e-
 uolutas in actum, progressu quodam indeclinabili ad
 inexcusabilem usque terminum conseruat atque cu-
 scodit. Vnnulli primam nominant Vestem. Sacun-
 dam Mineruam. Tertiam vero Martem siue Mar-
 tiam. Deinde quod dicit Paris ad Sirenum mo-
 tus harmonicos canere, accipe fatales vitas ad effe-
 ctum per caelestes motiones influxusque procedere.
 Sedes Necessitatis filiarumque eius ostendunt facta

talis ordinis firmitatem, quasi oporteat mobilium
 progressionem ab ipsa motus immobilitate regi at-
 que ordinari. Sedium verò parua intervalla iustā,
 tum inter fata, tum per fata distributionem fieri eu-
 denter ostendunt. V estis alba tum fatorum naturam
 inuolatam ostendunt, tum innocentem. Non enim
 agit uniuerso malum, quod ab optimo uniuersi du-
 ce dependet. Corona describit imperium. Cantare
 est per temporum intervalla ea congruitate digere-
 re singula, qua diuina mens momento quidem in-
 tuens temporibus digerenda præscribit. Hinc fit ut
 Parca omnes temporanea cantent. Et cur Lachesi
 praterita, Clotho præsentiā, Atropos verò futurā
 Respondeat Proclus, in praterito quidem tria tem-
 pora cogitari. Nam & prateritū. Iam dicitur,
 & quandoque fuisse præsens & antequam præsens
 esset, fuisse futurum. In præsenti verò ipsum cogi-
 tari præsens, quod prius fuerat & futurum. In fu-
 turo denique futurum duntaxat agnoscit. Post hac
 verò declarari præcipuam esse Lachesim. Secun-
 do dignitatis loco Clotho. Tertio Atropos. Verum
 curiam Parca globos tractant manibus mater ve-
 rò nequaquam? quoniam in fine illius anima vi-
 res cognatiores globis sunt quàm anima ipsius
 substantia. Cur nem Lachesis gemina tangit
 manus quia in exordio & medium continetur & fi-
 nis. Cur deinde Clotho ampliore, & ab extrinseco
 tangit ambitum atque dextra? Atropos autem angu-
 stiore ab extrinseco atque sinistra? Quia eueluta
 vita per media, & ab extrinseca exorditur causa,
 & amplior est, contingit quoque prosperior. Ineuita-
 bilis autem terminus, & ab intrinseca iam prouenit
 proprietate concepta & desinit in angustum. Ad-
 de quod clā surrepit, & ut plurimum contrarium.
 Quod autē Parcas inquit, cælum intermissione qua-
 dam temporis tangere, ne putes fatales mundana a-
 nima

nima vires modo rege mundana modo non regere.
 Si. n. mutabilitas sit in fato, cuius propria immutabi-
 litas ipsa est, nihil fingi poterit non mutabile. Plato
 igitur humano quodam more atque sermone diuina
 pingēs officia innuere vult fata partim res ipsas tra-
 hēre, partim verò nequaquā: tū quia mundana ani-
 ma virtus in ipsa sua integritate dignitate consistēs,
 alt' oram suam reb' gubernandū accommodat, ac vi-
 cissim dum accommodat non misceatur: tum quia tem-
 poralem in operibus vicissitudinem exhibent, & quā
 intermissionem in operatione sua dicuntur habere, nō
 in se quidem, sed in effectu demonstrant, tum quia
 naturalia quidem trahat, supernaturalia non attingit.
 Quae enim ad rationem puram liberam q̄, vel
 ad diuinam intelligentiam fato superiorem pertinet,
 minimè tangit. Talia n. ad sublimem Dei providen-
 tiam caelesti fato superiorem miro quodam ordine re-
 ducuntur. Similiter in Politico scribitur, mundanas
 alias à fato alias à providentia regi: non quia inter-
 missa quadam vicissitudine temporum fiat eiusmodi
 commutatio, sed q̄a quotidie quadā sub fato fiāt,
 quadā per providentia leges super fatalē seriē dispo-
 natur. Accedit ad hac quòd anima nostra alias in
 providentia sunt oīo, alias prorsus in fato, alias in v-
 troq; simul. Quū. n. expedita tantū mente contēpla-
 trice viuūt, in providentia solū, penitusq; libere vī-
 uunt. Quū verò in vegetali parte ad corpus hoc in-
 clinatio inualescit atq; ad imaginationem vsq; talis
 inclinatio propagatur, ad fatū iā declinantes, pariter
 à libertate degenerant. At dū cōposito corpori coniū-
 guntur, iā in ipsum corpus sui fa-ū sese mergunt, mi-
 nūsq; admodum pristinae retinent libertatē. Deniq;
 postquam affectus corporeos in habitū contraxerūt,
 fato iam funditus obruuntur, omni libertate priuata.
 Quæritur quā ob causam hīc anima naturalia quo-
 dam instinctu ad Lachēsīm videantur accedere.

Profectò in generali natura corporea machina em-
 pitam sunt semina specterum, certis non solum for-
 mis & modis, sed temporibus quoque pullulari a.
 Quinetiam in propria qualibet & cuiuslibet species
 natura similis quodam est seminali ordo, sed ad spe-
 ciem propriam pertinens propagandam atque ser-
 uandam. Similis & in qualibet sub specie individuus
 fomes proclivitasque ad singula modis temporibusque
 propriis producenda. Tres hæc natura detinet
 ita disposita sunt, ut individualis sequatur specialis,
 specialis simul & generalem, ad id ut plurimum quod
 ex unius natura est, pariter sit ex alio, & particu-
 laris natura cum universa consentiat. Eadem firmè
 ratione se habet futurum, id est, præfiguratio quædam
 rerum explicandarum, tum in ipsa mundi anima,
 tum in duodecim spherarum & siderum animalium,
 tum etiam in animabus iam quasi particuloribus:
 quarum in numero sunt humane. In vegetali ergo
 virtute anima nostra proprium quoddam inest fa-
 tum, & involuta series futurorum, consentiens in for-
 ma modoque & tempore unà cum fatu cælestium
 animarum, animæque mundanae. Quem admodum
 egitur planta cuiuslibet germine propriis quibusdam
 figuris & suo tempore pullulans, sponte videtur unà
 cum universali temporis verni natura ad idem
 pronos ante concurrere: sic & anima suapte natu-
 ra suoque fato opportunè proprias quasdam tunc
 promunt vias quando ad easdem similiter universa-
 sale conducit fatum, ita ut animarum chorus suis
 quibusdam saltandi figuris variatimque simul di-
 versitate saltantium, fatalem imitetur cantum at-
 que sonum. Cantum quidem intelligi malim in cæ-
 lestibus animabus, in spheris verò sonum, in no-
 bis denique saltum. Tali quodam instinctu ad La-
 chestra anima in auspiciis vite perveniunt ad for-
 as suas per fontes Lachesta confirmandas. Confir-
 man-

nãtur igitur per prophetã quẽdã. Propheta hĩc duo
 quẽdã significat, tũ vniuersalẽ primũq; prouidentĩã
 influxum in animam, tum opportunitatem, sub qua
 eiusmodi fit concursus, ut anima ad id ferantur, quò
 fatum perfert vniuersale. Quod ergo dicit prophetã
 disponere in ordinem animas, sortesque à Lachesi
 in eas transfere significat hęc omnia confirmari
 tum per prouidentia diuina fauorem, tum per concur
 sus illius opportunitatem. Neque ab re dictum est
 Pareat vniuersam quidem manibus gubernare sor
 tes verò animarum è genibus Lachesis accipi. Nam
 quum vniuersi gubernatio præstantior sit quàm di
 spõsio animarum, merito illa quidem manibus, hęc
 autem genibus perfici iudicatur. Sedere autem in
 tribunali, auctoritatem exprimit, & iudicium. Inter
 sortes verò vitarum atque exempla, talis quadam
 videtur esse distinctio: quòd sortes quidem ad vires
 pertinent vegetales. exempla verò ad imaginatio
 nes superiores quidem vegetali potentia sed propin
 quas. Nempe cum primũ in hac potentia talia
 quẽdã fatiũt à vite semina præ cateris inualescunt, si
 mul in imaginationem quoque vitæ simili figura &
 machinamenta cõsurgunt, affectũsque feruescent: pe
 rindo ut apud nos sanguineã corporũ afflictionem hĩ
 larũ imaginatio sequitur, cholericam iracunda, me
 lancholicam verò tristis, sæcundam luxuriosa. Hactẽ
 nos fatalis procedit necessitas. At enim ratio imagi
 natione superior, cuius est ratiocinatio, consilium &
 electio, idẽo que motus ad vtrunque libet, percipiens
 imaginationis figurat atque affectus, potest eiusmodi
 vitæ descriptionem probare pariter atque reprobare.
 Quam ob causam dicit virtutem esse à fato libe
 ram, culpãque in vitæ deteriori electione, eli
 genti esse, non fati. Nam etsi ex fato est, tam in
 communi quàm proprio, nouam iam vitam & nunc
 ut prius eligere: ex consilio tamen est, talem præ

prie eligere aut talem. Quippe si prima viuendi formam ab imaginatione oculi rationi eblatam, ratio examinando rececrit, non deerit statim alia melior, rursusque alia. Hinc illa providentia uel spiratio propheta cognominatur. Præmōstrat enim rationi quædam iudicij lumen, tam habere liberam consultandi eligendique facultatem, quidue potissimum ex temeraria electione sequatur. Dicitur & propheta solui fundere, exempla viuendi proponere: non solum quia providentia diuina influxus quodammodo sit alia sancit, sed quia fatales sortes & exen pia sit alia producit in rationis examen atque iudicium. Quod autem in præconio uideat animas esse diurnas exprimit ea & ibi in esse perpetuo die, & uitam quam tanti faciunt unum esse diem atque nocturnum. Addit initium alterius fore circuitus, ut aperiat mysterium animarum à cælo in terram uersis: si que remeant. Appellat humanum genus non mortale si uim, sed ut anime sua mala presagiant, addit more ferum, quasi dicat corporis uitam esse anime mortem. Pronunciat deinde etsi ratio à principio in eligenda uita sit libera, postquam tamen elegerit, in hac quidem reijcienda non amplius fore liberam licet quandoque libera futura sit in eam qualis unquam sit, aliter atque aliter componenda uel temperanda. Si quaras quare alia hominum anima uitas alias eligant, respondebunt alij, speciales quasiam in animarum naturis differentias esse, alij individuales quidem atque proprias, addent que differentias illi multas ex superiorum uita diuersitate deductas. Quod & Plotinus ualde confirmat & sequentibus maximè consonat. Proinde anime eligentes uitam simul demonem sortiuntur electæ uita ducem. De hoc alibi multa diximus. Hic uia distinguit. Deos Platonicos alios cogitat extra mundum, mentes scilicet seiunctas à corpore tanquam intellectuales sphaeras, colentes deum unum tanquam

ipsarum centrum firmissimum & stabilissimam unitatem. Alios mundanos appellant, videlicet ultra diuinum cultum veluendus mundi sphaeris accommodatos. Hi daemones subdunt, quasi ministros ad ea quae vel in specie vel in sphaeris vel ex sphaeris sunt disponenda atque componenda. Totidem igitur numerant genera daemorum: quae in dijs mundani daemorum dicitur vires inueniuntur. At vero in quolibet mundano Deo unitas ipsa suprema est substantia sua qua diuinam refert unitatem. Post eam est intellectus, simul omnia coeueniens per quem mentes representet angelicas. Item ratio per formas quadam progressionem descurrens talium propria animarum. Praeterea imaginatio quadam eatenus per particulares congregatim formas: quatenus per vniuersales ratio ipsa progreditur. Deinceps natura sequitur vegetalis sphaera vivifica simul & motrix. Secundum has quinque vires genera quatuor daemorum computantur. Quorum ex numero caelestes quidem daemones deorum mundanorum unitatem accommodatam sequuntur: aetherei vero daemones, id est, ignis deorum eorundem intelligentiam: aerei daemones rationem: aquei imaginationem: terreni vero naturam, quam in dijs appellauimus vegetalem. Sub his Orphici daemones collocant subterraneos, mundanorum deorum corpora infimo quodam ordine referentes, scelerumque ultores. Quorum lib. Plato mentionem facisse videtur. Si quae quales potissimum daemones duces sint animarum in corpora descendendum, respondetur non caelestes, non ignei. Hi enim tanquam sublimiores reducant animas, non deducunt. Item nec aerei, neque terreni. Hi enim tanquam infima generationis artifices, non tam ducunt: sed in tali itinere mimam, quam in precipitia saxi precipitant. Aerei ergo restant daemones melius per media duces, qui rationis diuinae comites humanam rationem in hoc itinere ducunt.

Ex horum verò genere demonum alij alias ducunt animas, Saturnij quidem Saturnias, Martij verò Martias, alijque similiter alijs, accommodati potissimum singuli singula, tum ex affectione animi propriatum ex providentia factaque communi, maxime verò secundum electa vitæ formam. Hoc demum vita duce subeunt iam animæ tria fata quæ solum ante conspexerant, videlicet & ita statuente demone ordinis totius executore, & iam affectu corporis gradatum præponderante. Demum post tres Parentes ad Parcæ transeunt matrem: Necessitatem ipsam scilicet, cuius iam experiuntur impulsus. Deinde sub vehemēti astu ire animas, tria significare potest, scilicet corporis amoris ardorem crescere, sin. ul. q; curâ & sollicitudinem augeri. Item per ignis spheram celo descendere. Præterea caloris naturalis ministerium ad terrenum corpus vivificandum. At quoniâ nimia terrenorum cura, cœlestia oblivioni mandantur, atque per oblivionem ex fertilitate sterilitas accidit, idcirco mox in Lethæum, id est obliviosum descendunt campum penitus sterilem. Et quia ob diligentem mortalium curam, negliguntur æterna, unde & oblivio nascitur & iactura, & reminiscētia difficultas, inquit animæ in campo Lethæo ad flumen Amelitâ, id est, negligentia fundum usq; descendere, ibique sub nocte recumbere, id est, sub divini luminis privatione prosterui. Verum quid significat Amelitâ aquam nullo unquam vase contineri posse? Poetica hæc quidem metaphora est, significans inferiorem materiam, quæ flumē dicitur fluere per formam rugiter atq; fluctuare. Itē oblivionis vitium, quæ est retinere nihil, sed statim effundere. Adde quod nullum extrinsecum sustinent aculum servat animam propria negligentia pereuntem. Quod præterea necesse sit ex oblivionis fluvio bibere patet, quoniâ ita fieri ex natura propria, & cōmuni fato & providētia est institutum.

Bibere autem aut plus aqua aut minus, ex effectu ad corpus pronant magis minusq; proclive: idemque maiori minori sue oblivioni est causa, siue potius maiori aut minori ad reminiscentiã facultate. Has utiq; passiones quodãmodo experitur anima in corpore quodã ex aere crassiori cõpositio in superiori cãpo, antequam terrena matris utero concindatur. A caelestibus enim corporibus ad terrena, nõ solum per elementũ, sed per corpus aereum fit descensus. Subiũgit animas in hoc aereo corpore ad mediã usque noctem dormire, ostendens mox sub terreno corpore nondum diã iam, sed integram ignorantia noctem fore. Somnus testatur & rationis impedimentũ & iudicij falsitatem. Postremò animas, inquit, fatui terreno insinuari sub tectis quodãm atque errantibus, duabus tri puto de causis: tum indicans infelicibus auspicijs hinc carcerem ingredi, tum ostendens tam caelestem quã terrenum motum, & quidem vehementem, diuinam animam tam tetra carcere coercendam cõcurrere oportere. Proflire verò ad generationem animas stellarum instar ultra figuram poeticã subinsinuat animas stellares esse quodãmodò & ad stellas denique redituras. Quod autem Plato de migratione animarum in corpora bestiarum, tam ridiculam afferi fabellam, ab alicularum fabulis nihilo discrepantẽ, profecto nos admonet, totum allegoricẽ exponẽdum: videlicet rationales animas, non in vitam bruti, sed brutam, id est quodãmodo bruto similem vicissimq; demigrare. Quod quidem omnibus Platonibus excepto Platino, maximò placuit. Idemque Origenes in libro contra Celsum confirmare videtur. Tu verò ne negligas morale præceptum electionis refta peritiam cunctis rebus & artibus proponendam. Præterea tam multa de sphaerarum pulchritudine atque potentia hic adducta fuisse, ut cogemus iustitiam & primum in caelo ingens susse-

quaturam, & ad optimam viuendi electionem
 magnopere conuerturam. Veram dicis tam magna-
 nime Laurentiste hic à Marsilio Ficino commentariū
 accepisse potius quàm argumentum. Esto sane. ope-
 raprociū fuisse arbitror atq; fove, ut argumentum
 quidē promiserim commentarium verò praestiterim.



FVIDEM cogitanti mihi inquit
 ego, de hac quā nuper verbis cō-
 didimus ciuitate. cum alia per-
 multa recte admodum statuisse
 videmur, tū vel maxime, quæ de

a Quæ de po-
 etu supra di-
 xerat lib. 3.
 iterum accu-
 ratius tra-
 ctat omnem
 quæ adeo po-
 esim qua in
 imitatione
 posita est re-
 ūciz & con-
 demnat.

b Homerus
 tragicorum
 omnium dux
 & magister.
c Veritas plu-
 riu faciēda
 hominibus.

poeti sunt lata. Quænam est? inquit. Ne vide-
 licet vlla poësis pars, quæ in imitatione confi-
 stit, recipiatur. Præ cæteris enim nunc est per-
 spicuum, ut mihi videtur, nihil tale à nobis esse
 recipiendum, postquam singulæ seorsum ani-
 mi distinctæ sunt species. Quomodo istud ais?
 Ut apud vos dicam quod sentio (neque enim
 vos me coram tragicis imitatoribusque poetis
 aliis accusabitis) corruptela quædam mentis
 omnia hæc esse videntur eorum, qui cum imi-
 tationes istas audiunt, medelam illam mentis
 non habent, qua potissimum, quales hæc fabu-
 læ sint discernant. Quorsum ista? Dicendum
 quidem, etsi amicitia quædam & reuerentia à
 pueritia mihi erga Homerum contracta me
 detinet. *b* Etenim insignium istorum omnium
 tragicorum dux & magister primus extitisse
 videtur. *c* Ac veritati virum non censeo præ-
 ponendum. Quare quod institui dicendum
 est. Omnino. Audi igitur. Imò verò respon-
 de Interroga. Nunquid explicare mihi potes
 omnino, quid imitatio sit? Neque enim ego
 satis quid sit, intelligo. An igitur ego intelligā?
 Nihil id mirum esset. Nam sæpe contingit, ut
 qui

qui hebetiore sunt acie, nonnulla prius intueantur, quàm qui acutius cernunt. Est ut dicis. Ceterum te presente, nunquam auderè quod mihi videretur exprimere. Sed ipse videris. Vis hinc exordiamur, solita illa nostra ratione considerantes? Speciem vnamquaque ponere solemus de quibuslibet pluribus quibus idem nomen imponamus. An non intelligis? Intelligo equidem. Ponamus itaque nunc quoduis è multis. ecce, plures lecti sunt atque mensæ. Quidni? Idem tamen harum rerum dux sunt. Vna lecti, mensæ est altera. Ita est. Solemus autem dicere, suppellectilis vtriusque artificem sic opus suam absoluerè si in ideam illam intueatur, vnum quidem lectos, mensas alterum, quibus ipsi utimur, ceteraque similiter. Nullus enim artifex ideam ipsam fabricat. Quo enim pacto? Nullo. Vide præterea nunquid talem aliquem vocas artificem? Qualem? Qui facit omnia quocumque vnusquisque artifex eorum qui manibus operantur. Potentem narras virum, atque mirabilem. Nondum integram eius vim expressi. Fortè verò multò magis miraberis, si expressero. Nempe idem iste artifex, non solum omnia potest suppellectilia fabricare, sed etiam quæcunque ex terra nascuntur, efficit, & animalia omnia atque seipsum. Terram quoque, cælum, ac deos & quæcunque in cælo sunt, & sub terris apud inferos, peragit. Sophistam narras mirabilem. Dissidis? Dic obsecro, nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi videtur? vel quodammodo istorum omnium faber esse, quodammodo verò nõ esse? An non aduertis hæc omnia te quodammodo efficere posse? Quisnam hic modus? Haud

*Trias sunt
circa qua
nunc opifici
uoluitur, 1-
eo, opus fa-
bricatum ad
similitudinẽ
ideæ, tum i-
mago operis.
Ideæ lecti.*

difficile, potes enim passim & celeriter omnia facere. Speculum accipe, passimque circumferas. Solem protinus facies, & quæ in cælo sunt, terram quàm primum ocysimè teipsum, & cætera pariter animalia, supellectilia, plantas, & quæcunque nuper commemorauimus. Imagines istorum quidem, res ipsas minimè. Opportunè, inquam ego, nimium respondiisti. Talis utique faber est & ipse pictor. Nonne? Est. At ipsum dices haudquaquam facere vera quæ facit, quanquam & aliquo pacto pictor quoque lectum facit. An non? Facit quidem & iste, sed apparentem. Nonne dicebas quòd lecti faber speciem quidem ipsam quam esse dicimus id quod lectus est, non facit, sed lectum aliquem? Dicebam equidem. Si id quod est non facit, haud sanè quod verè est, non tamen ipsum quod est reuera. Perfectè autem esse fabri, aut lectorum, aut aliorum artificiorum opus si quis dixerit, aberrabit? Non ut videtur his qui in disputationibus hisce versantur. Nihil mirum igitur, si hoc & ad veritatem est tenue. Non certè. Vis in istis quoque inuestigemus, qui imitator iste sit? Si placet. Nonne tres hi lecti sunt? b Vnus quidem in natura ipsa existens, quem Deum dicemus, vt arbitror, effecisse. Num alium quenquam? Nullum. Alter quem faber conficit. Planè. Tertius verò quem pictor. Nonne? Est. Pictor itaque, lecti faber, & Deus, tres sunt, tribus lectorum speciebus præsidentes. Tres utique. Deus igitur siue quia volebat, siue quia aliqua necessitas inerat, non plures, sed vnum in natura ab ipso lectum fieri, ita solum ipsum vnum fecit lectum, qui

a Idea est id quod res est, opus verò ad similitudinem Idea elaboratum est tale aliquid quale quod verè est, non tamè ipsum quod est reuera.
b Deum soli? Idea vniuscuiusque rei effector.

qui sanè est id quod est lectus. Duo autem tales, aut plures, à Deo neque tum geniti sunt, neque gignentur. Qua ratione? Quia si duos faceret solos, vnus iterum cuius ambo haberent speciem, apparet: ipseque esset id quod lectus est, non autem duo illi id essent. Scitè. Hæc cum intelligeret Deus, vellètque verus esse autor veri lecti, non autem lecti cuiusdã autor quidã, vnũ duntaxat natura progenuit. Videtur. Vis ergo hunc, huius plantatorem vel tale aliquid appellemus? Par est, quandoquidẽ natura & hoc & alia omnia fecit. Fabrũ verò, nõnne lecti opificẽ? Et hoc. Num & pictorem quoque & factorẽ huius operis & opificẽ? Nullo modo. At quomodo ad lectũ habere hunc dices? Aptissimè mihi dici posse videtur, imitator eius cuius opifices illi dicuntur. Ergo imitatorẽ vocas eum qui tertium à natura facit? Valde. * Talis vtique erit & tragicus: siquidem est imitator, tertius quidam à rege & veritate: similitèrque alij omnes imitatores. Apparet. De imitatore quidem consensimus. Sed de pictore mihi dicas velim, vtrũ ipsum vnũquodque quod est in natura, imitati contendat, vel artificum opera. Artificum opera. Vtrum qualia sunt? vel qualia nobis apparent? Hoc præterea mihi discernas. Quomodo id ais? Sic. Lectus quidem siue ex obliquo, seu è regione cernatur, seu quouis alio modo, nunquid à seipso differt? vel nihil differt? aliter verò videtur dispositus aliter intuentibus, cæteraque similitèr? Sic apparet quidem, differt autem nihil. ^b Animaduerte & istud, quid in singulis intendit pictoris industria? vtrum vt se habentes singulas imitari? An quod apparet potius, vt apparet, imaginis apparentis, vel veritatis

^a *Tragicus est imitator, similis nõ arte facti, qui rē facit ad similitudinem*
Idea, sed pictori qui rei imaginẽ dũ taxat effingit, ac proinde tertius est à veritate.

^b *Pictor non curat rē vt ipsa est in se ipsa exprimere, sed duntaxat prout apparet.*

potius imitatio? Apparentis imaginis. Procul igitur à vero est imitatio: atque ut videtur, propterea omnia potest facere, quia exiguum quiddam cuiusque attingit, nimirum simulacrum. Quemadmodum pictor pingit nobis corinthium, tabrum, & opifices alios, cum nihil in artibus his intelligat: veruntamen si peritus sit pictor, excelleritque fabri ipsius imaginem, quam procul ostendat, pueros dementésque homines ita decipiet, ut verus esse faber illis appareat. Quidni? Ceterum, ô amice, hoc in huiuscemodi omnibus cogitandum. Quoties aliquis nobis de hoc ipso nunciat, se videlicet homini occurrisse in omnibus artibus erudito, perfectissiméque præ cæteris intelligenti quæcumque alius quis intelligat: huic protinus respondendum, quod fatuus est, & in magnum quendam præstigiatorum incidit, cuius imitationibus sit deceptus: idcirco enim illum vicum sapientissimû, quod ipse ne quiuerit scientiam ab inscitia, & imitationem ab ipsa re discernere. Verissima loquetis. Nonne posthac tragediam discutere decet, ducémque ipsius Homeri? postquam à nonnullis accepimus: tragicos poetas artes omnes intelligere, humanaque omnia tam ad virtutem quam ad vitium pertinentia, necnon & divina: etenim poetam bonum oportere, si rectè quæ componit, sit tractatus, eorum habere scientiam, aut nihil posse componere. Quare perpendere debemus, utrum qui eos laudant imitatoria poetarum industria decepti sint, eorumque opera dum aspiciunt, haud planè persentiant tertio gradu distare à veritate, faciliâque factu esse vel homini veritatis ignaro. Umbras quippe non res veras faciunt.

*Tragici dū
diuina, aut
humana, vir-
tutes vel vi-
tia reliquas
que actiones
hominū ex-
primunt non
res ipsas, quæ
illas ignora-
runt, sed ea-
rum simula-
cra quedā
& imagines
duntaxat adū-
brant.*

faciunt. * An fortè non nihil dicant, ac reuera ^a Poëtas igno-
 poetae boni intelligentes de quibus vulgo be- ^{rasse res il-}
 ne loqui videntur? Dissectendam omnino. ^{las quas suis}
 Siquis possit ambo perficere, & id quod in imi- ^{carminibus}
 tatione cadit. & eius simulachrum, nunquid ^{exprimere}
 eum putas in simulachris fingendis immora- ^{conari suis}
 turum? idque opus tibi in vita tanquam opti- ^{probatur.}
 mum propositum? Minime. Nempe si
 veram eorum quæ imitatur, peritiam habeat,
 multò magis operibus ipsis quàm eorum imi-
 tationibus incumbet: conabiturque multa, &
 præclara opera sui monumenta posteritati re-
 linquere, latiusque censebit, ut ipse ab aliis
 laudetur, quàm ut semper alienorum operum
 sit laudator. Ita equidem arbitror. neque enim
 par honor aut par emolumentum. Cæterum
 de aliis quidem rationem minimè exigamus,
^b Homerum aut alium quemvis poetarum in- ^b *Homerus*
 terrogantes, si quis eorum medicus reuera fue- ^{artē meden-}
 rit, non solum verborum ad medicum spectan- ^{di ignorans.}
 tium imitator, quònam vel veterum, vel re-
 centium sanos poeta reddiderit, quemadmo-
 dum Æsculapius, aut quos reliquerit artis me-
 dicinæ discipulos, quemadmodum ille poste-
 ros. Sed neque ab eis de aliis artibus scilicet
 murt: mittamus enim reliqua. ^c At verò de ^c *Homerus*
 maximis illis præclarissimisque rebus quas ten- ^{Rep. admi-}
 tat Homerus, bellis, imperiis, rebus publicis, & ^{nistrandi stu-}
 hominum disciplinis, par est ita eum interro- ^{diorumq; &}
 gare, O amice Homere, si non es à veritate ter- ^{artiū qua ci-}
 tius, fingisve virtutis imaginem, quæ imitato- ^{uitates or-}
 re in superioribus definitimus, sed es secundus, ^{nāt belli pa-}
 potesq; narrare, quæ studia homines vel me- ^{cis que repo-}
 liores, vel deteriores priuatim publicè que effi- ^{re non suis}
 ciant, dic obsecro, quænam ciuitas per te rectius ^{peritua.}
 disposita est? sicuti Lacedæmon per Lycurgū,

*Charondam
legiflator in
Italia & Si-
cilia.*

pérque alios multos multæ & parux ciuitates
& amplæ. Cuius potiffimum vrbis homines le-
gum te optimum prædicant conditorè, & be-
neficia in fe tua commemorant? Charondam
quidè Italia & Sicilia celebrant. Nos Solonem.
Te verò quis prædicabit, & qualem? Nullus, vt
arbitror, inquit Glauco, beneficio eius com-
memorat. Quin neque ipfi Homerici teftari
hoc audent. At quod bellum Homeri tempori-
bus ipfo confultore vel duce feliciter expedi-
tum commemoratur? Nullum. Præterea quæ
viri huius tanquam in his rebus fapientis in-
uenta, ad officia vitæ & artis aptiffima referun-
tur? vt Thaletis Milefij, & Anacharfis Seythæ.
Nihil tale. Si minus publicè, ad faltem priua-
tim, quibusnam Homerus ipfe dum viueret,
disciplinæ dux dicitur extitiffè, qui & eius cõ-
fuetudine delectati fint, & pofteris Homeri-
cam aliquam rationè vitæ tradiderint? Quem-
admodum & Pythagoras in hoc fuma cum
autoritate vixit, & pofteri etiam his tempori-
bus vitam Pythagoream celebrantes, inter ce-
teros illuftres habentur. Neque tale quid rur-
sus de Homero narratur. *Creophilus enim,*
ô Socrates, forfitan Homeri familiaris, disci-
plina etiam magis quàm nomine ridiculus
apparebit, fi quidem vera funt, quæ de Ho-
mero narrantur. Dicitur enim negligentior in
eum fuiffè, dum cum ipfo viueret. Dicitur
fanè. At enim, ô Glauco, fi reuera poterat
Homerus inftituere homines, ac reddere me-
liores, vt pote qui in his rebus non imitationis
tantùm effèt, verùm etiam intelligentiæ com-
pos, cur non multos fibi comparauit ami-
cos? cur non viuens honoratus eſt? cur non
amatus? Profectò Abdetites Protagoras, &

Prodi-

*Creophilus
familiaris
Homeri.*

Prodicus Chius, aliique permulti possunt hominibus sui temporis suadere, priuatim singulos aduentēs, nunquam eos rem familiarem & publicam recte gubernaturos, nisi ipsi eos erudiant: & ob hanc sapientiam tam ardentem amantur, vt vix sectatores eorum se contineant quin capite eos circumferant. ^a Homerum autem vel Hesiodum, illorum temporum homines, si quidem poeta illi quicquam iuuate eos ad virtutē potuerunt, nunquid permisissent oberrare tam diu carmina passim decantantes? Quin potius magis hos quam aurū cōplexi fuissent, induxissentque ad domesticum familiarēque conuictum: quod si non persuasissent, sequuti fuissent passim, dū quantū satis erat, iisdē studiis imbuti fuissent. Vera prorsus mihi loqui videris, & Socrates.

^b Ponamus igitur omnes ab Homero incipientes poeticos homines, virtutis imaginū imitatores esse, ceterorūque similiter quęcunque canunt, veritatem verò nequaquam attingere. Sed vt paulò antè diximus, pictor visibilem coriarij pinget imaginem, quum & ipse de coriaria nihil intelligat, & imago illa coriarius ipse apparebit illis qui rem ipsam nequaquam intelligunt, sed à coloribus figurisque spectant? Prorsus. Haud secus poetam dicemus colores quosdā artium singularū nominibus verbisque exprimere, quum ipse horum nihil intelligat, sed imitetur duntaxat, ad eō vt his qui hęc à verbis iudicant, benè dicere videatur, siue de coriaria, versu, rhythmoque, & harmonia, siue de re militari, aut de quibuslibet aliis dicat. Vsq̄ ad eō natura quadā aures poetica ista demulcent. Arbitror autem nosse te qualia videantur hęc opera poetarū cū

^a Homeri & Hesiodi pau-
pertas argis
mentū ipso-
rum inscitia

^b Comparat
Poeta cum
pictore plu-
ribus declaratur.

musicæ coloribus spoliata considerâtur. Animaduerristine vnquam? An animaduerti. Nonne perinde se habent ac facies eorû, qui propter adolescentiam formosi potius sunt, quàm pulchri: quales aspectu sunt postquam ipsos flos ipse destituit? Omnino. Age igitur hoc animaduerte. Imitator, simulachri autor, rem ipsam hancquaquam intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginem. Ita est. Ne

¶ Cum circa res artificiales tres sint artes: vrens, faciens & imitans: vrens rē intelligit maximè & facienti præscribit: faciens vestigiis & præceptis vrentis infisles rē quodâmodo intelligit. Imitans: cū non attēdat ad sapientis præscripta de re illa quā effigit, sed ad vulgi opinionē dūtaxat: nihil prorsus de re ipsa intelligat necesse est.

igitur imperfectum id relinquamus, sed quantum satis est contemplerur. Dicas. Pictor habenas pinget ac frenum. Planè. Faciet autem corarius, arariusque faber. Valdè. Nunquid intelliget pictor: quales esse debent habenæ, quale frenû? Vel neque ipse quidè factor, siue ararius faber, siue corarius: sed solus ille, qui his vi scit, eques? Vera loqueris. An non circa omnia sic esse dicemus? Quomodo? ¶ Circa quodcunque has esse tres artes, vrentem, facientem & imitantem? Certè. Virtus igitur, pulchritudo, rectitudo cuiusque instrumenti, animalis, & actionis, non ad aliud refertur quàm ad vsum, cuius gratia vnūquidque est & factû & genitum. Ita est. Necessè est igitur eum qui vtitur aliquo peritissimû esse, & operis factori significare, qualia bona vel mala facit in vsum eius quo vtitur. Quèadmodû tibi cè tibiarû fabro ostendit, quæ tibiæ ad vsum aptissima sint, ordinatque quales oporteat facere? ille autem ministrum se præbet, nonne? Quidam? Nonne hic intelligens, de aptis & ineptis tibiis pronunciat alteri? Ille verò credens efficit? Planè. Circa idem igitur instrumentum factor quidem rectam habebit fidè de pulchritudine & prauitate, adherens intelligenti, coactûsque ab intelligente audire:

vrens

vrens autē, scientiam. Profus. Imitator autem
 num habebit scientiam ex vñ eorū quæ pin-
 git, vtrum pulchra sint & recta, vel contrā?
 vel opinionem rectam, ex eo quòd necessa-
 riò intelligenti adhaereat, instruatūque ab eo
 qualia quæq; pingenda sint? Neutrū. Ergo ne-
 que intelliget, neque recte opinabitur imita-
 tor, circa eorū quæ imitatur, pulchritudinem
 contrariūve? Non videtur. Bellūne erit in
 effictione imitator, quod ad sapientiam atti-
 nes, in iis quæ facit? Non multū. Veruntamen
 imitabitur, haud intelligens, quo pacto vnum-
 quodq; vel recte habeat, vel contrā. Sed vt ap-
 patet, quod credit multis ignarūque esse pul-
 chrum, hoc imitabitur. Quid enim aliud? Hæc
 sufficienter nobis confessā videntur, imitato-
 res scilicet nihil æstimatione dignum intelli-
 gere de his rebus, quas imitantur, sed esse io-
 cum quēdam imitationē potius quàm rem se-
 riam: omnesque eos qui tragicā pœsim iam-
 bi, heroicisq; carminibus tractant, imitato-
 res vel præ cæteris esse. Et maximè quidē. At
 per Iouē inquam, nunquid hæc imitatio ter-
 tio gradu distat à veritate. Nōne? Est vt dicis.
 Ad quale igitur eorum, qui in homine sunt,
 pertinet, quatenus vim habet eiusmodi? De
 quōnam interrogas? De tali quodā. Magnitu-
 do eadem eminus atq; cominus inspecta nō
 æqua videtur. Non. Eadem quoque obliqua
 & recta in aqua nobis & extra aquā aspicien-
 tibus, cauāque iterum & prominentiā pro-
 pter vñ circa colores errorem, videntur. Om-
 nisque huiusmodi in anima nostra turba-
 tio compecti est. Quam quidem naturæ no-
 stræ debilitatem adumbrationis facultas, &
 prestigiōrum ingeniositas, reliquaque machi-

natio aggressa, nihil magicæ seductionis intentatū relinquunt. Vera loqueris. An nō metiendi, numerandi, librandi disciplinæ aduersus hæc opportuna sunt homini adiumenta, ne id in nobis præualeat quod apparet maius vel minus, aut plus, aut grauius, sed numero, metro, lance deprehensum? Quidni? Atqui hoc rationalis animi partis est officiū. Huius ipsius. Hoc autem sæpenumero metiente indicantēque maiora esse nōnulla vel minora aliis aliis, vel æqualia, contraria tamen simul circa eadē hæc nobis apparent. Sic accidit. An non aliās diximus fieri non posse, vt eodem simul & circa eadem contraria opinemur? Ac merito diximus. Vis igitur animæ, quæ præter mensuram opinatur, haud eadem erit atque illa, quæ cum mensura. Non certè. Sed enim quod mensuræ ratiocinationisque credit computationi, animi pars optima est. Nihil obstat. Quod ergo repugnat isti, ignobilis aliqua nostri pars erit. Necesse. Istam confessionem exprimere volens, supra dicebam, quod & pictura & omnis imitandi facultas procul veritate posita, suum opus exercet: rursumque cum aliqua nostri parte, prudentiæ proterus experte, congredditur, & amicitiam cōtrahit, ad sincerum, verumque nihil. Maxime. Vilis ergo imitandi facultas vili cuidam se committens, vilia procreat. Apparet. Vtrum talis est ea dūtaxat, quæ ad visum spectat? An ea etiam quæ ad auditum? quam poësim vocamus. Probabile est hanc insuper esse talem. Ne igitur ei soli credamus quod ex pictura verisimile nobis apparet, sed ad eam ipsam cogitationis naturam, cui sese accommodat poetica imitatio, veniamus, videamúsque num vile quiddam sit.

Pictura & omni imitandi facultas procul à veritate posita cum anima nostra parte prudentia omnino experte societatem vit.

fit, an pretiosum. Sic oportet. Hūc ergo in mo-
 dem proponamus. Imitatur quidē poësis ho-
 mines aut vi aliquid aut sponte agentes, existi-
 mantēque ex actionibus, vel bonum sibi ali-
 quod esse vel malum, ideōque vel dolore af-
 fectos, vel voluptate. An aliud quicquam?
 Nihil aliud. Nūquid in his hominibus homo-
 secum ipse consentit? Vel potius quēadmodū
 secundum visum dissidet, vt narravimus, de-
 que iisdem contrarias in seipso simul habet
 opiniones, ita & in agendo secum ipse dissidet
 atque pugnat? At nunc mihi in mētem venit,
 nihil esse de hoc nobis in præsentia disceptan-
 dum. Nam in superiori disputatione de his
 satis vnā convenimus, animum videlicet no-
 strum confessi multis & variis huiuscemodi
 contentionib. sibi eodem tempore aduersan-
 ribus plenum esse. Probe. Probè id quidē. Ve-
 rum quod tunc à nobis est prætermisium, nūc
 mihi videtur necessario expediendum. Quale
 istud? ^a Vt probus cui talis fortuna contigit,
 vt filiu amiserit aut aliquid aliud sibi charissi-
 mum, facilius quam ceteri feret. vt diximus.
 Planè. Nunc autè, & id consideremus, vt ū o-
 mino non dolebit. Vel hoc quidem impossi-
 bile, dolorem verò quodammodo moderabi-
 tur. Hoc certè est verius. Hoc mihi de ipso in
 præsentia dicas, vtum hūc censeas dolori ma-
 gis repugnaturum, quando à similibus specta-
 tur hominibus, vel quando solus est, aliorum
 consortio destitutus. Permultum interèst, si
 in aliorum conspectu sit. Porrò cum solus
 erit, multa dicere audebit, quæ emittere co-
 ram aliis erubesceret. Multa faciet, quæ con-
 spici ab aliis nunquam vellet. Est ita. Quod
 obstrare iubet, ratio est & lex: quod autem ad

a Poësis quum
 tota est in i-
 mitatione a-
 lio argumen-
 to reſciendā
 probat quod
 tragedia vi-
 rorū gratiū
 casus horren-
 dos, lamenta-
 tiones euila-
 tus & plora-
 tus in aduer-
 sis repræsen-
 tans comæ-
 dia autē lu-
 dicri & io-
 ci delictans
 rationem de-
 bilitent. affe-
 ctus autē vi-
 tiosos corro-
 borent, exem-
 plū virorū
 illustriū ho-
 mines ad ma-
 moderatos
 cultus & vi-
 sos effusos in-
 citantes.

dolores rapit. perturbatio. Vera loqueris. Cum homo circa idem simul contrariis motibus agitetur, necessariò duo quædam illa esse dicimus. Procul dubio. Alterum quidem legi obtemperare paratum est, ut cunque iniunxerit.

*a Quid ad re
primendum
luctum in ad-
uersis ratio
humana sug-
gerat.*

Quo pacto? Lex utique dicitur optimum esse in aduersis quam maximè fieri potest, quietè agere. neque conqueri, quòd incertum sit, bonumne id sit, an malum quòd accidit, tum quòd nihil dolor ad sequentia conferat, neque vlla humanarum rerum magnipendenda sit, eisque quòd subito præsidio esse potest, dolor impedimento sit. Cui inquis? Consultare inquam circa ea quæ acciderunt in primis oportet, & tanquam in talorum iactu. prout cecidit, quomodocunque ratio melius rem habere dicat, negotia disponere. Neque verò siquid aduersi incidit prostertere nos debemus, atque ut pueri solèt cum offendunt in lapidem, proidentes circa id quòd læsit eiulando moram trahere: sed animum alluefacere, ut ad sanandum præstò adsit, & quicquid ægrotat, dimissis lamentationibus corrigat. Opportunum

*b Rationalis
facultatis
motus non
sunt faciles
ad exprimè-
dum quia sim-
plices sunt
irrationalis
contra faci-
le exprimi
possunt. quia
variè &
multiplices.*

hoc quidem est aduersus fortunæ ictus remedium. Quòd sanè optimum est, rationi huic libeater obtemperat. Constat. Quòd verò ad perturbationis recordationem luctumque rapit, in eisque diutius detinet, irrationale est, languidum, formidolosum. Ita dicendum. Quòd querulum est, imitationem plurimum ac variam suscipit. Prudentem verò pacatumque morem semper sibi ipsi similem, neque facile possumus imitari: neque si imitemur, facile percipietur, præsertim à turba in theatrum variis ex gentibus confluyente. Alieni nanque affectus ipsis imitatio fit. Sic est omnino.

Imi-

Imitatio verò poetæ haud ad hoc intendit, ut huic animi naturæ sua sapientia placeat, si vulgo sit placitura, sed querulum animi morem variùmq; obseruat, qui imitatione facillè possit effingi. Pater. Meritò igitur imitationem poeticam reprehendemus, pictorisque imitationi è regione respondere dicemus. Primo quidem, quòd vtræque, si veritatem spectes, vilia operantur. Deinde etiam quòd parti animæ rationis experti similiter suffragantur, & optimam deserunt. Atque idcirco iure eam in ciuitate legitimè gubernanda nequaquam recipiemus, quoniam hanc animi partem suscitatur atque alit: quam dum corroborat, rationis compotem vim disperdit. Atque ut ille qui in ciuitate eos qui plurimum possunt improbos reddens, proderet ciuitatem, probos destrueret: ita & imitator poeta, peruersam in animû cuiusque rempublicam inducit, dum illi animi parti blanditur, quæ sine mente est, neque maiora minorave discernit, sed eadem tum parua tum magna existimat, huicque simulastra fingit, à veritate vehementer alienus. Longè quidem. Nondum tamen quod maximum ex ea malum proueniat enarrauimus. Nam quòd probos quoque viros paucis admodum exceptis, corrumpere possit, id penitus horrendum est. Cur non possit? si quidem id facit. Ausculta inquam, ac vide. Nonne & optimi quique nostrum cum audimus Homerum, aut alium quemuis tragicum, qui heroum aliquem in luctu versantem, vociferantem & querulis fortunam suam modulis desistentem, & pectora pugnis percutientem imitatur, delectamur quodammodo, inhiantesque ad illa sequimur ea, vnâque afficimur,

ac seriò studiosèque illum, vt poetam bonum laudamus, qui adeò nos vehementer moueat? animaduerti. Quoties autem aliquem nostrum domesticus verùsque inuadit morror, scis vt de contrario gloriemur: nempe si quo pacto quietem agere, & tolerare dolorem valeamus: quasi hoc quidem viri sit mulieris illud quòd antea laudabamus. Planè. Quàm præclara hæc laus, vt qui talem spectat virum qualem esse se minimè vellet. puderetque maxime, non abominetur, sed delectetur, ac laudet? Absurdum prorsus. Certè, si & hoc modo istud animaduertes. Quo modo? Quòd videlicet id quod in propriis calamitatibus vti cohibetur, prohibeturque, in lachrymas stertisque erumpere, & naturæ suæ lachrymarum auidè indulgere, illud ipsum est quod poete expleat, cui penitus blandiuntur. Tunc certè, & quod natura in nobis est optimum, vipote nec ratione, nec vsu sufficienter instructum, querulum istud desinit custodire, quasi alienas spectet perturbationes, nihilque sibi dedecori sit, si dùm vir alius qui virtute præstare se prædicat, immoderatus debeat, ipse eum laudet & misereatur. Quin oblectationem illam lucrari se putat, neq; vlla ratione ex contemptu poësis illa carere se vellet. Pauci sanè animaduertunt, vt arbitror, quod ex alienis in propria transferre aliquid necesse est. Nempe si in alienis ærumnis flebile illud ingenium nutriueris, vehementiusque reddideris, in propriis haud facillè sistes. Vera nimiùm loqueris. Nonne eadem de risu est ratio? Quod enim te maximè puderet risus comouendi causa facere: id cum in comœdia, vel priuata imitatione audis, tanquàm ridiculum libèrissimè auscultas, idèmq;

idémque híc facis quod in imitatione flebili fieri diximus. Nam ingenium illud tuum ad risum pronius, quod ipse in te à risu, veritus scurrilitatis crimen, continebas híc iam resoluís in iocos, vehementiorémq; sensim reddis risu ipsius affectum, vt & propriis in gestib. in risu vltra quàm deceat differri incipias, & scurra ridiculus comœdiæ iocis exitus euadas. Vehementer quidém. Idem quoque de venereis & iracundia dicimus, deq; omnibus animi cupiditatibus affectib. & tristibus & iucundis, quos in omni actione insequi nos in superioribus diximus, & talia quedã poeticam imitationem in nobis effingere. Nutrit enim ista, dum fouet atq; irrigat, quæ potius ariditate extenuanda sint: efficitq; vt hæc dominetur in nobis, quæ subesse potius deceat, vt meliores beatiorésque ex deteriorib. & miseriorib. euadamus. Haud aliter dicere possum. Si quando itaque Glauco Homeri laudatores offenderis, audierisq; dicentes Homerum omnem Græciam erudisse, proque rerum humanarum gubernatione & disciplina poetam hunc asciscendum, & ad eius instituta omnem vitam instruendam, memeto ferendos & amandos esse tanquam pro facultate sua optimos viros, concedendumque Homerum apprimè poeticum esse, tragicorumq; præcipuum. Scito autem hymnos in deos & in optimos viros laudationes duntaxat ex poesi in ciuitate admittere oportere. Si autem voluptuosam musam in canticis & carminib. acceptaueris, voluptas in ciuitate ac dolor, pro lege & pro illo quod semper optimum visum est, ratione se. dominabuntur. Vera loqueris Hæc itaq; in eam sententiam dicta fiat nobis, in hac repetita de poesi mentione quod meritò è ciuitate

*Præterquam
poesies pars
relinquenda
in ciuitate.*

Non dissimulat Socr. veteres esse inter Philosophiâ & pœsiam inimicitias & odia nequaquam tamē id impedire quominus supra illatis rationibus ad recuperationē pœseos imitriciū stet, donec illa meliores & firmiores p sua defensione afferat.

tunc ipsam, quæ talis sit, expulimus. Sic enim ratio cogebat, id quoque adiciamus, ne rigiditatis nos rusticitati: quæ accuset, quia vetus quædam extat inter pœsim philosophiâ, quæ dissensio. (Cuius certè contentionis argumentum dicta hæc esse possunt, quæ subiciâ, aliâque permulta.) Nêpe, *canis illa garrula ad aures domini lairans. Et, magnum ille in dementiâ ranoquirit. Et, turba superstitiosorum sapientium exasperans. Item, qui minuta & tenuia meditantur, paupertate premuntur.* Atque aliâ innumere tabilia similitatis eius veteris signa. Veruntamen id dicatur, quòd voluptatis ministra pœsis imitatioque si quicquam ad eam rationem afferre possit, ut in ciuitate rectè instituta accipi debeat, libenter accipiemus, ut eius oblectamenti fruamur. Ita enim nobis ipsi conscij sumus. Enimuerò quod verum videtur, prodere nefas est. Nam & tu, ô amice, nonne ab ea mulceris præsertim Homericâ. Valde. An non æquum est eam prodire in medium sese defendentē, vel cantilena, vel metro quouis alio? Omnino. Concedamus utique ipsius defensoribus quicumque pœtæ quidem non sunt, sed pœtarum amici, ut absque carmine eam defendant, asserentes eam non modò iucundam sed vtilem esse ad tempubl. & hominum vitam instituendam. Quam quidem defensionem æquo animo auscultabimus. lucro enim id nobis fore existimamus, si non suavis tantum, verumetiam vtilis nobis appateat. Quid obstat, quin lucro id futurum sit? Alioquin, ô dulcis amice, quemadmodum qui quâdoque aliquid amauerunt, si deinde censeant amorem sibi illum inutilem fore, licet ægtè amare desistant, desinunt tamen, ita & nos pro-

propter ingenitū nobis talis poësis amorem,
ex pulchritam rerumpubl. educatione, beni-
gne quidem expectabimus, vt optima verissi-
māque appareat. Quousque tamen defatigatio-
nem pro seipsa afferre non poterit, ita eam au-
diemus, vt oratione supra à nobis exposita,
nosmetipsos veluti quadam incantatione ad-
uersus pericula immiuentia muniamus, ca-
uentes ne deliciis amatoris vulgūque amori-
bus rursus irretiamur, illud quoque sentie-
mus, non ita esse huiusmodi poësi studendum,
quasi vera sit aut seria: sed cauendum ab ea
audienti cuique esse, inferiorique animi sui
reipublica metuenti, & quæ de poësi nat-
rauimus, de ea prorsus existimanda. Consen-
tio equidem.

Ingens porrò, ô amice Glaucō, ingens, ne-
que quantum videtur, est certamen, bonum
cūcti aut malum. Quamobrem neque pecu-
niarum gratia, neque honoris, neque poten-
tia, neque poëticæ vilius oblectamenti, iusti-
tiam ceterasque virtutes negligere decet. Al-
sentior ex his rationibus quæ narrauimus, ar-
bitror autem & quemuis alium eadem con-
fessurum. Atqui ingenia virtutis præmia, mer-
cedesque illi propositas, nequaquam narraui-
mus, immensa dicis præmia, si qua maiora sunt
his quæ retulimus. Quid magnum breui in
tempore esse potest? Nempe omne hoc tem-
pus à pueritia ad senectutis extremum exiguum
quiddam est ad vniuersum. Imò verò nihil,
Immortalem verò rem censes breui hoc pro-
tempore quidem, pro vniuerso verò nequa-
quam debere esse sollicitam? Pro omni certè,
Sed quotsum hæc? An ignoras immortalē
esse hominis animam, & ab interitu liberam?

*⁹ Ostensurus
Socr. quæ
præmia post
hanc vitam
maneant iu-
stos, quæ sup-
plicia inuis-
tos, afferit*

*anima im-
mortalitatem
hoc pot. si-
mū argumē-
to. Quicquid
non interimi-
tur proprio
suo & insi-
mo, illud est
immortale,
sed anima
non interit
proprio suo
malo & sua
prauitate
nēpe iniusti-
tia, & caro
rū vitio. ex-
go est immor-
talitas*

Tum repente conuersus in me Glauco, admis-
 ratúsque intulit. Per Iovem ignoto equidem,
 Tu verò nunquid ostendere potes? Certè nisi
 iniurius esse velim puto autem & te id posse
 neque enim id difficile. Mihi quidem difficile
 istud. Te verò libenter audirem, id quod ne-
 gas esse difficile, declarantem. Audies iam.
 Dic. Bonum aliquid vocas, & malum aliquid?
 Voco. Nunquid de his idem tibi quod & mihi
 viderur? Quid? Malum puto omne quod dissol-
 uit atque corrumpit. Quod verò seruat & iu-
 uat, bonum. Et ego. Bonumne cuique aliquid,
 & aliquid malum esse dicis? Veluti oculis lip-
 pitudinem, & toti corpori morbum frumento
 aruginem, lignis cariem & putredinem, æri
 ferròque rubiginem, atque vt dico, ferrè in
 omnibus secundum naturam propriam cui-
 que malum ac morbum? Equidem. Quoties hu-
 iusmodi quicquam alicui accidit, deterius il-
 lud cui contigit efficit, ac denique totum dis-
 soluit & perdit? Quidni? Proprium igitur cu-
 iusque malum, suaque prauitas, quodlibet cor-
 rumpit. Ac nisi id corruerit, nihil aliud vn-
 quam corrumpet. Neque enim quod bonum
 est aliquid destruit, neque rursus id quod nec
 bonum, nec malum. Quo enim pacto? Si quid
 igitur tale est, vt ei malum aliquid sit, quod
 ipsam deterius efficit, dissoluere tamen ipsum
 non valet, certè ita naturaliter affectæ rei nul-
 lius esse potest interitus. Consentaneum est.
 Estne aliquid quod animam prauam faciat?
 Et maxime quidem, quæ commemorauimus
 omnia, iniustitia, intemperantia, timiditas, &
 inscitia. An quicquam ex his animam perdit?
 Atqui animaduerte, ne decipiamur, existiman-
 tes iniquum & insanum hominem cum in fla-
 gitio

gito depræhensus est tunc ab iniustitia, quæ animæ vitium est: corrumpi: verum sic age. Nonne corpus proprium eius vitium morbus liquefacit, resolvit eoque deducit, ut non sit corpus? & quæ paulò antè diximus omnia, proprio malo quatenus iuhæret, inquinante, esse desinunt? Nonne? Ita profus. Nunquid & animam eodem pacto iniustitia, & reliquæ pravitates, cum inest, sua ipsa præsentia dissipat & ræbescit, quousque in mortem trahens à corpore separet? Nullo modo istud. At verò absurdum illud est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui proprium vitium non præbet interitum. Præter rationem profectò. Attende, inquam ego, ô Glauco. Ex ipsa ciborum propria pravitare, qua vel vetustate corrupti, vel quouis alio pacto putridi dicantur, corpus perire posse non arbitramur. Verum si ciborum vitium corpori proprium ipsius vitium intulerit, dicemus per illos corpus ab eius vitio morbo scilicet perdi. Corpus verò ipsum cum aliud sit, ciborum, quorum alia natura est, alieno defectu, nisi proprium defectum induxerit, dissipari posse nunquam existimabimus. Rectè nimirum loqueris. Eadè ratione nisi corporis detrimentum ipsi animæ intulerit detrimentum, haudquaquam existimare debemus, ex alieno malo absque propria pravitare, animam interire, neque alterius malo alterum dissipatur. Ita ratio movet. Aut igitur hæc redarguamus, quasi non rectè dicantur, aut quoad hæc integra permanent, neque ex febre aut alio quouis morbo, neque iugulatione, neque etiam liquis corpus in minutissima quæque concidat, dissipari animam concedamus, prius quàm ostenderit aliquis propter

Ciborū vitium nō asserret interitū corpori, nisi prius ipsi corpori propriū vitium ingeneraret.

has corporis passiones, animam ipsam iniquo-
rem & magis impiam fieri. Quatenus autem
alienum malum adest alteri, nec proprium
cuiquam malum adhaeret neque animam, ne-
que aliud quicquam perdi posse, minimè con-
cedamus. ^a At enim, inquit, nemo id unquam
ostendet, morientium animas propter mortem
iniustiores effici. Si quis autem inquam, obii-
cere nobis audeat, quod deterior & iniustior
fit qui moritur, ne cogatur immortales esse
animas confiteri, oportere dicemus, si vera is
dixerit, vitio iniusto letiferam iniustitiam esse,
sicuti morbum & ab hoc ipso perimente sua
quodam natura, eos qui suscipiant, perimi: o-
cyus quidem illos qui maximè, serius contra
qui minus: neque fieri duntaxat, quod nunc
hic, ut iniusti propter iniustitiam tunc demum
moriantur, cum eos alij poenis afficiant. Per
Iouem haud grauiissimum quiddam malum
iniustitia esse videbitur, si erit vitio iniquo le-
tifera. Malorum siquidem liberatio erit. Arbitror
autem contra, esse omnino, ut & alios
pro viribus interficiat, & hominem sui parti-
cipem, viuacem maximè faciat, & apprimè
peruigilem: usque adeò longè abest, ut ea
sit letifera. Scire loqueris. Quando enim sua
cuique prauitas, & suum cuique malum ani-
mam perdere nequit, nunquam malum ad al-
terius interitum institutum, ultra id cui pro-
priè accidit, vel animam, vel aliud quicquam
dissoluet. Nunquam, ut probabile est. ^b Cum à
nullo prorsus malo, siue proprio, siue alieno
interimatur, patet eam semper esse, necessa-
rium esse. Si semper esse, & immortalem exi-
stere. Necessè. Hoc igitur, ita se habeat. Ac si ita
se habeat, animaduertas eadem semper ani-
mas

a Si iniusti-
tiae interitum
afferret ani-
ma iniusto-
rum & impio-
rum praclarè
cum ipsis age-
retur si qui-
dè morte a-
nima peni-
tus libera-
retur à ma-
lis.

b Conclus. cum
anima à nul-
lo prorsus
malo siue p-
prio siue a-
lieno interi-
matur pa-
tet ne essa-
riam esse, eam
esse immor-
talem.

mas fore. * Neque enim pauciores vnquam
 erunt, cum nulla prorsus intereat. Neque tur-
 sus plures. Si enim immortalium quicquam
 plus efficiatur, ex mortali efficietur, eruntque
 demum immortalia omnia Vera loqueris. At
 verò id nequaquam existimamus, ratio nam-
 que prohibet. Neque iterum arbitramur ani-
 mam verissimam sui natura talem esse, vt varia,
 dissimilis, atque differens in seipsa sit. Quomo-
 do istud ais? Haud facile est sempiternum es-
 se quod ex pluribus constitutum est, neque
 optimam compositionem est sortitam, vt no-
 bis de anima nunc apparuit. ^b Consentaneum
 est. Animam igitur immortalem esse & ratio
 præsens, & alia præterea convincere possunt.
 Si quis verò qualis ipsa reuera sit, inspicere cu-
 pit, haudquaquam intueri eam debet, quemad-
 modum communione corporis malitque aliis
 inquinatam, ipsi nunc intuemur, sed qualis cū
 pura fuerit, diligenter ratione discernere. Vbi
 certè & multò pulchrior apparebit, & clarius
 cum talis erit, quid iustum sit, quid non, &
 reliqua quæ supra diximus, iudicabit. Nunc
 quidem vera de ipsa, qualis videtur in præsen-
 tia diximus. Non aliter verò eam spectauimus,
 quam multi marinum inspiciant Glaucum. Il-
 li siquidem non facile possunt Glauci antiquā
 considerare naturam, eò quòd antiquæ cor-
 poris partes partim fractæ, partim contritæ
 sint, & ab undis penitus dissipatæ, aliæque il-
 li rursus inhæreant conchyliæ, algæ, lapides, ex
 quibus multò magis feræ præ se fert imaginè,
 quam naturæ pristis vultum. Ita & animam
 nos semper aspiciamus malis innumeris in-
 quinatam. Sed enim illuc oculos conuertere de-
 bet, ô Glaucò, Quònam? Ad ipsius, inquam phi-

^a Animarū
 certus eadē
 est numerus
 ab initio.

^b Anima in
 seipsa qualis
 est in sua o-
 rigine, qua-
 lis utē ad-
 huc est in
 præcipua sui
 parte, nēpe
 ratione, est
 simplex.

Philosophiam, & illa oportet considerare, quæ attingit animus, & quibuscum consuetudinem inire affectat & nititur, utpote qui cognatus sit diuino, immortalis & sempiternus. Qualis-que præterea futurus est, si quando eiusmodi totus naturam sequatur, per hunc affectum nixumque eductus ex pelago quod ad præsens mergitur, nudusque emergens excussio sabulo & ostreis, quæ ei nunc tanquam ex terra nutrito, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inhaerescunt, propter eam utique alimoniam,

a Animi natura estimanda est, ex eo quod atternam inuisibilem immortalē essentiam attingit, & cum ea coniungitur.

quam plerique beatam existimant. Tunc deturam vetam naturam ipsius animi contemplantur, agnoscemusque utrum varia sit, an simplex, qualisue sit omnis eius conditio. Nunc autem animi humana in vita affectus ac formam satis, ut arbitror, declarauimus. Proferat quidem.

Nonne cætera quidem in hac disputatione exposuimus? Præmia verò & honores iustitiæ nequaquam attulimus, quemadmodum

b Iustitia ipsa optimum anime præmium.

Homerum vos & Hesiodum adduxisse dicebatis: sed iustitiam ipsam ipsi animæ optimum præmium esse comperimus, iustæque agendum esse monstrauimus, siue Gyzi habeat anulum, siue etiam Plutonis galeam? Vera loqueris.

Cæterum nunc quoque præter hæc nulla inuidia prohibet, quo minus iustitiæ & vniuersæ virtuti ea præmia tribuamus, quæ ipsa animæ tam apud homines quam apud deos comparat, homini tam viuenti quam defuncto. Magnopere. Nūquid ergo restituis mihi, quæ in sermone mutuati estis? Quid maxime? Dedi, equidem vobis iustum virum videri iniustum iniustumque iustum. Vos enim petieratis, licet enim fieri non posset, ut ista homines

debi-

deosque laterent, tamen concedi hoc disputa-
 tionis gratia placuit, ut iustitia ipsa ad iniusti-
 tiam ipsam comparata iudicaretur. Non recor-
 daris? Iniurius essem nisi recordarer. Post-
 quam iudicium peractum est, iam iterum po-
 stulo, ut exponatis, quam iustitia mercedem
 à diis & hominibus referat, ut & palmam ab
 opinione & manifesta existimatione repor-
 tet, qua cultores suos ipsa quoque decoret, post-
 quam apertè visa est etiam ipsa sui presentia
 beneficia nobis conferre, neque eos decipere,
 qui verè possident. *Aqua postulas. Primum*
quidem hoc mihi reddetis, quòd qualis vter-
que eorum sit, & iustus, & iniustus, deos non
latet. Reddemus. Si deos id non latet, ille
quidem à deo amabitur, hic odio habebitur,
id quod principio confessi sumus. Est ita. Deo-
rum autem amico omnia quoad fieri potest à
diis optima tribuuntur, mihi quid mali ex prio-
ri delicto, ei necessitate quadam immineat.
 Omnino. Sic itaque de iusto viro existiman-
 dum, siue paupertati, seu morbis, siue quibus-
 vis aliis eorum quæ mala videntur, obnoxius
 sit huic demum vel viuenti vel mortuo ad
 bonum aliquod ista conducere. Neque enim
 à diis vnquam negligitur, quicumque iustus e-
 vadere, virtutisque officit, quoad homini li-
 cer, deo similis fieri conabitur. Decens est ta-
 lem virum à simili non contemni. De iniusto
 autem contra omnino est sentiendum. Vehem-
 enter. Apud deos igitur iusto viro hæc da-
 bitur palma. Sic arbitrò. *b* Apud homines
 autem nonne sic euenit, si vera fateri debe-
 mus? Callidi quidem homines & iniqui pe-
 zinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferiori-
 bus curruat bene, à superioribus minime.

a Quanta à
 Diis & in
 hac vita &
 post hæc vi-
 ta premia
 iusto homini
 à Diis tri-
 buantur.

b Suis honor
 etiã virtutis
 apud homi-
 nes est, quã-
 quam ferè
 inserdunt.

Nam primò celeriter exiliunt : tandem verò
 risum reportant, auribus demissis, & sine co-
 rona discedentes. Veri autem cursores ad finem
 perueniunt, adeptique præmium coronantur.
 Viris iustis similiter idem, vt plurimum, acci-
 dit. Nempe iam sine cuiusque actionis consue-
 tudinisque & vitæ probantur, munerâque ab
 hominibus referunt. Magnopere sustinebun-
 t, vt ego de his quæ tu de iniustis adducam.
 Dicam enim quòd iusti cum ad maturam æta-
 tem peruenerint, ciuitatis muneribus pro arbi-
 trio funguntur: matrimonia quibus cum vo-
 luerint, & dando & accipiendo vicissim ineunt:
 ac summam quæcunque de illis tu, ego nunc
 de his affirmo. Rursusque de iniustis homini-
 bus assero, plerique quòd ipsorum quemuis
 ad tempus sua vita celent, tandem in curri-
 culi calce, quales sint depræhenduntur: ridi-
 culi prorsus euadunt; & in senio miseri à pe-
 regrinis & ciuibus obiurgantur, verberantur,
 omnia patiuntur quæ tu aspera esse reuera di-
 cebas: torquebuntur enim & inurentur. Por-
 rò quæcunque ipse commemorabas, audite
 iterum ex me putato. Sed vt dicebam, vide an
 sis hæc toleraturus. Perferam equidem: dicis
 enim quæ decent. Hæc itaque sunt præmia,
 mercedes & munera, quæ iusto viro præter
 ea bona quæ ipsa in se iustitia continet, à diis
 & hominibus tribuuntur. Egregia valde hæc
 sunt & certa. At enim hæc & numero & ma-
 gnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur,
 quæ vtrunque defunctum manent. Audien-
 da verò & ista sunt, vt omnia sufficienter que-
 ritique conueniant, comprehendantur. Di-
 cas verò, non quidem vt iam nimis multa, sed
 inquam libentissimè audituro.

* EQV̄IDEM tibi non Alcioni apologum, sed ἀλλήλων hoc est fortissimi viri, Eri Ariz. enij genere Pamphylj; referam. Qui cum occubuisse in praelio sublatis decimo die cadaueribus cæteris iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repperitus fuit, domumque delatus vt sepeliretur, duodecima iam ab obitu die, dum pyra impositus esset, reuixit, & quæ interim viderat retulit. Inquit ergo postquam anima fuisset à corpore separata, vnâ cū pluribus quendam in locum dæmonū peruenisse. In quo terra duos proximos vidit hiatus: duos item alios, è conspectu supernè in cæli regione conspexit: inter hos verò hiatus iudices sedere: qui postquam animos iudicauerunt, iustos quidem ad dextram supra per cælum ascendere iubent, in anteriore ipsorū parte signa eorum quæ iudicauerint, suspendentes: iniustos contra, ad sinistram infra, omnium quæ fecerant in vita, post tergum signa ferentes. Cùm verò ad iudices ipse quoque accessisset, illos aiebat respondisse: redire eum hominibus nuncium de his quæ illic viderat, oportere, iussisseque illum audire & intueri quæcunque eis in locis fierent, diligenter. Viderat igitur illic per vtranque cæli terræque portam animas lata sententia abeuntes: per alias item duas, ex terra quidem ascendentes, animas puluere, squalore, maciæque confectas: è cælo autem alias nitidas descendentes. Viderique inquit animas vndique venientes tanquam longa peregrinatione fatigatas, libenter in prato quod ibi est, tanquam celebri in conuentu recumbere: ac se inuicem quæcunque mutuaam noticiam habuerint salutare: easque omnes, tam quæ ex terra quam quæ è cælo con-

* *Ostenfusus*
Socr. quanã
post hæc vi-
tã premia
bonis, qua
supplicia ma-
los maneant
inducit Erã
quendã Pã
phyljũ: quò
duodecimo
post obitum
die in vitã
redierit, nar-
rantes, qua
illuc viderit
& prima
quidẽ quæ
sit animarũ
apud inferos
status quan-
tum ad fel-
icitatem vel
miseriã at-
*tinet, de-
 mo-
 de quomodo*
vnãquaque
anima talẽ
vitã suo in-
 hac terræ
reditu agen-
dam, sortiri
qualem ele-
gerit, pro v-
in priore vs-
ta huic vel

*illi rei de-
dita fuerit.*

uenissent, sese vltiò citròque de his quæ suis
in locis viderint, percontati, sibique vicissim
ad singula respondere: has quidem dolentes
ac flentes memoria malorum quæ in præteri-
to sub tertis itinere & perpessa sunt & vide-
runt. Esse autem iter illud mille annorum. Il-
las verò quæ de cælo descenderant, narrare
delicias, pulchritudinisque ingentis spectacu-
la. Multa quidem illa referre, quæ longo or-
dine recitabat proluxa nimium narrationis, ô
Glauco. Summam verò hanc esse dixit. Quot-
cunque aliis iniurias intulisse constaret, pœ-
nas singulatim pro quolibet decies reddidisse,
id est spatio annorû centum: quasi hæc sic hu-
manæ sit meta, ut animæ decuplam iniuriæ
darent pœnam. Itaque si qui cædis multorum
causa fuerint, ciuitatisque & exercitus prodi-
derint, vel homines in seruitutem egerint, vel
alicuius alterius flagitij & sceleris conscij fue-
rint, in his omnibus pro quolibet facinore pœ-
nas decuplas pendere. Atque iterum si qui be-
neficia quædam contulerint, iustitiâque &
pietatem coluerint, eadem ratione præmia re-
pottare. De his verò qui statim ac nati sunt
decessere, aut breue tempus vixere, quædam
parum digna memoria recenserebat. Erga deos
autem & parentes pios vel impios, & homici-
das qui cæde manus proprias polluerunt, ma-
ioribus & præmiis & pœnis affectos esse nar-
rabat. Inquit enim se interfuisse, cum alium
interrogaret quispiam, vbi nam * Ardicus ma-
gnus esset: hic autem in quadam Pamphylic
ciuitate tyrannus fuerat, annis iam mille ab
isto tempore exactis, qui senem patrem & ma-
iorem natu fratrem occiderat, aliâque plura
impia scicera perpetraverat. Interrogatumque
illum

§ Legitur &
Aricus.

illum aiebat respondisse: Non venit Ardixus
 neque huc venit. Vidimus enim inter alia di-
 ra hoc spectaculum. *Dum enim egressuri hia-
 tum peteremus, cætera omnia perpessi illū pro-
 tinus vidimus aliōsque cum eo, omnes fermè
 tyrannos: inter quos & prinatos nonnullos
 qui magna scelera perpetraverant, quos ascen-
 dere iā se propemodum ausos, hiatus ille mi-
 nimè permittebat: sed horridè mugiebat,
 quoties aliquis eorum qui vel insanabiles ef-
 fent, vel nondum purgati, egredi niterentur.
 Aderant igitur illic feroces quidam viri aspe-
 ctu ignei, qui eum mugitum subitò audiuis-
 sent, hos seorsum rapiebāt, Ardixum scilicet
 eiusque per similes: manibūque & pedibus &
 ceruice deuinctis, prosternebāt eos, excarni-
 ficabāntque: & secus viam quandam ad exte-
 riorem partem raptatos, tribulis lacerabant:
 prætereuntibus indicantes, quā illi ob causam
 talia paterentur, quòdve in Tartarum proiici-
 endi agitantentur. Vbi cum multa variāque eos
 terrent, hic pavor vehementissimè vexabat,
 cum in ascensu mugitus excitabatur, quo si-
 lentè quisque libentissimè ascendere videba-
 tur. Ac pœnas quidē ac supplicia huiusmodi re-
 censebat, & rursus beneficia illis vice versa si-
 milia. Cum verò animæ illæ quibus de suprā
 diximus, in prato dies septem requieverint, o-
 portere eas dicebat octauo surgentes die illinc
 recedere, & quarto demum die ad locum ali-
 quem peruenire. vnde supernè per totum cœ-
 lum, atque terrā, extantum videatur lumen,
 tanquā columna erectum, Iridis similitum,
 clarius tamen ac purius. In id vnus diei itine-
 re venisse, vidistēque ibi medio in lumine ex-
 tremā celestium ligaminum à cœlo tensa.

Esse enim lumen istud cœli vinculum, quæ-
 admodum, triremium succinctuæ, atque
 ita lumen illud circumferentiam omnem cœ-
 li esse complexum. Ex apicibus verò suspen-
 sum Necessitatis dæ pensam, per quod o-
 mnes circuitus peragantur. Cuius fusus qui-
 dem & cuspis ex adamante: verticulum verò
 ex hoc aliisque generibus mixtū: Cuius natura
 huiusmodi sit, secundū figurā quidē, qualis a-
 pud nos cernitur. Animaduertendū tamen ex
 illius sermone, perinde se habere ac si uno
 quodā amplo concavoque verticulo, & per to-
 tum sculpto, aliud minus simileque insertum
 iaceat, ita congruens, ut plerunque cadi, qui
 inuicem inseruntur: atque ita tertium & quar-
 tum: & alia quatuor. octo enim illa verticu-
 la esse, insertos inuicem circulos, labia super-
 nē ostendentia: deorsum verò vnus verticuli
 continuum circa fusum efficientia. Fusum
 verò illū per mediū octauum, perque totum
 esse traiectū. Primum igitur extimūque ver-
 ticulum labii circulum habere latissimū. Sex-
 ti autem secundū. Tertium quarti. Quartum
 octauum. Quintum septimi. Quinti sextum.
 Tertii septimum. Octauum verò secundi. Pri-
 mū item atque maximū circulum variū esse. Se-
 ptimi lucidissimū. Octauū autē verticuli cir-
 culum colorem à septimo irradiante susci-
 pere. Secundi verò ac quinti similes inui-
 cem, illis aliquantulò flauiores. Tertium sa-
 nē colorē candidissimū possidere. Quartum,
 subrubeū. Secundū verò sextum albedine su-
 perare. Ac fusum quidē totū voluione simili
 circumferri: cū verò totū voluatur, septē in-
 teriores circulos motu totius contrario tar-
 dius circumuerti. Ex his planē octauum motu
 rapidissi-

rapidissimo agitati: secundos verò alterum alteri consequenter, septimum, sextum & quintum. Tali verò tertium motu ferti, vt quartū circūuoluerē videatur. Quartum autē tertium, & quintum secundū. Fusum verò in necessitatibus genibus circūuerti. Supernè præterea cuilibet circulo hætere Sirenem vnā cum globo delatā, vocem vnā intentā emittentem. Vnam tamen harmoniā ex omnibus octo continere. Alias autē tres Necessitatis filias æquali inuicem intervallo in throno sedere, parcas vestibis albis, capite coronato, Lachesium, Clotho, Atropon. Quæ ad Sirenem harmoniam canant. Lachesis quidem præterita. Præsentia Clotho. Atropos verò futura. Et Clotho quidem cum matre simul intermissione quadam temporis, dextra manu tangentem fusi extremam circūferentiam circumagere. Atropon verò sinistra iterum interiores similiter. Lachesium denique vicissim vtraque manu vtrique tangere. Illuc ergo animas, cū venerint, statim oportere ad Lachesium accedere: Vbi illico propheta aliquis primū singulas disponit in ordinē: postea cū ex genibus Lachesis sortes, & vitarum exempla susceperit aliquod sublime tribunal ascendens sic fatur.

Ora:io Lachesis p. clla formosissima, Necessitati filia. O anima vnus diei circuitus alterius initium, mortalis ac letiferi generis, non vos dæmon sortietur, sed vos dæmonē eligetis. Qui prior sortē ceperit, prior eligat vitā, cui necesse rō in hærebit. Virtus inuolabilis ac libera. Quam prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea possidebit. Eligētis, quidē culpa est omnis: deus autem extra culpā. Hæc fatus, sortes super omnes fundit, ex quibus

Parca.

quilibet eam rapit, quæ super ipsum cecide-
 rit. Neque licet cuiquam quotus ordine sit a-
 gnoscere, nisi cum ceperit. Tunc enim dunta-
 xat quotus sit. sortitus intelligit. Post hæc ite
 exempla vitarum corâ ipsis in pavimento dis-
 ponit, multò plura quàm quæ hîc ad præsens
 apparent. Elle verò hominum atque omnium
 animalium vitas omniformes assererat. Tyrā-
 nides enim in illis extare: partim perpetuas,
 partim ad tempus: quæ medio in spatio cor-
 tuant, in paupertatem delapsæ: exilium & in-
 opiâ. Extare & præclarorû virorû vitas, par-
 tem specie, decore, viribus, certaminibusque
 præstantiû: partim maiorum profapia & vir-
 tute nobilium. Et mulierum vitas eodem mo-
 do. Animæ verò ordinem & conditionē non
 inesse, eò quòd necesse sit, vt aliam vitâ eli-
 gens conditionis alterius efficiatur. Cætera ve-
 rò inuicem, partim diuitiis & paupertatibus
 esse cõmixta: partim morbis & sanitate: par-
 tita istorum mediû obtinere. Vbi profectò ô
 Glauco, omne hominis consistit periculû. Quâ
 obrem omni studio danda opera est, vt quilibet
 nostrum omissis cæteris disciplinis, hanc quæ-
 rat, assequaturque pro viribus disciplinâ, per
 quâ & possit & sciat vitâ bonâ à mala discer-
 nere. & quoad fieri potest, ex omnibus elige-
 re meliorem: animaduertens quæ nunc dixi-
 mus omnia, quid coniuncta inuicem vel dissi-
 cta ad virtutē vitæ conducât. Nécnon intelli-
 gat quid pulchritudo cum paupertate vel di-
 uitiis iuncta & quali cum habitu animæ malû
 operatur vel bonum: quidue nobilitas ignobi-
 litas: vita priuata & imperium: robur & im-
 becillitas: velox ingenium & tardum: ceterâ-
 que huiusmodi quæ natura circa animâ sunt.

& quæ acquiritur, inuicè copulata faciunt, ut ex his omnibus singulorum naturâ valeat considerare ad animæ naturâ respiciens & meliorem vitam à deteriori discernere: deteriorem eâ appellans, quæ iniustiorém animâ efficit, potiorém autem quæ iustiorém: reliqua verò contemnat. Vidimus enim & viuenti & mortuo electionem hanc optimam esse. Cum hac igitur opinione instar adamantis firma atq; rata oportet ad inferos proficisci, ne quis illic diuitias malâque huiusmodi admiretur, néue in tyrannides & alias huiusmodi actiones incidens multa & insanabilia scelera perpetret, ipsèque rursus deteriora perpetiatur. Imò verò sciat mediâ semper istorum omnium missis extremis vitâ eligere, & in hac vita & in futura. Ita enim quisque fit beatissimus. Enim verò qui tuac rediit illinc nuncius, ostendebat hoc pacto prophetâ in edicto adiecisse: si quis postremus etiâ accedit, eligat modò prudenter, constanter viuat, vita occurret expectanda non mala. Primus ne osecitanter eligat, vltimus ne desperet. Cùm hæc dixisset, cum cui primo fors obuenerat, illico inquit properat tyrannidem maximâ elegisse: ac propter insciam auaritatè que haud satis singula prius examinasse, & idcirco ignorauisse, quòd in ea vita fato decretum erat, ut filios suos voraret, aliâque mala plurima sustineret. Postea verò ubi per otium electâ vitâ considerasset, euulasse, electionem noxiâ deplorantem, quòd non cauisset quæ propheta prædixerat, neque seipsum tanquam malorum causam damnantem, sed fortunâ dæmonesque & reliqua omnia potius quàm seipsum. Fuisse verò illum ex his qui de cælo descenderât, qui sã

in superiori vita, in ciuitate aliqua moderatè
vixerat, virtutè inque vsu quodam absque phi-
losophiæ tamen studiis exercuerat. Neque pau-
ciores ex his qui ex alto cadunt, quàm ex
aliis, utpote malorum ignaros decipi eligen-
do. Eorum verò qui è terra venerunt pluri-
mos, quia & ipsi calamitatibus laborauerint,
& laborantes alios viderint, haud temerè vi-
tā eligere. Quam ob causam, ac etiam propter
fortis fortunam, bonorum malorumque mul-
tis animis mutationem contingere. Porro si
quis semper cum in hanc vitam venerit, synce-
rè philosophetur, neque electionis fors vlti-
ma ei contingat, eū ex his quæ illinc nuncian-
tur apparet, non hinc solum felicè fore, sed &
profectionem hinc illuc, regressionemque hæc
iterum haud sanè terrenā & asperam subiturū,
sed lenem atque cœlestem. Hoc quoque consi-
deratione dignum spectaculum esse dicebat,
quomodo singulæ animæ vitas singulas elige-
bant. Miserabile quippe istud, ridiculum, vi-
sūque mirū, electionem scilicet secundum vitæ
prioris consuetudinem, ut plurimā facientes.
Animam enim, inquit, quæ olim Orphei fac-
erat vidisse, cygni vitā odio muliebris generis
eligentem, nolentem videlicet ex mulieribus à
quibus occisus fuerat, nasci: Thamyris verò
philomela. Cygnū etiā conspexisse ad huma-
næ vitæ electionē conuersum, aliā que musica
animalia, ut consentaneū est, similiter. Quan-
dam etiā animā, cum oblata sortes essent, leo-
nis elegisse vitā: hanc verò Atazis Telamonii
fuisse dicebat, detestantem hominū naturam
quoties iudicii illius, ubi pro armis cum Vlyssè
contendit, in mentem venisset. Post hunc Aga-
memnonis animā propter ærumnas, odio hu-
ma-

mani generis vitam aquilæ aſciuiſſe. Atalantes autem animã , cui media quædam ſors contingerat, intuitã dixit quã maximis honoribus vir athleta afficiatur, continere ſe non potuiſſe quin vitã athletã eligeret. Animã deinde Epei Panopeenſis ad artiſicioſæ mulieris naturã proritus migrãſſe. Longè verò inter nouiſſimas ridiculoſi Therſitis animã ſimiã induiſſe. Caſu verè, Vlyſſis animã fortè vltimã cõtigifſe. Quocirca & ad eligẽdũ vltimã adueniſſe dicebat. Præteritorũ autẽ laborum memorias ab ambitione ceſſantem, diũque prius quã eligeret circũeuntem, quæſiſſe privati hominis maximẽque à rebus regendis alieni vitã. Eãque vix tandẽ alicubi iacentem & ab aliis neglectã reperiſſe, dixiſſeque non aliã ſe vitam electurã fuiſſe, etiã ſi ſortem primã nacta eſſet: quate vitam illam libenter fuiſſe complexam. Ex feris item aliis in homines tranſire animas aſſerebat, & inuicẽ cõmutari iniuſtas quidẽ, in ſeras agreſtes: iuſtas autem manſuetorum animalium vitam capellere, atque omnes hunc in modum confici mixtiones, cùm vitas omnes animæ gradatim, vt ſors dederat, elegiſſent, longo ordine ad Lacheſim accēſſiſſe narrabat. Lacheſim verò cuique dæmonem, quẽ ceperat quæque, ipſius vitæ cuſtodem præſcripiſſe, electorũque operum executorem. hunc in primis ad Clotho animam ducere, & ſub illius manu reuolutionẽque & vertigine fuſi, approbare quã ſortitus fortunam eligerat. Hanc ubi tetigit, mox hinc ad Atropon nentem, quæ immutabilia ſtamina reddat. Illinc poſtea properè Neceſſitatis thronũ adire: per quem cùm tranſierint omnes, ſub vehementi calore & cęſtu in capũ L.

theum proficisci, arboribus & omnibus quæ
 cunque terra nascuntur, penitus destitutum.
 Recumbere igitur ipsas aduentante nocte iu-
 xta Amelitam flumen dicebat, cuius aquam
 vas nullum contineat. Atque ipsius aquæ bi-
 bere aliquantum cuique necessarium. Eos au-
 tem qui prudentiam ducem non habent, vl-
 trâ quàm deceat bibere. Sæper verò bibentem
 omnium obliuisci. Vbi verò ad mediâ noctem
 dormierint, subito tonitru & terræ motu exci-
 tos repente alium aliò sursum ad generationē
 consurgere, stellarum instar profulgentes. Se
 verò flumine ex illo potare prohibitum fuisse
 narrabat. Quomodo autem in corpus redierit,
 ignorare: sed cum diluculo subitò circumspec-
 ret, seipsum pyæ impositum animaduertisse.
 Atque ita & Glaucō, seruata est fabula, neque
 perit, nôsque seruabit pariter, si ipsi parebi-
 mus, & Letheum, id est obliuionis fluuium
 bene transibimus, nullâque macula animam
 inficiemus. Quamobrem si sermonibus meis
 obtemperabimus, immortalem fore animam
 arbitantes, talēque vt & mala possit & bo-
 na omnia sustinere, viam semper ad superiora
 ducentem sequemur, iustitiāque cum pru-
 dentia omni ratione colemus: vt & nobis ipsis
 sumus, & diis amici dum hanc ducimus vitam,
 & postquàm virtutis præmia reportauerimus,
 tanquam potiti victoria & triumphis, & hîc,
 & in millenario annorum itinere, quo de di-
 ximus, feliciter habeamus.

COMPENDIUM

MARSILII FICINI

IN TIMAEVM.

DE SVBIECTO LIBRI.

CAPVT I.

VEMADMODVM in Parmenide cuncta diuinorum genera pro viribus comprehendit, sic omnia in Timaeo complectitur naturalia. & utrobique plurimum Pythagoricus est. sub persona Pythagorica disputans. Aque in Parmenide quidem, Parmenidem & Zenonem Eleates Pythagoricos, qui de diuino scripserant, imitatur. In Timaeo autem Timaeum Locrum Pythagoricum, qui librum de vniuersi natura composuit, sequitur. Ita tamen, ut hu non eloquentiam solum adiungat, sed mysteria. Quoniam verò diuina quidem naturalium principia & exemplaria sunt: naturalia verò diuinorum effectus atque imagines, idcirco & in Parmenide dum de diuino agit, interim descendit ad naturalia: & in Timaeo naturam tractans, surgit sapius in diuina. Neque iniuria diuinitatem simul naturamq; copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atque ita vel de naturalibus agit diuines quemadmodum Aristoteles, vel de diuino naturaliter agit. Interferit quoque mathematica tanquam utrorumque media, diuinorum scilicet atque naturalium. Quae videlicet, per numeros quidem diuina, per mensuras verò significant naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa vniuersa natura, id est, seminaria quadam & vniuersa virtus toti

infusa mundo, anima quidem mundana subdita, materia vero praesidens, eodemque ordine singula partiens, quo & anima ipsa concepit, tam diuinam suscipiens mentem, quam appetens bonum.

DE ORDINE LIBRI ET
PARTIBVS EIVS.

CAPVT II.

Patebit autem naturam vniuersi ipsumque vniuersum non ex se quidem consistere, sed ex superiori diuinaque causa dependere. Patebit insuper quot in gradus natura distribuatur: caelestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumque referri. Multa praeterea de hoc ipso animali, tum ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quae a natura infra rationale animal componuntur. Et ut summam dicam, de triplici mundo tractabitur, scilicet de diuino caelestique & humano. Ostendetur quoque omnium quae in mundo componuntur ipsiusque mundis duo quaedam principia intrinseca esse, scilicet materiam atque formam: tria vero extrinseca esse principia, scilicet efficientem mundi causam & exemplarem, atque finalem. Et efficientem quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atque voluntatem. Exemplarem vero ideas intelligentia diuina conceptas: finalem denique bonum.

DE INTRODVCTIONE AD
DIALOGVM.

CAPVT III.

Ceterum ut ad ipsam dispositionem dialogi veniamus, Plato quinque cuiusmodi disputatibus destinatus.

festiuaerat dies. In primo quidem Socrates in *Phæ-
do* una cum Polemarcho, Glaucone Adimante,
Thrasymacho Sophista de republica disputauit. Se-
cundo uero die in urbe recensuit eadem Timaeo &
Critia atque Hermocrate, & quarto cuidam
absque nomine peregrino forsitan Timaei comiti. Ter-
tio die horum epilogum faciunt. Quo quasi exordio
mox facto Timaeus disputauit de natura praesentibus
tribus Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus enim
qui absque nomine secunda inter se et narrationi, tam
abest a tertia: non enim cuiuslibet est secretioribus
interesse. Quarto autem die orationem habuit Cri-
tias. Quintus denique nonatus dies illuxit. Commo-
dè admodum post diuina apud homines re publica
tum a spsitionem, tum epilogum ad caelestem rem-
publicam huius exemplar in Timaeo accessit ab ipso
de a compositum: deinde ad mundi generisque hu-
mani antiquitatem: & res miras a ueteribus stre-
nuè gestas.

ALLEGORIA HISTORIAE, QUAE
NARRATUR IN PROLOGO.

CAPVT IIII. *

NARRAT autem inter dialogi huius exordia histo-
riam de bello quodam inter Athenienses Atlā-
ticosque commisso. Hanc itaque Crantor tempore
primus Platonis interpres nudam absque allegoria
historiam accipit. Quidam uero contra tanquā so-
lam allegoriā. Sed hoc redarguunt probati: scilicet qui-
que Platoniorū: affirmantes quidem historiā quia
Plato dixerit. Sermo futurus est ualdè mirabilis, sed
omnino uerus. Sensum praeterea Platoni nihil usquā
temerè molienti allegoricum existimante exhiben-
dam. Bellum illud igitur inter Athenienses atque

Atlanticos imaginem pra se ferre putant oppositi-
 nam qua in vniuerso sunt omnium. Bellum enim, id
 est oppositionem apud Heraclitum esse omnium pa-
 trem. Amelius quidem oppositionem adducit inter
 firmamentum, atque planetas: praesertim quoniam in
 Critia dicitur, Atlanticam insulam in septem cir-
 culos fuisse diuisam. Origenes vero oppositionem su-
 periorum daemonum ad inferiores, atque victoriam
 illi potentia hu numero excedentibus. Numenius
 autem dissensionem excellentium animarum se-
 quentium Palladem, aduersus alias animas gene-
 rationem, sub Neptuno sequentes. Porphyrius pu-
 gnantiam inter daemones deducetes in generationem
 & animas ad supra contendentes. Distinguit tri-
 pliciter daemones: alios esse diuinos: alios esse secun-
 dum habitudinem quandam: quorum numerum
 particulares impleant anima sortem natae demoni-
 cam: alios esse malos & noxios animabus. Hos igitur
 daemones infimos confligare cum animabus in
 ascensu semper atque descensu: praesertim occiden-
 tales daemones. Nam eam ab Aegyptiis plagam no-
 xiam accommodari daemionibus. Proinde Iamblichus
 Syrianus & Proculus, hu addunt oppositionem ipsam
 in vniuersis vigentem perpetuam, inter unum & mul-
 titudinem: terminum & infinitatem: idem & al-
 terum: statum & motum: ex quibus sub primo om-
 nia componuntur. Item ens aut per se, aut non per
 se. Rursum essentia vel incorporea, vel corporea, &
 incorporea quidem vel non declinat ad corporea, vel
 declinat. Corporea vero vel non caduca, vt caelesti:
 vel caduca, vt elementali. Denique in caelo quidem
 oppositi inter se motus, & diuersa virtutes. Sub caelo
 autem repugnantes inter se qualitates. Summatim
 vero horum omnium discrepantia per antequam il-
 lud bellum significatur: & ubique superiora praestan-
 tioraque per Aethienses, alia per occidentales
 significari.

significantur. Eiusmodi verò allegoria disputationis
 Timæi non mediocriter conuenit. Confirmatur etiam
 per ea quæ in Critiam commentamur.

CASVS PHAETONTIS. DILU-
 VIA, INCENDIA, MINER-
 UÆ DESCRIPTIO.

CAPVT V.

Hic iterum te admonco vt memineru nouem an-
 norum millia ab Eudoxo millia mensium compu-
 tari. Item Phaetontem Solis filium fulminatū exuſiſ-
 ſe terram ſignificare apud quosdam vaſtam como-
 tam natura ſolare tandem diſſolutam intolerabi-
 les æſtus concitauiſſe. Fortè etiam incendia quæ nar-
 rat Moyses miſſa diuinitu. Vbi vero ad dilunia
 peruenit memento ignem quidem omnium efficaſi-
 ſimum eſſe: aquam verò efficaſiorem eſſe terram &
 patibilem minus aere. Item ignem diuidere potenter
 atque penetrare: aquam undique valdè percutere.
 Ideo per duo hæc elementa vaſtiores calamitates
 accidere. Adde & final. m cauſam: quia videlicet
 per exitū factum ab his duob. ſequitur maius bonū.
 id eſt ſacundior rerū regeneratio quàm per aeru pe-
 ſtes terræq. hiatus. Ideò providentiã ad ampliſſimū
 exitum his duob. præcipuè vti. Cui ſic vota cœleſtes
 inde rectè obtemperant: vt quib. temporum interual-
 lū exitum imò reformationem fore Deus inſtituit.
 niſdem planeta omnes ad aſtra vel ignea. vel a-
 que a ſteſtu quoque fixu ad idem conducentibus ritè
 concurrant. Memineru præterea Neptunum quidem
 providentiã naturalem, Palladem verò providen-
 tiã intellectualem ſignificare: a quæ hanc ipſam
 Palladem à Platonicu deſcribi, diuinitatem ſapienter
 ſimul atque potenter tum cœleſtia exornantem
 tum quæ ſub cœlo ſunt ædiſicantem: inter aſtra,

Arieti præcipue præfidentem: & aquin: Chialis circuli ducem: ubi præfirtum vigere putant moricorum uniuersè virtutem. Mandatu memoria aureu epigramma, quod Proculus in Aegyptioru histor. u legit Minerua temp'u inscriptum: Ego sum, quæ sunt, quæ erunt, & quæ fuerunt. Velum tuum reuila uis nemo. Quem ego fructum peperisse, est natus.

PRÆCEPTA DE VOTIS ET
PRECIBVS ELECTISSIMA.
CAPVT VI.

Vbi verè Plato ad Deum peruenit suppliciter adorandum: audi Porphyrum diuinis supplicationes ita probantem. Cum Deus nobis p'uideat, ac res nostra possint aliter se habere, certè pro rerum nostrarum usâ uolentes adoramus: uidelicet si boni sumus, sic eum uisite sicuti filii Deo prop'u conuincemur. In qua quidè conuictione adoratio uirtuta consistit. Nempe cum des filij sumus, sed ad eum quasi in exilio & carcere segregati: suppliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem. Alioquin similes eorum erimus, qui parentum patrocinio sunt orbat. Prefellè enim uniuersi partes sumus, uniuerso proculdubio indigemus. Ipsa enim ad totum conuersio partibus salutem præstat. Sive igitur uirtutem secl'arâ, adorandus est tibi qui totam uirtutem continet. Ipsum namque amare bonorum causa erit & tibi eius quod tibi expedit boni. Sive corporum opas bonorum, extat in uniuerso uirtute uirtuta continens corpora. Inde igitur prouenire necesse est partibus quibuscuque salutem. Compertum verò habemus excellentissimos quosque apud omnes gentes sapientia uiros diuinis potissimum uoti incubuisse. præcipue Indorum Brachmanas: Persarum magos: Graecorum theologos. Chaldaus autè & aliud quiddam adorauisse. Ipsam enim superiorum uirtutem

in se appellantes Deum uno hoc nomine venerati
 sicut. Hæc Porphyrus. Post hunc discipulum eius de-
 uinū Iamblichum & uarianū, hæc in re primis à Pro-
 culo comprobatur. Omnia ex Deo ita sunt ut nus-
 quam vel minima quæque desistant à Deo. Vbi-
 que. n. d. una viget unitas: per quã res quæque con-
 sistunt: ac perpetuo quodã intimoque circulo ad Deū
 ipsum à quo & in quo sunt mirabiliter reuoluuntur:
 alioquin in nihilum repente pro uerent. Ab unitate
 diuina omnia procedunt: procedunt & que unitatem
 quandã ipsi impressam retinent diuina unitatis
 imaginem: qua reuocantur in illam, & reuocata
 perficiuntur. Hæc ipsa animas rapit ad vota, quibus
 unio cum Deo nobis penitus impleatur. Quod si na-
 tura ex Deo manans quasdam rebus quibusdam
 conuenientes cum superioribus proprietates inseruit, per
 quas quondãmodo ad superiores sese uertant: eum ad so-
 lem solaris, ad lunam uerò lunaris, multo ma-
 gi animarum pater rapientes ad se uiros eu im-
 pressit. Quæ quidem in unum in diuina qua-
 dam unitate intellectu superiore, necnon in ipsa
 intellectuali reflexione sic uidentur: ipsam uerò
 nostram in Deum reuersionem adoratio supplex
 hinc orta absolutè consummat: diuinam in nos
 beneficentiam naturaliter trahens congruitate, cupi-
 lans adoratores cum adorato, coaptans superiorum
 intelligentiam uouentium preces: mouens uolunta-
 tem eorum qui bona in se omnia complectuntur, ad
 bona nobis ad uotum impartienda, diuina persua-
 sionis effectrix, nostra omnia in superiorum stabilitate fir-
 mitate. Ad uoti uerò perfectionem quinque præcipua
 pertinent. Primum quidẽ est notio quaedam eius quod
 adorandũ est, & qua ratione colendum. Secundum, ue-
 rò assimilatio quaedã uita nostra ad diuinã uitã pu-
 ritate, castitate, sanctimonia, disciplina, ordine profi-
 scient, diuinamque captans beneuolentiã, & animas

animas diuina largitioni subiiciens: Tertium est con-
 saltus aliquis: per quem essentiam diuinam fermè
 iam attingimus: & in ipsam summitate quadam a-
 nima vergimus. Quartum ingressio quadam in lu-
 minis diuini vestibulum. Quintum denique unio,
 unitatem anima propriam diuina unitati insinuare
 penitus & connectens, unamque iam actionem ean-
 dem anima deique constans: adeò ut nec ultra no-
 stri sumus, sed dei simus, splendore obruti & circumfusi
 diuino. Huius autem adorationis qua absque inter-
 missione agenda est, supremus est finis, ut videlicet
 conuersionem anima cum ipsa permansione coniu-
 gat: & quicquid à diuina unitate processit, rursus
 idem firmiter restituat unitati: lumènque nostrum
 superno lumine circumfundat. Sola igitur adoratio
 recta animas beata reddit patriæ. Sola sanctimonia
 est plena virtus. Solus vir bonus, ut Plato scribit
 in legibus, Deum decenter feliciterque precatur. So-
 la cum superis consuetudo beatos facit. Ab hac fla-
 gitiosi omnino sunt alieni: & tanquàm profani à votis
 & sacrificiis segregandi. Puri verò decenter ad sup-
 plicandum accedunt, ducentes videlicet secum tres
 præcipuè comites, fidem, veritatem & charitatem,
 quibus stipati spem bonorum concipiunt firmam: at-
 que extra cetera seque ipsos positi diuina se ipsos lu-
 mi prorsus immergant. Frustrà enim Deum quari-
 sat, qui non adhibet se solum soli immobilèque sta-
 bili, & simplicem simplicissimo. Quomodo enim
 non possumus enti per non ens coniungi, sic neque u-
 nitati per multitudinem, & stabilitati per motum,
 & simplicitati per mixtionem, sed relabimur potius
 in oppositum. Hæc Iamblichus atque Proculus. His
 addit magnus Theodorus: Siquis naturas rerum di-
 ligentissè explorauerit, inuenturum non animas tan-
 tum atque mentes, sed quodammodo omnia excepto
 primo adorare atque venerè.

MUNDVM HABERE SVPRA SE
TRES CAVSAS: AC DEPENDE-
re à causa incorporata.

CAPVT VII.

POst hac autem actis precibus Timæus, quia mundum excelsissimam esse factum, ideoque ab alio factum triplicem eius causam perscrutatur, primo quidem efficiens, id est diuinam mentem: secundò exemplarem, id est idearum seriem diuina mente conceptam: tertio finalem, id est bonum. Ad mundum verò esse ab alio ex eo indicat, quòd etsi pro natura corporca perfectissimus est, tamen pro absoluta natura non est omnino perfectus, cum propter materiam patiatur infirmita vel deformia: propter dimensio- nem subeat virtutis defectum, dimensionemque expectet si diuisor accesserit: propter compositionem dissolutioni sit obnoxius: ob partium repugnantiam machinetur malum: ob motum indigentiam pra se ferat. Et priuationem patiatur admixtam: denique ob ipsum ex diuersis congressum vno quodam superior indigeat conuolente: qui perfectissimè sit, quoniam ex se ipso sit: quemadmodum mundus quia non est perfectissimè, cognoscitur ex se ipso non esse. Omnino autem omnia rerum compositarum genera reuocantur ad aliquid quod in eo genere non est compositum: sicut dimensiones ad signum, quod ex dimensionibus non componitur: numeri ad unitatem, quae non fit ex numeris: elementa ad id quod ex elementis non miscetur: ergo & entium vniuersus ordo ad ens, qui non constat ex entibus. Id autem erit substantia accidentibus nullis admixta. Igitur neque quantia erit, neque qualis, sed tota imparabilisque substantia. Neque ex eo quòd vnicum & simplicissimum erit solum, minus habebit, quàm quae praeter substantiam subeunt accidentia. Quae enim

in sequentibus accideria sunt, in supremo debent
 esse substantia: & illa quidem optima. Quae verò
 plura addiderit optima, eò coges longius ab ipsa opti-
 mitate discedere. Siquidem ex admixtione noua il-
 lic resultat qualitas atque degenerans. Non solum
 ergo hic mundus, quia omnino compositus est, sed
 etiam siquis est superior, & tamen aliquo pacto
 compositus, à superiori simplicitate dependet. Qua
 etiam super aeternitatem extat, à qua & in diuinis
 mentibus integra fit aeternitas: & in animalibus
 rationibus aeternitas mixta temporis: & in mundo
 sphaeris sempiternitas temporalis. In his autem qua
 sphaerarum motu virtutisque sunt, quaedam portio
 temporis. Quae igitur super animam cogitantur,
 semper quidem sunt, & nunquam fiunt. Ipsa verò
 & est & fit semper. Mundus est quidem nunquam,
 sed fit semper. Quae in mundo zignuntur, sunt que-
 que nunquam, sed aliquando fiunt. Fieri quidem
 dicimus tempore transigi. Quoniam verò perpetuo
 motu temporisque peragitur mundus ideo semper
 fieri iudicatur. Quatenus verò fit, nondum est.
 itaque dicitur esse nunquam perinde ac si in tor-
 rente iugiter fiat restituaturque imago montis, sem-
 per quidem in ipso fieri ducta, nunquam in esse
 consistens. Id verò inter animam & mundum dif-
 ferre Platonici putant: quod caelum non modò per
 actionem, sed etiam per essentiam continuè fiat. A-
 nima verò per actionem quidem fiat, per essentiam
 verò fit potius à Deo quam fiat à Deo: & quoniam
 essentia impartibilis est, habeat vim quandam
 sui ipsius quo tammodo productricem, per quam
 edat in seipsa vitam propriam atque motum: Cae-
 lum verò undique pendeat aliunde. Summatim
 quemadmodum ab eodem scopulo, inter flagrans
 torrentemque sito, assidue in flagno quidem est,
 in torrente verò fit imago, & euanescent iugiter
 recreatur:

recreatur: sic à Deo semper pendet utrunque, sed aliter atque aliter. Nam ab ipso anima quidem semper est, mundus vero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

IPSVM BONVM EST OMNIVM
CAVSA MAGIS QVAM SEQVEM-
tes causæ, nec vllam habet cum
cæteris proportionem.

CAPVT. VIII.

Vniuersum hoc à summo Deo habere omnia, & actionem & virtutem pariter, & essentiam Platonicus omnes absque controuersia conspiciunt. Id enim à Platone ex omnibus eius libris accipiunt. Audiunt & idem in epistola confirmantem. Ubi profecto ingenti cum mysterio tertios effectus in causam tertiam secundos retulit in secundam: cunctos vero in unam omnium causam. Neque dixit primos effectus in primam causam reduendus: ne pronuntiando duntaxat primos suspicaremur eos solos à Deo pendere, neve Deum nominando causam primam, suspicaremur ipsum, & cum cæteris causis in quodam genere conuenire, & cum effectibus in quadam dominatione proprietate congruere. Itaque cuncta ab ipso procedere simul ostendit: & ipsum interea ab omni procedentium communionem esse penitus absolutum. Idem ob absolutam simplicitatem nominat ipsum unum ob exuberantem vero beneficentiam, per quam & tanquam principium producendo efficit omnia, & tanquam finis eadem perficit reducendo, nominat ipsum bonum. Putat autem quacunque sunt, magis ab ipso: quam à cæteris causis dependere. Siquidem ipsum in quoum opere & prius agit, & diutius, & vehementius quam reliqua causa &

reliqua quicquid sunt, eo faciente sunt: & quicquid agunt, eo ducente agunt. Vt autem ostenderet singula ab ipso magis quam ab alii causis emanare, ter replicauit ipsum omnium esse principium. Inquit enim Circa omnium regem omnia. Item eius gratia omnia. Rursus ipse omnium causa, ut intelligeremus & cuncta maximè inde oriri: & Deum esse cunctorum effectorem & exemplarem & finem. Proinde unum ipsum, atque bonum esse super essentiam omnem & intellectum atque esse causam utriusque, in scitis Reipub. atque in Parmenide & Sophista euidenter ostendit. Constat autem idem esse unum atque bonum: si diuersa sint, duo cogantur esse principia summa. Principium profecto & simplicissimum esse debet & optimum. Nihil autem vel unitate simplicius, vel melius bonitate. Neque etiam unitas melior bonitate; neque bonitas unitate simplicior. Unum ergo sunt ambo summisque Deus: Idem totum super essentiam esse atque mentem, sciti in Theologia & alibi confirmauimus.

DE DEPENDENTIA MATERIAE
AB IPSO BONO: ET DE ACTIONE
mentis & animae in materiam:
& de mundo intelligibili.

CAPVT. IX.

AB hoc utique uno bonoque super omnem essentiam eminente Plato in Parmenide & Sophista omnes entium deducit gradus: tum eorum quae verè sunt, id est formarum separatarum, tum eorum quae non verè sunt, id est formarum materiae inhaerentium: tum infimum materiae gradum. Qui usque adeò non verè est, ut proximus ei sit, quòd fingitur iam verè non esse. Hanc utique materiam in Parmenide

menide ab ipso bono in ultimo rerum gradu deduc-
tam, accipit in Timao quasi iam genitam: & ar-
chitecto mundi ad effectum mundani operis subdi-
tam. Sed nunquid Deus mundi autor, idem & ma-
teria est effector? Respondebit hinc Ammonij & Ori-
geni schola, eundem esse. Et in Parmenide quidem tra-
ctari, quæ admodum materia esse à Deo accipit: in Ti-
mao verò qua ratione ab eodem accipit bene esse,
prius antè quodammodo esse quam bene esse excogita-
vi. Respondebit aliter cõmuni Platoniorum schola non
eundem esse Deum, qui materiam facit: & qui for-
mat proximè. Imò materiam à summo quidem bo-
no esse: ab intellectu verò formari: ab anima postre-
mè moueri. Imò verò omnia hæc à primo: sed esse à
primo tantum. Formari à primo per intellectum:
moueri, & mouendo formari mobiliter, à primo per
intellectum simul & animam. Perinde ac si fingamus
figulum quendam, qui manu propria lutum faciat, fa-
ctum per totam formet, firmando ligneo quodam di-
stinguat pectine atque figuret. Nemo utique dixerit
vas à pectine atque tota magis fieri quam à figulo,
quamuis à figulo per rotam fiat & pectinè. Vniuer-
sum hoc similiter ab ipso bono iudicant per intelle-
ctum quendam diuinum animamque vniuersi pro-
cedere. Meritò ab ipso mundum proximè fieri ma-
ximè vnum, ab ipso bono maximè bonum. At qu-
niam visibilis hic mundus ob multiplicem partium di-
stantiam, qualitarum repugnantiam, effectuum di-
uersitatem, materialium deformitatè, neque maxi-
mè vnus est, neque maximè bonus, ideò antè hunc
existimant ab ipsa vnitatem bonitatis, æq. diuina mun-
dum alterum proximè emanare, & prout natura
patitur quam simillimum, non visibilem quidem,
sed intelligibilem, intellectualèque, exemplaria
omnium quæ in hoc gignuntur, habentem. Quæ
quidem diuinum intellectum nominant, non ipsum

bonum, sed optimum boni filium. Quem si unius cum primo substantia esse intelligamus, Platonem Christiana theologia magis conciliabimus. Sed ceteri Platonis interpretes reclamabunt.

SOL, LVX, LVMEN, SPLENDOR,
CALOR, GENERATIO SIMILITER V-
NITAS, BONITAS, INTELLECTUS, ANIMA, NATURA
CORPUS MUNDI, IMAGO MUNDORUM SUPERIO-
RUM.

CAP. X.

Maneat ergo Christiana & Mosaica veritas. Ac interim, si pluribus placeat interpretum forsitan fuerit haec vel Platonis opinio, vel Pythagorae: Intelligibilem mundum inter visibilem atque ipsum bonum esse medium: imaginem quidem boni, exemplar verò corporis mundi: a bono pendentem, sicut lumen extra solem à luce intra solem. Praeterea producentem ex se proxime mundi animam, sicut & lumen fordit ex se splendorem: perque animam singula quae die generantem, sicut splendor per calorem corpora generat. Quomodo autem igitur sex hi gradus ordine disponuntur. Primo quidem ipsa solis substantia: Deinde lux substantialis & intima: Tertio lumen inde manans: Quarto splendor resultans ex lumine: Quinto calor splendore succensus: Sexto generatio caloris flagrantia coalescens: ita sex alij digerantur. Primum quidem, unitas, deinde bonitas: neque tamen re ipsa duo haec, sed ratione quodammodo distinguantur. Eadem namque divinitas: & quia omnia supereminet, unitas: & quia per omnia rursus exuberat, bonitas appellatur. Hanc utique exuberandi virtutem Plato in sexto de Republic. ideam appellat boni. In epistolis verò bonorum, tamen quidem, id est suis

p̄ficiū & bonorum quoque qua ab ip̄so proficiſcuntur.
 Tertio in gradu ponatur diuina quadam mens
 quaſi lumen de luce manans multiſormēſque, ut
 ita loquar, ideas in ſe conſpicens duplici quodam
 ſuperna luce, ideaq; vniū diuina ſomento: non
 aliter quā in lumine multi iam radij ex vno lu-
 ce radio deriuantur. Non ſoꝛum verò in hac men-
 te rerum comprahenduntur idea quaſi fonte: ſed
 & ad hanc multi mentium reducuntur exercitus
 quaſi ducem: ab eadem videlicet diuina luce, à
 qua & ipſa aquē proſilientes. Totum verò id ge-
 nus mundus ſuperior nominatur: ſed quantum ad
 mentes ſpectat ſequentes, intellectuā mundus
 quantum verò ad ducem, intelligibilis. Sed ipſa
 quoque mens dux mentium partim quidem intelle-
 ctus, partim intelligibile nominatur. Intellectus qui-
 dem qua rationibus rerum diſcernendū incumbit.
 Intelligibile verò qua rationes eiufmodi in ſe con-
 tinentur ideas. Idea denique boni non modo ſuper
 intellectum ſed etiam ſuper intelligibile regnat.
 Poſt archetypum hunc mundum quarto gradu ſe-
 quatur corporei mundi anima: Mundus iam ratio-
 nalis ex intellectuā mundo progentis quaſi ſplen-
 dor ex lumine. Et ſicut ſplendor iam motui permiſce-
 tur, ſic anima immobilium idearum rationes mobili
 quodam pacto attingit atq; percurrit. Quintus huic
 ſuccedat gradus ipſa videlicet natura rerum mun-
 dū iam ſeminarium, ex rationali anima mundo,
 quaſi caler ſplendore reſultans. Sexto tandem
 gradu mundus hic corporeus collocetur, ex ſe-
 minario ita proximè ductus, ſicut rerum genera-
 tio ex calore. At ſi ceteris omiſſis optime comparare
 volueris, cogitabis in architecto quodam ſapient-
 iſſimo vim primo bonitatēque naturalem.
 Deinde geometricam contemplatorēque intel-
 lectum, communes rationes meſurarum habent-

tem. Tertia rationem, ut aiunt practica iam per-
 rationes ipsae de artificio consultantem. Quarto ima-
 ginationem figuram iam & modos conducentes operi
 effingentē. Quinto affectum. Sexto mouendi virtutē.
 In eiusmodi verò comparationibus videbitur effectus
 multo magis ab antecedentibus fieri quam sequen-
 tibus.

SINGVLI ORDINES AD SIN-
 GULA CAPITA REDVCVNTVR, VNI-
 uersus ordo ad vniuersale caput, à quo om-
 nia componuntur ex actu & potentia.

C A P. X I.

Nequē verò latere nos debet propria rerum gene-
 ra ad capita propria. vniuersum genus ad v-
 niuersum caput oportere referri. Cuncta enim mun-
 di corpora ad corpus vnum: Naturae omnes ad v-
 nam quoque naturam: Anima ad animam: Men-
 tes ad mentem: ad bonam denique bonae, & quia bo-
 nae, idcō cuncta. Sic utique omnia conuersione qua-
 dam naturali bonum appetunt tanquam finem, quo-
 niam ab ipso bono, communi quadam processione tan-
 quā principio prouenerunt: atque ad eū cuncta ipsae
 appetunt: ut materia infima appetat appetitu non
 infimo. Perpetuū siquidem in omnibus generandis ad
 ipsam boni vergit similitudinem: ut appareat hanc
 à bono pendere. A bono inquam potius, quā à men-
 te. Quippe cū mens actus quae per formas sit idea-
 les, terminetur ad formas. Actio verò boni, utpote
 amplissima, ultra formas descendat etiā in materiā,
 efficiatq; bonorum auidam & capacē. Sed quā nunc
 voco materiam, Plato in Philebo latiori nomine in-
 finitudinem nuncupat, dicens ipsum bonum proxi-
 mē infinitudinem ac terminum peperisse, statimque
 inuicem miscuisse, atque ex hac mixtione cuncta

composuisse, id est ex potentia quadam formabili & accedente forma. Potentiam enim formabilem quasi ex se nondum definitam nec perfectam vocat infinitudinem. Formam vero huic adhibitam nomina terminans, quod videlicet indefinitam potentiam definiat, & in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus & intelligibilem mundum proximo à Deo voluit esse constatum: & sensibilem deinde ab intelligibili ex eisdem vel similibus constitutum. Ita ut intellectus ille proximus mundi visibilis architectus, materiam acciperit ab ipso bono quodammodo spiritalem: sed iamiam sub se in dimensionē modū degenerantem informemq; & vacuam: ac si forsitan ex se moueatur, absque ordine nutaturā: sed per id earum ordinem ab eodem bono susceptū, formauerit eam, redegeritq; in ordinem: antequā extra ordinem vagaretur. Praesequitur cū animam ipsi rationalem in primis insiderit, motioni ordinatissimā dominam. Non solū verò materiam per se informem fore, sed animam quoque fore informem inquit, nisi Deus utrarumque formet. Quod verò est in materia corporali species, id ratio est intelligētiāque in anima: qua si caruerit, materiam inordinatē mouebit. Quo autē id exprimeret, materiam considerauit informem & animam rationalem: viditque motum inde sine ordine prouenturum.

MATERIAM NON FUISSE
INORDINATAM ANTE MVNDVM
tempore, sed quadam ordinis
ratione.

CAP. XII.

EX his omnibus colligere possumus materiam non esse aequalem mundi fabrico, non esse ante mundū vllō temporis intervallo, licet origine quadam &

ordine non aetate inordinatè ante ordinem, sed erraturam fuisse procul ab ordine, quantum in se est, nisi statim desuper ordinata fuisset. At ne qui bene loquendi modum improbet in Platone fingente materiam ante mundum inordinatè tactatam, audiat & Moysen ante mundi distinctionem dicentem terram fuisse inane[m] & incompositam, & super faciem abyssi tenebras extitisse. Mitto in presentia poeticum chaos. Adducere iuvat in medium Philonem Iudaum similibus verbis Moysis Genesim exponentem. Si qui causam quare uniuersum hoc creatum sit, velit exquirere, non errabit meo iudicio, si id existimabit quod quidam ex veteribus protulit. bonum esse creatorem ipsum & genitorem, & auctorem uniuersi: & bonitati suae gratia nulli substantia inuidisse, qua sua natura nihil boni haberet, & tamen fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata: infirmis inanimata, omnino varia, incongrua, inconcinna, inconstans, apta qua in contrarium mutaretur, & optimarum rerum rationem susciperet forma videlicet, animationis, similitudinis, congruitatis, concinnitatis: omnium denique rerum idea meliorum. Item in secundo eiusdem libri volumine. Cum, inquit, creator substantiam inordinatam & natura sua confusam in ordinem ex inordinatione, & in discretionem ex confusione traductam formare cepisset: terram atque aquam medio loco firmavit. Haec Philo. Proinde si gradus rerum sex in superioribus adductos consideraueris, peraspicies fortè quam simili sit Plato Moysi, sex diebus mundi Genesim absoluenti: quam simili & Pythagoras, probans senarium numerum Genesi nuptusq[ue], prorsus accommodari, unde & Gamon appellat: propterea quòd partes suae iuxta posita ipsam gignant, similemque reddant genitum genitori.

DVPLEX OPINIO DE
ORIGINE MUNDI.

CAP. XIII.

SI quis interroget nuncquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus: R. Spondeo equidem interpretibus Seneca & Attico, & Plutarcho aliisque ut Proclus narrat multum non fuisse semper. Sed interpretantibus Crantoro, Platino, Porphyrio, Iamblichio, Proculo & plerisque aliis, semper quidem fuisse, & fuisse semper à Deo, imò fluxisse. Deum enim semper esse aiunt. Mundum vero fieri semper, & fluere. Ac si initio temporis carentem consideraueris, ingenitum dici mundum: sin autem perpetuum à Deo eius effluxum, assidue genitum: neque minus ex Deo pendere si dependens pendatque semper, quam si aliquando ceperit dependere, vel desinat. Quemadmodum lumen non minus à sole ducit originem, neque minus servus soli, si semper, quam si aliquando profluxerit, effluatque à sole.

TRIPLEX CONIECTVRA
PLATONICAE OPINIONIS DE
MUNDO, & quæ sit certitudo sententia
Platonice de mundo.

CAP. XIII.

Ceterum in rebus Platonice, vel coniectura incedimus, vel scientia. Quantum ad coniecturam spectat ita & ipse loquitur, & sui disputant, ut opinionem eius de origine mundi in tria capita colligere liceat. Aut enim putavit materiam aliquando ex nihilo à Deo creatam, simulq; formatam tempore. Quamvis in hoc opere quod componitur ex materia, secundum quandam productionis ordinem materia ipsa prius cogitetur quam formari: esse materiam

prius quam esse formatam: atque ante opus ex ma-
 teria factum materia quæri soleat ex qua fuerat o-
 pus conficiendum. Aut Deum materiam non ali-
 quando nouam peperisse, sed ab aeterno: similiterque
 ornasse: quamuis inordinata prius quàm ordinata fin-
 gatur: siquidem natura sua caret ordine: quem expe-
 ctat ab alio: cumq; res qualibet prius cogitatur secun-
 dum id quod est quàm secundum id quod accipit, me-
 ritò seorsim ab ordine potest ipso in se ex ordine ex-
 pers excogitari. Aut, ut dixi, materiam semper à
 Deo fuisse, atque continuè: sed non continuè ordina-
 tam, imò per temporum interualla, ita ut Dei sit sta-
 biliter ordinare: materia uerò ordinari mobiliter:
 accipiatque temporalem ordinis sui temperationem,
 non aliter quàm à fabro accipit horologium, peractissimè
 pro natura sua certu temporum interuallu amittat
 ordinè paulatim ac deniq; totum, redeatq; in Chaos:
 sed Deus subito extremà confusionem minimè tole-
 rans in priorem dissp. sitionem unico nutu retèperet,
 idq; fiat infinitè vicissim, nunquam mutato Deo, infi-
 nitè reformata materia. Hactenus humana in Pla-
 tonicis præcesserit coniectura. Quantum uerò habe-
 mus scientia, affirmamus Platonem nostru affirmas-
 sisse Mundum non ex se existere. sed ex causa: non
 quidem fortuita, sed ex certa: non ex naturali dun-
 taxat causa, sed intellectuâ: non ex intellectu per
 modum naturæ determinato, sed potius voluntario,
 non voluntate ex naturali quodam instinctu compul-
 sa, sed libera. Nihil enim magis liberum quàm quod
 per se est, & per se agit omnino: neque tamen contin-
 gente aliqua voluntate. Nihil enim contingens, ubi
 idem est voluntas atque necessitas. Nihil iteru uio-
 lentum, ubi idem est vicissim necessitas & voluntas.
 Ut autem id aperiret, non minus replicauit in fabri-
 cando mundo voluntatis diuina quàm intelligentia no-
 men. Atque addidit, ipsam voluntatem boni esse

summam causam: & certissimam causarum. Quam
 ex eo ostendit liberam esse, quod saepe ait Deum ar-
 chitecti, more consultasse, atque deliberasse de o-
 pere construendo: quibus in verbis non ambigentem
 intelligi Deum vult, sed liberè eligentem. Proinde
 mundanum opus non semel tantum processisse, inquit à
 Deo, sed procedere seruarique assidue. Quæ etiam
 suprema mundi numina vna cum mundo ex seipso
 dissolubilia fore, nisi diuina voluntate regantur. Sa-
 tis ergo fuerit, & id quidem quàm maximum, ta-
 lia de affirmante philosopho affirmasse. His enim
 concessu facile poteris Deum dicere, quando prou-
 dente & libera efficit voluntate, mundum absque
 nouitate sui nouum composuisse. Ac si audieris non
 aliquando nouum, sed ab auro potius edidisse: pote-
 ris maiestatem simul suam seruare Deo, cuius volun-
 tate, & hac quidem libera, mundus non minus e-
 get, & pendet, si eget pendetque semper, quam si
 quandoque processerit. Quoniam verò Plato saepe
 ait, eatenus de diuinis assueverandum, quatenus di-
 uinis oraculis comprobetur: & nos sacri literis po-
 tius quàm coniecturis nostris assentire debemus.

MUNDVS BONI GRATIA
 PROCREATVS AD DIVINAE
 rationis verbiq; diuini
 similitudinem.

CAP. XV.

Mundum ergo fecit voluntate, id est bonitate
 sua, tam voluntariè quàm naturaliter ob im-
 mensam fecunditatem exuberante qua primùm qui-
 dem seipsa gaudet, ab idque deinde sua hac dele-
 ctatur imagine: ita tamen, ut non in hac imagi-
 ne, sed in ipso exemplari, atque principio delicta-

dionu huius constituat *fi. em.* Quoniam igitur
 bonitate fecit mundum : idcirco boni gratia fecit i-
 psum : non enim ut esset, viveret intelligeret sim-
 pliciter, procreavit : sed ut & bene esset, viveret que
 & bonum intelligeret atque compararet. Id illi
 Mosaiico valdè consonat. Videt Deus hoc & illud
 esse bonum : & cuncta valdè bona. Et quia pul-
 chritudo splendor est bonitatis, ideò subdit ab optimo
 Deo mundum esse pulcherrimum procreatum : tem-
 poralem quidem, sed ad aeterni exemplari ima-
 ginem. Dicit & saepe, quot species sunt in arche-
 typo, id est principali mundo, id est intelligibiles at-
 que imitabiles, totidem rerum formas in hoc mun-
 do disposuisse, atque ita sibi similem effecisse : vi-
 pote qui intelligat ideas rerum non inter nubes, ut
 maledicti quidam calumniantur : sed in mundani
 architecti mente consistens. Ubi verò ait in ipsa
 vita ideas esse, vaticinari videtur evangelicum
 illud : Quod factum est in ipso vita erat. Et ubi
 ait repetit que saepe mundum divina providentia con-
 stitutum, totam confirmat religionem. Quod qui-
 dam cum observasset Theophrastus tanquam in
 philosopho mirum ait, Platoni solius, vel certè ma-
 xime omnium, à divina providentia rerum causas
 assignavit. Sed si Theophraste, quacunque id mente
 de Platone dicas, proculdubio confiteberis Plato-
 nem solum vel omnium maximè providentem at-
 que divinum.

C V R M V N D V S E S T V N V S
 E T S P H A E R I C V S, E T
 mōueatur in sphaeram.

C A P. XVI.

O Stendit verò deinceps divinum ipsum mundi
 exemplar, quod evangelicè, sed diviniore
 sensu

Anſu diuinum appellat verbum, eſſe vnicum: quia
 quod contineat omnia, nihil relinquat extra ſei-
 ipſum: ideoque ſit neceſſario vnicum. Sed de hoc i-
 poſo in Theologia diſſuſius. Cum autem mundus hic
 in ceteris quoad fieri potuit, mundum intellectum-
 que diuinum referat: adeo vt qui formas in hac ma-
 teria conſpicit, quaſi diuinum vultum contueatur
 in ſpeculo: certè in ipſa etiam vnitace omnium ef-
 ficatrice atque ſeruatrice repræſentat illum: vt ar-
 chitecti vniſi vnum ſit opus. Vnus igitur dei vnus
 eſt mundus. Profectò ſi paſſet architectus humanus
 dominari materia, poſtquam plura adificia effe-
 ciſſet, quorum quodlibet in ſe ſit vnum, cuncta vno
 quodam tandem circumuallaret: Deus autem po-
 teſt omnino, cum ſit materia dominus. Neque ſo-
 minare licet mundos plures quaſi pilas, alios extra
 alios. Sic enim diuinum opus diſſipatum foret: atque
 inter mundos ſpatia vacua forent. Probabilius exi-
 ſtimabim, ſi quot orbes finga per vacuum ſparſos, tot
 excogites ſphæras potius intra ſphæras, vt qualibet
 ſphæra ſit mundus in mundo: vniuerſumque opus
 vnum ſit, atque inuicem ordinatum: nihilque vel
 vacuum, vel ordinu vniõniſque expers, reperiat.
 Sit autem figura mundi ſphærica. Sic enim eſt ma-
 ximè vniſormi, capax, indiſpabilis, agili: atque ita
 nec aliter poteſt moles in mole, & ſine vacuo colloca-
 ri, & ſine offeñſione moueri: id eſt, ſi non quadrata
 quadratis, aut circuli, ſed orbes orbibus inferantur.
 Denique præcipua mundana huius ſphæra cauſa
 eſt: quod & orbicularis eſt diuini mundi natura:
 que in ſeiſam intelligendo & amando refleſtitur.
 Motionis verò ſphæra ratio eſt tum figura ipſa
 qua motum recipit: tum mundana ipſius anima qua
 mouet, intima per intellectuales ſpecies reuoluta.

CVR MVNDVS DIVIDATUR,
VEL IN QVINQVE, VEL IN SEX
plagas: & quomodo ei conveniat septena-
rius, & numerus circularis: & quomodo di-
stribuatur ad intelligibilis mundi similitu-
dinem.

CAP. XVII.

Quamobrem mundana divisioni non iniuria re-
commodantur numeri: in quibus radices pri-
mae sunt circularium numerorum. Quinarium videli-
cet ex imparibus: ex paribus vero senarium. Dici-
mus autem numerum viginti quinque ex quinque
in circuli morem multiplicari: quoniam ab eodem
quodammodo redeatur in idem: dum quingentes quinque
computantur viginti quinque. Item simili circulo nu-
merum centum viginti quinque. Quingentes enim vi-
ginti quinque tot efficiunt. Eadem est ad triginta sex,
itemque ad ducentos sexdecim, circularium senarii ra-
tio. Sexies enim sex implet sex atque triginta. Item
sexies triginta sex ducentos implet & sexdecim. Etsi
superiores numeros ratione ortu sui alios quadratos
alios oblongos nominant, tamen ratione casus atque
finis nuncupantur circulares. Itaque per quinarium &
senarium radices primas circularium numerorum
di corpus circulare dividimus. Primum quidem in par-
tes quinque, scilicet ignem caelestem: ignem aethereum
sub luna, aërem, aquam, terram. Quae quidem divisio
in Epinomide comprobatur. Deinde distribuimus per
senarium: ubi caelestem ignem in non erraticum divi-
dimus & erraticum. Quae partitio à Platone frequen-
tius usurpatur. Verum sensibilis mundi distributionem
ab ipsa exemplaris sui distributione commodius hinc
in modum more Platónico deducemus. Excogitat
quidem Deus in mundo penes ipsam intelligibilis alte-
ram quidem vi formabilem, alteram formatricem.

Illum,

illam, ut dixi in infinitudinem: hanc terminum Pythagorici & Platonici nominant. Excogitat & mutuum harum virium mixtionem: intelligitque tertiam quaedam ex hac mixtione formam protinus coalescere. Sed & hanc ipsam formam quasi triplicem animadvertit habere nonnihil in infinitudine: nonnihil & termini: nonnihil & proprium. Quo fit post binarium numerum: unitati scilicet atque terminis ternarius euestigio surgat. Addita huic tertia forma. Surgat quoque quinarium, eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarium denique nascitur, ubi mundi illius minus ad inferiora producenda porrigitur. Nascitur & septenarius, ubi mundus ille velut imago refertur ad partem. In quo quidem gradu septimo quasi die septimo conquiescat. Si vero reddiderit singula singulis: animadvertes corporeum hunc mundum ab ipso superni mundi termino seu formam habere ignem: ab infinitudine vero seu materiam habere terram. A media vero illius forma humorē ignis terraeque conciliatorem: qui & conglutinet terram, natura propria dissipabilem: & nutriat ignem ex se facile resolubilem: & tria quaedam in seipso possideat: hinc quidem igneum: inde vero terreum: sed nonnihil in medio propriū purumque, aereum: cum aliunde per sublime vergat ad ignem: aliunde per infimum vergat ad terram. Post hunc mundi quinarium fit senarius: si communē eunctorum excogitaueris formam. Fit iterum septenarius: si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari: in quo quidem die septimo conquiescat.

QVARE SINT IN MVNDOPARTES DISTINCTAE, ET QVARE CONTRARIA, & de quatuor elementis.

CAP. XVIII.

NON solum vero distinctionem formarum, sed etiam repugnantiam videmus in mundo, pra-

vedit enim à primo, & procedendo degenerat. Proceſſus
 quidem diſtinctionem facit: degenerat: & repugnã-
 tiam. Quinimo diuifionis ipſius origo eſt ſecunditas
 cauſa ſolis exuberantius ſuque propagãtu in amplũ,
 procelſente verò per gradus multos diuifione, in re-
 pugnantiam denique peruenitur: præſertim quura
 mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inui-
 cem formis conciliare. ut mundus ille ſuperior in ſe
 ipſo concil. at. Quo factum eſt, ut deus materiam di-
 uifione præterideret: & repuganturas inter ſe formas
 h'ſpitius diuerſis exciperet. Denique quum & illa di-
 camus inter ſe contraria, quæ in eodem genere ma-
 ximè diſtant: & illa diuerſa, quæ inter ſe generib.
 ſeparantur, ex eo quidè quòd contraria ſunt in mũ-
 do, apparet genus quodlibet ſpecies habere quã plu-
 rimas: ex eo autem quòd diuerſa, conſtat uniuerſum
 genera poſſidere p. multa. Quoniam verò & ſpecies
 omnes ad genera, & genera ad uniuerſum, commu-
 nemque eius formam denique reducuntur: conclu-
 ditur ſicut ſuperior mundus unformis eſt atq; omni-
 formis, ita hunc omniformem eſſe atque unformem.
 Conducit aut contraria elementorum colorũq; qua-
 litas & figura, ad nouas formas quotidie generan-
 das: eo ſc. ente videlicet motione. Siue enim unũ
 fuerit elementum: nihil utique generabitur: quod &
 Hippocrates efferit. Siue plura inter ſe ſimilia, non
 nihil efficietur: quod probat Heraclitus. Oportet ta-
 men hunc mundũ perpetua nouarũ generatione for-
 marum æternam ſuperioris omniformisq; mundi a-
 ctionem pro viribus imitari. Eſto itaque ut præſis ca-
 nit Empedocli, contraria inter ſe elemẽta. Eſto & in-
 ter contraria medium: quando contraria & maximè
 diſtant, & aliq; med. o minimè cõgruunt. At mediũ
 hoc indiu ſibile eſſe n. quit, alioquin per ipſum contra-
 ria non diſtabunt. habent ergo dimensionem. Sed
 qua parte alterum tangit, non tangit alterum. Et

habet in super partem necessario mediam, per quam
 aquè discrepet ab extremis. Propterea Plato inter
 contraria semper media sibi tem inter sevit duo: quem-
 admodum ex verbu eius evidenter apparet. Inter se-
 vit & tertium: ubi ait: medium vim habere per qua
 non solum extremorum, sed suam quoque custodiat
 unionem. Sed ponat manifestè duo, neg. n. nunc id co-
 tendimus: seu inter ignem & terrã, duo quada. æ-
 rim scilicet atque aquam. Opus autem esse duobus
 saltem medijs inter contraria omnino corpora, spen-
 dit ex numeru atque dimensionibus, qua naturalia
 corpora quocummodo antecedunt.

NUMERI LINEARES, PLANI,
 SOLIDI, ET QUARE INTER PLANOS
 vnum sufficit medium: sed inter solidos
 nõ satis facit. Et quomodo mathe-
 maticæ rationes ad Physicas
 referantur.

CAP. XIX.

TRIPLES esse numeros apud Pythagoricos alibi
 declarauimus, Lineares, Planos, Solidos. Linea-
 res quidem quas sola metitur unitas quasi punctum:
 vt Binaris, Ternarius, Quinaris, Septenarius,
 atque similes. Planos autem qui multiplicatur ex
 numero quasi lateribus. Ceu senarius ex his tribus
 fit, tertio duobus. Atque ex planorum numero eos
 quadrangulos & equilateres appellamus, qui
 ex numeri alicuius in se ipsum ductu consistunt.
 Ceu quaternarius ex his duobus, & nona-
 rius ex et tribus, & sedecim ex quater qua-
 tuor. Inaquilateres autem, qui ex ductu minoru
 numeri in maiorem: qualis fit senarius ex duobus in
 tria deducit. Dicimus & oblongos: qui ex ductu
 numeri admodum minoris in numero magis maiorè co-

fiuntur: qualis est denarius ex deductione duorum
 in quinque resultans. Si quidem ex his quinque fit de-
 cem. Hunc si in decimo de *Repub.* appellatumus quo-
 dammodo linearem, intelligi volebamus oblongum.
 Præter hos autem, eos solidos dicebamus, qui ex dedu-
 ctione atque reductione numeri alicuius in seipsam
 efficiuntur, instar molis solida in trinam, quasi pro-
 ducti dimensionem: ut his duo his octo, Ter tria ter
 viginti septem. Quater quatuor quater, sexaginta
 quatuor. Accipe duos planorum primos: qui videli-
 cet à primis linearibus procreantur: ut puta hinc quod-
 dam quaternarium à binario: inde verò nouenarium
 à ternario procreatum. Hos sanè planos duos, nouena-
 rium scilicet atque quaternarium, poterit unico cõpe-
 tentis medio inuicem deuincire: hoc est senario. Qua
 enim proportio est nouem ad sex: eadem sex erit ad
 quatuor. Vtrobique enim est proportio sesquialtera.
 si quidem nouem continet sex: & insuper alteram
 eius partem, id est ternarium. Similiter sex compre-
 hendit quatuor, atque, insuper binarium, alteram, id
 est dimidiã quaternarij partem. Senarij verò esse
 competens medium inde patet, quòd ex utrisque cõ-
 ponitur. Latus enim quaternarij quidem est bina-
 rius: nouenarij verò ternarius. Ex multiplicatione
 binarij in ternarium fit senarius. Similiter si accepe-
 rit ultra nouem alium quadratum scilicet sedecim:
 medium erit duodecim: qui ex laterib. horum nasci-
 tur. Latus enim nouenarij quidem tria: sedecim ve-
 rò quatuor. At si tria ducas in quatuor, duodecim
 reportabu: qui horum medius pari utrunque ratione
 connectit, sesquialtera videlicet ratione. Nam sedecim
 comprehendit duodecim, ac tertiam super eius
 partem. Similiter duodecim ultra nouem includit
 tertiam nouenarij portionem. Cernis itaque quòd in-
 quit Plato: planis numeros unico posse medio colligi-
 gatis. Accipe præterea numeros solidorum primos: eos

Inquam qui primi ex primis efficiuntur linearibus in se ducti atque reducti: hinc quidem octo à binario: inde vero viginti septem à ternario procreatum. Hos utique non poterit vnica inuicem medio copulare: sed cogeri duo saltem accipere media, scilicet duo decim, atque decem & octo. Accipies enim duodecim ex his duo ter: decem vero & octo ex ter tria vbi: perq; hos numeros conciliabu extremos sesquialtera ratione. Nempe viginti septem numerus decem & octo complectitur: & aliter rursus eius partem, ad est nouem, similiter decem & octo exuperat duodecim. Item duodecim aqualiter excedit octo. Per hac perspicuum est solidos numeros plurib; semper quib; congruè copulentur medijs indigere. Quod aut expsumus in numeris, idem possumus in dimensionib; in planustum solidu demonstrare, ostendentes inter plana comparabilia inuicem vnum saepe sufficere medijs: inter solida vero comparabilia plura vero media esse ponenda. Quod qdem & plixu nimu foret, & satiu ta à Iablico, & Proculo, & Chalcedio est ostisum. Quoniã vero Plato mathematica hac nõ propter seipsa qdem, sed propter naturalia hic accepit: hu pratermissis consideremus breuiter, qua potib; mñ natura mysteria p mathematicas imagines subintelligat. Principio quod in sacris literis legitur, Deũ oĩa in numero mensurã pōdere perfecisse, manifestè tãgitur à Platone, numeros, mensuras, solida in mediũ adducẽte. Per solida enim cõprehendit & pōdera, qua etiam significat vbi post dimensiones cõmemorat vires inclinationum, quasi ponderũ causas. Per numeros quidem intelligi vult ipsas rerum naturalium species formasque substantiales, quas etiam Aristoteles numeris cõparauit. Per mensuras autem certas instrumentalesque figuras, vel magnitudines speciebus certis accommodat. Per solida denique atque vires, significat qualitates, & qua cum molibus penitus prater-

duntur, & praestant motionibus affectionibusque momentum. Iudicant autem omnes in uniuerso, tum rerum Species, tum Specierum figurarum magnitudinesque, tum qualitates geometrica inuicem & musica proportione compasitas: ut qua ratione insimul à medijs eadem motu à superioribus excédantur. Item per numeros designat medium arithmeticum, quod numerorum paritate consistit. Per dimensiones atque mensuras medium geometricum, quod in rationis proportionisque identitate locatur. Per pondera & vires, medium musicum: quod in proportionis aequalitate vel similitudine situm, velocitatem, tarditatemque motionum, & acumen grauitatemque vocum virtute comprehendit.

PRIMA DISCVSSIO, QVARE
 QUATERNARIVS ELEMENTORVM
 numerus mundo conueniat.

CAP. XX.

SEd de his alibi latius. Iam verò ad partitionem mundanarum partium reuertamur, quò harmonicam ipsam compositionem cōspicere valeamus. In superioribus quidem quinarium, & senarium circulari mundi: figura congruere dicebamus. Nunc insuper quaternarium eiusdem plenitudini dicimus conuenire. Perfecto quaternarius primus implet omnem differentiam numerorum: primum parem ac primum imparē in se complectens. Implet & simplicem numerorum progressionem, quando terminis quatuor explet denarium. Uno, duobus, tribus, quatuor denarium perficere consummans. Implet processum quoque dimensionum, terminis videlicet quatuor assequens, signo, longitudine, latitudine, atque profundo. Implet musicam consonantiam. Nempe intra quaternarii limites dupla, tripla, quadrupla, sesquialtera, sesquitercia, diapa-

son.

si; diadiapason, diapente, diatessaron; coe-centur-
 implet naturam ad quatuor usque terminos proce-
 dentem substantia, quantitate, qualitate, motu. Im-
 plet denique uniuersum, siue quod in natura siue
 quod supra naturam, essentia, esse, uirtute, atque
 actione. Merito igitur Pythagorici quatuordecim e
 plenitudinem mundant, tum corporis, tum animi
 designabant, eamq; inueniunt in lo te it abantur natura
 perpetuo fluentis fontem esse quadruplicem. Ex hoc
 uniuersum fonte manat quaternarius elementorum
 numerus. Hinc quadruplicitas in caelo quadruplex.
 Hinc sub caelo tempora quatuor. Hinc sub tempore
 quatuor humores, complexiones, affectus. Hinc si per
 tempus quatuor uirtutes surgunt. Hinc in aeternita-
 te quatuor exempla uirtutum.

SECUNDA AD IDEM PROBAN-
 DVM DISCVSSIO.

CAP. XXI.

PReterea nisi uerer partim prolixitate: partim
 etiam nouitate, receperem mira quadam ia-
 blichi & Syriam, Proculi q; commenta gradus qua-
 tuor super mundu supernum constituentium, scilicet
 uniuersum, insinuationem, mixtionem. Primi
 de supernum mundum, id est primam intelligibilem
 que mentem post eam penultimum mentem mundan
 que partim intelligibilem, partim quoq; intellectu-
 lem post hanc intellectualem: simpliciter mentem
 atq; mundu Quarto uero loco mento ia mundu inq.
 animalem sensibile mundi ducem. Item supremam
 mentem & susp. cere quatuor illa, uniuersum scilicet, ter-
 minatione, & insinuationem, atque mixtionem, &
 habere suapte natura quatuor uidelicet hinc quide
 unitate, inde uero essentia. Rursus unitate, essentia.
 lem, & essentiam uniuersam, atq; uniuersum omnino

rerum ideam quadruplici similiter natura particeps. Iam mentem ipsam intellectualem iouatémque mundi opificem in fabricando mundo suspicere in mentem intelligibilem atque supremam velut exemplar & in bonum veluti finem. Et qua ratione in mundo intelligibili, quod & ipsum ens ipsumque viuens nominant principia & ideas suscipit natura quadruplici, in quatuor similiter plagas digere mundum. Quarum prima à primo caelo, postque caelum per ignis sphaeram usque ad aeris principium protendatur: Secunda inde ad aerem usque medium: Tertia inde ad terram: Quarta verò sit terra: atque huiusmodi partitioni quatuor in qualibet plaga respondeant exercitus rationalium habitantium, decem scilicet mundanorum, item angelorum, deinde demonum, postremo particularium animarum. Sed haec omnia ad institutum nostrum regrediamur.

TERTIA AD IDEM CONFIRMANDVM DISCVSSIO.

CAPVT XXII.

Quatuor apud metaphysicum sunt elementa, essentia, esse, virtus, & actio. Quatuor apud mathematicum, signum, linea, planum, atque profundum. Quatuor apud physicum, seminaria natura virtus, pullulatio naturalis, & adulta forma, atque compositum. Redde verò singula singulis. Essentia quidem signum atque semen; ipsi verò esse lineam pullulationemque, virtuti planum atque formam, actioni profundum atque compositum, & ubique extrema velut solida duob. concilia mediis. Manifeste verò quid in mathematicis signum est. Plato in Physicis virtutem seminariam individuamque & stabilem esse putat. Quod autem in mathematicis li-

neari in longum productio, id in Physici germinan-
 tu forma pullulationem, ut ita loquar, existimat.
 Item quod tibi planum, hic propriè formam: ut enim
 planities corpus terminat, ita forma materiam. de-
 nique quod ibi profundum, hic est compositum: com-
 positum inquam duplex, tum formale, id est ex plu-
 ribus formis complexio quadam sphaera solida simi-
 li, tum materiale, id est, ex forma atque materia,
 cubo similior. Quod ergo ait inter duo plana unum
 sufficere medium intellige inter duas formas mediè
 vnicum satù facere, id est, formale. Forma enim
 cum formis deinceps ubi per extrema sui sese contin-
 gunt, uno quadam formali medio congruunt, utrin-
 que partim quidem conueniente, partim etiam dif-
 ferente. At verò quod inquit, solida solidum medio
 duplici copulari, significat inter composita naturalia
 duo diuersa natura gemina media interponi. Quo-
 rum alterum quidem formale sit, alterum verò ma-
 teriale. In quolibet enim composito, hinc principalis
 forma, inde accommodatum forma subiectum confi-
 deratur. Hinc efficitur ut inter diuersa composita
 consurgat discrepantia duplex: altera quidem
 magis ratione forma, altera verò magis ratione
 subiecti.

QUARTA AD IDEM DISCVS-
 SIO, ET DE VIRIBVS PROPOR-
 tionibusque elementorum.

CAPVT XXIII.

E Adem hac alia insuper ratione corroborantur, si
 à quatrinitatibus modò descriptis, ad quatrinita-
 tem sphaera descendas. in hac utique consideratur
 & natura mediè, consideratur & natura circun-
 ferentia longissimè inter se distantes tam pro-
 prietate, quam sita. Consideratur insuper hinc

quidem spatium, quatenus propria virtus centri por-
rigitur: inde vero spatium, quatenus propria ma-
gna circumferentia vix protenditur. Hinc quatuor
computantur plagae mundi, & quatuor similiter e-
lementa.

A substantia: A virtute, Ab actione.

Ignis, subtilis,	acutus,	mobilis.
Aer, subtilis,	obtusus,	mobilis.
Aqua, crassa,	obtusa,	mobilis.
Terra, crassa,	obtusum,	immobilis.

Alia positio earundem.

Ignis, acutus,	subtilis,	mobilis.
Aer, obtusus,	subtilis,	mobilis.
Aqua, obtusa,	crassa,	immobilis.
Terra, obtusa,	crassa,	immobilis.

Quorum quod in circumferentia ponitur naturam
eius sequens, amplissimum est, idemque omnium sub-
tilissimum per substantiam, per virtutem vero acutis-
simum, penetrationique aptissimum, per actionem
denique promptissimum est ad motum. Quod autem
situm est in medio, naturam quo sequens medijs ar-
guentissimum est, & densissimum per substantiam per
virtutem vero obtusum, per actionem denique ad
motum est, ineptissimum. Media vero duo media in
hu modo se habent. Proinde sicut maximè distant
in sphaera ambitus atque centrum, ita per situm &
naturam ignis terraeque plurimum discrepant. Ille
enim ita petit ambitum, ut nunquam naturaliter
medium: hac ita centrum, ut nunquam naturali-
ter ambitum. Aer vero interdum descendit, si vi-
delicet in sublimi ignis regione primatur. Aqua etiã
ascendit, si sub terram coarctetur. Quae admodum
vero in igne & terra tria considerantur, scilicet
substantia;

substantias virtus, actio: sic & tres potissimum proprietas videlicet in igne quidem per substantiam crassitudo, per virtutem acumen, per actionem mobilitas. In terra vero opposita, per substantiam crassitudo, per virtutem obtusitas, per actionem immobilitas. Dicuntur autem horum natura apud Platōnem solida, quia inter dimensionum tria, trias possident qualitates: quod si duntaxat haberent planorum inter, unum sufficeret medium: quod videlicet in qualitate quidem una congrueret cum extremo, in altera vera differret. At quoniam tres invicem oppositas habent duobus, ut vincantur opus est medijs: quorum utrunque cum proximo quidem, tum extremo, tum medio duplici conveniat qualitate, in unica discrepet: cum remoto vero extremo, in una quidem congruat, sed differat in duabus. Sic utique ignem sequitur aer, in subtilitate & mobilitate igni persimilis: sed quadam virtutis obtusitate dissimilis, in qua etiam unquam quodammodo cum terra consentit, cum aqua vero duabus, scilicet obtusitate atque mobilitate. Aqua sequitur aerem in duabus huic aeri simili: sed una simili igni, scilicet mobilitate duntaxat: at dissimili igni duabus crassitudine obtusitateque simul: dissimilis terra mobilitate quadam sed crassitudine obtusitateque similis. Perfectio quod ignis ad terram analogia quadam, id est rationis similitudine atque proportione comparabilis si, appareret. Quemadmodum enim se habet subtilitas ignis ad terram crassitudinem: sic ignis acumen ad obtusitatem terra: sic iterum ad immobilitatem terra mobilitas ignis. Quod etsi comparabilis sit, sed potiori aliqua ratione, ignis ad aerem, aer ad aquam, aqua ad terram: ex consensione qualitatum est manifestum: videtur autem elementi proximo quidem ad proximum convenientia ad discrepantiam esse duplicem ad

remotum verò contrà, dupla esse ad convenientiam discrepantia. Videtur ignis aere duplo subtilior, triplo mobilior, quadruplo verò acutior. Item aer aqua acutior duplo, triplo mobilior, quadruplo esse subtilior. Rursus aqua quàm terra acutior duplo, triplo subtilior, quadruplo ad motum esse paratior. Procedere verò inter cognata ad quadruplam usque proportionem duntaxat apud musicos est concessam. Longiori enim progressionem aures offenduntur. Quinetiam in huius perfectaratione musica continentur. In huius usque per tres qualitates quasi per trinas dimensiones, & solida quadam, ter quoque solidèque ad solida usque procedimus. Nam per duplam quarto gradu ad octo peruenimus: qui primus est solidus. Item per triples quarto similiter gradu ad viginti septem: qui solidus est secundus. Rursus per quadruplas rationes, quarto denique loco ad sexaginta quatuor, qui tertium inter solidos numeros obtinet locum, octo enim à binario solidè ad est, ter accepto, siue ducto: viginti septem à ternario ducto ter: sexaginta quatuor à quaternario: similiter in seipsum ter multiplicato creantur. Ceterum ut notius sit quanta apud Platonem congruitas mathematici inest ad physica, repetenda sunt duo illa primorum media solidorum. Posuimus enim inter octo atque viginti septem competentia media duo videlicet duo decem atque decem & octo. Duodecim quidem numerus, tum ex octo, tum ex viginti septem nascitur. Latus siquidem ex quo multiplicatur octo, binarius est: Latus autem ex quo viginti septem, est ternarius: sed ex binario atque ternario, ita fit duodenarius, si egeris bi duo ter: ubi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera: unum verò à viginti septem. Item ex binario atque ternario ita fit decem & octo, si egeris ter tria bi: ubi decem & octo numerus nascens, ab octonario

sonario quidem remoto latus accipit unum, ubi dicitur bis: sed à nune. viginti septem latera duo, vbi ter tria. Similiter elementa duo inter ignem terramque media: dum ex extremis contemperantur interim à proximo quidem naturas reportant geminas, à remoto verò unicam mutuantur.

QVOD TOTVS MVNDVS EX

QVATVOR COMPONENTVR ELEMENTIS: & quomodo hæc aliaratione sunt in cælo: aliter infra lunam.

CAPVT XXIIII.

EX hi quatuor elementa geometrica & musica nuncem ratione coniuncta, vniuersum mundum esse compositum Pythagorici Platonicique omnes existimant: ita tamen, ut consonantia horum in cælo nullam unquam dissonantiam patiatur. sub cælo autem, dissonantia quadam alicubi oriri videatur interdum: sed statim per superiorem concentum in formam consonantem mirabiliter redigantur. Esse utique elementa hæc sub Lunas nemo negabit. Esse verò in cælo physici nulli negabunt. Sed isti audiant metaphysicos precor, probantes elementa per ideas suas esse in ipso mundi opifice: esse inde in anima mundi per rationes suas: esse in natura per semina. Ergo & in cælo per virtutes: & sub cælo per formas. Quo enim pacto à causis cælo superioribus elementorum natura transeunt infra cælum: & ibi quidem protinus natura nisi virtutes horum moderatrices cælo interim insundantur? Quinimodocut agricola quidem non regit architectum, quoniam architetura nullas continet rationes geometricas: verò has possidens, regit illum: sic & cælum nisi elementorum elementalium comprehendat vires, hæc gubernabit nunquã: gubernans verò cõpletitur: imò

complendo gubernat. Audiant & astronomos tam
 in signis quam in planis naturas designantes ele-
 mentorum & effectus probantes Audiant denique sa-
 cras literas ponentes saepe in caeli aquas portus er-
 ram quoque videntur. Quod si duo haec tibi caelestia
 dissimilia ponuntur: multo magis ignis & aer ce-
 lestium similiores ibidem à sacra litera collocantur.
 Respondent ut arbitror, aliqui: tres illic quidem
 elementorum excellentissimas per modum causa ponē-
 das esse: in sphaera autem elemento sub Luna na-
 turas eorum secundum formam: in compositis tandem
 participatione quadam secundum naturas ipsarum elemento-
 rum in caelo esse negabunt. Ad haec adducunt Pla-
 tonicis virtutes tribusque proprias in propria natura
 fundari. Itaque si sunt herum virtutes in caelo esse
 quoque naturas, secundum quemadmodum virtutes illae
 in genere quodam longè huic excellentiores consistunt:
 ita naturas in excellentiore: imò, ut vellemus liquar,
 excellentissime. Et natura illam ignis eminentissi-
 mam præbere caelo censibile lumen, vim fieri colo-
 rem, motumque promptissimam. Naturam terra la-
 givi solidam firmamque stabilitatem. Item & Hel-
 lu densitudinem qua videri potest & luna qua ra-
 dios repellat solares. Naturam aëris præstare perspi-
 cuam qualitatem, quam nemo potest transfluere.
 Naturam aqua afferre delicatissimam & aquosissi-
 miam lenitatem. Et quod maximum est, ipsarum spha-
 rarum labij quibus se contingunt, inserere unitatem
 illam frigoris & humoris: per quam fiat, ut quæ sunt
 velocissimi motu rapidissime & vehementissime se
 contingant, & tamen illic resolutæ quæ non acce-
 dat. Has quidem in caelo aquas Hebraei valde pro-
 babunt. Probabunt etiam, ut arbitror, si audierint
 per naturam hic terra videntium fieri, ut mater a-
 erogum remissa ex tanto motu non dissipetur.
 Meminisse oportet tantam esse in caelestibus substantiis
 vir-

virtutē, & amque ad conciliandum efficacem, & equalitatis & motiones quæ apud nos sunt inter se repugnantes, ibi non pugnent. Item ut reliqua illic elementa statim à prima genitura mundi in formam præstant, sicut est, ignis redacta fuerint: quemadmodum per mixtum celestem elementa quatuor apud nos in quavis genitura ad unam reducuntur mixti formam. Neque miraberis in unum illic elementa constari: si cogitabis etiam infra Lunam in unam molem esse compacta, & ignem esse soliditatu terrena parte præmixto, & tenuissimam mobilissimamque naturam continuo dispergatur: terram quæque per se torpentem, ignis consortio actionem vitæ amque nascisci. Quid si extrema miscentur, nimirum & media mediis extremis, quæ misceri. Item si tanta est infra Lunam vis super Lunam, esse multo maiorem: sed terra soliditatem suæ stabilitatem illic ab æque crassitudine in vaporem quasi forma regnare. Rursus æqualitatem lenitatemque aqua præcui à lapsis agilitatē aeris ab effluxu seorsum: efficiatiam igitur in lumine salubrique calore intelligunt a vitæque per similes dominari, seorsum ab eo combustionem ad quam efficiendam apud nos cigitur, tum lumen in ære continua repercißam, tum calor igneus aspera quadam materia, & mordaci conelusive, qui ceriè quatenus à terrena crassitudine soluitur, eatenus lucet purius, calidiusque salubrius. Ergo unam cum Heraclito & Empedocle, dicemus ignis ipsius qui in idea est, intellectuale lumen, in cælo quidem visibile lumen ad oculos emicare: sub cælo autem in æthere puram ipsius & innoxiam vigere flammam: in terra verò carbonem in aspera materia comburentem. Dicemus prætermodum cum Orpheo esse insuper apud inferos quatuor elementa: Pyriphlegethontem, Acherontem, & Oceanum, & Cocytum. Dicemus enim Platonem quemadmodum in Archetypa mundo omnia sunt in

omnibus, ita in hoc imaginario mundo omnia in omnibus esse: sed pro natura suscipiendum. ubique singula suscipi: ut caelestia in elementis elementalibus sint, elementa in caelo caelestia: atque tantam esse caelestis regionis super alias excellentiam, ut caelesti ignis praeter elementarem ignem tria quoque reliqua elementa dici quantum valeat elementum. Hinc mundos quinque appellari posse ait. Siquidem omnia rerum genera in quolibet horum quinque sunt pro sua cuiusque natura. Concludemus demque concordiam inter Moysen & Platonem, quem Numenius alterum cognominat Moysen. Quod enim Moyses ait, In principio fecit Deus caelum & terram: Plato ait, Deus primo ignem fecit & terram, ignem intelligens praecipue caelum. Principio enim in sphaera mundi centrum consideravit & ambitum. Reliqua horum gratia interiecit.

CIRCULARIS MOTVS OMNIS,
SPHAERAE SEMPER MOBILI PRO-
prius est. Item ignis maxime pro-
prium est lumen.

CAPVT XXV.

SEd neque nos turbent qui caelum idcirco igneum esse dissidunt, quia caeli quidem motus sit circularis, ignis vero sit rectus. Nam etiam caeli portio qualibet, si forte ponatur in medio, repente ascendet in rectum, breviori videlicet tramite patriam petitura, & tamen caeli motus proprius est circuitus: & terra si separetur a centro, descendet, & tamen eius proprium est quiescere. Prorsus qualibet sphaera mobilis tamen elementalium quam caelestis, pro figura sua naturaliter mouetur in orbem, sic loco suo plenius fruitura. Motus autem rectus ubicunque est, non tam naturalis est, quam rectus in naturam. Si cui

verò corpori circuitus conuenit, maximè conuenit igni. Cum enim à terra distantissimus sit etiam per naturam, sicut terra est semper immobilis, ita ille semper est mobilis. Si semper mobilis erge in orbem. Quod enim mouetur in rectam, peractò spatii quod finitum est finit & mutum. Moueri verò in circulum tam ignem quam aërem, ostendit circuitus cometarum. Circuitum quoque aqua testatur influxus perpeuus & effluxus. Manere verò oportuit terram, ut indivisibili & stabili centro foret similior, eoque commodius fieretur. Moueri autem superiora, ut varia semper pro missionu varietate prodicerent. Neque negent aliqui cælum esse calidum, sed negent potius esse urens. Neque dicant solū lumen, s' a repercussione calefacere, sed sola comburere. Nam Luna radij repercussū nihil calefaciunt, cum in ea virtus aquea dominetur. Calefaciunt autem Soli radij salubriter pro ignea solū viuifi. aque natura. Neque obiciant ex tardiori Luna motu contingere, ne Luna radij calefaciant. Nam etsi ponitur esse tardior, tamē tantò propinquior est quàm Sol hominibus, ut debeat si non tantum, aliquantum tamen calefacere, si repercussū. et distantiat proueniat calefactio. Neque adducant æsum esse ignis proprium. Siquidem quo minus aliena miscetur materia, minus urit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quò enim purius, eò lucidius: licet oculi quibusdā nō manifestius: & luces longius quàm calefacia, & prius illuminat, & momento & calorē largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calorem: lumen verò largitur nulli, ipse sibi proprium. Siquidem abeunte igne simul abii & lumen.

DE SPIRITV MVNDI, ID EST,
DE INTELLECTV ET ANIMA,
& intelligentia, & natura.

CAPVT. XXVI.

POSTquam verò tractauit quemadmodum Deus corpus construxit mundanum, deinceps quæ admodum mundanam animam temperauit, aggreditur disputandum. Ostendit interera se ante oculos posuisse prius & informem molē quam formatam, & mixto formatam quodammodo prius quam animatam: non quia vel informitas ante formationem fuerit, vel formatio corporalis ante animam, sed ut cognosceremus tam formabilem naturam formationis corporeæ gratia, quam corpoream formationē gratia anima tanquam finis, esse diuinitus institutam. Volens itaque Deus opus perfectionem facere vniuersum intellectualem effecit mundum: atque ut ex ipso spiritu, & materia mundi contraximus animal vniuersum conuelleretur, materiam distinxit in quatuor, ut diximus elementa, quæ sunt animalis huius humores, quia & spiritum eius in quatuor voluerat esse distinctum. Quatuor enim ad mundi spiritum pertinent. Primum quidem intellectus, in se manens immobilis, sphaera motor siue rector, ita videndum sphaeram ab autore rerum omnium institutam. Secundum sphaera anima, motor mobilis quidem, sed mobilis per seipsum. Tertium intelligentia quaedam, huic anima a Deo, & intellectu superioris diuinitus infusa: Quartum natura, id est, seminaria vitalis, virtus ab anima passim infusa materiae. Intellectus quidem & anima substantiae sunt, intelligentia verò atque natura sunt qualitates. Illa quidem anima, haec verò materia. Horum quatuor imagines sunt quatuor elementa. Ignis enim intellectum refert, Terra naturam, Intelligentia Aer, Aqua denique animam. Et sicut generis tria propria sunt,

tria quoque opposita terra mediique media quadam ratione conveniunt. sed tria intellectui propria eorum que opposita propria sunt natura, medius quoque media. Intellectus enim individuus est, uniformis, et eternus. Natura dissidua, & multiformis, & temporalis. Anima vero inter hac media per intelligentiam quidem magis intellectus ipsius particeps evadit quam natura, per animalem vero potentiam, cum natura potius quam cum intellectu consentit. Quamobrem partim individua dicitur, partim quoque diuidua. Item in formis similiter & multiformis. Rursus aeterna partim & temporalis. Proinde quatuor vitæ secundum quadruplicem mundi spiritum numerantur. Saturnia quidem vita in intellectu suspiciens patris sui cultura, id est, deum cæli fabricum. Ioniata autem intelligentia ad actionem iam mobilem declinante. Venerea in animali virtute iam amante materiam. Dionysiaca in natura quasi ebria, id est, immersa materia. Præterea sensus simili ratione quatuor in universo connumerantur. Primus utique sensus in anima mundi, communis inquam sensus, & unus, id est, imaginaria quadam virtus sic intelligentiam eius comitans, & formas rerum particulares attingens ut illa universales attingens inquam intrinsicus, ideoque nullis indiget instrumentis, neque extra procedit usquam, neque patitur. Secundus vero sensus in animabus spherarum est atque stellarum, communis certe incompatibilisque similiter, sed extra procedens. Tertius in particularibus animabus, ultra vim communem iam per instrumenta singula distribuitur, & extra se porrigitur, atque a passione exoritur, sed desinit in iudicium. Quartum denique sensum Pythagorici concedunt plantis, imo sensus simulachrum, & id quidem stupidum nullum iam habens iudicium, nec motum, sed in sola posita passione voluptatis cuiusdam atque doloris.

Sensu primus intellectum repraesentat: secundus intelligentiam Tertius vim animalem: Quartus denique naturam. Meminisse verò oportet ipsam mundi materiam, neque aliter suscipere animam quam per naturam, neque aliter intelligentiam quam per animam, neque aliter intellectum quam per intelligentiam. Quemadmodum per terram accipit aquam per hanc aërem, per hunc & ignem. Ceterum quod deinceps huic simile sequitur, animaduerte. Ait. v. Deus animam in medio posuit, eamque inde extendit per totum, ac demum per ipsam extrinseca mundi protegit. Primò quidem significat animam & implere totam mundi mole, alius scilicet virtutibus alias mundi partes moderantem, & suprema sui circa mundum virtute, id est, intellectuali providentia mundum exuperare. Quod autem virtus anima ab ipso medio porrigatur per uniuersum, huius per quatuor gradus exponitur. Primò quidem à media terra passim virtutem connectendi protendit, à media aqua descendit vim vitalem ab aëre similiter sensualem, ab igne rationalem. Deinde à media mundi sphaera vim, ut diximus, connectendi, à sphaera Luna generabilem ingenerabilemque media vim vitalem, à Sole mundi corde sensualem, à Zodiaco medio firmamentum rationalem. Cum verò duplex sit à Deum ordo rerum, alter quo ab eo procedunt, alter quo procedentes conuertuntur ad ipsum, Plato processionis ordinem secutus est, ubi ait: Deus intellectum in animam animam locauit in corpore. Conuersionis quoque ordinem cogitans, ait: Deus animam in medio positam protendit eam inde per totum, & interim aliquid eius eduxit extra mundum: quod videlicet adum prouideret mundo, conuertetur ad Deum.

DE COMPOSITIONE ANIMÆ
ET QVOD PER QVINARIVM IN
ea componenda opportunè
proceditur.

CAPVT XXVII.

QVoniã multa quæ pertinent ad sphaerarum animas, mentes, motiones, compositionem animæ in Theologia planius exposuimus, idcirco in illis exponendu hic & fuimus, & erimus breuiorcs. Nam ad nonnulla magis propria iam properamus. Principiò quinarium numerum compositioni partitionique animæ conuenire tribus de causis abituramus. Prima, quia sicut quinarium ex primo part. primòq; impari constat, sic animæ ex diuidua indiuiduæque natura. Scis autem parum numerum appellari diuiduum, imparum verò indiuisibilem, quoniam in partes æquales diuidi nequit. Secunda, quoniam genera etiã quibus à Deo componuntur omnia, per quinque distribuuntur. Sunt enim essentia, idem, alterum, status, motus. Animam verò velut omnium mediã, præcipua quadam ratione ex ipsis quinque omnium generibus compositam arbitrantur. Tertia, quia cum animæ sit medium vniuersi, naturaliter quinarium suscipit, vniuersi numeri medium. Est enim quinarium perfectum donatq; medium. Nam quum quinq; ritè decem diuidamus, medium est æquè distans in qualibet diuisione quinarium. Primo quidem si decem in nouem diuiseris atque vnum videbis quinarium inter vnum notè emque esse medium pariter utrinque distans. Si secundo in octo atque duo partiri decem velueris, rursus quinarium æquale inter hæc medium reportabis. Si tertio in septem atque tria, vel quarto in sex & quatuor, iterum medium verum accipies inter extrema quinarium. Mediũ ubiq; dicimus Arist. s. c. iij.

Quod autem quinto decem partibus in quinque
 atque quinque medium quinarium habeat, & illud
 si perueniunt est. Quas ob res Plato in distributione
 vniuersi, tum corpori, ut ita dixerim, animalis, tum
 animi, quinque partium capita adducit in me-
 dium. Nam utrobique primum agit de ipsa res ip-
 sium, ut ita dixerim, substantia atque fundamen-
 to, siue corpori inquam, siue anima. Secundò de
 partium utriusque concordia. Tertio de specie ex
 partium concordia resultantem. Quarto de virtutibus
 species. Quintò de actionibus quae à virtutibus ori-
 untur. Volunt verò Platonem ad essentiam animae tria
 illa, scilicet substantiam, concordiam speciem parti-
 uerit: per haec sequi virtutem & actionem. Concordiam
 inquam, id est, congruam contemporaneam, &
 hanc quinarium scilicet generum, partium, ratio-
 num, virium, actuum. Constat enim anima ex il-
 larum quinque generibus per quae & partes eius
 propria assignantur. Sed periturus à Deo rerum om-
 nium, rationis. Habet hinc vires multas pro-
 priasque, per quas edit & actiones. Vbi verò ani-
 mam appellat concordiam vel concentum: mixtu-
 rum Platonem in Phaedone quidem negare animam
 esse harmoniam, scilicet partium corporalium ex
 ipsis confectam, in eisque latentem. In Timaeo au-
 tem affirmare animam harmoniam esse, scilicet
 partium suarum in se manentem, & ex se corpus con-
 temperantem. Præterea ubi ait, Composuit Deus
 ex indivisibili semperque eodem se modo habente
 essentia, tumque ex illa qua circa corpora fit diuisi-
 bilis, mediam essentia speciem, id est animam, expo-
 ne hac per illa qua dicit alibi: Fecit Deus mundum
 viventem, animatum, intellectualem. Vbi enim di-
 cit viventem, designat vitam quandam naturalem
 per mundi corpora sparsam, unâ cum corpore mû-
 di extensam mobilitate, que agentem. Vbi verò ait

intellectualem, intelligit intellectus angelicos, qui propriè regendu sphaera profecti, & indivisibiles sunt secundum locum, & immutabiles secundum tempus, opposito se modo habent easque naturalis vita formaque corporea divisibili atque mutabili. At ubi ait animatum, significat ipsam anima mundana substantiam, cuius essentia quidem, & indivisibilis est, & immutabilis, ut intellectus. Dici tamen potest quodammodo divisibilis atque mobilis, quia fons proprius est virium quarundam ad divisibilia & mobilia declinantium. Virtus autem atque pars: immutabilis & immobilis, quatenus congruit cum divinis & stabiliter agit: partem verò & divisibilis est quodammodo, tum quia multiplex, tum quia ad copiosius multiplex divisumque declinat, & mobilis, quia temporaliè operatur. Hanc itaque animam appellat essentia speciem tertiam, inter individua aeternaque, ac rursus diviua atque temporalia mediam. Quod autem ubi mundum denominat intellectualè, significare vellet intellectus angelicos, ex eo probatur, quod mundi corpore per vitam paratur ad intellectum: ergo quæ ad motum se habet ad vitam similiter ad intellectum. Itaque sicut non solum habet naturalè vitam in materia mundi racentem, sed vitam etiam animalem, id est animam ex se existentem: ita non modo habet intellectualè qualitatem infusam animæ, verum etiam intellectualè substantiam in seipsa manentem. Vbi que eorum qualitates certa ad certas substantias reducuntur, ut quemadmodum vitalis qualitas ad vitalem substantiam, ita intellectualis quoque qualitas ad intellectualem substantiam referatur. Componit autem annum quinque potissimum modis, Primum scilicet ex ipsis quinque rerum generibus, scilicet ex numeris. Tertio ex concentibus mixtissis. Quarto ex initiis figurarum. Quinto ex principis motionum, videlicet ut per se, & metaphysicorum mathematicorumque rationis, ita

cuncta cognoscat, scilicet essentias, numeros, concen-
 tus, figurâsque & motus, ut in quatuor anima diui-
 ni cognata est ex rerum generibus quae primò diui-
 nis insunt, dicit esse comp. sitam. Quatenus cognata
 est naturalibus, miscet eam figurâ & motibus. Qua-
 tenus autem inter utraque medium obtinet, nume-
 rosit eam concentibus rationibusque contemperat.
 Quinque verò illa, scilicet essentiam, idem alterum,
 statum, motum, genera rerum nominat: quòd ex illis
 prater primum omnia componantur. Essentia quidè
 manifestè significat rationem rei cuiusque formale,
 innuit quoque esse tanquam actum essentia proprium.
 Idem verò dicitur, quoniam quòdlibet, & secum in
 primis, & cum alio congruit. Rursus additur alterum,
 quia quandam tum intra se ipsum, tum ad alia
 differentiam habet. Prater ea status, quippe quoniam
 aliquandiu suam quandam retineat unitatem. De-
 nique motus hoc in loco exitum quandam ex poten-
 tia in actum: siue essendo, siue quomodolibet intrin-
 secus extrinsecusve agendo significat. At super hæc
 quinque genera ponuntur tria, terminus, infinitudo,
 mixtio. Super tria hæc ponitur ipsum unum. Essen-
 tia quidem diuinum ipsum unum sequitur. Idem
 verò statusque terminum. Sed alterum atque mo-
 tus, infinitudinem comitatur. Denique sicut ipsa
 mundi quatuor elementa per summum gradum loca-
 tuimus in caelestibus, per medium sub Luna, per infimum
 verò sub terra sic genera quinque summa quadam
 ratione ponimus in diuinis, media in anima, infima
 verò sub anima. In diuinis enim & unitas multitu-
 dinem, & terminus infinitudinem superat, & idem ex-
 cedit alterum, & status praeualet motioni. In rebus
 autem inferioribus omnino contrà fit: & quae ibi su-
 perabat, hic vixissim iam superantur. In anima po-
 t. sum. a qualis euadit singulorum ad singula sepe-
 ratis, ut non immerito hæc præcipit, ut rerum me-
 dians

diam, tamen musicū ratiōibus temperatam esse ve-
 lint. Congruunt anima mathematica: utraque enim
 inter diuina & naturalia media iudicantur. Con-
 gruunt musici numeri anima plio innum. Mobiles e-
 nim sunt, propterea que animam, qua est principium
 motionis, ratiō significant. Non solum verò per nume-
 ros, sed etiam per figuras describitur anima: ut per
 numeros quidem incorporea cogitetur, per figuras au-
 tem cognoscatur ad corpora naturaliter declinare.
 Conuenit triangulus anima. Quia sicut triangulus
 ab uno angulo in duos protenditur, sic anima ab in-
 diuidua diuināque substantia profluens in naturam
 corporis labitur penitus diuisibilem: ac si cum diuinis
 conferatur, diuisa videatur. Quia enim illa per unam
 & stabilem virtutem agunt, atque subito, hac per
 plures mutabilēsque vires actiōēsque per agit, ac tō-
 poris interuallu. Sin autem conferatur cum natura-
 libus, indiuisa censetur. Non enim alibi habet partes
 alias loco diuisas, ut illa, sed est in qua ibet totius
 parte tota: neque omnia mobiliter temporē, & persequi-
 tur, sicut illa, sed non nihil etiam subito consequitur:
 aternēque possidet. Licet in hoc si super animam cū
 triangulo comparare, quod triangulos prima figura
 est earum qua pluribus constantes lineas producun-
 tur in rectum. Anima similiter prima omnium in
 plures distribuitur vires, qua in ipsa intelligentia su-
 biguntur: ac produci videtur in rectum, dum à diu-
 nitate labitur in naturam. In quo quidem descensu
 ab intelligentia summa in tres profuit vires infe-
 riores, id est in descensum quendam rationalium, in
 sensum, in vegetandi virtutem. Quemadmodum &
 triangulus à signo productus in tres deducitur an-
 gulos. Dico autem animam ex omnium genere pri-
 mam, & ex pluribus quodammodo viribus commi-
 sceri, & in rectum, ut ita dixerim, cadere. Mens e-
 nim angelica super animā inferiorib. in se nihil

indiget viribus, sed pura mens est, totaque mens atque sufficiens. Item ad inferiora non vergit, sed in diuinitatem solam, unde est, circuli more conuertitur. Ideoque eius actio circulo comparatur. Vna enim actio est & aequalis: sicut ex vna & aequali linea circulus, & mira quadam viriusque capacitas. Praeterea circulus prima est & vltima figurarum. Prima quia vna circum contentus est linea. Vltima, quia figura ex pluribus lineis constituta, quo plures subeunt facies, eò propinquius paulatim ad circuli formam quasi finem videntur accedere. Similiter & intellectus omnium primus procreatur à Deo, & intellectu alii vultus, id est, absolutus ordo rerum vltimus omnium in speculo natura resulget, ad quæ naturalis forma quasi finem magis gradatim magisque accedunt. Sed de intellectu alias. Nunc ad animam reuertamur.

CVR ANIMA REI COMPOSITAE COMPARATUR: CVR
consonantia musica.

CAP. XXVIII.

TRia potissimum de Anima in praesentia quarimus. Primum Quamobrem: Plato animam figuris rei composita similem. Secundum, quam ob causam rei concordia quadam composita. Tertium, cur consonantia musica. Principio anima, si indissolubiter composita est, tamen tanta est multiplicitate composita, ut naturali quadam inclinatione ad ea vergat quae sunt omnino composita. Ideo è compositis, quibus cum naturali quadam non dico consonantia, sed affinitate consentit, quodammodo similia figuratur. Deinde quia media rerum est, merito & ex omnibus componitur, & concordat euncta deusit: ideoque eundem vel concordia, vel conuertitur
tempo.

composito comparatur: præsertim quoniam quæ in natura inter se pugnant, anima conciliat inuicem, cõciliata connectit, connexa conseruat. Itaque non inuaria concordia quadam substantiali, sine substantia maxime concors indissolubilisque anima iudicatur. At cum illa etiam omnia ceteris sensibus apprehenduntur sapissimè concorditer composita sint, quæ rebarur te tio, cur Plato concordia potissimum musica similem expresserit animã. Respondetur ad hæc: Musicam consonantiam in elemento fieri omnium medio, perç, motum, & huc quidem orbicularem ad aures peruenire non mirum sit eam anima conuenire, tum media rerum, tum motionis principio in circuitum reuolubili. Adde quòd concentus potissimum inter illa quæ sentuntur quasi animatus effectum sensu, umque cogitationem anima, siue canentis, siue sonantis perfert in animos audientes: ideoque in primis cum animo conuenit, præterea quæ ad visum quidem spectant, & si pura quodammodo sunt, tamen absque motu inefficacia. & per imaginem solam absque rei natura sapius apprehenduntur: ideo parum admodum mouere animos solent. Quæ uerò ad olfactum, gustum, tactum, quasi ualde materialia potius instrumenta sensuum titillant, quam animi intima penetrent. Concentus autem per aerem naturam in metu positam inuolat corpus: per purificationem aerem concitat spiritum aerem animæ corporisque nodum: per affectum, efficit sensum simul & animum: per significationem, agit in mentem: denique per ipsam subtili aeri motum penetrat reuolubili: per contemplationem lambit suauiter: per conformem qualitatem mira quadam voluptate perfundit, per naturam, tam spiritalem quam materialem totum simul rapit & sibi uendicat hominem. Et præsertim si quis tanta Musarum arte diligentiaque concentus offerret auditui, quanta

natura arsisue cura vel saporibus gustui, vel mel-
 lia tactui offeruntur, proculdubio cognoscimus
 Apollinem multo magis animum rapere melodia,
 quam vel Bacchus vino gustum, vel Venus pri-
 ritu tactum soleat occupare. Accidit ad haec,
 quod ubi Plato mundi fabricam inducit loquentem,
 tum secum ipse ratiocinando, tum ad reliqua im-
 perando, eloquium ipsam quasi Apollineum can-
 tum apprimè musicum originem mundani tam a-
 nimi quam corporis esse putat, & animam inde
 natam musica similiter ratione citharam pulsa-
 re caelestem. Et profectò quod in caelesti melodia
 est iuris ex tardiori motu grauis tonus, tum ex motu
 velociori tonus acutus idem sub caelo est grauitas,
 & leuitas: item frigus & calor, rursus humor sic-
 cita, &que elementorum. Idem in generatione re-
 rum, materia est & forma. Idem in humani in-
 genii, mansuetudo & magnanimitas, temperan-
 tia atque fortitudo. Et quemadmodum ex graui
 acutaque voce, sic ex geminis curclis, quae nar-
 rantur naturis, vbiq; fit vnum. Cum igitur con-
 sonantia, musica quasi vna sit, & rationali &
 efficax, item vtpote quàm similima, animo quàm
 gratissima, rursus totum sibi hominem vendicat &
 quod manus est per ipsam factus sit animus, facta
 sint omnia, per ipsam conferuentur, per ipsam &
 moueantur, haud ab re Plato nosse animam esse
 citharicem seruatricem, motricem omnium naturalium
 musicis praecipuè numeris rationibusque descri-
 psit, numeris inquam non mathematicis acci-
 dentibus, ut quidam calumniantur, sed idea-
 libus numerorum metaphysicis que rationibus con-
 stitutam.

PROPOSITIONES, ET PRO-
PORTIONES AD MUSICAM
Pythagoricam & Platoniam
pertinentes.

CAP. XXIX.

Plithogonum, id est sonum melodij aptum vocato-
quo & grauiorem & acutorem facile quis edere
possit, ut neque tam profundus remissusq; sit, ut sit si-
letio similis, neque tam altus & intentus, ut perire
pat. Grauem sonum motu remisso & tardo, acutum
intentore & velociore creari putant. Quomodo
verò remissus admodum, & tardissimus me-
tus ad quietem quasi videtur accedere, sic sonus
grauissimus ad silentium. Rursus sicut vehemen-
tissimus, celerrimusque motus ad violentiam, sic ad
effensionem sonitus acutissimus. Interualla verò sono-
rum appellant certos excessus inter eos in acumine
grauitateque mutuos. Compositiones autem congru-
entium sonorum ex opportuni proportionibus consonan-
tium coniunctione. Coaptationes quoque fidium in
musici instrumentu siue in unico tetrachordo, quale
& inuenit Mercurius, & Orpheus confirmauit, siue
in duobus tetrachordis per cordas septem vna con-
iunctu, qualia Terpander dicitur effecisse, siue in
geminu tetrachordis per chordas octo d. sposis at-
que disunctis quoru Lycanem Samium fuisse esse-
runt autorem, siue in tetrachordis qua uor coniunctu,
atque ex fidibus quindecim Graecorum: tandem
omnium approbatione constantibus in his omnibus
tetrachordis gradatim diatessaron resonat consonan-
tia. Lam verò post sonorum interuallorum, compo-
sitionum mentione ad proportionem, ex quibus fiunt co-
sonantia, procedamus. Proportionem aequalitatis no-
minant, quae si inter terminos omnino inter se pares
& aequali, ut inter unum hoc, atque unum illud, &

cubitum atque cubitum. Inæqualitatu autem qua inter impares vel inæquales, ut inter unum atque duo, & cubitum atque bicubitum. Et hæc quidem altera maiori inæqualitatu, ut dupla: altera verò minoru, ut subdupla. Præterea proportionem inæqualitatu triplicem in præsentia considerare debemus. Primam quidem, quã multiplicem nominant, ut duplam, triplicem, quadruplam: qua per maiorem numerum non dividit minorem, sed resumit multiplici atque totum, siue bi, siue ter, atque ita per modum numeri infinite multiplicabili infinite procedit. Secundam verò, quam superparticularem nuncupant, in qua maior numerus præter id quoddam minorem comprehendit semel totum, dividit ipsam deinde partemque divisam superponit toti, sed partem quã vocamus aliquotam, id est, ex qua aliquoties replicata fit totum. Harum prima est sesquialtera, inter binarium & ternarium. Ternarius enim binarium comprehendens, addit insuper unitatem, qua bi resumpta binarium efficit. Secunda sesquitercia, inter quatuor atque tria, atque ita in infinitum per modum continui divisibili infinite proceditur. Tertia est superparties, qua toti super addit partem, qua aliquoties accepta totum proprie creare non valeat: qualis est inter quinarium & ternarium. Nam quinarium vel a ternarium adiungit binarium, qui & semel sumptus non implet ternarium, & bi acceptus excedit. Proportio hæc quia totum dividit in partem restitutionem totius inceptam, inepta videtur ad consonantiam in qua omnia divisio in totam, & multiplicatio in unum necessario restituitur. Secunda verò apta censetur, quoniam & si dividit, tamen ab ipsa restitutione facilitate non errat, & in ipsa terminis esse inuicem commensurabiles iudicatur. Differentia enim inter duo atque tria est unitas: hæc verò communi est variisq; mensura. Accepta enim bi, metitur binarium: ter accepta

plusternarium. Sed inter quinarium & ternarium
 differentia est binarius: hic autem non potest aliquo-
 ties acceptus vel ternarium, vel quinarium ullo pa-
 cto metiri. Proportio vero prima concentibus accom-
 modatissima est. Non .n. diuidit, sed & multipli-
 cando restituit, & restituendo multiplicat. Neque
 quarit aliunde mensuram, ut superparticularis, sed
 minor terminus maiorem metitur, in dupla bis, in
 tripla ter replicatus. Neque ab integritate, neque à
 simplicitate cadit. Superparticulari autem ab inte-
 gritate quidem labitur: diuidit .n. sed seruat simpli-
 citatem, per unam .n. quandã diuidit partem. Su-
 perpartienti vero non modo amittit integritatem, sed
 etiam simplicitatem, ubi plures commiscet partes, in
 unũ quiddã restitutioni totius ineptum. Idcirco hæc à
 consonantia dissonat, dua vero superiores consonant,
 magis autem multiplex, maxime dupla. Nempe in
 hac non videtur aliud propè aliud superare, sed su-
 perari quodlibet à seipso. Nam in dupla binarius se-
 perat unum uno. Quaternarius binarium binario
 similiterque deinceps. Adde quod prima est inter
 primos numerorum terminos, unitatem sc. binariũq;
 progenita. Progenita inquam sola, absq; aliarũ com-
 mercis, quasi libera, & ab omnibus absoluta. Tripla
 vero, dum inter unum oritur atque tria, sociam ha-
 bet sesquiterciam simul inter duo triãque nascentem.
 Quadrupla quoque videtur sesquitercia com-
 misceri. Nã cum primum quadrupla nascitur qua-
 tuor inter & unum, oritur simul & sesquitercia
 quatuor inter & tria. Item dupla proximè oritur ab
 ipsa aequalitate proportionis, ab hac tripla & sesqui-
 altera. Item à tripla quadrupla & sesquitercia na-
 scitur, aliãq; similiter. Quod quidem nisi proxi-
 mitatem vereretur, perspicue demonstrarẽ. Ad duplam
 igitur tanquam ad principium atque finem omnes
 alia rediguntur, tamque vel diuidunt, vel mul-

triplicant. Dupla enim prima, & integra simplex, aliis-
 dita & aequalissima est, ut non mirum sit consonan-
 tiam ex hac ipsa nascentem, esse omnium perfectissi-
 ma, & appellari Diapason, quia & ipsa per omnia
 protendatur, & omnes proportionales reduatur ad ip-
 sam. Verum antequam consonantiam persequari admo-
 nendi sumus, quae Graeci Logon nominant, nos ratione
 proportionemque nominare, & quam illi Analogiam
 rationis comparationem sine similitudine rationis &
 proportionalitatem rursus, appellat ore verè iam ele-
 ganti quae propria. Et proportionem quidem inter
 duos fieri terminos, & quando ritè sit, conducentem vi-
 delicet ad melodiam, definiunt mutua duarum qua-
 titatum inter se commensurabilium habitudinem, ut
 dupla inter unum atque duo, & sesquialtera in-
 ter duo atque tria similesque deinceps Proportiona-
 litatem verò definiunt mutua duarum proportionum
 comparationem. Cui quando dicimus quemadmo-
 dum se habent duo ad quatuor, ita quatuor se ha-
 bent ad octo per rationem videlicet triob, quae du-
 plam. Quae quidem comparatio, quia inter tres sit
 terminos, continua nominatur. Discreta verò est,
 quoties inter plures efficitur, cui quando ita conferri-
 mus: Sicut duo ad quatuor, ita octo ad sexdecim sese
 habent. Item comparationem eiusmodi esse triplicem,
 scilicet arithmeticeam geometricam & harmonicam.
 Arithmeticeam in numeri paritate consistere. Sic
 inter tria & septem medius est quinarium, nam 10
 eodem, scilicet binario alterum terminum superans,
 ab altero superatus, per proportionem utrinque
 bipartientem. Geometricam verò in ratione a-
 qualitate sitam esse, in qua sunt multiplex atque su-
 perparticularis: quando videlicet ita compara-
 mus: sicut se habent tria ad novem, ita novem
 ad septem atque viginti, nam 14 est tripla. Item
 quod est nonenarius iuxta senarium, idè est senar ut
iuxta

iuxta quaternarium. Nam & hęc, & ibi est pro-
 portio sesquialtera. Denique proportionem harmoni-
 cam in quadam similitudine collocant, per quam tri-
 bus terminis in ordinem positis, sicut maximus ter-
 minus aspiciat minimū similiter differentia inter ter-
 minos maior minorē respicit differentiā. Si enim po-
 nis tria, quatuor, sex, differentiā inter sex & quatuor
 est binarius: differentiā inter quatuor & tria, unitas.
 sicut autē inter sex & tria dupla ratio est, ita inter
 duo & unū est ratio dupla. Viget hęc altera quoq; si-
 militudo, scilicet portionum: Simili namq; extrema in
 portione medius terminus excedit atque excoditur.
 Quaternarius enim superatur à senario per tertiam
 senarij partem: superat quoque ternariū tertia terna-
 rij parte. In hac utique artificium versatur harmoni-
 cum, quod proportionēs quidē superpartientes quasi
 disgregatas dissonāsq; deunitat, multiplices autem
 & superparticulares admittit, componens duplas
 ex sesquialtera atque sesquitertia, per harmonicam
 qualem diximus rationem concordie varietate gau-
 dentem. Amat verò, quemadmodum dicebamus, cō-
 parationes multiplices, necnon superparticulares, ea
 in super ratione, quod in his tanta est ad idem resti-
 tuendum proclivitas, ut quando plures rationis eius-
 dem inuicem componuntur, medium in se dicimus
 tantundem multiplicet, quantum extrema si inui-
 cem perducantur. Pone duo, quatuor, octo: sicut autē
 his octo, sic & quater quatuor, sexdecim procreant.
 Item pone, quatuor, sex, nouem: sicut ergo quater
 nouem, sic etiam sexies sex multiplicat sex atque
 triginta. Similiter si duo inter extrema media intr-
 ueris puta inter duo atque sexdecim posueris qua-
 tuor atque octo. Omnes enim hi deinceps numeri du-
 pla proximum ratione conspiciunt. Si ergo duo in
 sexdecim ducas, tantundem reportabis, ac si quatuor
 in octo perduxeris. Idem contingit in ceteris tam

super particularibus quàm multiplicibus. In superpartientibus autem non fit idem. Dispone tria, quinque septem. sicut à septenario ad quinarium est habitudo superbipartiens. sic à quinario ad ternarium. Etrobique enim duæ quædã partes toti insuper apponuntur. si duas ternariũ in septenariũ, non eundem numerũ procreabis, ac si quinariũ in seipsum. Primo itaque gradu sunt multiplices: quoniã præter id quod modo dicebamus, per e. u. numeri omnes respiciunt etiam unitatẽ, dum aspiciunt numeros. Secundo gradu superparticulares: quia cisi unitatẽ ipsam nõ spectant, semper tamen vnã quandã spectant partẽ ad integrum vnum accommodatam. Tertio superpartientes: quia horum neutrum videntur aspicere. Quã obrem hanc odit habitudinem facultas harmonica, tanquam concordia reluctantem. Optat enim, vel ex ipsa æqualitatis proportionẽ vninocẽ vnisonũq; cõficere: vel ex rationali, id est multiplici & superparticulari inæqualitatis proportionẽ, æquino: vni æquisonũque consistere. Talem verò æquisonum constat ex dupla, qualis vnisono sit quàm proximus: quia in dupla & minor terminus maior em metitur, metiendõque adæquat: & maior vbi minorem superat, non alio numero quàm ipsomet minore, vt ita dixerim, exsuperare videtur.

QVOD IN MVSICIS CONSONANTIIS VNVM EX VLTIS EFFICITUR, PER QUOD CONSONANTIA DEFINITUR.

CAP. XXX.

Quemadmodum medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam ratione commiscunt, per quam in vnã nouãque formã plures atque diuersæ materiae coeant, & vltra vim elementalem,

virtutem quoque cœlestem mirificè nanciscantur, quod in Mithridatis confectione, & Andromachi iberiaca est manifestum: similiter artificiosissimè Musici grauisimas voces quasi materias frigidas, voces itè acutissimas quasi calidas, rursus mediocriter graues vt humiditas mediocriter, & acutas vt siccitas, tanta ratione cōtemperant, vt vna quaedã forma fiat ex pluribus, quæ ultra vocalem virtutem consequatur insuper & cœlestem. Quod quidem ex eo quod Democritus Theophrastusq; aiunt, & Pythagoras effectū probauit, euidenter apparet, nam certis concentibus morbi quidã tam corporis quàm animi mirabiliter curari dicuntur, vt non mirũ sit veteres sapientes in idẽ, id est, Apollineũ numerum, tam medicinæ quàm musicæ originẽ retulisse. Vtraq; enim medicina est. Sed altera quidẽ ex corpore animã, altera verò ex anima curat corpus. Accomodatissimè etiã Apollinis melodiæ fonti vaticinij tribuerunt. Sola enim melodiæ ab omnibus quotcunq; distrahunt animum retrahens, contrahit in seipsum in auditũ quendam, vt ita loquar, interiorẽ: quo non voces solũ, sed & rationes vocum præcipiuntur: sedatisq; perturbationibus cœlesti contemperat harmonia, diuinaq; calidus effundit oracula. Sed nequis forsã neget ex acuta grauique voce tertiam fieri communemque vocalem formam, cogitandũ est, graues voces acutis perfectius commisceri posse, quàm succis succi permisceri dicantur. Primum, quia vocales materia ob subtilitatem suam continuumque motum, vniiformemque incunctis corporis aeris qualitatem, facilius consummatũque quàm succi & crassi, & ad motum inepiores, & qualitibus admodũ discrepantes, consistunt in vnũ, quod si in vnum, ergo ad vnã nouãque formam aptius parantur concipiendam. Deinde quoniam instrumentum vocis naturale, intrinsecum, virtuti vitali: rationali quàm proximum atque

obedientissimum, facilius perfectiusque arti obtemperat musica, ad vnam ipsum quò spectat, conficiendam, quàm extrinseca medicis instrumenta: atq; etiã si pulsatur cithara digitis, fidelius obsequentur musici voto fides, quàm medicis herba. Ac si in herbarã congestam molem vltra industriam & operã medicorum agit deinde natura, & tẽpore quidẽ certo, multo magis in vocalem materiam tractabilem admodum & formabilem agit natura subito: natura inquam, vbique viuens viridũsq. munita cœlestibus in materiam calo similiorem & quasi vinam: cui quidẽ repente nũquam, viũam, mirificam adhibet formam, per quã occulta virtute vires suas in corpus experitur, & animum. Per vnde quemadmodum in corpore elementis quatuor naturaliter constituto, qualitates elementorũ quatuor, vnam, & vt quidam nominant quintam conficiunt complexionem, videlicet subiectã virtuti specialis occultis modis cœlitus pronuntia: sic & voces plures rite cõmixta vnum quendã inuicem resonant rebeatum virtutis nouæ atq. mirabilis fundamentũ. Nam si ex sonante e tharam similiter temperatam resonat repente nonnulli: & ex chorda vibrata, statim in chordam æquẽ tantam transit vibratio similis: cuius dubium sit ex pluribus vocibus vna quadam ratione conflatis, vnam subito nasci quasi formam communem cunctis, per quam plures sint vnum: idẽque vt vnum percipiuntur à sensu, & in vnum quendam congregiantur effusum. Constat enim idem ex voluptate sensus, in quo cum vna forma, sit ex multis, oblectatio plena prouenit ex vna similiter forma, quæ congruè conficiatur ex multis. Hinc fit vt audire diutius vnisonum tædeat, in quo sine vlla inæqualitate sentiatur æqualitas. Fit in super, vt dissonus offendat sonus, in quo in vnum differentia non conspirant, idẽque multa perspicuè discernuntur à sensu, & ab ipso quasi gustantur, vt multo

multa Gustantur inquam, quia sic fermè ad vocem,
 ut gustus ad saporum afficitur mixtionem. Hinc pro-
 pheticum illud: Dulciora melle ori meo eloquia
 tua domine. Denique sine graues soni acutos absor-
 beant sine acuti graues occupent non prouenit, de-
 clatio, & tamen unio quædam ubique requiritur.
 Quum verò unio, vel ex absorbente, vel ex occupante
 non placeat, reliquum est ut sola placeat, quæ noua
 & efficax ex moderata quadam conflatione resultat.
 Hinc igitur consuetudine definitur, soni grauis & acu-
 ti mixtura uniformiter ad aures suauiterque acce-
 dens. Est autem mixtura hæc ei similis, quæ in sapo-
 ribus gustui satisfacit: in quibus sapor dulcis nimium
 atque pinguis, voci remissiori admodum grauioriq; si-
 milis indicatur: sapor autem acutissimus, acutissimæ.
 Sed dulcis sapor acrimonia mixtus, vocem refert mo-
 deratè grauem. Mixtus verò salsedini, vel acumini, me-
 diocriter acutam representare videtur. Ac tum demum
 permixtio multiplex implet sensum, quum non discer-
 nitur ut multiformis, sed seipsam insinuat uniformem.
 Tradunt Physici sonuum in orbiculari figurâ mul-
 tis gradatim amplificatam circulis ad aures perue-
 nire, non aliter quam qui in stagno ex iactu lapidis
 ab alto circuli multiplicentur ad litus. Concentrum
 verò ex grauibus acutisq; conflatum, velut unam for-
 mam, & hanc rotundam quidem: sed ovalem illi au-
 ribus arbitratur. In qua quidem claua vox quasi per
 acutiorem verticem, vocis primæ latitudinem sibi con-
 tinuans, ex seipsa atque prima unam iam constat vo-
 cem: atque sicut oculus ovalem rotunditatem tanquam
 unam videt figuram, quamuis hinc latam magis, inde
 minus: sic auditus vocem ex graui octaua que resul-
 tantem haurit tanquam unam, ab amplo quodam pro-
 fundo quasi in acutam sublimitatem oui instar gra-
 datim sese ac suauiter attollentem. Hinc fieri arbi-
 tratur, ut, & natura eiusmodi quasi figuram au-

diendi instrumento tribuerit similemque instrumen-
to loquendi, & ars praeterea similem quoad fieri po-
tuit musicis instrumentis. Ea certe consonantiora
sunt, quae ovali figurae propinquiora.

QVAE CONSONANTIAE

EX QVIBVS PROPOR-
TIONIBUS ORNANTUR.

CAP. XXXI.

Pythagoram ferunt, quum apud ararios fabros
P adnotauisset ex malleorum ictibus consonantiã
lege ponderum prouenire collegisse numeros, quibus
sibi consentiens diuersitas ponderum continebatur.
deinde tetendisse nervos tam variis ponderibus alli-
gatis, quam varia in malleis fuisse didicerat: atque
hinc manifestò considerasse, ex nervo qui super a-
liũ se squioctaua ratione protendebatur, aduersus aliũ
discerni tonum, id est plenum integrũque sonũ, qua-
lis erat nouem ad octo proportio. Neque potuisse to-
num in duo hemitonium inter se aequalia distribuere,
quando neque nouenarius in partes duas secariatur
aqualis: sed inuenisse hemitonium alterum quidẽ es-
se paulo maius dimidio, alterũ verò paulo dimidio,
minus quod ille Dicesim, Plato Limma vocauit. Quã-
tum verò deficiat hemitonium minus ab integro to-
no, & à vero hemitonio, Plato in intervallo horum
indicat numerorum, scilicet inter ducenta quadra-
ginta tria, atque ducenta quinquaginta sex. Quũ enim
octaua pars minoris illius numeri sit triginta, & pro-
pò se minus hinc verò maior numerus super minorem il-
luos addat ducenta at tredecim, neque tonum reddit,
neque integrũ hemitonium. Animaduertit deinde Py-
thagoras ut gram plenamque toni, ut ita dixerim,
latitudinem duobus sonis & vno intervallo consistare:
atque ita prima consonantiae adeptus est elementa.

Quarum prima diapason extitit, ex prima videlicet proportionē, id est dupla resultans, ubi scilicet chorda hæc super illā ex duplo pondero, duplo magis tēta, dū pulsarentur amba, duplo vehementius citiusq; in suam sese recipiens rectitudinē, vocem longē acutiorē vicissim longē grauiori reddebat, adeo tamen amicā, vt quasi vnici appareret sonus sese hinc angustior, inde amplior. Sonum hunc ubi occurrebat acutior, modulando metitum est in octauo altitudinis gradu à graui, connumerato videlicet graui, esse locatum: item octo quidem sonis interuallis septem, tonis autem sex ferme constare. Præterea ubi inter fides ratio intentionis remissionisque sesquitertia erat, inuenit consonantiam diatessaron, tonos quidem duos, & hemitonium minus, sonos autem quatuor, & interualla tria cōprehendentem: in sesquialtera verò reperit diapente, & in hac tonos tres, & hemitonium minus, sonos verò quinque & quatuor interualla percepit. Animaduertit deinde diapason ex diatessaron & diapente cōponi: quia ratio dupla quæ signat diapason ubi habet mediū, ex sesquitertia & sesquialtera, ex quibus illæ fiunt, cōstituitur. Prima enim dupla mediū habens duorum est ad quatuor, cōposita ex sesquialtera inter tria atque duo, & ex sesquitertia inter quatuor atque tria. Sed in habitudine tripla diapason diapente considerauit, habentē sonos quidem duodecim, sed vndecim interualla. Nam diapason quidē in dupla diapente verò in sesquialtera sedem habet. At sesquialtera duplę continuata efficit triplā. Sex enim aduersus tria dupla est. Adde nouem, vnde ad sex nascitur sesquialtera, statim triplam à nouē habebis ad tria. Neque tamen fit tripla, si duplę adieceris sesquitertia, vt pote si illi scenario adiunxeris octonarium: deest enim sesquioctaua, scilicet nouem ad octo. Et quoniam sesquitertia duplę addita, fit superpartiens vti octo ad tria, est etiam hic habitudo dupla super-

bipartiens per bissefquitertia: ideo Pythagorae pro-
 hibuit ultra duplā, id est diapason repente continua-
 re per sefquitertia diatessaron: quamvis Ptolemaeus
 alicubi subiunctionem hanc admittat. Commodè ve-
 rò adiungitur sefquitertia triplā. Hinc enim fit pro-
 portio quadrupla, & per quadruplā cōsonantia dis-
 diapason, habēs sonos quindecim & quatuordecim in-
 tervalla: puta si posita tripla inter novem atq; tria,
 sub ū xris duodenarium, qui est aduersus nonum narium
 sefquitercius, acquires subito quadruplā ex duodecim
 ad tria nascentē. Ultra verò quadruplā progredi ve-
 tat gratia melodiae, non solum quia ea vehementiori
 motu fractionēq; in seorsum provenit violentia sed et-
 tiam quia cūm primum ultra primā quadruplā quin-
 cupla nascitur inter quinque atque quatuor oritur si-
 mul superbipartiens inter quinque atque tria, quae
 dissonantiam intermiscet. Sed ut citra quadruplam
 redeamus, vetat etiam vitandi corporis gratia infra
 sefquiterciam saepe descendere. Vetat sefquitercias
 saepe duas continuare, tum quia alioquin displicent,
 tum quia non implent duplam atque dia-
 pason. Si disponas novem, duodecim, sexdecim
 sefquitercias quidem duas habes, duplam verò
 nequaquam: deest enim sefquioctava, scilicet de-
 cem & octo ad sexdecim. ut dupla à decem & o-
 cto nascatur ad novem. Neque libenter geminas con-
 tinuat sefquialteras, haec namque continua duplam
 superant sefquioctava. Quod quidem si quatuor, sex,
 novem descripseris, deprahendere poteris. Hic enim
 duae sunt proxima sefquialtera à quatuor usque ad
 novem. Nouenarius autem octonarium, qui duplus
 est ad quatuor, sefquioctava superat portione. Ex
 hoc verò apparet potentiam sefquialtera dupla dimi-
 dio esse maiorem. Ex quo etiam patet potentiam sef-
 quitercia tantundem dimidio esse minorem: quan-
 doquidem ex ambabus dupla creatur. Superatur
 quidem

quidam sesquitercia à sesquialtera per octauam vni-
 tam portionem. Ab octo enim ad sex habes sesqui-
 tertiam, si d. à nouem ad sex habes sesquialteram.
 At verò à nouem ad octo sesquioctauam: & hac
 ipsa sesquioctaua parte comprehendis sesquiterciam
 à sesquialtera superari Meminisse verò oportet dia-
 tessaron, id est comparationem sonorum quatuor ad
 quartam altitudinem ascendentium per se quidem
 auditam non approbari, recipi tamen ex eo liben-
 ter, qui facile tono addito fit diapente gratissima
 vocis quinte concordia, item quia si cum diapente
 connectitur, diapason conficit omnium perfectissi-
 mam. Neque verò turbare quenquam debet, quod
 cum dixerimus diatessaron quidem quatuor, diapen-
 te verò quinque sonos habere, tamen diapason ex v-
 trisque compositam sonos non plures dicamus habe-
 re quàm octo Nam vbi de compositis agimus con-
 sonantiis, ita in quatrichordis inuicem coniugatis
 fides ipsas disponimus, sonosque continuamus, vt
 vltimus primæ consonantiæ sonus, sit primus secun-
 dæ in ipsa compositione sequenti. Hinc ergo res ad-
 monet, vt ad septichordum Terpandri regrediamur,
 in quo quarta chorda bis pulsatur, vt quodam modo
 euadat octochordum. Quam quidem coniugationem
 propterea secutus, vt arbitror, est Terpander, quia
 multiplicatio vocum manifestè inter se discrepan-
 tium ad sonum vsque septimum augetur. Octauus au-
 tem iam mira quadam similitudine redit ad primū:
 quemadmodum & ratio dupla per quam creatur re-
 situit minorem, quem superat numerum, dum eun-
 dem excidit eodem Nonus reuertitur ad secundum,
 & dissonat vt secundus. Decimas ad tertium, &
 consonat sicut tertius. Undecimus ad quartum. Duo
 decimus ad quintum. Ad sextum tertiusdecimus.
 Sed quartusdecimus redit ad septimum. Demique
 quintusdecimus ad octauum, & cum octauo simul

ad primum. Primum virò grauiſſimūque sonus Hypaten nominant: Sequentem, Parypatem: Tertium, Lychanon: Quartum, Mefen: Quintum, Paramenſem aut Triten: Sextum, Parantem: Septimum ſonum virò, Neten. Præterea ſi in qualitate motūque diurno comparatio fiat, Hypaten cum Saturno ſequentēſque ſequentibus planetis ordine conferemus. Sin autem in motu diurno eiuſque celeritate vel tarditate, viciffim Hypaten cum Luna, ſequentēſque deinceps cum planetis ſuperioribus comparabimus. Inueniemuſque graues in cœlio ſonos mixtos acutis eorūdemque orbis altero quidem motu acutum tonum edere, altero virò grauem. Item ex ingentibus globis ingentes, ex diuinis diuinos, & multiplicibus reuolutionibus pari ratione multiplices. Et quemadmodum ultra ſeptimum ſonum reuolutio fit in idem, ſic ſuper planetarum ſeptem diſtinctos orbis, omnia reuolui in vnum orbem, in ſeipſo eiufmodi ſeptenarium mirabiliter complacentem. Sed de his aliis. Redeamus ad conſonantias, eaſque iam ſine quodam proprio concludamus. Hæ quidem tres apud veteres numerantur. Prima Diatonica, in qua quodlibet quadrichordum per hemitonium minus procedit, & tonum atque tonum: quantum ſapientes alij tum Plato vel maxime ante alias comprobant, tanquam maxime omnium naturalem: quandoquidem ab hemitonio minore quaſi molli materia ritu natura procedit ad validiorem toni materiam, formamque habet ſimplicem, & manſuetam ſimul atque robuſtam. Adde quod poſſimum conuenit quadrichordo, in que Diatiffaron ex geminis tonis & hemitonio procreatur. Secunda conſonantia, Chromatica nuncupatur, qua per hemitonium minus atque hemitonium maius, & trihemitonium, diſcurrere conſuevit. ſed hæc ut pote molliorem philoſophi reprobant. Tertia nominatur Harmonica, progrediens per quartam ſeriem ſo-

ni partem, rursumque per quartam similem atque Di-
tatum. Hanc quoque non probant ob perceptionis &
usus superstitiosam difficultatem. Multa verò qua in
presentia ad eadem spectantia praetermittimus, in o-
ctavo. Epistolarum nostrarum libro diligentius per-
tractamus.

DE HARMONICA ANIMÆ

COMPOSITIONE.

CAP. XXXII.

DENS Animam mundi procreaturus, eam ex in-
dividua atque dividua conflavit essentia. Pri-
ma hæc apud Platonem divisio, in essentiam scilicet
& in indivisibilem proprietatem atque divisibilem, est
communissima. Nam quod individuum dicit, conti-
net in se quod neque secundum locum scatur in par-
tem extra partem, neque secundum tempus à priori
dissolvit in posterius. Per primum quidem appellatur
idem: per secundum status & stabile. Similiter quod
dividuum nuncupatur, in seipso complectitur, &
quod loco diffunditur, & quod tempore labitur.
Per primum quidem appellatur alterum: per se-
cundum motus & mobile: motus inquam in natu-
ralibus. Quapropter sub illa divisione quæ dicebat
animam ex essentia individua & dividua glomera-
ri, quinque rerum genera quodammodo continentur, essen-
tia, idem, alterum, status, motus. Plato verò brevitatis
gratia non replicat quinque, sed tria. Repetit enim
essentiam, idem, alterum, quasi sufficiant. Nam ad id-
em quidem sequitur status, ad alterum verò motus.
Atque vicissim ad statum sequitur idem, ad motum
similiter alterum. Inquit autem deum ex essentia, &
eodem, & altero unam conflavisse naturam tam ex-
acta cōmixtione, ut in essentia eius ubique idem in-
esset & alterum, atque vicissim in ipso eius eodem

inisset & alterum & essentia, rursus in ipso eius al-
 tero & essentia lateret & idem. Nam essentia per
 idem habet ut & secum ipsa aliisque congruat: per
 alterum, & quodammodo in se distinguitur, & mul-
 to magis à cæteris. Idem verò & alterum ambo
 ut existant ab essentia sortiuntur. Sed idem à seipso
 convenientiam possidet, ab altero differentiam. Ipsum
 verò alterum à se quidem differentiam, sed ab eodema
 congruitatem simul & ordinem. Horum verò congre-
 riam generum Plato conducere putat animæ ad res
 omnes tum iudicandas, tum etiam peragendas. Næm-
 pe, quoniam ex essentia constat, quid sit unumquodq;
 definit: quia ex eodem, cognoscit quid simplex, & si
 compositum, qua vnione coniunctum, & quomodo
 secum ipso aliisque consistat: quia ex altero, quid
 sit diuersitatis in quodlibet, & qua conditione vel
 in se digeratur, vel secernatur à cæteris: quoniam
 ex statu quale & quo pacto, quoduis in seipso per-
 mareat: quia ex motu constat, agnoscit à quali res
 quæque, & quali ratione dependeat, item qualia &
 quomodo faciat. Præterea per essentiam, dat esse re-
 bus: per idem, res sibi coniungit & aliis: per alterum
 verò, seiuungit: per statum in natura propria confir-
 mat & ordine: per motum mouet, & efficit ut mo-
 ueantur & agant. Quamobrem non immerito Pla-
 to in anima fabricanda, rerum omnium genera cer-
 ta quadam ratione commiscet. Mixta vero hæc in-
 uicem ait harmonica ratione, non arithmetica, alio-
 quin iniusta foret alicubi distributio: neque geometri-
 ca tantum proportione, alioquin tanta foret equali-
 tas in mixtura, ut cum extrema corporum diuersita-
 te proximè conspirare nõ possit. At harmonica ratio
 variorum similitudine constat, & dissimilia facit simi-
 lia, & inæqualia cõmuni quadã equalitate conne-
 ctit. Huiusmodi autẽ est anima, tum ad seipsam tũ ad
 corpora qualitas & officium. Siue enĩ agat secum

ipsa, tam intelligentia, ut ita loquar, identitati quam
 dam miscet alteritatem, quam rationis alteritati
 quamdam identitatem. Similiter in imaginatione fa-
 cit & sensu. Sive agat in corpore, in ordine quodam
 stabili quasi identitate producit motionis alteritatem:
 quod apparet in caelo, item sub caelo in ipsa generatio-
 nis alteritate per continuatum ordinem servat iden-
 titatem: & utrobique conseruat essentiam atque resta-
 tuit. Quamobrem deus animam mundi componens,
 videtur harmonica ratione, tum in verum generibus in-
 vicem commiscendis, tum in portionibus, ipsis, quas
 ab eis accipiebat ad animam componendam, tum in
 anima viribus ortum eius euestigio comitantibus,
 tum in mundi sphaeris animae congruentibus. Ta-
 lem verò mixturam animae conuenire. Plato non so-
 lum rationibus perscrutatus est, sed etiam coniectu-
 ris acceptis à mundo diligenter auspicatus. Cum en-
 nim mundi corpus & sub anima positum & eius gra-
 tia factum & ab ea reatum, motum & formatum con-
 templatetur, natura consentaneum iudicauit, ut à si-
 gura mundi velut imagine, formam quandam eius
 animae tanquam exemplar consideraremus. Quibus
 itaque proportionibus sphaeras mundi compositas,
 dispositas, agitas, suspiciebat, easdem sermè, id est
 harmonicis rationibus eius animam auguratus est es-
 se contemperatam: ut quemadmodum apud musicos
 à concentu artificiosa mentis proficit, & concentus
 in vocem, sic ab harmonia caelestis animae in man-
 dum transeat harmonia. Sed Platonem ipsum iam
 audiamus. Vnam principio accepit portionem ex v-
 niuerso. Secundam verò primae partis duplam. De-
 inde tertiam quae secunda quidem sesquialtera esset,
 primae verò tripla. Postea quartam, secunda du-
 plam. Quintam deinceps, tertia triplam. Sextam
 primae octupl. Postremo septim. quae partibus sex
 & viginti primam excederet. Haec ille. Consti-

tuamus ergo triangulum in cuius apice locata sit unitas, à qua terni utrinque numeri profluant, hinc pares, inde similiter impares: hac videlicet ratione, ut à parte altera post unitatem primum duo, deinde quatuor demum octo: altera ex parte sub unitate similiter primum tria, deinde novem, postremo septem à que viginti. Prima itaque portio quam accipit Deus ex ipso generum, ut ita loquar, fermento ad animi effringendam, est unitas. Secunda binarius, primæ duplus. Tertia verò ternarius, cuius ratio tripla est primæ. hoc est unitatis, sesquialtera verò secundæ, id est binarij. Quarta portio quaternarius, duplus secundæ, hoc est binarij. Quinta novenarius, cuius tripla ratio tertie, id est ternarij. Sexta octonarius, cuius octupla ad primam, id est unitatem proportio. Septima vigintiseptem ratio quidem ad novenarium tripla, unitatem verò excedens partibus sex atque viginti. In his utique numeris rationes omnes comprehendit harmonicas. Nam in sesquioctava inter novem & octo proportione, progeniit tonum. Musis novem obtemperantem, in sesquialtera inter tria & duo Diapente gratiam vocis quintæ Venerem. In sesquitercia inter quatuor atque tria Diatessaron Mercurialem vocis quartæ naturans, sese consonantiis accommodantem. In dupla inter duo & unum, item inter quatuor & duo, rursus inter octo & quatuor Diapason, id est uniuersam & absolutam octauæ vocis peperit melodiam Apollini dedicatam. In tripla inter tria & unum, item novem inter & tria, rursus vigintiseptem atque novem, Diapason Diapente, id est octauæ simul & quintæ Iouialem composuit symphoniam. In quadrupla inter quatuor & unum, & octo atque duo symphoniam contexuit, Disdiapason, iterum per sonos quindecim Apollini conuenientem. Venusatena verò, in vocis tertie,

prima-

principiis inferuit Diatessaron, tum vocis sextæ, si-
 nib. subnexuit Diapente: ut delicatiori vocis utriusque
 mollitie, hinc quidem secunda vocis, inde
 verò septimæ asperitas leniretur. Ita enim ter-
 tia vox, & sexta sunt mollitie similes, sicuti se-
 cunda cadens à prima, iterum septima degenerans
 ab octava, sunt asperitate persimiles. Principiò xbi
 idem aut accepisse pervenit septem, mysterium teti-
 git, tum in musica, tum etiam in natura. In musi-
 ca quidem: quoniam ad septimum usque gradum omnis
 vocum progreditur discrepantia: postquam fit ad ean-
 dem revolutio. In natura verò, tum quia multa per
 septenarium in naturalibus transiguntur, qua de re
 ceteri Platonici satis multa dixerunt, tum quia se-
 ptenarius unitatem habet, ut copulam gemine tri-
 nitatis: atque ex his geminis & seipsa rursus
 explicat trinitatem. Eiusmodi verò est univesi simi-
 litudo. Quod quidem in tria principiò distribuitur.
 Unde Plato hic ternarium commendavit. Distri-
 buitur inquam in æterna & temporalia, horum-
 que media. Æterna sub trinitatis proprietate pos-
 sident in essentia quidem simplicitatem, in virtute ve-
 rò stabilitatem, in actione reflexionem. Temporalia
 vicissim in trina dimensione compositionem ha-
 bent essentiae, iterum virtutis mobilitatem, actio-
 nis denique transitum. Inter has verò trinitates æ-
 ternorum atque temporalium, anima medium obti-
 nens gradum efficit septimum. Efficit quoque novens,
 hic etiam à Platone laudatum. Nonam inquam, quo-
 niam ipsa tres habet vultus. Nam & ad seipsam, &
 ad superiora, inferioræque convertitur. Imat hic au-
 tequam revertatur ad septenarium porum per adhuc
 ternarium una cum novenario commendare. Trini-
 tatis numerorum prima principium & medium, fi-
 nemque rerum continere videtur, atque sola inter nu-
 meros ratione quadam individua continere. Siquidem sim-

gula hae singulis significat. Vnitatibus prae terea fine causas rerum percurrere libeat, triplicem in causis inueniens proprietatem. Sunt enim causae in sipsis, efficiunt effectus, & factos reducendo perficiunt. Siue ad effectus descendas considerandos, apprehendes similiter trinitatem. Nam & effectus sunt in causis procedunt ab illis, conuertuntur ad illas. Siue ad animam te contuleris quae sublimes causas cum infimis connectit effectibus, aspicias eam in seipsa manentem & declinantem ad effectus, & ad causas ascendentem. Atqui haec anima triplici septenario regit mundum. Primo quidem occultis quibusdam septem viribus planetarum infirmamento per causas dominantium. Secundo septem planetarum formis, in globis septem firmamento subiectis. Tertio septem muneribus planetarum generationem sub Luna regentibus. Quippe eum sub Luna viuificum quidem lumen Soli, calor autem vrens Marti subiciatur: in terra superficies varia Mercurio, moles autem tota Saturno. At in mediis regnat humor, & acrius quidem obtemporat Ioni, Aqueus vero Lunae, Mixtus denique Veneri. Item agentes causa sequuntur Solem, Materiam Lunam, Fertilitas ea Saturno agent: non Iouem: Materialium fertilitas Venerem. Ex pedito ad effectum velox Martem atque Mercurium illum quidem propter vehementiam, hunc autem ob ipsam dexteritatem multi formaeque virtutem. Cuncta uero continuo permanens Saturno potissimum dicitur. Caterum hic per tres septenarios ordo progreditur a septenario, qui secundum tres animae mundanae vires distribuuntur. In hac enim intelligentia est circulus stabilis. Circulus quidem, quia illuc unde est, reflectitur. Stabilis, quia subito. Sub intelligentia quasi sub firmamento tres sunt vires, scilicet aet ratio vniuersalis, imaginatio, vegetatio. In ratione

tione sunt tres circuli quodam modo mobiles atq; tem-
 porales. Primus ab anima ad causam amandam, at-
 que vicissim, naturali quodam instinctu clam ita fe-
 rento. Secundus à rerum causis ad effectus considerā-
 dos, atque conuerso Tertius à formis Ideisq; magis v-
 niuersalibus ad minus vniuersales decursus vicissim
 que recursus in reliquis duabus anima viribus om-
 nino sunt circuli quatuor similiter temporales, in v-
 traque vini. Primus ad causam suam reflectio natu-
 ralu. Secundus ab eisdem formis ad easdē certa que-
 dam intervallis certis & perpetua reuolutio per quā
 & in calo configurationum, & sub calo transforma-
 tionum temporalis & certa reuolutio prouenit. Itaq;
 circuitus generationis necessario cœli circuitum se-
 quitur hic verò circuitū anima. Reuolutio anima or-
 bem intelligentie comitatur. Motus quidem anima,
 si ab intelligentia penitus deseratur, statim tam in-
 percipiendo quā in agendo, solum transibit in re-
 ctum. Quod autem repetat semetipsam similisq; per
 alia gyros glomeret, sortitur ab intellectu quodam su-
 periore, qui & manens in se, & subito conuersus in
 causam, largitur intelligentiam anima, per quam
 quasi porrectam manum sistit animam natura pro-
 pria vagabundam motūque eius irrequietum, &
 ad rectam extra se lineam naturaliter pronisorem re-
 torquet in orbem medium inter motum rectum atq;
 quietem. Hinc anima in semet reditura meat, men-
 temque profundam circuit, & simili conuertit imagi-
 ne calum. Sed de his in Theologia, diffusius. Redea-
 mus ad numeros.

CAP. XXXIII.

Vnitatis superiori figura significat ipsam animae unitatem simplicitatemque sublimem, & propriam diuinae unitatis imaginem, & in ipsa manentem. Dualitas processum animae in proprietatem suam unitate inferiorem, & quaedam iam ratione multiplicem. Trinitas regressum eius ad unitatem, tum propriam, tum diuinam. Quatrinitas progressionem animae a se in materiam quatuor elementorum gradibus digerendam. Septenarius virtutem eius per septem planetarum sphaeras elementa rectoram. Octonarius vitam per octo sphaeram planetas gubernaturam. Nonenarius mundum animae octo sphaeras in vnara formam conciliaturum. Viginti septem numeri summa, plenitudinem eius omnia in omnibus collecturam. Nam viginti septem summa supradictos numeros continet atque ex illis deinceps ordine positus, ut computanti patet, impletur. Neque ab re pares in figura, & impares numeri describuntur, quo per pares quidem natura animae diuisibile, per impares autem indiuisibile cogitetur. sicut in ea simul virtus, & mascula. Colliguntur quoque numeri lineares, & superficiales, & solidi, ut cognoscamus animam penetrare per omnia & amplificari per seipsum penitusque implere. Descendit utrinque figurae latus ad solidum utrinque numerum. Hinc quidem ad octo inter pares, inde vero inter impares ad septem atque viginti. Vt cogitemus animam vtraque solida, scilicet tam composita quam simplicia prorsus implere. Intervalla vero numerorum dupla & tripla & reliqua quae praediximus, quid proprie

in anima sibi velint & si apud Platonicos adhuc est ignotum, licet tamen in presentia forsitan hunc in modum, ut ita dicam, vaticinari. Describatur itaque triangulus iterum, in cuius summitate sit essentia. In latere vero ubi numeri impares describebantur, designetur infinitudo, & deinceps alteritas atque motus. At in latere ubi disponebantur pares, sit terminus, deinde identitas per ordinem statusque sequatur. Hic quidem septem similiter habebimus limites, quorum anima sub eadem ad se invicem ratione forsitan particeps fingi potest, sub qua ab initio descripti limites numerorum invicem se respiciunt, ut anima eiusmodi proportione tam quinque rerum genera, quam duo generum elementa, id est terminum infinitudinemque participet. Sit igitur exempli gratia comparatio essentiae ad cuncta simul coniuncta, sesquialtera. Forma enim totius communis uno saltem excedit gradu quasi tono propriae partium qualitates. Sit sub essentia infinitudo, id est formabilis aptitudo, Comitetur hanc terminus, velut ipsius forma. Sitque terminus ad infinitudinem proportio dupla. Superari enim oportet ab actu potentia patiendi. Infinitudinem sequetur alteritas, sed terminum comitetur identitas. Atque hac ipsa identitas alteritatem superet sesquialtera ratione. Post haec sequatur motus alteritatem, status autem identitatem, superetque status motum proportione sesquitercia. Quod Plato significavit, dicens haec ab illis vix superari. Quod si proportiones hic explicata consideraveris, inuenies super triplas, & quadruplas, sicut ab initio patuit in figura. Nam motum quidem ad infinitudinem, inuenies esse triplum. Statum vero ad eandem quadruplum. Caterum ut excogitare possumus harmonicam participandi proportionem in anima, non solum secundum quinque rerum genera & elementa duo, verum etiam secun-

dum vires proprias, septem gradibus distributas, red-
damus iam singulas animae vires singulis vel generi-
bus vel elementis. Sunt autem haec vires, unitas, in-
telligentia, voluntas, ratio, imaginatio, vis connecten-
di, vis generandi. Postremas vero has duas vires saepe
sub una vel naturae vel vegetationis appellatione
complectimur. Conferamus igitur hoc pacto, scilicet
animae unitatem, essentiae: Voluntatem infinitudini.
Intelligentiam termino: Imaginationem alteritati:
Rationem identitati: Generandi vim, motui: Con-
nectendi virtutem, status. Similesque superiorum inter
has vires, proportionem excogitemus. At si aequales in
animae proportionem excogitemus. At si aequales in a-
nimae proportionem rerum alibi esse diximus, non A-
rithmeticam paritatem, sed aequalitatem harmoni-
cam intelligi volebamus.

PER INTERVALLA SPHÆRA-
rum Plato intervalla rationum in-
ter animae partes occupatur.

CAP. XXXIII.

Quemadmodum ex imaginis lineamentis saepe
viuentis forma lineamenta conspiciuntur, sic ex
hoc imaginario caelesti animae vultu, quem in specu-
lari materia mundi conspiciuntur veram eius faciem
pro viribus cōiectamus. Dupla igitur & tripla & ca-
etera intervalla in prima numerorum figura descripta,
Plato inueniri arbitratus in sphaeris, ad animae par-
tes & vires, unde in sphaeras translata sunt, retulit.
Putauit enim quantum spatium à terra vsque ad lu-
nam extat, duplum à terra ad solem vsque protendi
quantumque ab ipsa vsque ad solem, tripliciter ab ea-
dem esse ad Venere[m]. Rursus quantum à terra ad
Kenerem

Venerem, quater tantum ab eadem ad Mercurium: Item quantum ad Mercurij stellam ab ipsa terra, no uies tantum à terra ad Martem. Et quantum à terra ad Martem, octios tantum à terra ad Ionē. Quatuor tūmq; à terra est usque ad Ionem, Septies & uicies tantum à terra usque ad Saturni circum. Hic inter cetera uides grauiores planetas Ionem atque Saturnum utrinque per solidos numeros designari. Et si alibi ex nonnullorum Pythagoricorum opinione, alias interuallorum mensuras recensui Platonicas tamen probabiliores existimo. Per hac autem forsitan intelligi possunt quæ in decimo de Republica de sphaeris obscurius inuoluuntur. Item per illa quæ de numerorum proportionū inque uirtute tractauimus, coniectari possunt quæ in octauo de Repub. de cælesti circūsto, & numeris, & proportionibus implicantur.

QUOMODO REPLEANTVR DU-
PLORVM TRIPLICORVMQUE NU-
merorum interualla.

CAPVT XXXV.

Plato postquam primam excogitauit figuram septem limites continentem, in qua dupla. atque tripla rationes comprehenduntur, deinceps alteram effingi iubet figuram. adeo maiores numeros completam, ut ubi dupla sesquitercius sesquialterisque replentur. haec quoque media sesquioctauis sic impleantur, ut sesquiterciarum spatia tonū capiant. Describamus ergo figuram prima similem, sed senarium ponamus in apice, post quem longo spatio subdamus eius duplum, id est duodenarium, idque spatium occupemus octonario simul & nouenario. Deinde similiter longo spatio uiginti quatuor post duodecim des-

scribamus, & in hoc ipso spatio si decem & octo
 & octo ponamus, eodem ordine inter vigintiquatuor
 & quadraginta octo, velut media triginta duo & tri-
 ginta sex inserentes. Haec enus duplorum latus absol-
 uimus. Deinceps verò triplorum spatio consumemus
 procul à senario secerentes decem & octo senarij tri-
 plum, atque inter eos nouem & duodecim designemus.
 Similiter inter decem & octo & quinquaginta, uir-
 tuor eius triplum, viginti septem & triginta sex col-
 locemus. Postremò à quinquaginta quatuor ad eius
 triplum, centum sexaginta duo, per gemina similiter
 media scilicet octoginta unum centumque, & octo pro-
 grediamur. Vt ergo ad primam figuram huius duplam
 habitudinem reuertamur, consideremus inter sex &
 duodecim medietates duas, octo scilicet atque nouem.
 Et octonarium quidem inter sex & duodecim ratio-
 ne harmonica se habere. Nam & excedit senarium
 tertia senarij portione: & exceditur à duodenario,
 proportione similiter duodenarij tertia. Itè ad senarij
 sesquitercius est, sed duodenarius ad ipsj est sesqui-
 alter. Praeterea differentia inter duodecim atque o-
 cto quaternarius est. Differentia verò inter octo at-
 que sex, binarius. Sic igitur quatuor ad duo sicut
 duodecim ad sex, duplicem continent rationem.
 In his verò qua diximus artificium versatur har-
 monicum. Comparemus quoque nouem & ad sex, per
 sesquialteram & ad duodecim per sesquiterciam
 qualitatem, & ad octo per sesquioctauam propieta-
 tem, qua resonet tonus: intelligemus profectò hac ipsa
 sesquioctaua duos sesquitercios colligari, id est, octo
 ad sex, nouemque ad duodecim. Neque deest medie-
 tas his numeris arithmetica: siquidem nouenarius
 senarium quidem excedit ternario, & à duodenario
 pariter ternario superatur. Similiter par rationes
 easdem in duplis sequentibus procedamus, colligan-

Res duplas quidem per sesquitercias & sesquialteras:
 item sesquioctava proportione sesquitercias geminas
 coniectantes. Similiter ferme excepto tono per tri-
 plas discurrere licet. Quoniam verò sesquitercia ra-
 tiones non solum ex duobus tonis fiunt, verum etiam
 ex hemitonio, & hoc quidem minore, cui deest ad ple-
 num hemitonium particula quadam: idcirco Plato
 inquit in sesquitercia portumulam quandam esse re-
 lictam. Ceterum quidnam sibi velit in anima figura
 hæc per ampliores numeros explicata, non iam satis
 videtur à Platonicis explicatum, neque nos in præ-
 sentia explicabimus: nisi forsàn dñe plura ac saltè duo
 media inter extremos terminos collocat, subintelligi
 velit genera rerum elementaque in anima, qua op-
 posito se inuicem modo respiciunt, qualitates duas in-
 ter se inuicem reddere. Velut si ubi terminus tangit
 infinitudinem, indefinitam reportet termini quali-
 tatem, atque vicissim ubi infinitudo tangit termi-
 num, determinatū infinitudinis subeat passionem: præ-
 terea & in termino infinito quodammodo termi-
 natu, & vicissim in ipsa infinitudine terminus inde-
 finite progrediens. Accedit ad hæc quod & inter i-
 psas animæ vires talia quadam cogitari media pos-
 sunt, & anima ad sui ipsius exemplar in mundo inter
 ea que longè distant, duo saltè media inferere con-
 suevit. Tonus autem plenum significat, motum pul-
 sumq; animæ tam in seipsa quàm in celo. At hemito-
 nium remissiore in elementis, & vsque adeò à pri-
 mo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minorè
 suscipiat portionem. Totus denique superior de har-
 monia tractatus triplicem concordiam significare vi-
 detur, scilicet inter animam atque corpus, & inter ani-
 mæ partes inuicem atque inter partes corporis inui-
 cem.

CAP. XXXVI.

Quod verò ait ipsam generum commixtionem in
consummatione anima fuisse consumptam, in-
tellige animam à deo processisse perfectam, ut suam
firmè ideam impleuerit. Diuisio præterea in lōgum,
ostendit proprium animæ motum naturaliter esse re-
ctum, scilicet in sensum, & vegetandi siue mouendi
naturam. Item ob id secat in duo, ut ostendat tum in
anima duplicem esse rectum motum, scilicet ad sen-
tiendum atque mouendum, tum ab anima in corpore
similiter esse geminum, scilicet uniformem atq; mul-
tiformem. Intersecat verò lineas duas ad animam fi-
gurandam, deinde eas reflectit in gyrum, indicans na-
turam animæ ex se ad rectum motum proliuorem,
ab ipso deo per intelligentiæ munus circulari motui
prorsus accommodari: geminis inquam circulis, fir-
mamento scilicet non erranti, ac post firmamentum
orbibus peruagantium planetarum. Firmamento qui-
dem circulus ipsam identitatis intelligentiæ, eg. natu-
ram propriè refert. Anfractus autem multiplices pla-
netarum propriè naturam alteritatis inferiorumque
animæ partium representant. Sed ex ipso interiori
animi motu simul & tempore, tempus in mundo unà
cum motu consequitur. Tangit inter hæc pauca qua-
dam atque communia, quæ ad Astronomiam perti-
nent: sed hæc faciliè quiuis vel mediocriter eruditus
intelligit, & de his nimis multa Platonici quidam,
tum Græci, tum Latini pertractant. Surgit mox quo-
stio de ideis ac de generibus animalium mundanorum,
de quibus in theologia latissimè pertractauimus. Præ-
terea quod de ipsa deorum quorundam dæmonumque
genealogia recenset, quidnam habeat verisimilis, in
Theologia similiter & alibi declaratur.

QVÆ ADEO PROXIME, ET
quæ per media fiant.

CAP. XXXVII.

Hæcenus patere cuique potest, ab intellectu di-
uino mundi opifice animos deosque mundanos &
dæmones, & omnes mundi sphaeras, speciesque ipsas
rerum absque mediis causis processisse. Quæ autem de
materia prima sit inter Platonicos ambigua, nar-
rauimus ab initio. Mandat ergo posthac architectus
mundi filius suus, id est, nimabus sphaerarum Hæli-
æque & dæmonum, vel etiam inferioribus ange-
lis, ut ad imitationem sui, mixtionem sub luna reris
aggreantur, hominique subiiciant omnia, rationa-
lemque eius animam ab ipso acceptam, corpori ca-
duco concilient per vitam quandam irrationalem,
partim ab ipsis, partim ab animo hominis dependen-
tem. Notabim autem in ipsis dei verbum quicquid pro-
ximè sit, à Deo, sempiternum esse: & quicquid vlla
ratione componitur, quatenus compositum est, esse e-
tiam dissolubile. Sed quatenus per diuinam volunta-
tem composita quadam ita constantur, ut in eis v-
nitatis super & multitudinem, indissoluta seruari. No-
tabim insuper, ubi ait deum in suo habitu permanere
dum mandat, ministros autem sequi, nihil mutabili-
tatis in Deo esse, dum mobilia regit & mouet: in mi-
nistriis autem eius providentiam esse mutationi eiu-
dam propinquiores. Denique in his omnibus Mosai-
cum illud, Ego sum qui sum, cognosces mirificè confir-
matum.

DE HOMINE QVOAD PERTI-
net ad animam atque corpus.

CAP. XXXVIII.

Rationalem hominis animam ait à deo ex eisdem
rerum generibus eodem in cratere commixtis.

atque mundi animam fuisse conflata. Crater significat ipsam vitam rationalem ideam. Sed adiungit ex reliquis superioris commixtionis fuisse confectam significans particulares vitas vniuersali vitam inferiores esse. Tum vero deus animas, id est singulos ordines, animarum singulis stellis accommodat. Adhibet & vehicula, id est aetherea corpora. Docet & fatales leges, dum animabus infundit formulas idearum, per quas anima in se quandoque conuersa, rationes rerum agnoscere possint. Quod autem de anima descensu fatali atque circuitu inquit, alibi est expeditum. Post haec ministri Dei fabricam humani corporis prosequuntur, occultis eam vinculis connectentes. Per vincula haec occulta intellege complexionem hominis esse ad id temperatam caloque persimilem, ut vix in ea elementalium qualitatum excessus appareat. Subdit deinde circuitus anima in mole corporis impediri. Hic tu ante alia memento animam nostram simili ratione atque mundi animam contextam fuisse similesque circuitus possidere. Circuitum ergo intelligentiae impediri ait, rationis vero circuitum distrahi duabus praecipue rationibus: tum quia prius quam ad id sit corpus, anima tota in fabrica corporis occupatur: tum quia qua extrinsecus sensus mouent in teneriori aetate offendunt vehementius, & propter non ita rerum animam circa corporea reddunt admirandam. Huic ergo de causis, diu & intelligentia a diuino vacat officio, & rationalis ipse discursus circa inferiora distractus, quasi demens, turbatur & fallitur. Sic igitur totus animus peruersam figuram subit, vitamque ducit laboriosam, dum ratio cedit sensibus perinde ac si quis caput pro pedibus humi figat, pedes vero pro capite tollat in altum. Iam vero quae de membrorum corporis dispositione adducit in medium, satis a medicis pertractantur. In quibus id potissimum obseruabis, caput dici non principale

pale solum, sed etiã totum in corpore. reliqua enim so-
 lum ut capiti seruiant, adiuncta fuisse. Ex quo colli-
 ges hominem contemplationis gratia esse natum. Se-
 quitur de seuisum instrumentis. Quæ verò in his de
 visu dicuntur, à Chalciào satis, & quæ de somniis,
 alibi satis expo- nuntur à nobis. Considerabũ mox fir-
 mam de causis Platonis nostri sententiam: res quali-
 tatẽsque corporeas quæ non ex se, imò ab incorporea
 quadam causa mouentur, & diriguntur ad finem, non
 esse reuera causas appellandas, sed latentis prouiden-
 tiæ instrumenta. Causam verò præcipuam esse volun-
 tatem prouidentia, ad exemplar sui sic omnia dispo-
 nentis, ut optimè se habere iudicat & decernit. Itaq;
 finalem causam perscriptam in prouidentia, summã
 Plato asserit causarum. Tum confirmat iterum homi-
 nem esse natum ad cœlestia contemplanda, imò verò
 ad ipsum cœli motorem pro virilus imitandum. Et
 quem admodum dixerat visum, sic & auditum con-
 templationis & disciplina gratia nobis esse tributum
 item ut per sensibilem harmoniam animi quoque mo-
 tus harmonicè componamus. Ceteros autem præter
 visum auditumque sensus, quasi minus conducãt ad
 speculandum, nihil pendit.

QVOMODO MVNDVS EX MEN-
 te & necessitate compositus sit

CAP. XXXIX.

P Ostquam tractauit de formali mundi ordine, quẽ
 ideo vocat intellectum, quoniam est intelligen-
 tiæ diuinæ simulachrum, tractat iam de materia mũ-
 di: quã ideo necessitatem nominat, quia non propter
 seipsam, sed tanquam formis ultimis necessaria, est in-
 troducãta. Item, quia mundus ob eius admixtionem

deforme nonnihil necessario patitur. Hinc illud, *Materia* est ex intellectu & necessitate compositus: id est, ex ipso formarum ordine atque materia. Possimus quinetiam sub necessitatis nomine intelligere non materiam solum, sed animam quoque eius in primo processionis suae signo velut informem materiam iuxta consideratam. Vtraque enim, tam anima quam materia, in primo originis suae signo informis quidem est, sed facile est formabilis per intelligentiae munus. unde & ipsi animae rationes seminaeque formarum naturalium insuaduntur, & materiae qualitates atque forma. Quod autem ait, ante mundi dispositionem elementa quodammodo extitisse, intellige quasdam elementorum vires tum formatrices in anima, tum formabiles in materia. Item quod inquit materiam ante mundum absque ordine fuisse iactatam, exponit potentiam animae motricem etiam ante intelligentiae munera potuisse materiam agitare, sed procul ab ordine. Praeterea ubi ait mundum à Deo exornatum fuisse persuasa prius Necessitate sic accipe, ut prima illa materia animaeque natura quamvis cogitetur informis, tamen preparationem à Deo ad formas ad eam formabilem suscepit ab initio, ut non potuerit esse paratior. Obseruanda inter haec est illa distinctio qua dicitur vniuersum in exordio libri in duo fuisse diuisum, id est, exemplar atque simulachrum: nunc vero distinguendum esse in tria, id est, exemplar & simulachrum, & materiam. Hic primò quidem videri potest re ipsa idem esse, ipsum exemplar mundi & efficientem eius causam & finalem. Deinde totum mundi ordinem non tam substantiale quiddam esse, quam inuisibile mundi simulacrum. Praeterea quod materiam & supra secreuit à mente, & hic à mentis secernit simulacro, cōiectare possumus materiam non tam per ideam propriam, quam per ideam formam à Deo procedere, neque

que antecedenti proposito, sed quodammodo cōsequenti, ab intelligentia, ut ita dixerim, adiuuentam. Tūc verò & materiam esse & quid sit, & quo pacto se habeat, ex perpetua transmutatione formarum diligenter ostendit: ex qua etiā materiales formas esse quodammodo falsus argumentatur. Deinde per eas ad veras idealesque formas ascendit, quæ omnia in Theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materia nomina, scilicet Speciem inuisibilem, Sinū informem omniumque, capacem formarum, Naturam, Potentiā, Matrem mundi, Nutricem formarū, Subiectum, Receptaculum, Locum. Sed ex hoc loci nomine ridere licet Peripateticum adeo ineptum, siue maleuolū potius, ut dementiæ Platonem infimulet, quasi materiam voluerit locum esse propriè mathematicum. Quod quidem per cetera materia nomina euidentissimè consutatur. Denique ex eo quòd materia propriam sibi vendicat informitatem, argumentare unitatem sibi pariter vendicare. Si enim informis, ergo & indistincta Si ita, ergo & unum. At ex eadem informitate non sibi vendicat esse, sed per ipsam potius cadit ab esse. Cum igitur unum, atque ens, nõ equè materie congruant, eadem inter se esse non possunt. Est autem unum superius ente, quoniam latius sese fundit: præsertim quum priuationi in super cui non conuenit ens, tamen conueniat unum. Ex hoc rursum argumentatur materiam à summo tantum principio rerum posse produci.

QVOMODO PHYSICA CONSISTENT EX MATHEMATICIS, ac elementis & mixtis.

CAPVT XL.

DEinceps Physica per mathematica probaturus, in primis mathematicorum doctrinam laudat

tanquam omnis eruditionis ingenua viam. Longum,
 Laurenti, foret in praesentia recensere quot nostrum
 temporibus mathematicam ingressi viam, ad finem
 peruenierint exoptatum. Petrum Leonem Spoletinum
 nouimus mathematicorum maxime beneficiis, non A-
 ristotelicos tantum, verum etiam Platonicos iam sen-
 sus penetrauisse. Florentia vero Baptistam Leonem
 Albertum ab eisdem discipulis exorsum, opus in ar-
 chitectura pulcherrimum edidisse. Quid dicam de
 Francisco Berlingherio nostro Nicolai filio: nonne hic
 mathematicorum beneficio fretus de Cosmographia
 versibus scripsit egregie? Neminem vero turbet, quod
 Plato Pythagoreorum more ex mathematicis physica co-
 ponere videntur. Non enim intelligi vult naturalia
 corpora ex figuris & numeris tanquam ex elemen-
 tis & partibus, sed tanquam ex terminis, quadam re-
 solutione componi: quod videlicet naturalia in illa
 quasi priora, ac veluti terminos resoluantur. Nomen
 termini corporum dimensiones sunt atque figurae? Nu-
 meri etiam termini figurarum? Praterea species na-
 turales subiecto non solum communi, sed proprio in-
 digent. Figuris autem satis facit commune subiectum.
 At numeri, neque proprio, neque communi, neque ullo
 prorsus corporeo indigent fundamento. Ex quo patet
 figuras quidem naturalibus speciebus, numeros autem
 figuris esse priores. Triplicem ergo in rebus ordinem
 Pythagoras Platoque cogitabant, specierum, figura-
 rum, & numerorum. Triplicem similiter inter ideas,
 ad idem ut & in rebus & in ideis, species in figuras fi-
 guram resoluantur in numeros: atque certa species
 figuris certa, certa figura certis numeris quodam mo-
 do congruant, rerum ordine omnino sic exigente. Quam
 obrem ubi aiunt speciem ignis ex pyramidalis figura,
 & pyramidem solidam ex triangulis quatuor, & has
 ex quaternario ternariove constitui significari voluisse
 proprietatem quandam in his cunctis communiter esse.

seper similem, & comparanda hæc inter se potius
 quam componenda. Hac utique ratione figuram igni
 pyramidalem tribuit. Aeri figuram facies habentem
 octo, quam nominat Octaedram. Aquæ facies habentem
 viginti, quam Icosaedram vocat. Terra facies
 sex habentem, nomine Cubum atque Talum. Vniuerso
 denique duodecim facies possidentem. Et pyrami-
 dalem quidem figuram ideo conuenire vult igni, quia
 tenuis, & ad incisionem præ cæteris apta, ex paucio-
 ribusque triangulis constituta: ideoque omnium le-
 uissima figurarum. Figuram vero cubicam terra,
 quia solidissima atque stabilissima sit. Figuras alias
 medii elementis, quoniam ad motum atque statum
 inter ignem & terram medio modo se habent. Doce-
 catæram, quæ duodecim facies habet, congruere pu-
 tat mundo propter sphaeras duodecim, ac signa duode-
 cim in Zodiaco. Resoluit autem solida in plana. Pla-
 na vero in triangulos, præcipue in eos qui rectanguli
 nominantur. Quorum vnus Scalenus sit, id est scala-
 ris, latera omnia inæqualia possidens, Alter Isosce-
 les, id est aquicrurus, duo habens æqualia latera. Nã
 triangulum æquilaterum, in quo neque rectus angu-
 lus neque linea in perpendicularum recta sit, minus cõ-
 ponendis planis aptum existimat. Constituit ex Scale-
 nis pyramidalem & octaedram, Icosaedramque mo-
 lem: cum pyramis ex triangulo quatuor æquilateri-
 bus constituatur, quorum qualibet in sex triangulos
 Scalenos diuiditur. Octaedra figura ex octo similibus
 quorum quisque in sex triangulos Scalenos simili-
 ter distribuitur. Icosaedra figura ex viginti si-
 milibus, quorum quilibet similiter in sex Sca-
 lenos euadit. Isosceles autem triangulus figura cu-
 bica dicitur elementum. Quatuor enim Isosceles
 trianguli concurrentes quadrangulum complent.
 Ex huiusmodi vero quadrangulis sex Cubus est.

ficatur. Denique Dodecaedram figuram mundo, ut dicebam, accommodauit, quoniam siderum forma duodecim suscipiuntur in Zodiaco, quorum qualibet in partes triginta secatur. Similiter in figura dodecaedra intueri licet pentagonos duodecim, singulatim in triangulos aequilateres quinque diuisos, ita ut unusquisque rursus ex triangulis sex Scalenis conficiatur, & in omni mole dodecaedra trecenti sexaginta reperiantur trianguli quot etiam in Zodiaco portiones existunt. Tractat verò deinceps de motibus passionibusque elementorum. Item quo pacto distinguantur in partes, & inuicem miscantur, & quos effectus mixtione consulant. Præterea qualis sit tum elementorum, tum mixtorum inuicem commutatio. Inter hæc de mixtis imperfectis agitur, & de perfectis, de liquoribus, & lapidibus, & metallis. Sed hæc ferè omnia Pythagorico more sub obscuris metaphoris inuoluuntur: apertioribus autem verbis Platonem auditoribus tradidisse putamus, & Aristotelem præ cæteris manifestius eadem literis commendasse. Horum itaque omnium à libris Aristotelis de generatione atque Meteoris interpretatio requiratur. Tractat in super de passionibus quæ ab elementis animalium sensibus inferuntur. De passionibus inquam, & occultis & manifestis. De voluptatis dolorisque speciebus. Quæ in Philebo, & nostro de voluptate libro perspicue declarantur. Agit præterea de sensibus ipsis, eorumque obiectis. Distinguit sapores, odores & voces atque colores.

ITERVM DE HOMINE QUANTUM ad animam spectat & corpus.

CAPVT XLII.

Consideratione dignum est quantum nos admonet Plato nosse dandam esse operam, ut nos ipsos

pro viribus cognoscamus, meminere, usque omnia in
 fra lunam fuisse nobis à deo subiecta, nequando ipsi
 contra dignitatem nostram inferioribus nos vicissim
 subijciamus. In ipso enim totius disputationis exordio
 decretum est de vniuerso tractari usque ad ipsam ho-
 minis genituram. Rursus in medio disputationis cursu
 dicitur à patre precipitur exornare hominem, dominum
 animalium, quem ad imaginem & similitudinē suā
 esse velit atque praesse. Deinde pauci interiectu re-
 dicitur ad hominem. Demum propter finem resumitur,
 quod primò fuerat institutum, videlicet de vniuerso
 usque ad genituram hominis fuisse tractandum. At-
 que in cunctis Mosaisco more probatur hominem in di-
 uino hoc officio, & in primis proponi & postremo fie-
 ri quasi finem. Ergo nunc & amittens alia repetit di-
 uinum in homine generando mandatum, & in hoc
 absolvendo diuinorum obsequium ministrorum, neque
 id quidem iniuria. Prædixerat enim solum in terris
 hominem iustitiam & superos esse culturum: ut ma-
 ximè rationi sit cōsentaneum, deos geniturā hominē
 diligenter excoluisse. Sed his omissis, qua sequuntur
 expediamus. Iterū de anima irrationali tractatur nō
 à deo proximè, sed per sequentes mobilēsque causas
 constituta, qua rationali subiecta sit, cælitus à deo de-
 missa. Irrationalem verò animam Platonici non tam
 substantiale aliquid quàm accidentale quiddam ef-
 se putant, quasi rationalium vestigium animarum,
 in quo sensus quidem sint, sed per diuersa corporis in-
 strumenta diuisi atque patibiles. Sensum autem in
 ipsa anima rationali substantia ponunt communem,
 simplicem, impatibilem, qui nō propriè accipiat illa-
 tas à corporibus passiones, quemadmodum sensus al-
 ter, sed alterius sensus percipiat, siue potius iudicet
 passiones. Proinde rationali anima substantiam in-
 diuisam, & in se consistentem esse probant, v.g. capitū
 velut sustentaculo, commendatam, se. 1. q. 1. 1. vel in-

Instrumento ipsius accommodatam, vel eisdem in suo
 genere simili comparatam. Irrationalem verò in mē-
 bru quo dammodo residere. & partem quidem eius
 audacia & iracundia compotem cordi, partem verò
 concupiscentia deditam, secori commendatam.
 Verùm de hoc ipso secore mirans Pythagoricorum
 notabili opinionem, videlicet in membrum ex cer-
 ta soliditate & clara parte lentitate su esse con-
 temperatum, ut speculi modo imagines rerum ac-
 cipiat facile admodum atque reddat. Proficille quem-
 admodum imaginatio vehemens grauius mulieris
 in foetu tenerissimo saepe exprimit res desiderata no-
 tas: ita vehemens siue mentis notio, siue sensus ima-
 ginatio naturam secori specularam facillimè fir-
 mat. In hoc ipso speculo daemones superique futu-
 rorum effingunt imagines quoties peccato prorsu ani-
 mo aliunde illis imagines non pinguntur. Itaque fu-
 turorum nota speculo huius insinse in mentem protin-
 nus imaginationemque resuscitant: sed illic saepe ima-
 ginibus alijs aded confunduntur, ut futura pertende-
 re nequeant. Quando videlicet vel mens prudentia
 officijs occupata circa gubernanda distrahitur, vel
 imaginatio similibus negotijs occupatur. Vbi verò
 rationis imaginationis que vacat prudens & continu-
 ata & laboriosa discursio, saepe imagines futurorum
 à superis in speculum nostrum profuscentes, inde in
 iudicium manifestè resiliunt. Verùm quòmodo
 protendant discernere illius est officium, qui ab
 antecedentibus in consequentia prudenter sagaci-
 terque discurrere consuevit. At verò discursio talis
 impedit vaticinium, ut meritò alijs sint qui prae-
 dent, alijs qui praevisa interpretantur & explicant.
 Post hoc prosequitur materiam latissimè à medicis
 explicatam de humoribus complexionibusque &
 mirabili humani corporis artificio. Atque elegan-
 tissimè Platonis in hominis corpore describendo aded
 admiratus

admiratus est Bartholomaeus Fontinus nosse rhetor
 egregius, ut praecleara oratione probauerit neque La-
 bantium, neque Cornelium Celsum, neque Cicero-
 nem ipsum in re describenda ad miram Platonis elo-
 quentiam accedere potuisse. Inter haec praecipuum re-
 ligiosum considerabimus, non esse de diuinis ulterius
 affirmandum, quam diuinum confirmet oraculum.
 Item prudentiam in homine componendo nullam o-
 minino aliam habuisse rationem, nisi ut contempla-
 noni foret aptissimus. Rursus res naturales in effici-
 bus producendo non esse propriae causas, sed diuina
 praesentia instrumenta. Principalem namque cau-
 sam singularum in ea intelligentia sitam esse, quae bo-
 ni ratione habens, singula futura commoditati gratia
 fabricat. Desinit deinceps quid sanitas corporis sit,
 quid morbus. Distinguit quoque morborum, tum a-
 liorumque febrium species, singulorumque rationes
 assignat. Quales esse potissimum rationes quas apud
 Galenum Platonium legi, iam diu existimavi, ac
 nuper a Georgio Cyprio insigni medico sum in senten-
 tia confirmatus. Hec enim hu diebus cum ad me cu-
 randa matris meae gratia frequenter accederet, me-
 que reperiret hac ipsa legentem, miro quodam ordi-
 ne Galeni mentem cum Platonica mente coniunxit.
 Post haec autem perfectam hominis valetudinem de-
 finit communem corporis animique concordiam. Quae
 tunc demum possideri putat, quando tam corpus quam
 anima in seipsis disponuntur bene, deinde simul o-
 ptimè componuntur. Optime inquam, id est, a-
 quali quadam mensura, ut neque robur animi ni-
 mie excedat modum corporis, neque robur corporis su-
 peret animi modum. Sed antequam perfectam hanc
 desinat sanitatem animi morbum distinguit in duos,
 scilicet iuuuantiam & insaniam. Insaniam verò du-
 plicem esse ait. Vnam quidem occultam, quae incōtinua
 pronaque ad insaniam affectione consistit, puta habitum

quendam ad perturbationem aliquam propensissimum. Alteram verò manifestam scilicet quam vel aliqua perturbatio supra modum adaucta detegit, ut in gradu summo cupiditatis & voluptatis, timorisque, & doloris, & ira: vel vapores humorum inclusi membris inducant, ut atra bilis ex sanguinis, vel bilis, vel fœta putuita adustione proveniens. Interea ubi ait, neminem sponte esse malum, sed propter naturam consuetudinèque depravatam intellige naturalem proclivitatem non mediocriter per oppositam consuetudinem cohiberi ab initio potuisse: sed proclivitatem illam diuturna consuetudine confirmatam extirpari quidem omnino non posse, exacta nihilominus doctrina exhortationibusq; amputari. Docet post hac colere corpus simul & animam, perpetuo quodam exercitationis motu. Exercitationum inquam moderata, motu inquam proprio, & ad bonum proprium ritè directo: quo utrumque exercitatum atque nutritum tantum virium consequatur, ut alteri non succumbat. Optat quidem Plato corpus animo cedere sed non ita succumbere, ut motus animi sustinere non possit. Optat corpus validum atque firmum, sed sub animo longè validiore. Mox quantum exercitationem laudet, attende quantum temerariè pharmacorum vituperet usum. Proinde quemadmodum tam corpus quàm animam proprijs exercere & confirmare motibus iusserat, sic tres animae vires, id est rationalem, animosam, cupidam, suis quamlibet motibus præcipit conservare: Veruntamen rationalem alimentis frequentioribus enutrire, ne ceteris succumbere compellatur. Ait intellectum homini pro dæmone datum, scilicet intimo. Alterum enim dæmonem habet externum. Item rectum corporis habitum quasi cælesti tributum. Rursus enim qui vires irracionales supra modum nutrit, mortalem evadere: quasi doceat quomodo accipiendum sit ubi ait ho-

minem fieri brutum, id est bruto persimilem. Addit eum qui precipue alit mentem sic immortalem fieri ut immortalitatem nulla pars desit. Imperfecta enim immortalitas est que morum agit perpetua: perfecta vero que manet: qualis utique est in eo qui sola iam intelligentia vivit, euaditque ex homine daemon. Ex quo intelligitur etiam quando ait hominem effici brutum, ad non proprie sed quadam similitudine dici. Præterea ex eo quod subdit, scæminas ortas ex masculo, significat et obsiurè nobis referat M. sa. cum illud: Eua ex viro fuisse productam. At verò gradus brutorum omnes paulatim ex grauiori rationalis anima lapsu multiplicari, intellige animam nostram ob quantam liberi motus infinitatem, posse & intra se in brutorum omnium affectus habitusque prorueret, & extra se simpliciter loco inter similia bruta, vel brutorum loca diuino quodam transferri iudicio. Item omnes inferiorum viuensium dotes in hominis anima tanquam perfectissima contineri: atque brutorum animas ipso rerum generationisque ordine ad nostram referri, quasi finem & hunc in modum progressionem anima rationalis & alias, atque vicissim in hanc aliarum regressionem accepere, forsitan à Platonico sensu non aberrabit. Ipse enim hic sub persona Pythagorica loquens fabulam opportunè confingit Pythagoricarum finalem fabularum. Atque ne hæc quasi sub historica veritate forsitan admitteremus non aliter quam poete solent animalium transformationes adducit. Atque Timæus Locrus in libro de Mundo fabulosa hæc esse fatetur. Hæc igitur sic accipito: Timæusq; librum eo sine cõcludito, qui doceat nos, Deum ante omnia colere, qui bona omnia sola benignitate prouidētis præceant. Deceuerat magnanime Laurētis, breuiora hic quæ ad modum argumentum decere videbatur, asserere, multisq; amplioribus cõmentarijs, quæ in Timæo iam designaueramus, reseruare: sed Philippus Valer Platonicoꝝ

diſiſſimus, penes quē vniuerſo Platonicæ ſerui in agro
Mariano extremā manū impoſui, plura me hic coegit
effundere. Philippus Valor Valoria vniuerſo genera-
ſiſſimus haeres. Cui ego plurimum debere me fateor tū
quia Platonica egregiāque omnia magno opere colit,
tū quia ſingulari amore erga te tuoſq; cōſiſſimè officitur.

TIMÆVS PLA- TONIS.

SOCRATES, TIMÆVS, CRI-
TIAS, HERMOCRATES.

VNDS, duo, tres. Quartus autem, ſi-
mice Timæe, eorū qui à me heri
conuiuio accepti, viciffim me ac-
cipiunt nunc, vbinam eſt? TIM.
Aduerſa aliqua valetudine labo-
rat, ſocrates, Non enim ſponte ab hoc cōtu
& diſputatione abſtinuiſſet. SOC. Ergo tuū,
ſi Timæe, & horū erit officiū quarti illius ab-
ſentis partes implere. TI. Ita proſus. Sanè ni-
hil quoad fieri poterit, prætermitemus. Nam
cū hoſpitalib; ſermonū epulis ab te heri acce-
pti fuerimus, haud æquū ſit, ſi nō pari alacritate
qui hīc ſumus te viciffim accipiamus. SOC.
Nō recordamini quæ vobis & quā multa tra-
ctāda propoſui? TI. Partim quidē recordamur,
partim verò tu, ſi exciderint, ſuggeres. Imò ve-
rò niſi auoletū ſit breuiter illa ab exordio re-
pete quò magis ea nobis cōſtent. SOC. Faciā e-
quidē. Sūma diſputationis heſtetnæ erat. Reſ-
pub qualis mihi, & ex qualib; viris optima poſ-
ſe fieri vidēretur. TIM. Nobis certè omnibus
valdē

*Repetitio
breui eorum
qua tracta-
ta ſunt li-
bru de Rep.*

valdè probata sunt. ò Socrates, quæ dixisti.
 50. Principiò agricolas cæterosque artifices à
 militibus separauimus. T I. Certe. 500. Cum
 verò cuique quod pro naturæ instinctu præci-
 pue suum est, & singula tantum singulis arti-
 bus officia tribueremus, illis quoq; quos præ-
 ceteris bellâ gerere oporteret, id vnû dûtaxat,
 protegenda scilicet ciuitatis munus iniunxi-
 mus [siue externorum hostium, siue ciuium
 quispiam damno Remp. afficiat, ita vt iis qui-
 bus præsent, tanquã natura amicis ius benignè
 reddant, aduersus autem hostes, qui in pugna
 in ipsorum manus inciderint sauos atque fe-
 roces se præbeant.] T I M. Ita profus. 500.
 Duplicem sanè naturam in custodum animis
 esse debere diximus, & inuicendam, & philo-
 sophico ingenio præcipue accommodatam, vt
 rectè in suos mansueti sint, in alienos autem
 feroces. T I M. Protuldubio. SOCRAT Quid
 autem de educatione dicemus? Nõnne gym-
 nicis exercitationibus, & musica, cæterisque
 decentibus disciplinis, eos à nobis institutos
 fuisse? T I M. Valdè quidem. SOC. Ita edu-
 catos homines neque aurum, neq; argentum,
 neque aliud quicquam proprium, aut habe-
 re, aut putare statuimus, sed tanquam adiu-
 tores publicosque ministros sola mercede cõ-
 tentos esse, tanta ab his quos tuentur exhibi-
 ta, quanta moderatè viuentibus sufficere vi-
 deatur. Stipendio præterea publico in cõmune
 vti uoluimus, & ad cõmunè inter se victû ipsâ
 impendere, vt cæteris posthabitis omnibus
 solius virtutis, & custodiæ curam habeant.
 T I. Hæc quoque ita abs te dicta fuerunt. 50.
 Naturam præterea mulierum non aliter quàm
 uirorum cõtingi præcepimus, studiâq; omnia

tam belli quàm pacis mulieribus cum viris esse communia. TIM. Id quoque eodem modo dictum. SOC. An tenetis memoria quæ de procreandis liberis diximus? Fortè verò ob rei ipsius nouitatem firmiter tenuistis. Cōmunes quippe nuptias liberòsque statuimus, vt nemo natos suos discernat, sed omnes ab omnibus consanguinei existimentur, dū æquales fermè natu fratres sororèsque vicissim se iudicant, maioribus verò patrū vel auorū reuerentiam exhibent, erga minores autē tanquā filios & nepotes afficiuntur. TIM. Hæc quoque memoratu facilia sunt. SOC. RAT. Vt autē quàm optimi ab ipso initio pro viribus gignerentur, magistratus vtriusq; sexus nuptiis præposuimus, qui clām sortibus quibusdā operam darent, vt prauis prauis, boni contra bonis mulieribus miscerentur, neque vlla ob hoc discordia oriretur. [inter ipsos, suæ copulationis causam fortunæ & casui tribuentes.] TIMÆVS. Recordamur. SOC. RAT. Præterea sanximus bonorum fortis in patria alendos esse, aliorū verò alios aliò clām mittendos. Adultos demum vtròsque diligenter considerandos: vt si qui inter relegatos bonæ indolis sint, in patriam reuocentur: si qui verò inter domesticos contrā videantur affecti, similiter relegentur. TIM. Ita statutum est. SOC. RAT. Num satis iam hesternam disputationem quantum compendio licet, narrauimus? an aliquid etiā à me prætermisum, & amice Timæi recenseri desideras? TIM. Nihil sanè hæc enim fermè sunt quæ tractabas. SOC. RAT. Audite deinceps quo pacto erga hanc, quam descripsimus reipsum affectus. Cōparatione planè vobis aperta. Quæadmodū si quis animalia eximit pulchritudinis

tudinis intuitus seu picta, seu viua quidem, sed torpentia, motus gestusque viuientium & certamen aliquod eorum spectare desideret: sic ego nunc libenter aliquem narrantem audirẽ, quo pacto suprã descripta ciuitas cũ finitimis ciuitatibus decertaret, quidve tanta eius educatione disciplinãque dignũ, vel bello vel pace, dicendo quã agendo erga ciuitates singulas demonstraret. Equidem, ô Critia, & Hermocrates, mihi conscius sum non posse me eam urbẽ virõsque pro dignitate laudare. Me quidem non posse nihil mirũ, sed de veteribus quoque & huius seculi poetis idem existimo: non quò poeticũ genus vituperem, sed quòd euidenter vnicuique sit, imitationis studiosos ea facillẽ & optimẽ imitari, in quibus fuerint educati: aliena verò longẽque ab eorum educatione remota, operibus quidem difficile, verbis etiã difficilior posse prout conuenit imitari. Sophistas vtique & dicendi & aliarũ fermẽ præclarissimarum artium peritos esse arbitror: sed quia multas quotidie ciuitates pererrant, nec proprias sedes vllas habent, vereor ne coniectura quidẽ assequi nequeant, quã multa & qualia viri philosophi atque ciuiles, tam bello quã pace erga singulos verbis & operibus agant. Sola igitur vestra professio superest, tum natura tum disciplina philosophiæ, & rerum gerendarum studio polens. Tenuus quidem hic ex Locris, quæ urbs in Italia iustissimẽ gubernatur, nobilitate & opibus domi præstantissimus, summis magistratibus & honoribus functus est, & ad summa totius philosophiæ fastigia, vt opinor, ascendit Critiã quoque omnes scimus hæc vtraque consecutũ Hermocratis etiã naturã educatiõ-

nēmque his omnibus quæ diximus tractandis
 esse accommodatam, cum multis testimoniis
 moneamur, dubitare non licet. Quapropter
 rogantibus vobis heri de republica disputatis
 libentissimè parui, cum cogitarè, quod dein-
 de instituto operi superforet, à nemine com-
 modius quàm à vobis, modò velitis, posse tra-
 ctari. Cum enim civitatè ad bellum idoneam
 constitueritis, soli omnium vos quæ eam de-
 cent, vicissim omnia tribuetis. Cum verò in
 superioribus, quæ mihi iniuncta fuerāt perfe-
 cissimè quæ modò retuli vobis tractanda com-
 munitati communi autem consensu recepistis vos
 mihi modo repensuros parem gratiam, ob ser-
 monū hospitalia munera, quibus à me affecti
 estis. ¶ Ego igitur adsum ad promissas epulas
 paratissimus. HER. Nos quoque omnes, ò So-
 crates, ut pollicitus est modò Timæus, quod
 iubes pro viribus exequemur, præsertim cum
 nulla excusandi sit ratio, quo minus id facere
 debeamus. Nam hesternò die cum disputatio-
 ne peracta, mox ad hospitium quo apud Cri-
 tiam suscepti sumus, rediremus & inter eun-
 dem primò & domi rursus de his rebus verba
 fecimus. Hic igitur nobis veterem narrauit
 historiam quam velim, ò Critia, Socrati modo
 recenseas, ut cum audiuerit, iudicet nunquid
 ad eam rem quam nos exequi iussit, conduce-
 re videatur. CR. I. Faciendum est, si ita Timæo
 quoque videret, tertio disputationis huius
 participi. TIM. Videtur sanè. CR. I. R. Audi So-
 crates miram quidem sed plenam veritatis hi-
 storiam, quam Solo septem sapientum sapien-
 tissimus recensebat. Erat enim domesticus ad-
 modum amicis que Dripidis proavi nostri,
 quod in carminibus suis ipsemet saepe testa-
 tur.

Plato ut o-
 stendat qua
 de Rep. in
 situenda
 præceptade-
 derit, nō esse
 Ideas aut
 signēta re-
 rum qua es-
 se non pos-
 sunt inducit
 Critiam re-
 ferentem hi-
 storiam quā
 ausu eius ac-
 cepit à So-
 lone narrauit
 qua audiuit
 set à Sacer-
 dote quodā
 Saitico de
 priscañ A-
 thenarum
 antiquitate
 origine &
 institutu,
 qua omnino
 eadem fue-
 rant qua il-
 la qua de-
 scripta fue-
 rūt libru de
 Rep.

ur. Auo autem nostro Critia, ut ipse nobis senex postea referebat, quandoque narravit res gestas huius urbis memorabiles, diuturnitate temporis hominumque interitu oblitteratas. Vnum verò præ cæteris facinus insignè recensuit, quod vobis nunc narrandum censeo, ut & tibi patrem gratiam referamus, & deam cui hodierna pompa dicata est, hæc narratione quasi quodam hymnorum cantu, ut patet est, honoremus. **SOCRAT.** Rectè loqueris. sed quid istud tandem est, quod Critias, non quasi verbis descriptum, sed quasi ab hac civitate quoddam gestum ex Solonis narratione vobis aperuit? **CR.** Referam præscam mihi puero traditam ab auo historiam. Cùm ageret Critias annos, ut ipse dicebat, circiter nonaginta, ego verò decem, celebrareturque [Apatutiorum solennis dies quem

* *Κερασιών* vocant, quod autè in more erat festo illo, id nobis pueris contigit] nobis enim à parentibus carminum canendorum certamen est iniunctum. Vbi multorum poetarum carmina non pauca memoriter pronunciata sunt, & Solonis versus quia tunc novi erant à plurimis puerorum decantati tum contribolis quidam, seu quod ita iudicaret, siue quod Critia blandiri vellet, videri sibi inquit, cùm in cæteris sapientissimum fuisse Solonem, tum in carminibus poetarum omnium generosissimum. His verbis, ut rectè memini, valdè laetatus est senex, atque ita ridens, inquit: Si Solon, à Amynder, non tantùm relaxandi animi gratia, sed dedita opera seriò que sicut alij poetam esset secutus, vel historiã quam ab Agypto reuersus instituerat absoluisset, à qua

* Sic appellatur tertius dies Apatutiorum, quod eo die puero- rum comæ iſtæ debatur & Dianæ conse- crabatur. He- lychi. author.

2 Solonis ad poeticã nativus ut si eã excoluisset, eximius in ipsa futurus fuisset.

quidem seditionibus ceterisque civitatis fluctibus deturbatus medio in cursu destitit. nec Homero, nec Hesiodo, nec alio quoquam poetarum, ut opinor, inferior extitisset. Ad haec ille: Quae de re, o Critia, tractare Solo instituit? De maximis, inquit, rebus ab hac civitate quondam gestis, quarum memoria apud nos temporis diuturnitate & interitu hominum extincta est. Dic quales, inquit, o Critia, quid illud opus, & quomodo actum, & a quibus auditum tanquam verum Solo narrabat. Est, inquit, Aegypti regio Delta, cuius est vertice scinduntur fluenta Nili. Eius campi, Saitica praefectura nominantur. In quibus maxima civitas est, quam Saim vocant, vnde Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit, quam Aegyptij Neith, Graeci Athenan nominant. Ipsi porro homines Atheniensium amici sunt, eisque genere quodam coniunctos esse se praedicant. Quod Solo profectum se honorifice acceptum fuisse referebat. Et cum de veterustatis memoria ab illis sacerdotibus qui in hac re ceterorum peritissimi erant, quaesisset expertum se esse dicebat, neque seipsum, neque alium Graecorum quenquam cognitionem antiquitatis vllam habere, quandoque vero coram sacerdotibus, ut eos ad sua narranda prouocaret, de antiquissimis illis Athenarum gestis rebus verba fecisset Phoroneo primo & Niobe, postque inundationem mundi de Pyrrha & Deucalione, eorumque posteritate, & de temporibus quibus singula contigerunt. Tunc ex sacerdotibus quendam grandem natu dixisse: O Solo Solo, Graeci pueri semper estis, nec quisquam est Graecia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem: Quia iuuenis semper vobis est anti-

¶ *Graeci semper iuvenes.*

mus, in quo nulla est ex vetustatis cōmemora-
 tione p̄rica opinio, nulla cana scientia. Quod
 ideò vobis contingit, quia multa & varia ho-
 minū exitia fuerunt, erūntq̄. ^a Maxima qui-
 dē aut ignis conflagratione, aut aquæ inunda-
 tionibus prouenire necesse est: minora verò
 aliis innumeris calamitatibus fieri. Nam quod
 apud vos fertur, Phaethontem quondā Solis
 filiū curtus ascendisse paternos, nec patris au-
 rigatione seruata, exussisse terrena, ipsūque
 flāmis cœlestibus conflagrasse, quāuis fabulo-
 sum videatur, verū quodāmodo esse putandū
 est. Fit enim longo tēporum intervallo cœle-
 stis circuitus permutatio quædā, quam inflā-
 mationis vastitas necessariò sequitur. Tunc
 hi qui edita & arida incolunt loca, magis per-
 eunt, quàm mari flumisque vicini. ^b Nobis
 porrò Nilus cū in plerisque rebus salutatis
 est, tū huiusmodi à nobis arcer exitiū. Quan-
 do verò dij aquarū colluuiōne terræ sordes di-
 luunt, pastores ouium, atque bubulci qui iuga
 montium habitant, periculum illud euadunt,
 vestræ autem ciuitates in planitie sitæ impe-
 tu fluminum ad maria rapiuntur. Sed in hac
 nostra regione neque tunc, neque aliàs vnquā
 aqua in agros supernè descendit, contrā ve-
 rò sursum ē terræ visceribus scaturit. Quam-
 obrem antiquissimarum rerum apud nos mo-
 nimenta seruantur. Proinde vbicunq̄ nec
 imbrium tempestas nimia, nec incendium
 ingens contingit, licet aliàs pauciores, aliàs
 plures, semper tamen homines sunt. ^c Quæ
 nationibus gesta sunt memoratu digna modò
 ad aures nostrorum peruenerint, nostris in
 templis descripta seruantur. Apud vos qui-

^a *Hominum
 exitia, quia
 fuerunt ab
 initio & e-
 rūt partim
 ignis conflagratione partim aqua
 inundatio-
 nibus.*

^b *Egypti
 quas sua an-
 tiquitas can-
 sas referant,*

^c *Egyptio-
 rum mos anti-
 quus, cū a-
 liorū populo-
 rum, tum sua-
 res gesta-
 rum notis quas
 Heroglyphi-
 cas appel-
 lant, scribēdi,
 & in templis
 asseruandis.*

dem, & alias gētes res gestæ nuper literis monumentisque traduntur, sed certis temporum curticulis illuies immissa cœlitus omnia populatur. Idem qui recedunt & literis & musis orbati sunt. Quo fit vt quasi iuvenes iterum sitis & rudes, præteritarum rerum omnium prorsus ignari. Nam & ea ipsa quæ modò ex vestris historiis recentibus, à fabulis puerilibus, & Solo, parum distant. Primò quòd vnus tantùm inundationis memineritis, cum multæ præcesserint. Deinde quòd genus maiorum vestrorum in regione vestra clarissimum & optimum ignoretis, ex quo tu & Athenienses ceteri nati estis, exiguo semine quondam publicæ cladi superstite. Quòd propterea vos lauit, quia superstites illi eorūque posteri literarum vsu multis seculis caruerunt. Fuit enim ante exitialem illam terræ illuuiem, & Solo, Atheniensium ciuitas tam belli quàm pacis officii præstantissima, cuiusque opera legesque omnibus quorū sub cœlo memoria ad nos peruenit, excellunt. Tunc admiratum Solonem obnixè sacerdotes obsecrauisse ait, vt omnia diligenter prætorum ciuium opera reuelarent. Atque illi sic à sacerdote quodam fuisse responsam: Nulla hoc inuidia prohiber Solo. Dicam equidem libenter tui & ciuitatis vestræ gratia. Maxime verò gratia deæ, quæ & vestram illam, & hanc nostram condidit, educauit, instituit: & priorem vestram annis mille, ex terra & Vulcano accipiens semina: posterioris autem huius nostræ vrbris res octo annorum millibus gestæ in sacris literis continentur. Illorum ergo ciuium qui in hoc nouem millium annorum tempore ante nos fuerunt, instituta & præclara facinora, breuiter

* Saiticou

Sacerdos Soloni referrebat se habere sacris literis cōsignatam memoriam rerum gestarū suæ ciuitatis: priores autem Athenæ sua mille annis antiquiorer.

Breuiter Solo in præsentia tibi perstringam. Deinceps verò cum plus dabitur otij accepto-
 historiatarum libro latius exponemus. Ac pri-
 mum leges illorū considera quo pacto cū his
 nostris conueniant. Multa enim hic similia
 illius reperies. Principiò quòd sacerdotes sepa-
 rati ab omni turba vitā agunt. Deinde varia
 opificū genera ita inter se disoreta sunt, vt suū
 quisque agat promiscuè verò nullus. Similiter
 pastorum, venatorum, agricolarum inter se
 distincta sunt opera. Milites quòque hic, vt
 nosti, ab aliis omnibus segregati, bellica dan-
 taxat tractare legibus iubentur. Armatura e-
 tiam vt clypeorum iaculorūque vsus, apud
 vtrosque persimilis his primis nos in Asia vsi
 sumus, & dea vt illis in locis, sic vobis primis,
 hæc tradidit. Prudentia quoque & modestiæ
 magna, sicut vides nostris legibus ab initio cu-
 ra fuit, diuinationis insuper & medicinæ, &
 sanitas nobis per hæc diuinitus procurata. De-
 mum quæcunque ad hæc attinent discipuli-
 næ, diligenter institutæ à lege reperiuntur.
 Huiusmodi institutione & ordine priorem
 vestram urbem dea à primordiis exornauit,
 cum in urbe condenda eam regionem ele-
 gisset, quæ ob aeris temperiem prudētissima in-
 genia procrearet. Vtpote enim bellicosa & fa-
 gens dea regionem eligendam censuit talem,
 quæ esset sui similes homines editura. His ita
 que legibus, vel etiā honestioribus institutio-
 nibus formati veteres Athenienses omni vir-
 tutū genere præ cæteris omnibus excellerūt,
 vt decebat eos qui diis geniti editique es-
 sent. Multa quidē & mirabilia vestræ civitatis
 opera in monumentis nostris legūtur, sed vnū
 magnitudine & virtute præcipuum facinus.

*Atheniensium
 regionis aeris
 temperatissimus
 & ad profes-
 sendam pru-
 dentissima in-
 genia optis-
 simus.*

*Atlantica
mare intelli-
git Oltanū
qui Graecū
existimatus
est non nauigabilis.*

Traditur enim vestra ciuitas restitisse olim innumeris hostium copiis, quae ex ² Atlantico mari profecta prope iam cunctam Europam Asiāque obsederunt. Tunc enim erat tetrū illud nauigabile, habens in ore & quasi vestibulo eius insulā, quas Hercules Colūnas cognominatis: ferturque insula illa Libya simul & Asia maior fuisse, per quam ad alias proximas insulas patebat aditus, atque ex insulis ad omnem continentem ē conspectu iacentē verò mari vicinam. Sed intra os ipsum portus angusto sinu fuisse traditur. Pelagus illud verū mare, terra quoque illa verè erat continens. In hac Atlantide insula maxima & admirabilis potentia extitit regum, qui toti insulae illi, multisque aliis, & maximae terrae continentis parti, praeterea & his quae penes nos sunt, dominabantur. Siquidē terrae mundi parti quae Libia dicitur, vsque ad Aegyptū imperauerūt, Europae verò vsque ad Tyrrhenum mare. Horū vis omnis vnā collecta nostrā, & Solo, vestraque regionē, & quicquid intra columnas Hercules cōtinebatur, inuasit. Tūc vestrae ciuitatis virtus in omnes gētes enituit. Quae cū omnes magnanimitate bellicisq; artib; antecelleret, partim vnā cū aliis Graecis, partim sola ceteris deserētib; extrema discrimina subiit, hostesq; expugnauit, eos verò qui nondū in eorū ditionem potestatemque venerant, ne venirent prohibuit: alios autē, nimirū nos quotquot eis Hercules colūnas habitamus, omnes promiscue seruauit. Post hęc ingēti terrēmotu iugiq; diei vnus & noctis illuione factū est, vt terra dehiscēs vestros illos vnā omnes bellicosos homines absorberet, & Atlantis insula sub vasto gurgite mergeretur. Quā ob causam in nauigabile

hile pelagus illud propter absorptę insulę li-
mū relictu fuit. Hęc, o Socrates, eorū quę Cri-
tias maior à Solone accepta narrabat summa
est. Sed dū pręterito die de repub. ciuibusque
suis dissereres, subiit mihi quędā ex recorda-
tione admiratio, cogitādi videlicet diuina quę-
dā forte factū esse, vt similima quędā haud ab
te cōmemoratę à Solone historię traderes. ob
eā verò causā nihil tunc protuli quoniā ex
diuturna negligētia nō satis reminiscebar. Sa-
tius igitur ipse cęsui, vt prius quā referre vobis
inciperē, mecū ipse repeterē. Ideo verò statim
imperio tuo cōlens, quia confidebā vt in reb.
huiusmodi maximē decet, aliquid me quod
propositz rei cōgrueret reperturū, sit itaq; vt
iste ait, post discessum protinus his prout tūc
recordabar, recēsi. A nocturnis deinde vigi-
lis penē omnia recuperavi. Profectō quę in
pueritia discimus, diutius firmiūsq; vt fertur,
meminissē solemus. Atque haud scio, an quę
heri audiui, referre nūc omnia memoriter pos-
sim: quę verò puer accepi, mirador equidē
siquid eorū memoria mihi exciderit. Ea quip-
pe cū voluptate & ioco audiebā, cum & senex
ille libenter me doceret, & ego ab illo identi-
dem requirerē ac sciscitaret. Quę propter qua-
si quędā literarū iniustę indelēbiliter nota,
ea mihi omnia infixa memorię permanserūt.
Atque his etiā ante solis ortū ipsa narraui, vt
vnā mecū essent ad hanc oratiōē paratiores.
Verū vt ad id quò hęc omnia spectant, me cō-
feram paratus sum. o Socrates, nō modò sum-
matim, sed sigillatim sicut audiūt omnia enar-
rate. Ciuitatē vtq; & ciues quos quasi per fa-
bulā hesternā disputatione fluxisti, tam verā
tūc ponemus. Ciuitatem quidem illam, Ashe-

*Quę pueri
discimus, ea
fidelius &
tenacius no-
ta in memo-
ria habent.*

nientem hanc urbem esse. Cives quoque quos ipse excogitabas, nostros illos veros maiores à sacerdote narratos fuisse censebimus. Nepe omnino hæc congruent, neque ab te fuerit, si cives tuos reuera priscos illos extitisse dixerimus. Quare communiter rem ipsam inter nos partientes conabimur omnes muneri abs te nobis imposito pro viribus satisfacere. Sed vide, ô Socrates, nunquid sermonem hunc probemus, an alium exigamus. soc. At enim quæ, ô Critias, sermonem magis quam istum probabimus? qui præsentibus deæ sacris propter propinquitatem quandam mirifice cõgruit. Maximum verò illud est, non fictam à nobis fabulam, sed veram historiam recenseri. Quoniam igitur pacto & vnde, hac spreta, disputationem aliam exordiemur? Certè non licet. Ideò bonis fortunæ auspiciis oportet iam tam vos disserere, quam me pro hesternâ narratione, hodie silentio vos audire. c. r. Considera Socrates, an commodè mutuū tibi conuiuū disposuerimus. Visum nobis est, vt Timæus tanquam in Astronomia nostrorum omnium peritissimus, maximèque in rerum natura cognoscenda versatus, primus edisserat, ita vt à mundi generatione exordiēs vsq; ad generis humani naturam deueniat. Atq; ego deinde suscipiens homines à Timæo quidē genitos, à Critia verò vt plurimum institutos, secundū Solonis sermonem legemque in iudicium vestrum adducam, civitatisque istius cives efficiam eos qui p̄isci illi Athenienses fuerunt, quos iam extinctos sacra Ægyptiorum literæ in lucem è tenebris eruerunt, adeò vt de illis deinceps tanquam de veteribus Atheniensibus verba fiant. soc. r. Copiosam & splendidam

Argumentum huius libri sive nexum cum libro de Re pub. declaratur.

didam disputationis mēsam apparauisse mihi videris. Tui ergo officij est, o Timæe, inuocatis secundum legem diis disputationem iam exordiri. T I M. Probè consulis Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoque modo com-
 potes sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parui principio inuocare deum soleant, quantum nos æquius est de vniuerso siue genitum sit, siue ingenitum disputaturos, nisi forte desipimus, inuocare diuinā opem? Ergo deos omnes deāque precamur, in primis quidem vt ea dicantur à nobis quæ illis placeant: deinde vt nobis ipsi cōstemus. Quantum ad deos attinet, sic à nobis oratū sit. Sed quod ad nos spectat, postendum est vt & vos faciliè assentiamini, & ego secundum mentis propositum rem ipsam qua de agitur, transigam.

^b Principiò ita mihi distinguendū esse videtur, quid sit quod semper est carens generatio: quid verò quod gignitur quidē, neque est vniquam. Illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cū semper sit idē. Hoc opinione per irrationale sentium attingi, cū gignatur, & intereat, neque verò vnquā sit. Quicquid autem gignitur, ex aliqua causa necessariò gignitur. Sine causa verò oriri quicquam impossibile est. Quando igitur opifex in operis aliquius constructione ad id quod eodem modo se habet semper aspicit, & huiusmodi quodam vsus exemplo ideam vniuersam in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est: quando verò ad id quod factum est respicit, minimè pulchrum. Vniuersam igitur hoc, Cælum, siue Mundum, siue quo alio vocabulo gaudet cognominemus, ^c De quo primum consideremus,

^a Ardua quoque à deorū inuocatione inchoanda.
^b De mundi origine et cōstitutione aëtheris Titima^a tres hypotheses ponit 1. aliud esse id quod verè est, nec gignitur vniquam aliud id quod gignitur, et verè nō est 2. id quod gignitur ex aliquā causa necessariò gigni 3. quādo opus aliquod fit ad exemplar & similitudinem Ite de ingenite est, quādo cōtra sit ad exemplar eius quod genitū est, nō est pulchrum.
^c Exsuperatio-

*lib. hypothese-
fibus haec con-
clusiones ne-
citantur.*

1 *Mundum
genitum esse.*
2 *Mundum
causam effi-
cientem ha-
bere.*
3 *Mundum
ad similitu-
dinem perfe-
ctam, inuisibi-
lem & intelli-
gibilem Ideam
factum esse.*

4 *Oratio de
quacunque
re, prout res
est, vel neces-
saria & fir-
ma, vel mu-
sabilis & ca-
duca, ita de-
bet esse vel
necessaria
vel proba-
bilis.*

quod in omni quaestione ante omnia inuesti-
gari debet: Vtrumne semper fuerit sine yllo
generationis principio, an genitum sit ab a-
liquo principio sumens exordium. Id profecto
cernitur, tangiturque, & corpus habet.
Omnia verò huiusmodi sensus mouent. Quae
sensus mouent, opinione per sensum perci-
piuntur. Haec verò talia esse constat ut gigan-
tur & genita sint. 2 Quicquid autem gignitur,
ab aliqua causa necessario gigni asserimus.
Opificem quidem & patrem mundi inuenire
difficile, & cum iam inueneris praedicare in
vulgus nefas. 3 Rursus considerandum est v-
trum mundi faber sit imitatus exemplar, idne
quod idem semper & simile est, an id quod
genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mun-
dus, & opifex mundi bonus, sempiternum cer-
te exemplum maluit imitari. Sin secus, quod
ne dictum quidem fas est, generatum exem-
plar est pro aeterno secutus. Cum verò & mun-
dus omnium genitorum pulcherrimus sit, &
eius autor causarum omnium optimus, du-
bium non est quin sempiternum sit secutus
exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effe-
ctus, quod ratione & sapientia sola comprae-
hendi potest, & immutabile permanet. Ex quo
efficitur, ut necesse sit hunc mundum alicuius
simulachrum esse. Rationem verò originis
naturaliter explicare difficilimum est. Ideo
de simulachro & exemplo sic distinguamus.
Orationes utique cum his rebus quas exprimi-
unt, cognitionem quandam habere videntur.
Ergo cum de re firma & stabili & mente com-
prehendenda disseritur, stabiles similiter im-
mutabilesque & quam maxime fieri potest in-
expugnabiles orationes esse oportet. Cum ve-
ro

rō de ipsius rei firmæ stabilisque simulachro disputatur, verisimiles rationes sufficiunt, quæ ita se ad superiores habeant rationes, vt simulachrū ad exemplum. Nempe quod est ad generationem essentia, id ad finem est veritas.

¶ Cū ergo, ô Socrates, multa de diis mundi- que generatione à multis dicta sint, ne mireris obsecro, si rationes de iis probatissimas exactis- simasque afferre non possim. Satis enim factū putare debēbis, si non minus probabiles quā quiuis alius rationes attulerim. Equum est meminisse, & me qui disseram, & vōs qui iudicabitis, homines esse: vt si probabilia dicentur, nihil vltius requiratis. s. o. c. Scitè loqueris, ô Timæe. Quare nos, vt iubes, agendū putamus. Exordium quidem hoc orationis mirificè approbauimus. Sed age deinceps disputationē perage. TIM.

¶ Dicamus igitur quam ob causam ille rerum autor generationem & hoc vniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autem nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cū liuor ab eō alienissimus esset, omnia sibi quantū fieri poterant similima fieri voluit. Si quis hanc gignendi mundi causam præcipuam à prudentibus vitis acceperitis rectissimè profectō accipiet. ¶ Itaque cū vellet deus bona omnia fore, nihil verò, quoad natura pateretur, malum, quicquid erat quod incernendi sensum cadere posset, assumpsit, non tranquillū & quietū, sed temerè agitatū & fluctans, idque ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autē neq: erat, neque est, quicquā nisi pulcherissimū facere eum, qui est optimus. Cū igitur excogitasset, inuenit nihil eorum quæ secundum naturam aspectui subiecta sunt,

*a Sermone
qui de hoc
mundo visi-
bili habentur,
non sunt
necessarij,
sed probabi-
les duntaxat.*

*b Mundum
creandi Deo
causa fuit
bonitas sua.*

*c Ex hoc loco
videtur posse
colligi
Plat. voluisse
adeo duntaxat
mundum ordinatum,
nō creatum.*

si expers intelligentiae sit, intelligente alio, totum toto pulchrius unquam fore, intellectum verò alicui sine anima dari non posse. Hac ratione mentem quidem animae, animam verò corpori dedit, totumque ita mundum constituit, ut pulcherrimum natura opus optimumque foret.

Mundus animal.

Quocirca sicut ratio nobis hæc probabilis persuadet, dicendum est, hunc mundum animal esse, idque intelligens, reuera divina providentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur videamus, ad cuius animalis similitudinem deus mundum constituit. Vni quidem propriaeque animalium speciei similem fecisse, ne arbitremur. Nam si imperfecto animali similis esset factus, pulcher certè non esset.

Mundus ad similitudinem animæ constituitur.

Imò verò illius animalis eum simillimum esse dicamus, cuius animalia cætera & singulatim & generatim partes sunt. Illud si quidem viuentia omnia, quæ sola mente percipiuntur, in se ipso complectitur, quemadmodum mundus hic nos & cætera quæ cernuntur animalia continet. Volens itaque deus omnium quæ intelligi possunt pulcherrimo & undique absoluto mundum hunc simillimum reddere, animal vnum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia cuncta naturæ suæ convenientia intra suum limitem continens.

Mundus vniuersus & cur, nēpe ut perfecte representaretur anima: qua vna est, ad quam duo hæc partes sint, nec illorum, sed tertij huius, mundus hic simulachrum rectius dicere-

inde rectè mundum vnum diximus? an rectius plures innumerabilesue dici oportuit? Vnum profectò, si modò ad vnius similitudinem sit formatus. Quod enim viuentia omnia quæcunque intelliguntur continet, socium alterum habere non potest. Alioquin aliud animal, quod hæc duo contineat, esse oportet, cuius duo hæc partes sint, nec illorum, sed tertij huius, mundus hic simulachrum rectius dicere-

tur. Vt igitur hic mundus esset animali abso-
luto simillimus, ex eo quòd solus atq; vnus ef-
set, idcirco neque duo, neque innumerabiles,
procreati sunt, sed vnus mundus vnigenitús-
que factus est & erit. ^a Quoniam verò quod ^aCur Mun-
sit corporeum spectabile, & tractabile esse o-
portet, ac si ac igne videri nihil potest, nihilq; ^{duo Ignem}
sine solido tangi, ^b & solidum absque terra ^{habeat.}
nihil, idè in operis huius exordio deus ignè
primò terrámque creauit. Sed duo sola absque
tertio quodam commodè coherere non pos-
sunt, mediúmque aliquod vinculum vtrorú-
que desiderant. Vinculorum verò id est aptis-
simum atque pulcherrimum, quod ex se, &
ex iis quæ astringit, quàm maximè vnum effi-
cit. Hoc maximè proportio ratióque alternæ
comparationis assequitur. Quando enim in
tribus numeris, aut moribus, aut viribus me-
dium ita se habet ad postremum, vt primum
ad medium, vicissimque vt postremum cum
medio, ita medium cum primo congruit, tunc
quod medium est, & primum sit & postremú,
postremum quoque & primum media fiunt.
Ita necessitas cogit, vt omnia quæ sic deuincta
fuerint, eadem inter se sint. Eadem verò cum
facta sint, efficitur vt omnia sint vnú. ^c Quòd ^cCur ad Mú-
si vniuersi corpus latitudinem habere debuif-
set, nullam verò profunditatem, vnum sanè ^{di constitu-}
tum ad seipsum, tum ad extrema vincienda ^{tionè Ignis}
interiectum medium suffecisset. Sed cum soli- ^{Terra, qua}
ditatem mundus requireret, solida verò non ^{sunt extrema}
vno, sed duobus semper mediis copulenter, ^{elementa}
inter ignem & terram deus aerem aquámque ^{Aer & a-}
locauit, eaque ita inter se inuicem quoad fieri ^{qua, qua snt}
poterat, comparauit, vt quemadmodum ignis ^{inter m. si a}
ad aerem, ita aer ad aquam: vt aer ad aquam, ^{adiunct. fue-}
rint.

sic aqua ad terram congruè conferatur. Quae
 ex coniunctione ita constitutus est mundus,
 ut aspici tangique possit. Propterea ex huius-
 modi rebus numero quatuor, mundi corpus
 constat, ea connexum comparatione
 qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concordi
 complectitur, atque ita aptè cohaeret, ut ne-
 queat dissolui vlllo modo nisi ab eodem à quo
 est colligatum. Quatuor igitur earum re-
 rum quamlibet integram mundus accepit. Ex
 omni quippe igni, aere, aqua, terra, ipseus fabricator
 ita ipsum composuit, ut nullam cuiusquam in-
 storum partem aut vim extrà relinqueret. Id-
 que ea ratione fecit, primum quidem, ut to-
 tum hoc animal quam maximè perfectum ex
 perfectis partibus esset. Deinde ut esset vnum,
 cum nihil extrà relictum fuerit, ex quo alteru
 generetur. Postremò ne quis ipsum morbus
 aut senectus attingeret. Videbat enim eam esse
 naturam corporis, ut importuna caloris vel
 frigoris aliarumque rerum nimis vehementiù
 accessione lædatur, & in morbos leniùque
 impulsu deficiat. Quam ob causam ratione-
 que vnum totum ex omnibus totis & perfe-
 ctis perfectum, morbi & senectutis expertem
 deus mundum constituit, Cui & figuram ma-
 ximè congruam & decoram dedit. Animal
 quippe hoc, quòd intra suum ambitum erat
 animalia omnia contenturum, eam figuram
 præcipuè requirebat, in qua figura omnes
 continerentur. Quapropter sphaericum fecit,
 in quo omnis extremitas paribus à medio ra-
 diis attingitur: idque ita tornauit, ut nihil ef-
 fici possit rotundius, omnesque partes essent
 omnium simillimæ. Putabat enim simile dissimil-
 mili multo pulchrius esse. Latuam præterea
 hyno

*à Mūdus to-
 tā materiā
 cōplexus est:
 ac proinde
 cum non sit
 extra ipsum
 pars aliqua
 materiæ à
 qua pati
 possit, respe-
 ctu materiæ
 eius senectū-
 tis, morbi, &
 interitus ex-
 pers, secun-
 dū Platonē.*

hunc globum extrinsecus undique expoliuit. Nec immerito. Nec enim oculis indigebat, quia nihil extra quod cerni posset, relictum erat. Nec auribus, cum nihil superesset foris quo audiretur. Nec erant aëre circumfusa externa mundi, ut respirationem requireret. Nec membris quidem talibus opus erat, per quæ noua alimenta susciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat, nulla accessio. Nec enim erat aut quo, aut unde talia fierent. Ipsum enim se consumptione & senio sui ipsius alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus, ut omnia in seipso & à seipso patiarur, & agat. Ratus enim est ille autor, mundum si sibi ipse sufficiat, præstantiorem fore, quàm si aliorum adminiculis egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit, quia neque capiendum quicquam erat, neque repellendum. Nec pedibus, aut aliis ad progressionem statumue membris opus erat. ^b Motu enim illi congruum suo corpori tribuit, qui ex septem motibus vnus ad mentem maximè & intelligentiam pertinet. Ideoque cum illum per eadem, & in eodem, & in seipso circunduxisset, effecit ut circulari conuersione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit ab eo, & ab eorum errore & peruagatione penitus liberauit. Ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus non egebat, cura pedesque non dedit. Cum hæc igitur deus ille qui semper est, de aliquando futuro deo cogitaret, leuem eum effecit, æqualémque, & à medio ad summum undique parem, corpusque ex corporib. totis & perfectis totum atque perfectum. Animam autem in eius medio collocauit, perque totum tetendit, atque ea corpus ipsum g-

a Mūdo sita fabricatus est & omnia à seipso & in seipso patiarur & agat.

b Mūdo eum attributus motus circulari.

eiam extrinsecus circumtextit, mundumque
 hunc vnum & solum, solitariumque & cir-
 cularem volui in circulum statuit, qui propter
 virtutem secum ipse facile esse possit, nullius
 alterius indigens, satisque ipse sibi notus at-
 que amicus. Itaque omnibus his de causis mu-
 dum opifex eius beatum deum effecit: sed ani-
 mam (haud quemadmodum de ea secundo lo-
 co agere instituimus, ita ipsam post mundi
 corpus iuniorum fecisse existimandus est) ne-
 que enim qui haec coniunxit, parere iuniori
 antiquius permisisset. Sed nos multa vix
 fortunae participes inconsiderate & temere lo-
 quimur. Ille vero tam generatione quam vir-
 tute priorem antiquioremque animam cor-
 pore constituit, vixque obedienti corpori
 esset imperatura, ex his videlicet atque hoc
 pacto. Ex ea substantia quae indiuidua, &
 semper eadem similisque est, & ex ea rursus
 quae circa corpora diuisa sit, tertiam substā-
 tiam speciem commiscuit mediam, quae rursus
 esset naturae ipsius eiusdem, & naturae ipsius
 alterius particeps, eamque per haec mediam
 constituit inter indiuiduam substantiam, &
 eam quae circa corpus diuiditur. Ea cum tria
 sumpsisset in vnam speciem omnia tempera-
 uit. Vbi naturam eius quod alterum diuer-
 sumque vocamus, commixtioni repugnantē,
 cum eo quod idem dicitur vi quadam con-
 ciliauit. Postquam vero duo illa cum substan-
 tia commiscuit, & ex tribus vnum fecit, rur-
 sus id totum in ea quae decuit membra parti-
 tus est, quorum quodlibet ex tribus, eodem, al-
 tero substantiaque constaret. Fuit autem talis
 illa partitio. Vnam principio accepit ex vni-
 uersis portionem. Secundam autem primam

Anima
 mundi essen-
 tia & com-
 positio de-
 scribitur.

partis duplam Deinde tertiam, quæ secundæ sesquialtera esset, primæ tripla. Postea quartam, secundæ duplam. Quintam deinceps, tertiæ triplam. Sextam primæ octuplam. Postremò septimam, quæ partibus sex & viginti primam excederet. Post hæc dupla & tripla interualla repleuit, partes rursus ex toto disseccans: quas interuallis ita locauit, vt bina essent in singulis media, siue vt ita dixerim, medietates: quarum vna eadem parte excedit alterum extremorum, eadem ab altero superatur. Altera medietas pari numero extremum vnum superat, pari superatur ab altero. Cum verò sesquialtera interualla, sesquitertia & sesquioctaua sumpsisset, ex his nexibus in primis spatii, sesquioctauo interuallo sesquitertia omnia explebat, particula singulorū relicta, Huius autē particulæ interuallo relicto, ea inde habebatur numeri ad numerum in terminis comparatio, quæ est inter ducentos quinquaginta sex, & ducentos quadraginta tres. Iam verò commixtum illud vnde ista fecernebatur, totum huiusmodi patium sectione consumptum erat. Tunc seriem hanc vniuersam in longum secuit, & ex vna duas fecit mediâque medix in speciem x. Græcè literè accommodauit. Deinde in orbem intorsit, quoad ita coirent inter se capita, vt lineæ ipsæ & secū & se inuicē e regione intersectionis ipsius coniungerentur: atque eo motu qui in eodē & similiter semper reuoluitur, vndiq; est eas circumplexus: & circulatorum alterū exteriore, interiorē alterū fecit. Exteriorē quidē lationē eiusdē naturæ, interiorē verò alterius nominavit, atque illā quæ erat ipsius eiusdē naturæ cognata, in lauis ad dextrâ partē: eā verò quæ

alterius per diametrum ad leuam flexit. Sed principatum dedit eiusdem ipsius similisque agitationi. Ea namque sola indiuisam reliquit, interiorē verò cum sexies diuisisset, septemque orbis inaequales dupli & tripli interuallis effecisset, singula cum tria sint, utriusque contrariis inter se cursum orbis peragere iussit, & ex septem interioribus tres quidem pari celeritate, quatuor verò & ad se, & ad reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamen ratione conuerti. Postquam igitur secundum creatoris illius mentem tota animae constitutio absoluta fuit, mox omne corporeum intra ipsam effinxit, mediūque medicum accommodans apto modulamine copulauit. At illa à medio per omne usque ad caeli extrema se porrigens, eique extrinsecus circumfusa, seque in seipsa conuertens, ita sempiternè sapientisque vitæ in vniuersum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem caeli spectabile factum est: anima verò oculorum effugit obtuitum, rationis & modulaminis corporis ab autore suo omniumque semper sunt, & ad intelligentiam pertinent optimo, ipsa quoque optima omniumque genita sunt effecta. Quoniam igitur ex tribus partibus, eodem scilicet, & altero, & essentia constata est, ratione proportionis distincta atque compacta, necnon in seipsam orbe reflectitur, quoties aliquid attingit quod essentiam diuiduam habet & quod indiuiduam, in seipsam omnino conuersa quid sit utranque discernit, & cui quid idem sit, à quo alterum & diuersum, ad quidqueque, & ubi, quomodo, & quando esse huiusmodi aliquid vel pari contingat, tam in iis que gignuntur, quam in illis que semper sunt eadem Ratio porro ad ipsum quod idem est vergens atque veridica, tam circa alterum, quam circa idem ver-

sata, & sine sono strepitūque omni in eo quod seipso mouetur reuoluta, quando ad sensibile a *Opinio & fides, quomodo fiant in Anima.* aliquid se conuertit, si tunc etiā alterius diuersęque naturę circulus rectē per omnē ipsius animā rē ipsam nūnciet, opiniones fideique assensiones firmas verasque producit. b *Scientia, quomodo.* Quando rursus circa rationale se versat, & ipsius quod idē est circulus se aptē reuoluens rē denūnciat intellectus necessariō sciētiāque perficitur. Hęc quisquis in alio quā in anima fieri dixerit, à vero penitus aberrabit. Cū igitur hoc à se factū sempiternorū deorum pulchrum simulachrum moueri & viuere pater ille qui genuit animaduerteret, delectatus est opere, & hac ductus lætitiā opus suo multō etiā magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit.

ITAQVE quemadmodum illud sempiternum animal est, ita vniuersum hoc pro viribus tale fasere instituit. Illius quidē animalis æterna natura est: quod genito operi cōgruere omnino non potest. Idcirco imaginem aui mobilē effingere decreuit, ac dū cœlū exornaret, fecit æternitatis in vnitāte manentis æternā quandam in numero fluentem imaginē, quā nos tempus vocauimus. Dies porrō & noctes, & menses, & annos, qui ante cœlū non erant, tunc nascente mundo nasci iussit, quæ omnia tēporis partes sunt. Atqui erat & erit, quę nati tēporis species sunt, non rectē æternę substantię assignamus. Dicimus enim de illa, est, erat, & erit. c *Diuina & æterna essentia propriis cōpetit hæc sola tēporis differentia, Est.* Sed illi reuera solū est competit. Fuisse verō & fore deinceps ad generationem tēpore procedentem referre debemus. Motus enim quidā duo illa sunt. Æterna autē substantia cū eadem semper & immobilis perseueret,

neque senior seipsa fit vnquam neque junior, neque fuit hæcenus, neque erit in posterum, neque recipit eorum quicquam, quibus res corporeæ mobilisque ex ipsa generationis conditione subiiciuntur. Nempe hæc omnia temporis imitantis æuum, seque numero reuoluentis, species sunt. Sæpe etiam dicimus quod factum est, esse factum: quod fit, in generatione esse: quod fiet, esse faciendum: & quod non est, non esse. Quorum nihil rectè & exacta ratione dicimus. sed exquisitam deus discussionem præsens disputatio non requirit. *Tempus verò vnà cum cælo factum est, vt vnà orta, vnà etiam dissoluantur, si qua his dissolutio vnquam contigerit. Et ad exemplar æternæ naturæ idèò factum est, vt mundus hic illi præstantiori quoad potest simillimus sit. Ille enim mundus, huius exemplar omnè per æuum est. Hic verò perpetuè per omnè tempus fuit, estque solus & erit. ^bHæc ratione consilioque dei tempus creare volentis, Sol & Luna & alix quinque stellæ quæ vocantur erraticæ, factæ sunt, quo temporis numerus distingueretur atque obseruetur. Cum verò stellarum huiusmodi corpora septem fecisset deus, septem orbibus qui alterius ipsius diuersæque naturæ circuitu voluuntur adhibuit. Lunam in primo supra terram circuitu posuit, in secundo Solem, Luciferi deinde globum, & Mercurij sacrum, vt dicitur, sydus circulis affixit. Soli velocitate æqualibus, potentia verò illi contrariis. Quò sit vt apprehendant se inuicem, & à se vicissim apprehendantur similiter hæc stellæ, Sol, Luciferus & Mercurius. Cæterarum stellarum ordines progressusque & rationes si quis omnino percurrere velit

^aTempus quâ
do factum.

^b Sol, Luna
& alij quin
que pla
netæ, cur à
Deo facti.

erit opere ipso, quod operis gratia sumetur. Hæc enim fortè à nobis pro dignitate rei aliàs si dabitur otium, tractabuntur. Postquam verò singula quæ ad seriem temporis pertinebant, convenientem sibi progressum sortita sunt, corporaque nexibus compacta vitalibus animalia euaserunt præscriptum tenorem & institutum ordinem tenuerunt: ^a ut videlicet ^a *De duobus orbibus cælestium motibus contrariis.* secundum alterius diuersæque naturæ obliquam agitationem eiusdem ipsius agitationi subiectam, orbis illi partim amplio-rem, partim angustio-rem circulum peragant: & quæ minorem, velocius: quæ maiorem, tardius reuoluantur. Secundum verò ipsam eiusdem naturæ lationem, quæ velocissimè percurrunt comprehendenti-à tardioribus comprehendendi videntur. Omnes quidem eorum circulos superna illa vertigo varia circuitione reueluens, propterea quòd isti duobus simul contrariis motibus agitantur, id quod tardissimè ab ipsa quæ velocissima est recedit, proximum declarauit. Vt autem esset quædam velocitatis illorum tarditatisque mensura certissima, omniumque octo motuum prodiret in lucem chorea, accendit lucem clarissimam deus in secundo à terra circulo, ^b quam modò Solem vocamus. Cuius splendore cælum omne illustraretur, & animantibus omnes quæcunque natura numeri capaces sunt, ipsius participes efficerentur, vnum numerandi discentes ab illo eiusdem similibusque naturæ circuitu. Hinc quoque notis diesque varietas orta est. Propter hæc etiam vnus sapientissimisque circuitus reuolutio. Mensis verò prouentus, quando Luna illustrato circulo suo Solem consecuta est.

^b Sol.

Annū, vbi Sol suū peragrauit orbē. Cætero-
rū autē siderū ambitus ignorantes homines
præter admodum paucos, neque nomine cer-
to aut appellatione illos appellant, neque nu-
meris inter se distinctis cōmetiuntur. Itaque,
vt ita dixerim, nesciunt, horum peragrations
idipsum esse quod tirē dicitur tēpus multitu-
dine infinita & varietate mirabili præditas.

a *Magius*
annus.

a Est tamē intellectu facile, quod perfectus nu-
merus temporis perfectū tunc demum cōpleat
annū cū octo ambitus confectis suis curibus,
quos orbis ille semper idē similitérque proce-
dens metitur, ad idē se caput retulerint. Has ob
causas nata sunt ea astra, quæ per cælū mean-
tia conuersiones habent, vt hoc omne animal
quod videmus esset perfectissimo animali illi

b *Cur varia*
animantium
genera in
hoc mundo
Deus esse
voluerit.

quod mentē perspicitur, æternitatis imitatio-
ne simillimū. Tam verò cætera vsque ad tēpo-
ris ortū, ad imaginem propositi exēplaris effin-
xerat. *b* Sed quia mundus hic nondum ani-
malia omnia intra suū ambitū continebat, ex
ea parte deficiebat ad illud exēplar imaginis
huius similitudo. Hoc igitur quod deerat, su-
perni illius exēplo deus explebat. Quot igitur
& quales mens ideas in eo quod est animal in-
spicit, totidem & tales hoc mundo contineri
oportere excogitauit. *c* Sunt autem quatuor.

c *Diuisio A-*
nimalium in
quatuor ge-
nera.

d *Astra i-*
gneæ mate-
ria ad cæle-
stium anima-
lium genus
referuntur, eo
vñ præterea
metus descri-
bitur.

d *Astra i-*
Vna quidem deorū cælestium genus cōtinet.
Alia volatile & æriū agū. Tertia aquæ liquo-
ribus accōmodatum. Quarta terrenorum ani-
mantiū genus *d* *Diuini quidē animalis speciem*
ex igni maxima ex parte componebat, vt splen-
didissimum esset vsūque pulcherrimū. Cū-
que illud vniuersi figuræ simile vellet fore, ro-
tundum fecit, posuitque in ipsius optimi sa-
pientia, atque illud sequi iussit, circūque o-

nne cœlū distribuit, vt verus illi vbiq; ex hac
 varietate ornatus accederet. Dedit aut̄ diuinis
 duo genera motus. Alterum quo in eodē sem-
 per & similiter voluerentur, cum de eisdē sem-
 per secum ipsis eadem cogitarent. Alterū quō
 in anteriorem partem ab eiusdem ipsius simi-
 lisque vertigine deducerentur. Reliquos autē
 quinque motus ab his voluit esse alienos, vt v-
 numquodque illorū, quoad fieri potest, opti-
 mū esset. Qua ex causa facta sunt astra illa er-
 roris expertia, quæ diuina animalia sunt, pro-
 ptereaque in eodem semper circuitu perseue-
 rant, quæ verò vaga sunt & mutabili ratione
 labūtur, ita deinceps vt supra diximus genera-
 ta sunt. Terrā autē altricem nostrā circa polū
 per vniuersum extensum * alligatā, dici noctis
 que effectricē & custodē esse voluit, nec non
 primā antiquissimāq; deorū omniū qui in
 tra cœlum sunt geniti. Horum verò deorum
 choreas, & inter ipsos cōcuriones circularū
 que ipsorum reuolutiones varias & * accessus,
 quales præterea fiant coniuncti sibi inuicem
 vel oppositi, siue antè inter se siue retrò, quid-
 ue ex illorū serie nobis proueniat. quibus tem-
 poribus & quo pacto delitescant singuli, vel e-
 mergant, quidue portendāt quando orientes
 hominibus harum rerum * peritis timorē in-
 cutiunt: Hæc inquam omnia absque * diligen-
 ti simulachrorum ipsorū inspectione explicare
 velle, inanis est labor. Sed de his satis: & iā quæ
 de natura deorum illorū qui tales geniti sunt
 vt cernātur, dicenda erant, finem habeant. Cæ-
 terorum verò qui demones appellantur, &
 cognoscere & enuntiare ortū, m̄ius est opus,
 quam ferre nostrum valeat ingenium. Præcis-
 itaque viris hac in re credendum est, qui diis

* Polus iste accipitur pro axe.

* Leg. εὐλα-
μῶν. Pro-
clus legit

ἰσομετρῶν,
quod exponit

σφαιρομέ-
τρῶν & σφαι-
ρομετρῶν, i.

compressam
& contētam.

* τῶν ὁμοῦ κα-
ταστάσεων legi-
tur & τῶν ὁμοῦ

πρόσθεν, i. an-
tecessiones.

* Cicero vi-
detur legisse
negationem.

habet enim,
rationis ex-
positibus.

* Nullo po-
sito sub oca-
lis simulach-
ro.

* De demo-
nibus.

geniū vt ipsi dicebant, parentes suos optime nouerant. Impossibile sanè deorū filiis fidem non habere, licet nec necessariis, nec verissimilibus rationibus eorū oratio confirmetur. Verum quia de suis ac notis rebus loqui se affirmabant, nos legem secuti fidem præstabimus. Sic igitur vt ab his est traditum, horum deorū generatio habeatur atque dicatur. Terræ cælique filii Oceanus & Techys fuisse traduntur. Ab iis Phorcyn, Saturnus & Rhea geniti & reliqui horū fratres. Ex Saturno & Rhea Iupiter, & Iuno, & reliqui, quos eorum fratres quotidie nœmorari audimus, nati dicuntur. Ex his deinceps, vt traditur, alii. Postquàm orti sunt omnes, & qui cælo voluuntur dii nostris oculis manifesti, & qui eatenus nobis conspicui fiunt, quatenus ipsi volunt, tū ad eos mundi genitor ita fatur: *Dii orti ex diis, quorū opifex ego & pater sum, hæc attendite. Quæ à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vinctum est, solui potest. Sed mali est, quod pulchrè cōpositum est, seq̄; habet bene, velle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidē & indissolubiles omnino nō estis. Nec tamen vnquā dissoluemini, nec mortis fatum subibitis. Nam voluntas mea maius præstantiūsque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, quàm nexus illi, quibus estis tunc cū gignebamini, colligati. Sed nunc iam quid iubeam, cognoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant: absque horū generatione cælum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. Conzineat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc verò si à me fiant solo,*

vitæque

Oratio summi dei, hoc est ad demones creatos, illis immortalitatē promittentis, eosq; sibi ad hominis & reliquorum animalium mortalium creationem socios assumpti.

vitæque donentur, diis adæquabuntur. Quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut vim imitemini meam, qua in ortu vestro sum vltus. ^aAtque eius quidem animalis quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conueniat, diuinumque vocetur, principiumque teneat & iustitiam simul ac vos vltro colat, ego vobis semen & initium tradā: vos cetera exequi par est, ut immortalī naturæ mortalem atrecentes, faciatis generetisq. animalia, subministrantēsq. alimenta augeatis, & consumpta rursus recipiatis. Hæc fatus, in eodem rursus craterē, in quo mundi totius animam permiscens temperauerat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam eodem, non tamen incorruptas similiter, sed & secundo & tertio gradu à primis deficientes. ^bDenique cum vniuersum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstrauit vniuersi naturam, ac leges fatales edixit: ostendens quidem primā omnibus generationem ordine quodam vnā fore, nequis ab eo minus aliquid fortiatur. Satis autem & quasi sparsis animis per singula singulis conuenientia temporū instrumenta, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maximè esset diuino cultui deditum. Esse autem naturam hominis geminā: cuius id genus fore præstantius quod viri nomine sit appellandū. ^cCum verò animæ corporibus necessitate quadam insertæ fuerint & corporibus earum accesserit aliquid, vicissimque abscesserit, primum vtrique necessariò sensum vnū omnibus intumū, & naturæ coniun-

^a *Hominis anima creatio immédiate Deo tribuitur, sed ad corporum fabrica demonum opera adhibetur.*

^b *Singulis animalibus suū astrum assignatum.*

^c *De vehementibus perturbatio- nibus anima & unde ori- antur.*

etum illic à violentis passionibus excitari, de voluptate & dolore mixtum amorē, post hæc metum & iram, & quæcunque vel ista sequuntur, vel ab istis vt contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iuste victuros, iniuste verò qui ab his fuerint superati. Atque illum qui rectè articulum viuendi à natura datum con fecerit, ad illud astrum cui accommodatum fuerit, reuersum, beatam vitam acturum.

** Varias suo in corporare ditu pro ut fuit antea. Et a vita, conditiones vita sortiuntur anima.*

b Quomodo hominis corpus à demonibus ex elementu fuerit contemperatum: certa ratione contemperato corpori quomodo anima fuerit sociata, tum quid ex corporis consortio patiatur anima.

* Contra verò agentem, cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierē. Et qui ne tum quidem finem peccandi faciet, quatenus deprauatur, eatenus in brutorum naturā suis moribus similem permutari: nec prius à mutationibus laboribusque cessare, quàm illam sibi insitā eiusdē ipsius similisque naturæ conuersionē secutus ipse, ei que subiiciēs turbulētos multiplicisque effectus postea ex igne, aqua, aere, & terra contractos, ratione sedauerit, & ad primū optimūque sui habitum iā redierit. Quæ cum illis ita designauisset, nequa penes se future prauiditatis causa esset, alios in terrā, alios in lunā, alios in alia ad spatorū temporis significationem notas constitutas spargens quasi serebat. Post huiusmodi sementem, quod reliquum erat, diis iunioribus agendum mandauit, vt corpora mortalia fingerent, quantumque esset humanae animæ quod reliquū huic deberet accedere, id omne & quæ consequētia essent, adiungerent regerētque; & quàm optimè & pulcherrimè heri posset mortalis animalis naturam gubernarent, nisi ipsum sibi met malorū causa esset.

b Atque is quidē qui hæc cūcta disposuit, ritē in suo habitu permanebat. Quo quidē permanente, eius filii cū parētis ordinē cognouissent

sent eum protinus sequebantur. Itaque accep-
to ab illo mortalis animantis immortalis prin-
cipio, sui effectore imitati, ignis, aeris, aque, ter-
re particulas, quas rursus redderent, à mundo
mutabantur: eaque inter se copulabant, haud
isdem illis indissolubilibus vinculis, quibus ipsi
fuerant colligati, sed talibus quæ propter par-
uitatem cerni non possent: crebrisq; huiusmo-
di clavis coniunctis vñ ex omnibus corpus ef-
ficiebant, atque in hoc ipsum tum influente, tum
effluente corpore, animæ diuinæ circuitus illi-
gabant. Itaque hi circuitus in profundum flu-
men immeriti, neque tenebāt, neque teneban-
tur, sed vi ferebantur, atque ferebāt. Ex quo fa-
ctum est, vt totum animal moueretur, sine ordi-
ne tamē, & fortuita quadā iactatione. Cui qui-
dē sex perusagati motibus cōtingit vndiq; per
sex loci differentias progrediendo, videlicet
antē & retro, ad dexterā & leuam sursum atq;
deorsum. Cū verò plurimus inundaret flu-
ctus atque deflueret vnde animal nutriretur,
multò etiā maior à passionibus extrinsecus il-
latis turba sequebatur, cū corpus aliquod ignis
exterioris incurrisset offensionē, vel à terræ so-
liditate, aut aque humore, aut aeris flatu lesum
esset. Porro ab iis omnibus, per corpus motus
vsque ad animā transeunt, qui propterea & i-
nitio & nūc sensus cognominati sunt. Hi qui-
dem ab initio continuē multos & maximos
motus cient, riuo illo cōtinentur fluente, atq;
his fluctibus vehemēter animæ circuitus qua-
tiant. Et circuitum quidem illū eiusdem simi-
lisque naturæ in ipso cursu prorsus impediūt:

*Unde homi-
ni sensus, vñ
ij motus se-
cundum lo-
cum, varia
item affectio-
nes tam se-
cundum ani-
mam quam
secundum
corpus.*

*Animæ no-
uissimè in-
gressa est &
dum corpus
alimento a-
dolescit, im-
pediunt vi-
illa animi
quæ in cog-
nitione veri
versatur quæ
appellat Pla-
to circuitus
& agitatio-
nem naturæ
Eiusdē, Al-
terius verò
ex quo sicut
ex Eodem
anima no-
stra consistit
facultas, n. se
tenebris &
nostra.*

*re distrahitur & sudēq; agitur, vnde fit vt ignorātia
perturbationum subitaneis pene obruatur, anima*

alterius verò circuitum distrahūt, vsque adeò, ut dupla illa & tripla vtrunque disposita intervalla tria, medietatēsq. & colligationes sesquialtera, sesquialtera, sesquioctava ratione interiectas, quae dissolui à nullo nisi ab eo qui coniunxit possunt, omni reuolutionis genere torqueant, omnesque anfractus & varietates orbium, quotcumq; cōtingere queunt, inducant: ita ut ambitus ipsius vix sibi inuicē connexi, ferantur quidem, sed sine ratione ferantur tum cōtrā, tum ex obliquo, tū resupina quadā dispositione, ceu si quis caput pro pedibus humi figat, pedes verò pro capite tollat in altū. tunc arbitrator tam eius qui sic affectus est, quam eorum qui spectant, dextra partes sinistrae, & contra sinistrae dextrae sibi inuicē esse videntur. Itaque cum hoc ipsam ceterave huiusmodi animi quoque ambitus maximē patiuntur, si tunc in extrinsecum aliquid eiusdē ipsius vel alterius generis inciderint, falsò quid idem alicui sit, quidve alterū ab aliquo iudicant. Ideoque mēdaces tunc dementēsque sunt, nec vllus princeps & dux in eis tunc est circuitus. Cumq; extra positi sensus pulsauerint animā vehementius, totāque eam possederint, tunc illi [quāuis alterius imperio contineantur] dominari videntur. Quas ob res ab initio anima cū mortalis corporis vinculis includitur, amens efficitur. At postquā nutritionis & augmenti riuus lenius minúsque fluit, animaeque circuitus tranquilliore motu iter suam pergunt, processūq; tēpotis sedatiores fiunt, & in figuram naturae suae congruam restituantur: tunc singulorum circularū directae conuersiones eiusdem & alterius naturā probè discernūt, hominēque sic institutū prudentē efficiūt. Quod si quis educationi

¶ Ideo ex Eiusdem & Alterius natura participant Anima nostra, ut partim rem unamquamq; & quae ipsi sunt similia & cōsentanea, partim diuersa repugnantia, & dissentanea cognoscant.
¶ Adulto iā corpore & iustum incrementum adeptis, accedente praeterea doctrina, sedati & compositi sunt merue Anima secundū Eiusdem & Alterius naturam.

duratiori recteque nutritioni disciplinâ quoque & eruditione convenienti adiuxerit, morbo grauissimo deuitato, sanus & integer prorsus euadet: sin autem neglexerit, claudum vitæ iter ingressus, tâquã macus & omnino inutilis rursus ad inferos decedit. Sed hæc quidẽ post ortum contingunt.

Nunc vero de prima hominis cõpositione exactius disserendũ, ac probabili ratione monstrandũ, qua causa & prouidentia deorum singula membra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Principio dii figurâ capitatis ad rotunditatẽ mundi finxerunt, in eoque duos illos animæ diuinos circuitus statuerunt. Est autem caput membrũ corporis diuinissimũ, reliquorumque membrorum princeps: cui totum corpus cõnexũ dii subesse & parere iusserunt.

Excogitauerunt enim motuum omnium quocumque esse queant, compos id fore. Cũ verò inæqualis & aspera, ac partim quidem accliuis, partim decliuis terra sit, si humi caput serperet, perque testẽ superficiẽ volueretur, hos anfractus sine offensione transire nõ posset. Quod sane malum vt vitaretur, procerum hunc habitum corporis ad faciliorem progressum dii pro vehiculo capiti subiecerunt. Corpori præterea quatuor in locũ porrecta & flexibilia membra annexerunt, quibus facile diuina prouidentia moueretur: apprehenderet videlicet obiecta quæque, staret, & sisteret, perque omnia graderetur caput superne subsistens diuinissimi sacratissimiq; habitaculũ. Hæc igitur ob causam nobis crura manũque dedere. Anteriores autem partes postteriorib; præstantiores & ad imperandũ aptiores arbitrati, in anteriorem quoque partẽ moueri nos vt plurimũ

voluerunt. Oportebat porro anteriora discreta & dissimilia esse. Quapropter primum globulo capitis facie adiecere, facieique instrumenta quae admicularentur omnia animae prouidentiae, assignauerunt. decreueruntque naturale hominis imperium in hac parte anteriori priorique consistere. Sed ex omnibus faciei partibus, primi luciferi oculorum orbis coruscant, hac causa dati. Ignis certe illius qui non vrit quidem, sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, particeps oculorum orbis dii fecerunt. Intimum liquidem nostri corporis ignem huius ignis germanum sincerumque per oculos emanare voluerunt, in quibus lenis congestusque ubique ignis huiusmodi sit, sed per eorum duntaxat solidiore angustamque medietate ignis purior euolet, crassior vero cohibeatur. Ita que cum diurnum lumen applicat se visus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia atque commixta, quod oculorum acies diriguntur, ibi in vnius iam domestici corporis coherent specie, ubique videlicet tam intimi quam externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandem sortitum, cum quid aliud tangit, vel ipsum ab alio tangitur motu huiusmodi ad corpus omne perque id ad animam usque diffundens sensum efficit, qui visus vocatur. At postquam in noctem discesserit cognatus ignis, visionis radius euanescit. Nam in aerem sibi dissimilem erumpens permutatur atque extinguitur, cum nullam habeat cum proximo aere, utpote ignis splendore carente, naturae communionem. Idcirco videre desinit, somnumque inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dii oculis machinari sunt, quibus obductis vis illa ignis intimi

a De oculis.

b Quomodo visus fiat.

c Unde somnus.

conuenientia tegminis coercetur, compressã-
que interiores motus perfundit & mulcet,
quibus relaxatis atque mollitis quies obrepit.

• Si profundus ob multã quietem motuũ nos ^a *Vnde infom-
occupat sopor, exigua sequuntur insomnia. nia.*

Sin vehementiores aliqui motus quasi vigilia-
rum reliquã relictĩ sint, quales quidẽ & qua-
libus ex locis haustã reliquã sunt, talia som-
niorũ simulachra nascuntur, eorũque nobis
expergestis restat memoria. ^b At verò simu-

lacrõrũ quã vel in speculis oboriuntur, vel
in perspicua lenique cernuntur superficie, fa-
cilis assecutio est. Nã ex vtriusque ignis tã in-
tĩmi quã extrã positi cõmuniõne, ciũsq; rur-
sus concursu & congruentia, qui passim terro
lenique corpori accõmodatus est, necessariõ
hãc omnia oriuntur, quũ ignis oculorũ cum

eo igne qui est, è conspectu effusus, circa lene
nitidũque corpus sese confudit. Dextra verò
videntur quã leua sanu quia contrariis parti-
bus oculorũ insolito more cõtrarias partes at-
tingimus. Respondent autẽ dextra dextris, læ-
ua læuis, quando commixtũ lumen ab eo cui
permisceetur, transilit. Id, cum speculorũ læui-
tas hinc illincque altitudinẽ assumpsit, & ita
dextram oculorũ partem in læuã speculi, læ-
uãque in dextram detorsit. Quod si speculũ

ad vultus longitudinem conuertatur, vultum
reddit resupinum, cum superior luminis pars
ad inferiora, inferior verò ad superiora ver-
tatur. ^c Atque hãc omnia sunt concausã, qui-

bus vt ministris vtitur deus ad optimi, quoad
fieri potest, ideam perficiendam. Sed existi-
mant plerique non adminicula hãc ptincipa-
lium causarum, sed has ipsas esse omnium
causas, quã frigoris & caloris, rati & densi,

^b *De Ima-
ginibus quã
reddũtur &
videntur in
speculis.*

^c *Quã cau-
sa prima-
rias quã se-
cundarias
quã concau-
sas appellat.*

cæterorumque similitum naturâ habeant, rationem verò mentemque nequaquam. Mentem enim à nulla re alia, nisi ab anima possideri conuenit. hæc verò aspectû effugit oculorum. Sed ignis, aqua, aer, ac terra corpora sunt, atque cernuntur. Oportet autem mentis & scientiæ amatoré principales sapientis naturæ causas quærere: atque eas quæ necessariò ab aliis quidè mouentur, alia verò mouët, secundas causas arbitrari. Quocirca à nobis sic censeo faciendû, ut de utroque causarû genere disseramus, separatim autè de his quæ cum intelligentia effectrices sunt pulcherrarû rerum atque bonarum, de his rursum quæ vacantes prudentia, quodlibet passim sine ordine faciunt. Ac de secundis quidè causis oculorû ad eam vim quâ habent conducentibus satis esse dictum puto. Maximè verò opus cuius gratia vtiliter nobis à deo donati sunt, deinceps explicandum censeo. ^a Rerum enim optimarum, ut arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ de mundo disputantur, nunquâ inuenta essent, si neque sidera, neque sol, neque cælum suspici potuissent. Cognitio verò dici ac noctis ab oculis orta fecit, ut dinumeratione quadâ mensuram annorumque ambitus metiremur, tempus cognoscere, vniuersæ naturæ ordinem seruetaremur. ² Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nihil vnquam maius mortaliû generi datum est deorum munere, neque dabitur. Hoc igitur maximum oculorû beneficium esse dico. Minora alia prætereo. Quibus qui à philosophia alieni sunt, orbati si querantur, frustra querentur. ^b Nobis verò adserendum est ob hanc potissimum rationem deum oculos genuisse,

^a Cui oculi
dati homi-
nibus.

^b Ex as-
p-
ctu motuum
caelestium &
ad illorû si-
militudinem
motuum ani-
mi nostri cõ-
formatione
nata & cõ-
stituta Phi-
losophia.

missè, vt mentis circuitus qui in celo peraguntur, intuiti, in vsum redigamus nostræ mentis: cogitationisque nostræ discurfiones illis cognatas, sed perturbatas quodâmodo ad illotû temperiè reuocemus. Et cum illos agnouerimus, & recta ratione secundû naturâ præditi singulorû ordinè perceperimus, conuersiones dei quæ sine vllò errore aguntur, imitemur, atque ad dearam exêplum discurfiones nostræ cogitationis vagas & erraticas cõponamus. ^a Vocè quoque audiûmque eiusdè rei gratia deos dedissè nobis existimo. Nâ ad hæc ipsa fermo pertinet, plurimûmque conducit, omnisque musicæ vocis vsus harmoniæ gratia est tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ nostræ discurfionibus congruas atque cognatas, homini prudenter musis vtenti non ad voluptatè rationis expertè, vt nunc videtur, est utilis: sed à musis ideò data est, vt per eam dissonantem circuitum animæ cõponamus, & ad concentû sibi congruû redigamus. Rythmus quoque ad hoc videtur esse tributus, vt habitû in nobis immoderatû gratiâque carentem aptissimè tẽperemus. Hactenus opera mentis paucis exceptis tractauimus. Oportet autè de his quoque quæ necessitas inuehit, dicere. ^b Mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisque coitu mixta est. Nâ cû mens necessitati dominaretur, propterea quòd persuadendo eam ad optimos vt plurimû rerû euentus induceret: ipsâque hac ratione cedès sapienti persuasioni pateret, mûdi huius exordia cõstituerunt. Oportet igitur eû qui mûdi cõstitutionè verè prout extitit narraturus erit, erraticæ quoq; causæ speciè pro [vt ipsa res agere & impellere nata est] mittere.

^a *Vox, Auditus, Musi ca conferunt ad verâ Philosophiam.*

^b *Mundi generatio ex necessitatis mentisque cõiunctione mixta est.*

Quod ita commodè fiet, si horum ipsorum
conuenienti principio sumpto, sic de his què
admodum de superioribus ab ipsa rursus ori-
gine differamus. Naturam ergo & passiones
ignis, aquæ aeris, atque terræ generationè cœli
præcedentes consideremus. Nullus profectò
ad hoc vsque tempus eorù generationem o-
stendit, sed quasi notum sit quid sit ignis &
reliqua, sic de illis verba facimus, eaque mun-
di primordia constituimus, * cum nec sylla-
barum quidem, nedum elementorum vicem
tenere apud homines mentis quoquo modo
compositos debeant. Nos verò in præfenti ni-
hil de principio vniuersorum, siue principis,
siue quomodocunque aliter id appelletur, di-
cendù putamus. Cui quidè disputationi nihil
aliud impedimento est, nisi quòd difficile sit
præfenti disputandi modo quæ de his viden-
tur exprimere. Neque igitur vos id expectabi-
tis, neque ego mihi persuadebo rectè me tantù
opus aggredi posse. Quod autè ab inuicè dixi,
* verisimilitudinis vim seruabimus, studebi-
mùsque in rationibus verisimilibus circa hæc
assignandis nulli cedere. Atque ita & singula
& vniuersa à principio exponemus. Deù igitur
etià nunc disputationi seruatorè in primis o-
remus, vt nos ex admirabili & insolita exposi-
tione ad verisimilem doctrinam traducat, at-
que ita instituti disputationem exordiamur.

b Sed hanc de vniuerso disputationem ab
ampliori diuisione quàm suprâ ducamus. Tùc
enim duas in species facta diuisio est. Nunc ter-
tium genus addendù. Duo enim in superiori-
bus sufficiebāt. Vnum quidè exemplaris loco,
semper idem, solàque intelligentia compræ-
hendendum. Alterum simulacrum ab hoc

EXCII.

b Ignis aer,
aqua & ter-
ra, syllabarū
nec tū elemē-
torū in mun-
di consti-
tutione vicem
obtinere.

a τὸν εἰκό-
τυπ.

b Accuratio
rem vniuersi
explicationē
aggredietur.

exemplari deductum, generationi otulisque subiectū. * Cum verò duo hæc sufficere putarem, certū non adiunximus. Nunc autē cogere nos ratio videtur, vt difficilē & obscurā speciem declarare conemur. Quā igitur vim, quāve naturā habere putandū? Hæc utique, generationis horum omniū * receptaculum & quasi nutricem esse. Quod quamvis verē dicatur, paulò tamen apertius est dicendum. Ardum id quidē, eo maximē, quòd ad huius rei demonstrationē dubitare prius necessē est & inquirere de igne & reliquis quæ elementa vocantur, quid istorum aquam potius quàm ignem, aut aerem potius quàm terrā, aut certū aliquid vnum magis quàm cuncta vocare oporteat. Difficile sanē certum aliquid & firmum de istis asserere. Quoniam igitur pacto, & qua ratione, & quòd probabile in huiusmodi inquisitione dicemus. ^b Principiò id corpus quod modò aquā nominauimus, quando in solidam concrefcit materiā, lapis & terra fieri videtur: quando verò liquefcit & diffuit, spiritus, atque aer. Item aer exustus ignis efficitur. Ignis extinctus & corpulentior factus aerem creat. Rursus crassior factus aer, in nebulas nubēsque concrefcit. His etiā magis cōpressis pluuiæ defluunt. Ex aqua rursus terra lapidēque gignuntur. Atque ita videmus hæc omnia circuitu quodā sibi inuicē vires formatæque generationis vicissim tribuere. Quæ cum nunquā eadē appareant permanere, quænam sine rubore redargutionisque suspitione poterit istorū aliquid vnū potius quàm aliud certē & firmiter appellare? Nemo certē. Quare tutissimus in his hic erit loquendi modus, Hoc quod semper aliàs alitq; formatū videtur,

*a Ad Ideam
seu exēplar,
& illud
quod effor-
matum est
ad similitu-
dinē exēpla-
ri iam ter-
tium adiun-
gitur, nempo
materia pri-
ma.*

** γειστωσ
ἰσποδῶν
καὶ νῶδωσ*

*b Ignis, aqua
& alia ele-
mēta nō sunt
verò illud
ipsū quod
esse dicuntur
& appellan-
tur, sed tale
aliquid dū-
taxat, nec
etiā pronomi-
nib. hoc vel
illud mōstra-
ri possunt.*

& plerumque iuxta ignis effigiem non est utique ignis hoc aliquid, sed tale, id est igneum quiddam: nec aqua hoc aliquid, sed tale quid, id est aqueum, nec aliud quicquam velut vitam habens stabilitatem. Denique nec pronomini- bus quidem vilis haec signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cum hoc vel illud dicimus, uti solemus: fugiunt enim, nec expectant, vel eadem demonstratione, quae hoc & huius, & huic designat: vel appellatione, qua de his tanquam de existentibus & stabilibus habeatur. Igitur huiusmodi omnia neque hoc, neque illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidem ubique tale, ac de ceteris quae

a Materia prima sola pronomini- bus hoc vel illud demonstra- ri potest.

b Materia prima, analogia quam habet cum materia secundae intel- ligitur.

c Materia prima nullam propriam formam habet, sed dicitur hoc esse potestis semper esse omnia.

gignuntur eodem pacto. ^a At verò illud in quo fieri singula haec videntur, ac deinde dis- solui solum iis pronomini- bus quibus hoc vel illud signamus, appellandum puto. Quae ve- re quodammodo, calidum scilicet vel album, vel aliquid tale contrariorum, vel ex contrariis illud minimè appellandum. Sed apertius quod volu- mus exponamus. ^b Si quis enim cunctas figu- ras ex vna eademque aut materia fictas conti- nue in alias, & alias reformet, deque vna qua- dam illarum praesens aliquis quid sit quærat, verè admodum & tutissimè respondere possumus autum illud esse: triangulum verò esse, aut aliam figuram earum quae impressae sunt [illam materiam nullomodo putandum est, cum illae figurae eo fe- re momento quo imponuntur excidant, & mu- tentur: ac proinde si tuto possit obtinere ut ta- lis appelletur, qualis est figura quae ipsi imposi- ta est, contenta esse debet.] ^c Eadem de illa natu- ra quae cuncta recipit corpora, ratio est: idè se- per esse dicenda est. Siquidem ex propria potestis recedit

recedit nunquā. Suscipit enim semper omnia,
 nec vllā vnquā iis similē vllō pacto sibi formā
 contrahit. Omnis sanē natura fictioni sub- ^{in ueritate}
 iecta est, agitatāq; ab ingredientib. & figurata ^{φύσιν παρὰ}
 quodammodo, aliās aliter se habere videtur. ^{κρίσει.}
 Quæ verò ingreditūtur & exeunt, verē ac sem-
 per existentiam rerum simulachra sunt, miro
 & vix explicabili modo ab ipsis rebus quæ ve-
 rē sunt, figurata quemadmodum deinceps
 narrabimus. ² Tria in præsentī genera sumen- ² *Disiō sū-*
 da sunt. Vnum quod gignitur. Aliud in quo *pra propo- si-*
 gignitur. Aliud à quo similitudinem trahit *ta iteratur.*
 quod nascitur. Idcirco cōparare hæc ita decet.
 Quod recipit, matris: vnde recipit, patri: naturā
 istorum mediā, proli. Sed ita intelligendum
 est, quōd cū esse debeat effigies rerum omni
 formarum varietate distincta, nunquam illud
 ipsum formationis huius gremium bene erit
 præparatum, nisi ^b informe sit, & suapte natu- ^b *Prima ma-*
 ra omnibus formis quas recepturum est, ca- *teria est in-*
 reat. Nam si erit alicuius eorum quæ in se *formu.*
 recipit simile, cū contrariam eius cuius simi-
 le est naturam aut aliam prorsus suscipiet, ne-
 quaquam eius similitudinē & effigiem expri-
 met, cū præ se simul tulerit suam. Quò fit, vt
 nullā sibi propriā habeat speciem, quod est o-
 mnia genera suscepturum. ^c Vt qui vnguenta ^c *Duplici si-*
 suauiter redolentia confecturi sunt, humidam *mitudine*
 materiam quam certo cōdire odore volūt, ita *ostendit, quo*
 præparant, vt odorē nullū proprium habeat: *modo mate-*
 & qui materiis mollibus impressionique ce- *ria prima sit*
 dentibus figuras imprimere aliquas volunt, *informis, hoc*
 nullā omnino priorē in eis figuram apparere *est propria*
 patiūtur, sed exactissima quadam laxigatione *forma ca-*
 eas poliunt. Ita illud quod in omnib. passim *reat.*
 tenuorū omniū simulachris rectē figurandum

a *Materia prima ex illa qua dicta sunt collecta descriptio.*

b *An sint Idea rerum visibilibus seorsim à materia existentes.*

c *Ideas esse hoc potissimè argumèto confirmat Plato, quia sit in homine facultas animi & habitus ad ipsas comprehendendas.*

est, his omnibus formis natura sua carere necesse est. ^a Quamobrè vniuersū, quod & genitū est, & sensibus omnibus manifestū, matrem ipsam receptaculūque, neque terram neque aerem, neque ignem, neque aquam esse dicamus, neque rursus ex his aliquid constitutum, aut aliqua ex quibus propriè hæc ipsa subsistunt: sed inuisibilē potius speciem quandam & informem sinum omnium capacem, qui modo quodam ambiguo & vix explicabili diuinæ & intelligibilis naturæ fit particeps. Ipse quidem compræhendi per se nullo pacto potest, sed quantū ex suprascriptis naturam eius attingere licet, sic vtiq; rectè possumus dicere: ignē quidem, partē eius ignitam videri: humectam verò partem, aquam: Terram quoque aeremque similiter, quatenus ipsorum simulachra suscipit. ^b Sed de his ita distinguentes ratione considerare debemus sitne ignis aliquis seorsim à materia ipsa permanens in seipso, & cætera quæ sæpe dicimus per se ipsa manere: an hæc sola sunt, quæ corporis sensu percipimus, & talē in se continent veritatē, nec vlllo pacto præter hæc vlla sunt visibilia, sed frustra intelligibilē vniuscuiusque speciem aliquam ponere solemus, nec aliud hæc sunt quàm verba. Quod quidem neque ita vel aliter se habere temerè & sine examinatione asserendum, neque ad præsentem disputationem natura sua prolixam, aliqua quoque prolixa, & ad rem minimè pertinens addenda videtur. Ea verò circumscriptio quæ breuib; magna compræhendat, admodū opportuna videbitur. Ita igitur ipse meam hac de re sententiā ferā. ^c Si intellectus & verā opinio duogenera sunt: necesse est huiusmodi species esse, quæ

quæ per se ipsa sint, & intelligentia potius quam sensibus comprehendantur. Sin autem, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia quæ corporis sensus attingit, cetera habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, quia seorsum sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quorum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: & illud quidem semper cum ratione vera, hoc autem sine ratione: illud nulla persuasionem mutabile, hoc contra huic mutationi subiectum. Vere quidem opinionis ut quilibet particeps. Intelligentiæ verò dii quidem omnes, homines verò pauci admodum participes sunt. Quæ cum ita se habeant, fateri oportet esse speciem quæ semper eadem sit sine ortu atque interitu, quæ nec in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensuque corporis nullo percipiatur, atque hoc est quod ad solam intelligentiâ pertinet, eiusque intentionis est proprium. Sed est aliquid post hoc quod cum ipso non ratione, sed nomine convenit, eiusque similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur & sustentatur ab alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursumque inde recedit opinione per sensus comprehendendum.

^a *Materia prima loci ratione obtinet respectum eorum quæ in ipsa gignuntur.*

^b *Materia prima non comprehenditur eo habitu mentis quo Idea, sed nota quædam & altera ratione vix est opinabilis.*

^a Tertiū genus locus est, qui interit quidem nunquam, sed omnibus quæ gignuntur, sedem exhibet, hic sine tangentis sensu tangitur adulterina quadam ratione vix opinabilis. ^b Debitum nique quum ad hunc animo respicimus. Somniamus quodammodo, necessariumque putamus, ut quicquid est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat aliquam: & quod neque in terra, neque in cælo sit, minimè esse credimus: atque has omnes & similes passiones à peruvigili

verèque existente natura ipsi huiusmodi somnii occupati discernere non valemus. Ideòque nec discernere id etiam possumus, quod imagini quidè postquàm id ipsum in quo facta est, non ipsius est, sed ea semper alterius fertur simulachrum, non iniuria conuenit vt in alio quodã sit, atque ita quodãmodo essentia fiat particeps, aliter verò esse nullo modo possit.

a Idea à suis umbris & simulachris quomodo discernantur.

a Ei autè quod verè est exquisita ratio [auxiliatur] docens quòd dum res ita se habet, vt hoc quidem aliud sit, & illud aliud, neutrum in neutro vnquam factum vnum simul idem & duo fient. Hæc tandè meæ mentis summam sententia sit, esse, & ante cæli ortum ratione triplici fuisse tria hæc, existens, locum, & generationem. Generationis verò nutricem, ignitam & humefactam, terræ item & aeris formas suscipientem, passionésque horum pedilleguas perpetuentem, omniformem aspectu videti.

b Deus confusa elementa, & disticta, antequàm eali conditi essent ordine distinxit & disposuit.

b Verùm quia nec similibus, neque ad pòdus exæquatis viribus referta est, nulla ex parte æquilibrem esse, sed inæqualiter vndique vergentem declinantemque ab illis quidè quæ diximus agitari, rursusque ipsam commotam eadem agitare. Quo pulsa concita in diuersa raptari atque discerni, perinde vt quæ in frumenti purgatione certis instrumentis iactata atque excussa discerni videmus, atque aliò solida grauiaque, alio rara & leuia ferri. Sic illa tunc quatuor genera ab ipso eorum receptaculo instrumenti illius quo triticum agitatur instar tumultuante & discernente commota, dissimilia quæque à dissimilimis longè separabantur, similia verò rursus coibant: atque idcirco etiã ante mundi exornationem sedibus diuisa erant, sed neque his ratio inerat, neque modus. At verò vbi cuncta redigi

admodū placuit, deus ignem primò ac terram
 ærémq; & aquam quæ quidē elementorū præ
 ferebant vestigia, sed ita erāt affecta vt par est
 illa à quibus Deus abest, distinctis figuris, spe-
 ciebus, & numeris exornauit. Ea verò apud
 nos sententia semper rata indubiāq; præ cæ-
 teris habeatur, quòd deus illa cum talia non
 essent, quam pulcherrimè optimèq; fieri po-
 terat, ordinauit.

Nunc iam dispositionem genituramque i-
 psorum sigillatim demonstrari cōuenit, nouo
 quidem, & inultrato demonstrationis genere,
 sed vobis qui omnes eruditionis ingenue vias
 peragrauistis plano atq; perspicuo. Principiò
 quòd ignis, & terra, aqua, & aer, corpora sint,
 nemo vtrique dubitabit. ^a Omnis autē corporis
 species profunditatē habet. Profunditatē verò
 planis cōstare necessariū est. Rectitudo porrò
 planæ basis ex triangulis constituitur, atque
 trianguli omnes ex duobus initiū habent, ha-
 bentibus vtrisque rectū angulum vnū, acutos
 duos. Quorū alter vtrinq; anguli recti partem
 obtinet, æqualib. distinctis lateribus: sed in al-
 tero inæqualibus inæqualia distribuuntur. Igi-
 tur per rationes probabiles necessitati coniu-
 ctas incedentes, ignis cæterorūmq; corporum
 huiusmodi ponamus exordiū. Superiora verò
 his horū principia deo nota sunt, atque ei qui
 dei sit amicus. Videamus igitur qua potissimū
 ratione quatuor corpora pulcherrima siant,
 dissimilia quidem inter se, sed quæ in se inui-
 cem dissoluantur, & ex se inuicem generen-
 tur. Si id comprehendimus, veritatem ip-
 sam de generatione ignis terræque & eo-
 rum quæ competenti ratione seruata horū me-
 dia sunt, tenebimus. Tunc enim nemini con-

^a Elementorū
 formam geo-
 metricā signi-
 ficat explicat
 Plato.

cedemus dicenti alicubi esse oculis patentia pulchriora his corpora, quorum quodlibet secundum unum sit genus. Conandum igitur quatuor corporum genera pulchritudine praecellentia constituere, atque ita asserere horum nos naturam sufficienter comprehendisse. E duobus quidem triangulis isosceles, id est qui lateribus constat aequalibus, unicum habet naturam: qui vero altera parte est oblongior, infinitas. Ergo si recte exordiri volumus, infinitorum quoque pulcherrimum praeligere nos oportet. Ac si quis pulchriorem a se electum ad horum constitutionem asserere voluerit, eius non tanquam aduersarij, sed tanquam amici sit sententia potior. Unum itaque reliquis posthabitis, triangulorum multorum pulcherrimum ponimus, a quo aequaliter triangulus ex tertio constitit. Ratio vero cur ita sit, prolixior esset. At eum qui diligenti discussione ita esse coperiet, dulces manet victoriae praemium. Propositi sane nobis sint duo a multis trianguli, ex quibus ignis ceterorumque corpora composita sunt. Horum unus isosceles sit aequalibus lateribus constans triangulus. Alter vero sit ille, qui longius latus semper breuiore latere potentia triplo maius habet. Verum quod securum nimum in superioribus diximus, nunc magis est distinguendum. Videbantur quidem nobis, neque id quidem satis recte, omnia quatuor genera ex se inuicem generari. Profecto quatuor genera ex triangulis quos elegimus generantur. Tria quidem ex uno, inaequalia habente latera. Quartum vero unicum ex triangulo isoscele componitur. Non igitur possunt omnia ita in se inuicem resolui & commutari, ut ex multis paruis pauca ingentia vel conuerso

conuerso efficiantur. Tria certè possunt. Cùm enim ex vno hæc facta sint omnia, quâdo maiora soluuntur, multa exigua ex eisdem consti-
tuuntur, paruas congruâsq; sibi figuras adeptâ.
Rursus quando multa per triangulos disper-
guntur amplificata, vnum vnus molis faciunt
numerum, maguâmq; aliam speciem vnâ
perficiunt. Hæc vtique de mutua ipsorum ge-
neratione dicta sint hætenus. Reliquum est
vt qualis quæque eorû facta sit species, & ex
quibus concurrentib. numeris coaceruata, di-
camus. Erit vtq; prima species, quæ ex paucis-
simis composita fuerit, elementum eius, quod
latus oblongius breuiori latere duplo maius
habet. Cùm verò bini huiusmodi secundû dia-
metrû cõponantur, tẽrq; id fiat, & diametri la-
tera breuiora in idẽ quasi centrû ducantur, v-
nus triangulus æqualiter ex triangulis nume-
ro sex conficitur. Trianguli autẽ æquilateres
quatuor compositi secundû ternos planos an-
gulos, vnum solidum faciunt angulum: qui
angulum planorum omnium obtusissimum
deinceps ortu subsequitur. Atqui triangulis
huiusmodi quatuor natis prima solida spe-
cies totius circumferentis distributiua in par-
tes æquales ac similes oritur. Secunda verò
ex eisdem quidem triangulis, sed secundum
æquilateres triangulos octo constitutis, v-
num facientibus solidum angulum ex pla-
nis quatuor, factisque sex huiusmodi, cor-
pus secundum absoluitur. At tertium ex ele-
mentis bis sexaginta copulatis, & angulis
solidis duodecim, quorum quilibet quin-
que planis triangulis æquilateribus conti-
neretur, habens, viginti æquilateres bases, na-
scitur. Jam igitur elementum alterum sic ha-

tenus ista genuerit. Verum Isosceles triangulus quatuor genuerit naturam secundum quatuor constitutus, & ad centrum rectos congregans angulos, unumque quadrangulum equilaterem faciens. Sex vero huiusmodi copulati angulos octo solidos, quorum quilibet per tres planos rectos coaptatus est, effecerunt. Corporisque ita constituti figura cubica facta est, sex planos quadrangulos equilateres bases adepta. Est & quinta quaedam compositio, qua deus ad vniuersi constitutionem est usus, eaque descripsit & figurauit, quae contemplans, aliquis non absurde dubitauerit vtrum infinitos esse mundos an finitos existimandum sit. * Infinitos quidem dicere, illius putabit esse proprium, qui nullam rerum cognitione dignitatem peritiam habeat. Sed vtrum vnus mundus an quinque re vera nati sint inquirere, minus vti que putabit absurdum. Ratio quidem nostra vnum ipsum verissimam probatione asserit esse natum. Alius vero quis ad alia respiciens aliter opinabitur. Sed haec dimittenda sunt. Etiam genera quatuor a nobis paulo ante digesta in ignem, terram, aquam, aeremque distribuamus. * Terrae cubicam speciem assignemus. Nam omnium quatuor maxime immobilis terra est, & corporaliu omnium compacta maxime. Tale vero illud praecipue factum esse necessarium est, quod firmissimas tutissimasque possidet bases. In triangulis porro a principio positus, qui equilateres sunt, firmiorem tutioremque quam inequilateres basem possideant. Et quod ex utroque compositum est planum aequilateri aequilateri quadrangulum certe triangulo tam quo ad totum, quam quo ad partes stabilius necessario prouenit. Quam-

* Allusio est ad vocem *ἰσώκεος*, quae infinitum & imperitum significat.

* Terra cubica figura.

obrem si conuenientem probabilémque sequi rationem velimus, tertę id tribuamus: Aquę deinde, quod tribus reliquis est immobilis: Igni, quod mobilissimũ: Aeri medium. Et corpus quidem minimum, igni, aque maximũ, aeri medium: acutissimum quoque igni, secundum ab hoc aeri, aque tertium. Ex his omnibus quod bases paucissimas habet, velocissimũ esse necessarium est. Est enim ad penetrandũ proutissimum, quippe cum prorsus sit omnium acutissimũ. Leuissimum quoque, cum ex paucissimis partibus eisdem constet. Quod secundum est, secundo loco habeat hæc oportet. Tertio tertium. ^a Igitur secundum rectam probabilẽque rationẽ pyramidis species solida, elementum semẽque sit ignis. Secundã verò generatione speciem aeri, aque tertiam tribuamus. De his omnibus adeo paruis ita putandũ est, quod si singula duntaxat singulorũ generũ capiantur, nullũ eorum propter prauitatẽ cerni à nobis poterit: sin multa inuicẽ congregentur, eorũ moles magnitudinẽque cernentur. Quinetiã hæc omnia à deo tanta vbique quoad multitudines, motus, atque potentias proportione exacte absoluta connexaque sunt, quantã necessitatis natura libens & persuasa capere poterat. Ex omnibus sanẽ quorũ genera supra narrauimus, ita meritò se res habere videretur. Terra cũ in ignẽ incidere, eius acumine dissoluta fertur resoluta in ignẽ, aut aerẽ, aut aquã, quousque partes ipsius congressę iterũ, sibi que inuicẽ copulatę terrã reficiant. Non enim in aliã vnquã speciẽ transmigraret. Aqua præterea ab igni vel aere diuisa in partes vnũ, partibus suis reconciliatis, ignis corpus, aeris duo facit: portiones verò aeris ex vna dissoluta parte

^a *Ignis figura ex pyramidibus constat.*

duo ignis corpora faciunt. Rursum quando ignis ab aere vel aqua vel terra aliqua occupatur, & ipse quidem paucus in multis mouetur, atque in agitatibus pugnat, iactatusque distrahitur, duo corpora ignis in specie aeris unam concrescunt: deinde superato aere atque dispersis ex totis duobus atque dimidio una aquae tota species coalescit. Denique sic ea rursus consideremus quoties ab igne comprehensum alio generi aliquod angulorum laterumque ipsius acumine scinditur, tum demum discerni desinit, cum in ignis naturam transferit. Simile enim idemque genus quodlibet à simili eodemque minime patitur: quousque verò in aliud permittatur, imbecilliusque cum potentiore luceatur, dissolui non desinit. Rursus quando minora à multis maioribus circumuenta sunt, & pauca lacerata extinguuntur, cum in vicinis ideam constitui velint, cessant extingui, fitque ex igni aer, ex aere aqua. Quod si in haec transitus fuerit, & alio generi aliquod impugnet, non cessant agitata dissolui prius quam aut omnino cum dissolubilia fiat, depulsa ad cognatum refugiunt, aut expugnata in unum quiddam ex multis superanti similia tandem euadant, familiariterque cum victore permaneant. Enimvero per has passiones sedes vicissim cuncta commutant. Generis namque cuiuslibet multitudines per locum proprium distinguuntur, ob sedis ipsius agitationem. Quae verò dissimilia inuicem facta sunt, propter fluctum concussionemque ad locum eorum quibus similia euasere, feruntur. Corpora igitur immixta ac prima ex causis huiusmodi fabricata sunt. Quod autem in eorum speciebus alia quoque innata sunt genera, causa est elementi utriusque constitutio: quae non solum ab initio unum cum magnitudi-

ne triangulum peperit, sed etiam maiora & minora tot quidem numero, quot in speciebus sunt genera. Quapropter mixta hæc in se ipsis atque inuicem, infinitam habent varietatem: cuius peritos esse eos oportet, qui de natura sunt rationem probabilem reddituri. Igitur nisi quis quo pacto & cum quibus vnâ motus & constitutio fiat certè comprehendere, multa disputationi quæ manet à tergo, impedimento futura videntur. De his partim quidem dictum erit partim verò restat dicendum. In ipsa læui planâque natura motus esse nunquam solet. Nam agitandum absque agitato, vel agiturum absque agitando difficile est, imò impossibile reperiri. Motus autem * hortum omnium minimè est: hæc verò læuia planâque esse nunquam possunt. Sic itaque statum quidem in planitie læuitatēque, motum verò in contraria semper natura ponemus. Inæqualitas porrò naturæ huius est causa, quæ læui planâque contraria est. Inæqualitatis verò generationem iam tractauimus. * Sed quoniam modo singula secundum genera diuisa moueri inuicem ferrique non desinunt, nequaquam exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersæ naturæ circuitus cū circulari ambitu suo genera complexus sit, & secum ipso congregari studeat, constringit omnia, locumque vacuum relinquere nunquam patitur. Quocirca ignis per omnia maximè penetravit, deinde aer, utpote qui ipsi tenuitate est proximus, & alia simili ratione deinceps. Quæ enim ex maximis partibus sunt composita, vacuitatem quoque in sua constitutione maximam reliquere, minima contra minimam. Coactionis autem ipsius angustia, parua

* Vel nō est absque his omnibus.

* *Causa cur perpetuò moueantur elementa.*

* Particula hæc transposita erat in Græco textu.

in magnorum contrudit inania. Quare cum parua magnis insinuata sint, & ipsa quidem parua quæ magna sunt discernant, maiora verò minora coercant, omnia sursum deorsumve in sua loca feruntur. Nam quodlibet mutata magnitudine sedem mutat. Sic utique & has ob causas naturæ læuitati contrariæ semper generatio conseruata horum motum & in præfenti & in futuro perpetuum exhibet. Post hæc sciendum est multa esse ignis genera: flammam videlicet, & quod ab ea est accensum, quod vrit quidem, lumen verò nullum oculis affert: quodve extincta flamma in illis quæ accensa fuerant, remanet. Similiter aeris genus aliud purissimū agilissimūq; quæ ætherē nūcupant: aliud turbulētissimū, caligine nubibusq; obscurū: aliāsque species sine nomine esse putandum est propter ipsam triangulorum inæqualitatem. Aquæ genera duo sunt præcipua. Vnū humidū, alterū fusile. Humidū quidē, quia generibus aquæ paruis & inæqualibus cōstat, facile à seipso & ab alio propter inæqualitatis conditionem & figuræ speciem moueri solet. Quod autem ex grandioribus æqualibusque & lauibis est compositum, stabilius illo. Et graue propter leuem æqualitatem compactum est, sed propter ignis penetrantis dissoluentisque impetum æqualitate amissa motus fit paticeps, factūque agile mobilēque, à proximo aere pulsū extensūque per terram duæ quædam patitur: nam & liquefcit & in terram decidit. Primum illud molis purgatio, hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante, quippe cum non fiat in vacuum exitus, proximus aer pulsus mobilem adhuc molem humidam in ignis sedes impellit, ipsique ipsam

a Ignis multa genera.

* Si pro *εἴδη* legitur *εἶδη*, ut quidā legunt, & *οὐ* negat. Iungatur cū *κατα*, sic erit reddendus locus, & quod è flamma exit, & quod minime quidē vrit, sed lucem oculis exhibet.

b Aqua genera duo.

commifcet. Moles denique compulfa iterúm-
 que lauem æqualitatem adeptæ, cùm ignis,
 inæqualitatis artifex iam abierit, in idem fecú
 coaceruat: atq; ignis abfceffum frigeftionẽ,
 copulam verò congreffumque igne abeunte fa-
 ctum, conglutinationem gelidamque rigidita-
 tem vocamus. ^aEx his verò quas aquas fusiles
 appellauimus, quod ex tenuiffimis leuiffimis-
 que fit deniffimum, vniforme, fplendidum,
 flauumque, pretioffiffima res aurum florefcẽs
 per petram compactum eft. Auri autem ra-
 mus propter denfitatem duriffimus, & nigro
 præterea colore fuffufus, adamas appellatur.
 Sed quod auro proximas habet partes, plurẽs-
 que vna fpecies continet, auro quoque den-
 fius, & terrenæ partis pauca tenuiffique parti-
 ceptus, adeò vt afperius duriufque fit, verum ex
 eo quòd interualla intrinsecus habet magna,
 leuius eft, hoc genus nitentiũ concretatũq; a-
 quarũ vnũ eft, atq; æs nominat. At quãdo ter-
 rena pars huic immixta propter vetuftatem à
 cæteris partibus eius fecernitur, ad extremam-
 que emiffã fuperficiem per fe ipfa afpectui pa-
 ter, rubigo iam nafcitur. Cætera generis eius-
 dem veriffimilibus rationibus aftequi haud-
 quaquam laboriofum eft. ^b Quòd fi quis re-
 mittendi ftudij gratia, rationibus eorum quæ
 femper funt intermiffis, cõsiderauerit veriffimi-
 les de generatione probationes, atque eifmo-
 di cõsideratione fine pœnitentiæ acceffione
 defectetur, moderatum in vita prudentemque
 ludum confequetur. His vtiq; nunc ita con-
 ceffis, deinceps quæ de eifdem probabilia vi-
 debuntur, ita percurrentia videntur. Igui fæpe
 mi cetur aquæ pars tenuis, atque humida flui-
 daque, fic ideò nominata, quia fuper terrã fluit
 & voluitur: mollis quoque ob eam caufam,

^aGeneratio-
 nes auri a-
 damanti,
 & auri.

^b Natura-
 lia probabi-
 lib. dũtaxat
 rationib. ari-
 mi recrean-
 di caufa ex-
 quirenda.

*a De grandi
ne: glacie, ni
ue, pruina.*

quia eius bases minus firmæ stabilisque quàm
terræ, facile cedunt atque labuntur. = Hæc
quando ab igni destituta, ab aere quoque de-
feritur, fit leuior, & alienis expressis co-
gitur in seipsam: atque ita compacta, si su-
pra terram id contigerit, grando fit: si in ter-
ra glacies: quæ quidem tunc fiunt, quum ri-
get coherescitque maximè gelu: quum verò
minus congelatur, si supra terram accidit, nix:
si in terra ex rore crassior facta, pruina. Verè
quando plurimæ aquæ species inuicem com-
miseruntur, vniuersum aliud genus à terra per
arbores stillans liquor humorque vocatur.

*b Liquores
quatuor, vi-
nū, oleū &
alia eiusdē
generis, vt
pix, gummi
itē mel tum
succus quo-
modo fiant.
c tōc tria
significat te-
ste Hesych.
coagulūsla-
chrymā ex
arborib. ma-
nentem, &
lac illud
quod ex ficu
& similibus
fructib. exit.
d Lapis quo-
modo gene-
retur.*

b Liquores verò singuli propter mixtiones dis-
similitudinem nacti, multa quidem alia sine
nomine faciunt genera, sed quatuor igneæ spe-
cies euidenter & perspicue maximè, sortite
sunt nomina. Quod enim animam simul cum
corpore calefacit, vinum dicitur. Quod verò
leue est, discernitque visum, idèoque aspectu
splendidum, atque nitens, & pingue nobis ap-
paret, vncta & olearia species est, pix, gummi,
& oleum, cæteraque id genus. At quod oris
angustos meatus ad penetralia vsque naturæ
perfundit, hac vi dulcedinem adhibens mel cō-
muniter nuncupatur. Denique quod carnem
dissoluit vritque, & spumeum est ex omnibus
secretum liquoribus, succus vocatur. Ter-
ræ verò species per aquam emergens hoc mo-
do fit lapis. Congelata enim aqua quando in
commixtione deficit, in aeris speciem transit:
hic aer in suum locum recurrit, vacuum au-
tem ipsorum nihil: proximum ergo aerē pul-
sat. Iste si grauis sit pulsus, circumfoliisque ter-
renæ molis, vehementer illidit: sequè ipsum
in eas sedes vnde nouus ascenderat aer, con-
da-

ducit. Terra denique ab aere indissolubiliter
 cum aqua coacta, lapides concreat, pulchriores
 quidem illos, qui perspicue ex æqualibus
 partibus emicant, deformiores verò
 qui contrà. ^a Vbi verò ignis acumine humor
 omnis resoluitur, corpusque illo aridius red-
 ditur, ea fit species [quam laterem seu testam
 vocamus] tellus. ^b Quandoque etiam humo-
 re relicto, terraque fusili per ignem facta, ac
 deinde accedente gelu, niger fit lapis, quando
 verò id ipsum similiter ex commixtione mul-
 to priuatur humore, sed tenuioribus terræ
 partibus constat, saluumque est, & semiglacia-
 le fit, perque aquam emergit, partim quidem
 olei terræque purgatorium genus, nitrum di-
 citur, partim verò quotidiano victui commo-
 dissimum legitime, sal, deo amicum corpus. At
 enim cōmunia ex vtrisque; aqua quidē nō solu-
 bilia, igne verò propter tale aliquid ita cōgluti-
 nantur. Ipsas terræ moles, ignis & aer non li-
 quefacit. Cū enim duo hæc tenuissima sint,
 & vacuitatibus terræ minutiora, ita per capa-
 cissimos eius meatus sine vlla violentia perma-
 nant, vt neque eam dissoluant, neque liquefa-
 ciant. Aquæ verò partes quia maiores sunt, vio-
 lento fluxu liquefaciunt. ^c Terram itaque ma-
 le compactam sic sola aqua vi soluit, compa-
 ctam verò duntaxat ignis: nihil enim præter
 ignem hanc penetrat. Aquæ rursus concretio-
 nem, violentissimam quidem solus ignis, debi-
 liorem verò vtraque & ignis, & aer diffundi-
 tur, aer inquam per vacua, ignis etiam per
 triangulos. Aerem verò vi constrictum, nihil
 nisi per elementum soluit: sine vi coherentem,
 solus resoluit ignis. Corpora ex aqua terraque
 ita composita vt aqua terræ inania vi ecarcta-

^a Later.^b Nitrum,
& sal.^c Male com-
pactā terrā
sola aqua vi
soluit, bene
compactā ve-
rò duntaxat
ignis.

ta obstruat, sic prorsus se habent, ut aqua exterior influere per ea non possit, ideoque minime liquefaciat, sed ignis aquae meatus penetrans, quemadmodum & aqua terrae inania atque ita aquam efficiens ut ignis aerem communi corpori liquefactionis causam præbeat. Hæc verò partim aquae minus habent quam terræ, quemadmodum vitri genus, & lapides illi qui fusiles appellantur partim contra plus aquae, qualia sunt omnia quae conglutinata sunt, cereaque euadunt, & vapores emittunt. Hactenus eas species quae figuris, commutationibusque inuicem variantur, penè iam demonstrauimus: quas verò ob causas passiones earum nascantur, deinceps demonstrare conabimur. Principio sensum his quae dicta sunt, adesse semper oportet. Carnis verò & eorum quae ad carnem attinent, generationem, animae quoque quantum mortale est & nondum declarauimus. Sunt enim hæc à passionibus quaecunque cum sensu sunt, minime separatae & illæ sine his exponi sufficienter nõ possunt. Simul verò explicari fermè nequeunt [Primo igitur alterutrum supponendum est: deinde alterum pariter suppositum, exequemur.] Ne ergo deinceps in disputando genera passionis ipsæ sequantur, prima nobis extent quae ad corpus & animam pertinent. In primis quæ ratione ignis calidus dicitur, videamus: quod ita demum perspiciemus, si discretionem diuisionemque ab eo in nostro corpore factam consideremus: quod enim acumen quoddam ea passio est, fermè est omnibus manifestum. Tenuitatem verò angulorum laterumque subtilitatem, paruitatem particularum, motus velocitatem, quibus omnibus vehemens &

2 *Cur ignis
calidus, &
de soliditate.*

penetrans est, velocitèrque quod occurrit, di-
 uidit semper & dissipat, considerare debemus,
 figuræ ipsius generationem memoria repeten-
 tes: ea quippe, non alia natura corpora nostra
 diuidens, & in partes exiguas partiens, meritò
 passionem illà quæ legitimè calor nominatur,
 inducit. ^aContraria verò huic passio licet cui-
 que manifesta, sua tamen explanatione non ca-
 reat humidæ namque partes corporù, partibus
 nostris humidis grandiores, cum in corpus in-
 fluunt nostrum, minores quidem partes ex-
 trudunt, sed in earum sedes sese insinuare non
 possunt, humorè autem nostrù coagulant atq;
 ex inæquali & agitato immobilè propter æ-
 qualitatè coagulùque faciunt, inque angustum
 cogunt. Quod autem præter naturà coactum
 est, secundù naturam renititur, seque reuocat
 in contrarium. In hac reluctatione quasiatio-
 néque tremor rigórque consistit, omnisq; hu-
 iusmodi passio, frigus, quòdve eà infert, frigidù
 nominatur. ^bDurù autem dicimus illud cui ca-
 ro nostra cedit, molle quod carni: resque ipsas
 inuicem & duras & molles, eadè ratione voca-
 mus. Cedit autem quicquid patio nititur.
 Quod verò ex triangularib. basibus firmamè-
 tisque est, vt pote plano vehementer innixum,
 renititur maximè atque resistit: quòdve
 summopere densum est, contra venientia ve-
 hementer repercutit. ^cGraue præterea & le-
 ue cum ea natura simul quæ sursum deor-
 sumve dicitur, commodissimè declarabitur.
 Sed illud dictu absurdum est, esse duo quæ-
 dam natura loca à se inuicem longo inter-
 uallo distincta: & vnum quidem deorsum
 vocari, ad quem locum ea deferantur omnia,
 quæcumque molè quendam corporis habent:

^a De frige-
re.

^b De duro &
molle.

^c An sur-
sum & de-
orsum loci
differentia
sint natura.

alterum verò sursum, ad quem vi omnia moueantur. Cum enim cœlum omne rotundum sit, quæcunque à medio æquè distantia extrema facta sunt, similiter esse oportet extrema. Medium quoque æqualibus lineis ab extremis vndique distans, ærgione æquè omnia respicit. Quoniam igitur ita mundus dispositus est, si quis dictorum quicquam sursum esse dixerit vel deorsum, non iniuria minimè conueniens nomen imposuisse videbitur. Medius enim locus in ipso, neque sursum neque deorsum dici debet, sed medius. Quod rursus vndique circuit, neque medium est, neque partem in se habet aliam ab alia differentè, quod ad ipsum medium, & omnino quicquid sit ærgione locatum. Et verò quod sui ipsius simillimum est, contraria nomina iure nullus attribuet. Siquid enim solidum æquilibratumque in vniuersi medio sit, ad nullam extremorum partem propter perfectam ipsorum similitudinè declinabit: at si quis circa illud obambulet, sæpe sibi met plantis stabit oppositis eandemque illius partè, tum sursum, tum deorsum vocabit. Itaq; vniuersum, què admodum paulò ante diximus, cum sit rotundum, locum habere superiorem aut inferiorem vir prudens minimè affirmabit. Sed vnde nomina sunt ista, & in quibus ea intuiti ex illis ad mundum totum transtulimus, huiusmodi quædam in primis ponentes, inuestigemus. Siquis in ea mundi regione quam vt plurimum sortitus est ignis, & ad quam vndique fertur, insideat, vimque aliquid nanciscatur, per quam ignis partes arripit libretque, aut vbi in statera lancibus collocauit, vt deorsum in dissimilem detorqueat ærem, cõstat planè minorem ignis portio-

Hac nomina & differentia loci, sursum & deorsum, manarunt, ex cõgruo motu quã elementa prout cõtrarias qualitates elementatis habent, sortita sunt.

cilius coactum iri. Vbi enim duo simul vno
 robore suspenduntur, minus quidem magis
 plus autem minus inferenti vim cedit. Et v-
 num quidem graue deorsumque ferri dicitur,
 alterum verò sursum ac leue. Idem nobis terrā
 habitantibus accidit. Nam terra innixi, p̄er-
 que eam gradientes, terrena genera inuicem
 separamus atque distinguimus, & sæpe terram
 in dissimilem ac̄rē iacimus violenter, præter-
 que naturā, sæpe partes vtriusque cognatæ na-
 turæ participes. Hic portio minor facilius quā
 maior ad dissimilem locum iacta, prius violen-
 tiæ cedit, eamque leuem cognominauimus: &
 locum ad quem compellimus, sursum. Contra-
 riā his affectionem graue quiddam, atque de-
 orsum. Hæc utique differre inuicē necessariū
 est, propterea quòd generum multitudines
 locum aliis contrarium obtinent. Quod enim
 in alio loco leue est, leui quod in loco est cō-
 trario: & graue similiter graui: & ei quod
 deorsum dicitur, id quod deorsum: eiq; quod
 sursum, id quod dicitur sursum: omnia enim
 hæc transuersa inuicē & contraria ac penitus
 differentia esse fierique reperientur. Vnum
 tamen id de his omnibus cogitandum, quòd
 via gressioque singulorum ad simile atque co-
 gnatum ferens, graue facit id quod fertur: lo-
 cum verò in quem tale quid fertur, deorsum.
 Quæ aliter se habent, aliter efficit. Harum i-
 gitur passionum huiusmodi quædā dictæ sint
 causæ. ^aLeuis & asperæ passionis causam qui-
 libet intuitus aperire aliis poterit. Durities e-
 nim hanc inæqualitati permixta, illā verò æ-
 qualitas exhibet densitati. ^bSed earum passio-
 num quæ circa totū corpus communiter acci-
 dunt, ea restat maxima quæ voluptatis dolo-

^a De leui &
aspero.

^b De volu-
ptate & dolo-
re.

rūq; est causa in his quę diximus. Similiter quę
cūque per corporis partes sensib. patent, dolo-
rēque & voluptates cient. Ita igitur omnis tā
sensibilis quā insensibilis passionis causas ca-
piamus, in primis memoria repetentes quod
de ea natura quę facillē mouetur, deq; ea quę
mouetur difficile, suprā distinximus. hoc e-
nim pacto ea persequi debemus omnia quę

*Cur in cor-
pore anima
in quadam
partes maxi-
mē sentiant,
quadam ve-
rō minimē.*

cōprehendere cupimus. ^a Quando in id quod
facillē moueri solet, aliqua vel breuis incidit
passio, pars eius quęlibet sequentibus partibus
vndique passionem ipsam transfundit, quous-
que ad prudentiæ sedem perueniatur: vbi per
hos quasi nuncios potentia illius quod passio-
nem intulit, noscitur. Quod verō contrā est
affectum, & immobile quodammodo perma-
net, circularem illā transfusionem non habet:
& ipsam quidem patitur solum, proxima verō
minimē mouet. Quapropter cū partes alię

*Ossa, capilli
reliquaq;
partes qua
maximē ter-
ra constant,
nihil sentiūt*

expers id quod patitur extat. ^b Id profectō cir-
ca ossa capillōsq; & reliquas partes quę ter-
renę vt plurimū in nobis sunt, accidit. Visus
verō & auditus instrumenta aliter omnino ef-
ficiunt, quia illis ignis aerisq; vis maxima in-
est. Quod præterea ad voluptatē attinet & do-
lorem, ita consideretur. Passio violenter præ-
tērque naturam abundē simulque nobis illata,
molesta fit. Rursus quę in naturam abundē si-

*Visus ma-
ximē et facil-
limē sentit,
sed sine dolo-
re aut volu-
ptate.*

mūlque reuertitur, dulcis: quę contrā fit, con-
trā. Passio verō magna cū facilitate illata sen-
titur quidem maximē, voluptatis autē & do-
loris minimē particeps. ^c huiusmodi sunt, quę
ex aspectu proueniunt, cum quo quidem cor-
pus nostrum quasi coalescere dū lucet & dies

est, supra narrauimus: huic enim adustio-
nes sectioneſue & quacunq; paſſiones huius
modi, dolorem non inferunt, nec etiã quando
in ſua ſpeciem ſit reſtitutio, voluptatẽ. Senſus
tamen vehementes clariffimiq; ipſi cõpetunt
quatenus aliquid patitur, incurritq; in aliquid
& attingit. Violentia ſiquidẽ huius diſcretioni
concretionis nulla penitus ineſt. Corpora ve-
rò ex partibus grãdiorib. cõſtituta, & vix agẽti
cedentia, quãdo motiones illatas in totũ cor-
pus traiciunt, voluptates dolorẽſq; cõtinent:
quãdo videlicet e ſuo ſtatu mouẽtur, dolores:
quãdo redeũt, voluptates. Quæcũque paulatim
abſceſſus euacuationeſque ſui perpetiuntur,
repletiones verò ſimul atque abundẽ, cum e-
uacuationis quidem ſenſum habeant nullum,
repletionis autem habeant, mortalitate ipſius
potentiã dolores peilos, voluptates verò ma-
ximas afferunt. Quod ex ſuauiam odorũ per-
ceptione cognoſcitur. At quæ e ſua natura ſi-
mul & abundẽ pelluntur, paulatim verò vix
in eã reſtituuntur, contra quãdã ſuperiora af-
fici ſolent. hoc planẽ in ſecandis vtendiſque
membris apparet. Iã communes toti corpori
paſſiones, eãſque inferentium cognomen ferẽ
tractauimus.

Nunc igitur eas quæ certis noſtri corporis
partibus accedunt, & vnde proueniunt, qui-
bũſue cauſis inferuntur, pro viribus expo-
namus. Principiò quæ ſuprà quando de hu-
moribus agebamus reliquimus, cũ linguæ paſ-
ſiones ſint, ſi quomodo poſſumus declaremus.
Videntur autẽ hæc quemadmodũ & alia mul-
ta diſcretionibus quibũdã & concretionibus
fieri, ac præterea læuitate aſperitateque magis
quãdã cætera vti. Tenduntur à lingua venæ ad

* Vide ſuprà
p. 481. vbi
de viſu agi-
tur.

* Dum ſc. ra-
dius ex oculo
emanans con-
currit cum
lece quãdã
reddit corpus
viſibile.

a Saporis.

b Acerbi & acres.

c Austeri.

d Amari.

e Salsi.

f Acuti.

g Acidi.

cordis sedem, saporum nuncia: ^a in quas si qua ita inciderint ut humidam carnis molliorem penetrantia terrestri sua natura modicè liquefactas venas ipsas contrahant arefaciantque, saporis huiusmodi pariunt. Videlicet si asperiora sunt, ^b acerbos acresque: si aspera minus, ^c austeros. Quae & illas purgant, & si qua linguae in haerescunt, abluunt, si ultra modum id faciant, naturaeque ipsius non nihil liquefaciant, qualis est in nitro potentia, ^d amara omnia dominantur. Si autem vim nitro temperatiorem habent, leniusque abstergunt. ^e salsa siue amaritudinis asperitate, magisque amica nobis apparent. Quae autem applicata oris caliditati, ab eoque mollita & feruefacta ipsum vicissim feruefaciunt, suaeque lenitate sursum ad sensus capitis eleuantur, suoque attractu singula diuidunt, propter huiusmodi vires ^f acuta vocantur. Quandoque verò haec eadem ex putredine attenuata angustas venas ingrediuntur, coguntque partes interiores, tam terrenas, quam quodammodo aereas iactatas inuicem commiseri, permixtasque circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuque suo penetratas concavas tenasque efficere, ubi concavus & ampullosus humor aeri circumfunditur, isque humor alias terreus quoquo modo est, alias purus, siquae ex aqua concava vasculum aeris humidum atque clarum. Sed quod ex pura nascitur aqua pellucet undique ampullaque vocatur. Quod autem ex lutulento magis humore simul agitato quidem elatoque & circumtenso concitatur, ebullitio, bulla, fermentumque dicitur. harum omnium passionum causa ^g acida qualitas appellatur. His omnibus quae de his dicta sunt contraria passio, à contraria causa proficiscitur.

Quando

Quando verò ingredientium qualitas humida est linguæ qualitati naturaliter concors & cōsentanea, ac lenit mollitque eā, contractamque demulcet asperitatem, & quæ in nobis præter naturā contracta vel sparsa fuerunt, relaxat & colligit, ac summam naturalem singulis restituit habitum, suave huiusmodi omne amicūque est omnibus, violentarū quoque passionū medicina atque remedium. ^a dulcēque vocatur. ^b Circa narium vim species non sunt. Semigenia enim odorum natura. Speciei verò nulli competit odorem vllum habere. Sed nostra circa hæc venæ ad terræ & aquæ genera angustiores sunt, ad ignis verò aerisque generaliores. Quocirca nemo vnquam istorum aliquem sensit odorem. Sed in madefactione quorundam, vel putredine, vel liquefactione, vel euaporatione gignuntur odores. Cū enim in aerem aqua vel aer in aquam transit, in medio istorum odores fiunt, omnisque odor aut fumus est, aut caligo. Sed horum quod ex aere mutatur in aquā, caligo: quod verò ex aqua in aerem, fumus. hinc fit vt aqua odores tenuiores sint, aere crassiores. Quod maxime perspicuum fit, quādo certa quadā renaribus occurrente aliquis in seipsum vehementer spiritum retrahit. Tunc sanè nullus simul influit odor, spiritus autem ab odore nudus solus sequitur. ^c Dux igitur hæc in his varietates absque nomine sunt, nec ex pluribus, nec ex simplicibus speciebus: sed duo ibi nomina tantū manifesta sunt, suave scilicet & molestum. Hoc quidem disturbat violatque omnem eam capacitatem, quæ à summo capitis vertice ad vmbilicum protenditur. Illud verò eandem mulcet, & amico quodā in-

^a Dulces.^b De odore.

^c Odorū dua
species duntaxat suauis
& molesta.

a De auditu.

*b Quid sit
vox.*

*c De colori-
bus.*

*d Quid sit co-
lor.*

*e Albū quid
Nigrum
quid.*

gressu, naturalem eius seruat habitum. ^a Tertiā praxerea vim sentiendi, auditū videlicet, ita cōsiderare debemus, vt quibus ex causis passiōnes eius proueniant, exponamus. ^b Omni- no igitur vocem ponamus pullationē quandā ab aere, per aures cerebrūque & sanguinem vsque ad animā penetrantem. Natā quoque ex ea motionem incipientē à capite & in sedē iecotis definentem, auditum vocemus. Motio quidem velox, acuta prouenit: tardā, grauis. Vna & qualis atque lauis, contraria verò aspera. Magna, quae multa; parua, quae pauca. Harum vocū concordia consonantiāsque in sequenti- bus declarabimus: ^c Sequitur quartū sentiendi genus exponendum, quod varietasē in se plu- rima continet: & quae sub eo sunt, omnia, co- lores vocantur. ^d Est autē color veluti flāmula quaedā fulgōcque à singulis corporibus ema- nans, partes habens visui ad sentiendum accō- modatas. Causas verò ex quibus visus gigni- tur, supra tractauimus. Nunc de coloribus po- tissimum hoc pacto probabilia dicenda videntur. Quae ab aliis delata partibus in aspectū ca- dunt, partim minora, partim maiora, partim visus ipsius partibus & qualia sunt. Aequalia quidē sentiri non possunt, quae diaphana, id est vtrinque perspicua nominantur. Minora verò aut maiora partim discernere, partim contra- here visum dicimus, iustar eorū quae caliditate vel frigiditate carnē, aut eorū quae actimonia vel acumine caliditateve linguā contrahūt vel discernūt. Atq; ea quae visum sic afficiūt, ^e alba nigrave vocamus, quae quidē passiōnes eorum sunt quae modò narrabā, & illorū quidē germa- na eadēque quodāmodo, sed in genere alio, diuersa tamen propter has causas esse vidētur.

Sic vtique appellanda sunt ista: quod visum
disgregat, album: nigrum verò, quod con-
gregat. Motionem profectò acutiore, alteriús-
que generis ignis, incidentè dispergentemque
visum vsque ad oculos, orbésque ipsos oculo-
rù meatúsque vi diuerberatè liquefacientemq;
igné esse dicimus ex opposito obuiantè, cuius
occurfà lachryma. corpus ex igne & aqua mix-
tū, effanditur Et vno quidè igne velut è coru-
scatione quadã exiliente, altero verò penetrã-
te, & ab humore extincto, varii creãtur ex hu-
iusmodi mixtione colores, atque ipsam passio-
nem ^a fulgorem coruscationemque vocamus: ^a Fulgor &
quòdve id facit, splendidū atque coruscū. Ho- ^{coruscatio}
rum medium ignis genus ad oculorum humo- ^{quid appel-}
rem perueniens, illique se miscēs, minimè qui- ^{latur.}
dem coruscū, sed ex ipsa ignei radii ad humo-
rem admixtione, sanguineum creante colorè,
^b rubeum nominauimus. Splendidū albūmque ^b Ruber co-
rubeo mixtū ^c flauū procreat. Quo autè men- ^{lor quid &}
surã modo singula singulis miscẽatur, etiã si ^{vnde.}
quis nouerit, narrate prudentis non est, præ-
sertim cum neque necessariã, neque verisimi-
lem de his rationem afferre vllò modo possit.
Rubeum cum albo nigroque, ^d purpureū ge-
nerat. Paulò obscurior ^e pullus luteolusque
fit color, quãdo his inuicẽ confatis adustisq;
magis est adiuncta nigredo. ^f Fuluū flauū fuscū
que tẽperatone producitur. ^g Fuscū verò albi
& nigri cõfusione. ^h Pallorẽ albi flauiq; copulã ^h Pallidus.
generat. ⁱ Splendidum albo adiunctum pluri- ⁱ Caruleus.
mãque obfusum nigredine caruleum efficit.
Caruleum cum albo ^k glaucum creat. Fului ^k Glaucus.
nigrique temperie color ^l viridis nascitur. Cẽ- ^l Viridus.
tera fermè ex his omnia manifesta fiunt. Siquis
enim superiores mixtiones imitatus reliquos

a Lōga alia
deus scit &
potest effice-
re quam ho-
mo.

a Mundum
intelligit.

b Duae cau-
saru species,
vna necessa-
ria, nēpe ma-
terias altera
verò diui-
na, nēpe I-
dea. i. tam

Deum ipse,
quā rerum
species &
forma, quas
ille in mēte
h. b. u. i. quā
ad earū si-
militudinē
hac nostrā
tia effinge-
ret.

c Hinc ut ex
superioribus
apparet, quo
modo Plato
Mundū ve-
lit à Deo ge-
nitū, & con-
ditum, nēpe
quā è mate-
ria prius cau-

colores exequitur, probabilibus rationibus disputabit.

At si quis horum probationem opere ipso aggredietur, quid inter humanā diuināque naturam interstiti, ignorare videbitur. Nempe deus multa in vnum colligere, tutisque vnum in multa producere sufficiens est: scit enim si-

mul ac potest. *a* Homo autē nullus quī alter-
vtrum valeat, aut est nunc, aut vnquam erit.
Hæc sanè omnia ita tunc naturaliter affecta
ex necessitate ille pulcherrimi optimique opē-
ris fabricator in his quæ gignebantur, assume-
bat, quando *b* deū seipso sufficientē, & perfe-
ctissimū generabat: vtens quidē causis ad hæc
ministris, quod autem bene se habebat, ipse in
singulis agens. *b* Duae enim causarū species di-
stinguere decet. Vnā quidem necessariam, al-
teram verò diuinam. Ac diuinam in omnibus
querere, vt beatā vitam quoad naturā nostræ
possibile est, adipiscamur. Necessariā quoque
causam illorum gratia perscrutari. Cogitare
enim oportet absque his illa in quibus studiū
ponimus, non posse intelligi, vel compræhen-
di, vel quomodocunque aliter percipi. Quo-
niam verò nobis in præsentia veluti fabricis ma-
teria subiacet, causarum videlicet genera vicē
ferniē iam præparatæ materiæ obtinentia, ex
quibus est sequens disputatio contexenda, rur-
sus ad principium breuiter redeamus, citòque
illuc regrediamur, vnde hucusque processimus,
atque ita demum finē apicemque disputa-
tioni, qualem superiora exigunt, imponamus. *c*
Quemadmodū ab initio diximus, cum
hæc ordine carerent, singulis deus, & ad sese
& ad alia inuicē eatenus modū rationemque
proportionis indidit, quatenus suscipere sin-

gula

gula poterant. Tunc profectò nihil erat ordi-
nis, nisi fortè casu aliquo, particeps: nec quic-
quã tunc aqua, vel ignis, vel aliud aliquid coru
quæ modò apud nos nominatur, iure vocandù
erat. Verùm hæc primù omnia exornavit, dein
de ex iis hoc vniuersum constituit, animal v-
nũ, animalia in se omnia mortalia & immor-
talia continens. Et diuinorũ quidẽ ipse est au-
tor, mortaliũ verò generationẽ natis suis tra-
didit absoluendã. ^a Illi igitur suũ imitati pa-
rentẽ, principiũque animæ immortale susci-
pientes, animã ipsam mortali corpore claus-
erunt totũque corpus animæ, quasi vehiculũ sub-
didẽtes atque in eo aliã animæ speciẽ mortale
fabricauerunt, quæ grauibus necessariisque
perturbationib. afficeretur. ^b Quarũ prima fo-
ret voluptas, esca maxima mali. Dolor deinde,
fuga impedimentũque bonorũ: Audacia præter-
ea metusque cõsultores amentes: accederet &
implacabilis iracundia. Spes etiã blanda concili-
atrixque cũ irrationali sensu, amorque om-
niã inuasore. Illi ergo hæc miscẽtes necessariò
mortale genus cõposuerunt. ^c Cæterũ ne di-
uinũ vlla mortaliũ contagione, nisi quantum
summa necessitas cogeret, pollueretur, seorsum
ab illo in alia corporis sede mortale colloca-
uerunt: atque à pectore caput, ætuce & collo
interiecto separauerunt. In pectore igitur & tho-
race mortale genus animæ posuerunt: cuius id na-
turaiter partim melius, partim deterius esset,
disposuerunt rursus thoracis capacitã, discer-
nentẽque sedẽ tanquã virorũ alterã, alteram
feminatã. ^d Cartilaginẽ enim quandã nomine
diaphragma, quod etiã phrenas vocant, inter
hæc mediã interiecerunt. Partẽ igitur animæ
fortitudinis iracundiæque participẽ conten-

*stente, scã cõ-
fusa omnia
distinãti ef-
fecerit, & or-
dinariis.*

^a *Anima hu-
mana duas
partes cõsti-
tuit Plato.
vnã immor-
talẽ alterã
mortalem.*

^b *Perturba-
tiones, quæ
& in qua
parte anime
sedem ha-
beant.*

^c *Anima
partes, quo-
modo locis
& sedib. dis-
clusa.*

^d *Diaphra-
gma.*

a Cor vena-
rū origo &
sanguinis
fons, de eius
sua, & causa
cur talem
sedem ob-
tinerit in cor-
pore nostro.

b Pulmoni
& arteria-
rum cū ipso
connexarū
vsum.

*Potest & le-
gi vno voca-
bulo *didaxu*
egg, & prou-
identes igneā
fore omnem
illam inflatio-
nem irascen-
tiū nominū.

c Pars ani-
mae qua es-
culenta & po-
culenta ap-
perit vbi, cur
callosata.

tiosamque, capiti propinquiorem fecere inter
diaphragma ceruicemque mediā, vt hæc obe-
diens rationis vnā cū ipsa cupiditatū genus vi-
illata coerceat, si quādo rationis in arce capitis
habitantis iussū cupiditas respuat. * Cor verò
venarum originē fontemque sanguinis per o-
mne corpus impetu quodā manantis in slipa-
torū regione suspendere voluerunt: vt quādo
ira vis exardescit, ratione nunciāte si quid ex-
trinsecus iniuste fiat, vel intrinsecus aliqua cō-
cupiscentia turbet, tunc celeriter per angustos
quoslibet meatus quicquid in corpore sensus
est particeps, iussū mināsq; persentiat, atque
ita obediat obsequaturque omnino, toleretq;
in omnib. præstantissimi illius imperiū. * Cū
verò cognoscerent cor rerū terribiliū obiecta
trepidaturū, & ira sæpius flagratum idque
opus omne * per ignem fore æstus huiusmodi
temperandi gratia pulmonum tegmen cordi
adhibuerunt, molle primum atque exangue,
deinde cauis extrinsecus fistulis spongiæ in-
stat distinctum, vt spiritu potūque hausto
cordis ardorem huiusmodi respiratione & re-
frigerio tepesciat. Quā ob causam arterias tā-
quam aquæ ductus per pulmonum substantiā
derivarunt, eāque cordi, quasi mollem saccū
circundedere: vt quando nimia feruet ira inde
ad faciliore obedientiā temperatū deferueat
sedatōque tumultu rationi facilius cū ira mi-
nistrare & obsequi valeat. * Postremò eā ani-
mae partem, quæ esculenta & poculenta cupit,
& reliqua omnino quibus corpus indiget cō-
cupiscit, mediæ regioni inter diaphragma &
umbilicū applicauerunt: vbi quoddā quasi per-
sepe ad totius corporis alimoniam extare vole-
bant, & ibidē illam vim animæ tanquā agre-

fe animal alligauerunt. Hic sanè illam corpus
 suum alere necessarium est, si quidem morta-
 le quandoque futurum est genus. Vt ergo ad
 præsepe semper illa pascatur, habitetq; procul
 à consultore, ideòque illū clamore & strepitu
 suo minimè turbet, sed permittat præcipuū no-
 firi ducè tranquillo in otio cōmuni omnium
 utilitate consulere, regionē ideirò inferiorē
 ipsi habitandā dii dedisse videntur. Quoniam
 verò videbat Deus partē illam animæ talē fo-
 re, vt rationem non exaudiret: & si quo sensu
 pulsaretur, nullo modo rationibus obtēper-
 ret, sed simulachris visisq; nocte diēq; maximè
 raperetur: ideirò naturā iecoris proiecit,
 & in eius habitationē disposuit, densam inquā
 naturam lenem, claram, dulcem & amaritudi-
 nis non expertem: vt cogitationum ex mente
 descendens potentia in ipso iecore velut in
 speculo figuras suscipientes, aspectusque simu-
 lachra reddente, quandoque recepta terreat
 ipsam, quandoque cognata amaritudinis
 parte vsa, minasque intendens, & toti repente
 suffusa iecori felleos terribilesque colores o-
 stentat: contrahens præterea ipsum rugosum
 & asperū totū reddat, ac fibras eius, bilē, eiusq;
 ventriculum, & venas que portæ vocantur, sic
 afficiat, vt partim ex habitu recto deflectens
 atque contorquens, partim obstruens & con-
 cludens, dolores detrimentaq; præbeat. At rur-
 sus quādo mansuetudinis ex mente inspiratio
 contra visa effingit, amaritudinē quidē sedans,
 ex eo quòd aduersam sibi naturā neque ciere
 neq; attingere velit, dulcedine verò illi ingenti
 vtēs, & omnia recta, læuia, libera in ipso di-
 gerens: tunc sanè pacatā mansuetāmque partē
 animæ in iecore habitantē facit, ^b adedò vt etiā

*a Iecoris na-
 tura qua
 cur.*

*b Insomnio-
 rum vim at-
 tribuit Pla-
 to, parti A-
 nima qua
 concupiscit.*

in somno moderatè affecta sit, vaticiniòque
 vtatur, quando rationis prudentiæque est ex-
 pers. Qui enim nos còposuerunt paterni illius
 mandati memores, quo mortale genus præce-
 perat quàm optimù pro viribus fieri: ita dete-
 riorè nostri partè instituerunt, vt ipsa quoque
 veritatis foret quodà modo particeps. siquidè
 in ea expleri vaticiniùm statuerunt. Quòd au-
 tem dementiæ humanæ deus diuinandi vim
 dederit, illud argumento esse nobis potest,
 quòd nemo dum sanæ mentis est, diuinum &
 verum vaticiniù vllum assequitur, sed cum vel
 somno prudentiæ vis præpedita est, vel oppres-
 sa morbo, vel diuino aliquo raptu è suo statu
 dimota, fieri diuinationis solet. * Prudentis ve-
 rò duntaxat officium est, quæ à fatidico fu-
 rentèque ingenio dormiendo vel vigilando
 pronuntiata sunt, intelligere: & quæcunque
 visa illuxerint, ratiocinatione ita discernere,
 vt qua quidque ratione, & cui futurù aliquid,
 vel præteritù præsensve bonù vel malù por-
 tendere videatur, explanet. Illius autè qui mæ-
 lit manetque adhuc in furore, non est officiù
 quæ viderit aut protulerit iudicare. Scitù pro-
 fectò prisçù id dictum: Agere tua, seque ipsam
 cognoscere, solius prudentis hominis est o-
 pus. Hinc lex iubet diuinis vaticiniis iudices
 præesse prophetas, ^b quos Vates quidà nomi-
 nant, ignorantes prorsus eos oraculorù viso-
 rumque, quæ obscuris voluminibus inuoluun-
 tur, interpretes esse, non vates. Quare qui vati-
 cinia iudicant, non vates illi quidem, sed pro-
 phetæ, id est vaticiniorù interpretes pronun-
 ciatorèsq; vocàdi. Atq; iecoris quidè natura
 ob hanc causà talis facta est, & in ea sede qua
 diximus collocata diuinationis scilicet gratia.

^a Mens seu
 ratio eiusq;
 habitus Sa-
 pientia non
 somniat, sed
 sònia in leco-
 re oblata &
 visa inter-
 pretandi fa-
 cultate præ-
 dita sunt.

^b Inter Va-
 tem i. µγί-
 τιν & πο-
 φήμυ διστρί-
 μεν consti-
 tuit Plato.

Accidit viuenti vnoquoque taliū signa clariora exprimi solent: * vita verò priuato, ex-
 citas accidit, [& vaticinationes exiliores red-
 dit, quam vt aperti aliquid significare possit]
 Proximū huic ad sinistrā locatū est huius gra-
 tia mēbrū, vt purū hoc semper clarūque red-
 dat, & instar speculī nitens atque perspicuū, ad
 imaginēque exprimendas accommodatū. Qua-
 propter quando propter corporis morbū sor-
 dib. iecur abundat, lienis raritas id purgās, eas
 cōbibit, cū membrū hoc concauū sit & exā-
 gue. Vnde purgamentis impletū excrefcit tu-
 mēque sanie. Ac rursus cū mundatū corpus
 est, restriatū in seipsum confidet. Quid igitur
 anima mortale, quid diuinū habeat, & vbi, &
 quibuscū, & quare hæc inter se disiuncta sint,
 diximus. * At quòd reuera ita sit vt diximus,
 ita demū asseremus, si diuinū cōfirmaret ora-
 culū: quòd verò verisimile sit ita esse, & nunc
 & deinceps diligentius etiā inuestigando as-
 seuerare nō dubitamus, atque in præsentia ita
 sit nobis asseritū. Quod autē hæc sequitur, simi-
 liter est tractādū. Reliquū est enim qua ratio-
 ne cetera corporis mēbra digesta sunt, enarra-
 re. Itaque hæc potissimū ratione constare hæc
 decet. Cognoscebant illi profectò nostri gene-
 ris fabricatores, nos ad cibū potūque intēpe-
 ratos fore, ac propter ingluuiē plus quàm mo-
 dus aut necessitas postularit, ex his sumpturos.
 b Igitur ne subitus propter morbos interitus
 proueniret, atque ita imperfectum mox genus
 mortale desineret, inferiorē ventrē fabricaue-
 runt ad esulentorū poculentorūque supera-
 bundantiā capiendā. Eum præterea spiris in-
 testinorum circumplicauerunt, ne subitò alimen-
 ta nobis assumpta defluerent, ac rursus noui

* Sub. in Ier
 core.

a *Reverū natū
 valitū verā
 causa ex di-
 uinū oracu-
 lu duntaxat
 asseri possūt,
 quib. deficiō
 tib. ver. simā
 litudini tā-
 tum locus
 est.*

b *De ventre
 inferiore, in-
 testinis atq;
 eorū spiru.*

alimenti confestim necessitas immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuamque voraginem genus nostrum philosophiae & humanioris eruditionis & moderationis omnia expers relictum fuisset, illi parti quae in nobis diuinissima est, minime obsecutum. Ossium verò & carnis caterotumque huiusmodi ita est natura cõposita. His nempe omnibus medullæ generatio initium præbuit. Vincula enim vitæ illius, quæ anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eâque per omne diducta, vincunt fulciuntque corporis nostri constitu-

a De medulla, ex qua carnis & ossium generata est natura. *b* Ex quibus trianguli sunt cõstituta medulla essentia.

c De medulla cerebri.

d Medulla per totum corpus diffusa est veluti quadam anchora & vinculum animæ in corpore.

tionem. *a* Ipsa verò medulla est ex aliis generata. *b* Sunt quidem trianguli primi quidam & inflexi, lanæque ad ignis, æris, aquæ, terræ exactissimam generationem accommodatissimi, è quorum generibus singulis deus fecerens singulos, & inuicem contemperatos permiscens, totius generationis mortalium sementem, fomitemque constituit, dum medullæ ex his substantiam procrearet. Postea verò ferens in ea, animarum genera alligauit. Figuras præterea quocumque, & qualescumque ex singulis speciebus adesse medullæ oportuit, tot penitus, atque tales statim in prima illa distributione distinxit. *c* Et illam quidem medullæ partem, in quâ, velut in agrum quendam diuinum semen in ciendum erat, globosam & vndique terentem inuixit, atque *ἐπιφαλα*, id est cerebri, idcirco voluit nominari, quia vnoquoque animalium denique absoluto, vasculum cerebri capax, *κεφαλή*, id est caput, vocandum erat. Quod autem reliquas mortalesque animæ vires comprehensurum erat, rotundis simul oblongisque figuris ornauit, *d* totumque medullam voluit nominari, atque ex his quasi quibusdam anchoris

iaciens.

iaciens totius animæ vincula, circa illas iam
 vniuersum nostrum corpus absoluit, ossiumque
 textura extrinsecus eas fulciuit. ^a Os verò i-
 psium ita cōposuit: terrā atterens purā lenem-
 que miscuit: madefecitque medulla. Id postea
 in igne iccit, deinde in aquāmersis rursus in
 ignem, iterum & in aquam. Atque ita saepe
 transferens in vtriusque tale reddidit, vt à neu-
 tro liquefieri possit. Hoc igitur vsus sphaera
 ossia quasi torno facta cerebrum circunsepit:
 huic autem angustos reliquit meatus, & circa
 ceruicis simul dorsique medullam ex ipso to-
 tulas vertiginisque effingens, quasi cardines
 subdidit, ita vt à capite per totum protenderit.
 Sic vtiq; semen omne seruauit, dum lapideo
 ambitu circunvallauit. ^b Articulos insuper ad-
 didit, alterius ipsius natura vsus in ipsis tāquā
 media quadam existente potentia motus fle-
 xionisque gratia. Arbitratus verò ossium na-
 turam aridiorē rigidiorēque quā oporteat
 fore, & cum ignita euaserit atque etiam frige-
 facta, illisuram corrupturamque citò semen
 internum, ^c neruorum carnisque genus effin-
 xit: vt neruis quidem membra reliqua vincien-
 tibus, intēsis remissisque circa cardines ipsos,
 corpus omnē ad flexionē tensionēve prom-
 ptum & agile redderet: caro verò tegmen fo-
 ret aduersus frigus atque calorem: & instar
 coactilium ad casus varios munimentum
 praebere: praesertim quia talis erat futura, vt
 molliter leniterque corporibus cederet. Cui
 calidum idcirco humorem indidit, vt ætate
 quidem roseida madidāque extrinsecus, toti
 corpori domesticum praebat refrigerium,
 hyeme verò rursus proprio igni exteriorē gla-
 ciem moderatē repellat. Hac cum fictor ille

^a *Ossa primū
 capite dein-
 de totius cor-
 poris quomo-
 do fabricata:*

^b *Articulū
 cur adinnēti
 ossibus.*

^c *De neruis
 & carne.*

nostri corporis cogitaret, mixtione quadam ex aqua, igne & terra contemperata, & acuto illis salsoque fermento adhibito, succi plenam ac mollē carnem conflauit: naturam verò nec uorum ex ossē & carne non fermentata vnam ex vtriusque potentia mediam temperauit, flauōque infecit colore. Hinc fit vt carne quidem tensior & aridior, ossibus autem agillior molliorque sit neruorū substantia. His deus medullam simul & ossa deninxit, & haec omnia carnibus cooperuit. Quae igitur ossa animata maximè erant, paucissimis carnibus adperuit: quae verò minimè, contrà plurimis atque crassissimis.

*a Iuncturū
ossium, cur
pauca car-
nes adiun-
ctae.*

Iuncturis insuper ossiū, praeter quā vbi necessitatis ratio aliter postulabat, paucas carnes adiecit, ne flexionibus impedimento forent, tardāq; ad motū corpora facerent, ne ue sua quadam solida crassitudine obtusioriq; mole sensuū acie hebetaret, memoriā impedirent, ingenij acumē obtunderent. Quāobrem inguinū tibiārum, iliorū, brachiorum, lacertorum ossa, & caetera omnia quae articulis caēt, quae ve intus latentia ossa propter animae paucitatem in medulla, prudentiae vacua sunt: multis sunt carnibus adoperta.

*b Partes pru-
dentia va-
cua multis
carnib. sunt
adoperta,
quae contrā
sunt organa
sensuum &
rationis, pau-
ca.*

quae prudentiam habent, nisi forte carnosa quaedam moles propriè ad sensum aliquè apta sit, qualis est lingua. In caeteris est, vt diximus. Natura enim ex necessitate genita atque nutrita nullo modo os compactum carnemque multam simul & acutū sensum admittit. Maximè nāq; omniū ea capitis cōpositio habuisset, si vnā concurrere voluissent: genusque hominum pingue, neruosum, robustūque habens caput, vitā duplam, ac etiā multo diuturniorem, validiorem, placidiorem quā nos posse.

possedisset. Ceterum nostris illis fabricatorib. de nostro genere consultantibus vtrum diuturnius quidē, sed deterius, an breuioris quidē vitæ, sed melioris, efficerent, visum fuit vitam breuem melioremque diuturnæ & deteriori esse omnino anteponebam. Itaque caput osse raro texuere, sed carnibus neruisque quia flexiones non erat habiturū, non fulciuerūt. His omnib. de causis caput membris omnib. acutius ad sentiendū prudentiusq;, sed imbecillius est constitutum. Neros autē ob hanc rationem atq; hoc pacto deus extremæ parti capitis circumponens, spinæ dorsæ eos quadam similitudine circumplicauit, summâsque illis maxillas sub vultu deuinxit, reliquos per omnia membra disseminauit, articulum connectens articulo. Nostri præterea illi exornatores, oris naturam dentib. lingua, labiis, ita vt nunc videmus necessariorum simul & optimorū gratia ornauerunt. Nam ingressum quidem necessariorum, egressum verò optimorum gratia excogitauere. Nempe necessariū est quicquid ad alimoniam in corpus admittitur. Verborū autem effluxio ministra prudentiæ, effluxionum omnium optima est atque pulcherrima. Caput præterea nudo osse relinquitur omni alio tegimine destitutū nō poterat, propter caloris frigorisq; excessum: neque tursus carniū pondere prægrauatū, sensus expers obtusūmq; reddendū erat. Carne igitur nō penitus defecata residuum quod maius supererat segregatum est, cutisq; ipsa circa cerebri humorem sibi ipsi iuncta & germinans caput circumuestruit. Humiditas autē sub iuncturas scaturiens irrigauit, cōpegitq; ipsam ad verticē. Iuncturam verò species varia propter circuitionum

*a Capiti cotto
positio &
partium il-
lius usus.*

b Oris usus.

c Carne tenui & rara cur caput operitum.

alimonixque potentiam facta est: & his quidē magis inuicem pugnantib. plures, minus verò pauciores. Hanc omnem cutem vndique igne pupugit percussitque deus. Per cutis inde quasi faucis rimulas humor effluxit: quòdve illic humidū calidūque syncerū erat, abiit, quod verò ex iisdem quibus & cutis erat permixtū, emanationis impetu extrā productū, in longum extensum est, tenuitatem punctationi per retrationisque illi æqualē habens. Sed propter tarditatem à spiritu circumstante retulsum, rursumque sub cutē reuolutum, radices egit. ^a His

a De capillu.

vtique causis capilli in cute sunt nati, secundū pellis corisq; similitudinē cuti quā proximi, sed propter coagulationē à frigiditate factam duriores cute atq; dēsiores. Nēpe capillus extra cutem productus frigore rigit. Hoc pacto constipatū hirsutūq; caput nobis deus instituit, causis quidem vsus illis quas diximus: tegmen verò ipsum ad cerebri tutelā non carnis ponderosum, sed leue esse voluit, quod ad frigoris calorisve intemperie repellendā sufficeret, & sensus acumen minimē impediret. Ea verò quæ in digitis est nerui, pellis, & ossis cōplexio, aridior facta, cōmuni quodam vno durioriq; cutis tegmine est adoperta. Cuius quidē adiunās & administra causa in iis quæ diximus constitit: principalis autē causa in ea intelligentia quæ id futuræ cōmoditatis gratia fabricauit. Quòd enim ex viris quandoque mulieres & ceteræ animantes erant futura,

c Vnguib. homines statim atque genitos sunt, armauerunt.

nostri illi opifices non ignorabant, quin etiam quòd vnguū vsus bestię quoq; multę ad opera multa erāt habituræ, intelligebāt. ^a Quapropter homines statim genitos vnguibus armauerunt. Hac vtique ratione, & his de causis pelle

pelle, capillis, vnguibus extrema membra operuere. Quoniã verò partes & membra omnia mortalis animantis in mutua quadã cognatione genita erant, vitãmq; necessariò in igne ac spiritu possidebant, ne animal ipsum ab his resolutũ exhaustũque citò deficeret, hoc dii consilio prouidẽre. ^a Quippe humani generis naturam quandã cognatã aliis formis sensibũsq; miscentes, quasi animal quoddã aliud plantauerant. Talia sunt domesticæ arbores, plantæ, semina, quæ consita nunc cultaque ab arte mitia nobis sunt: quondã verò sine cultura, agrestia. Quicquid enim vitæ est particeps, iure animal nominabitur. Quod autẽ nunc dicimus, tertie animæ speciei est particeps, quã inter diaphragma & vmbilicũ locauimus. Cui opinio, ratio, mens nulla penitus inest. Sensus verò suavis & tristis vnã cum cupiditatibus conuenit. Omnia siquidem continuè patitur. Cum verò in seipso ad semet conuertatur, externũmq; respuat motũ, & proprio motu domesticòque vtatur, idcirco huic natura nõ tribuit, vt quicquã pensũ habens suorum aliquid consideraret. Quapropter vita quidẽ fungitur, nec est ab animali diuersum, quia verò illa vi qua quid seipsum transfert orbatũ fuit, stetit rigens, & fixũ radicibus hæsit. Cũ hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent, in nostro corpore quasi quoddã horto meatus veluti aquæ ductus varios diduxerunt, vt liquoris deriuatione irrigaretur. ^b Principiò meatus occultos sub conflatione cutis & carnis, duas scilicet venas in tergo diuiserunt, secundum geminam corporis ipsius figurã, ad dexteram & sinistra.

Has utique ad spinam demiserũ, mediãque

^a De eorum animãtuum naturã, quæ ad hominis nutritionem Deus opt. Max. produxit.

^b Quomodo alimentum per totũ corpus deriuatur & sistitur.

medullâ genitalê comprehendere, vt & hæc
 quàm maximè vigeat pullulêtque, & vberior
 hinc ad alia quali decliuis effluio, irrigationê
 æquabilem præbeat. Post hæc partientes circa
 caput venas, easque inuicem ex opposito im-
 plicantes, partim à dextris ad sinistra, partim
 à sinistris ad dextra corporis disperterunt, vt
 capiti ad reliquû corpus vnâ cum cute conne-
 xio foret, postquâ neruis quidem non erat cir-
 culo quodam secundum verticem compræ-
 hensum atque distinctum: atque etiam vt son-
 tiendi vis ab vtrisque partibus per totum cor-
 pus vndique demanaret. Hinc verò aqueductû
 hoc ordine deduxerunt: quem planè perspi-
 ciemus, si hoc inter nos primùm asseuerabi-
 mus. Quæcunq; ex minutiorib. componuntur
 maiora detinet: quæ verò ex grandiorib. minu-
 tiora cohibere non possunt. *Ignis autem præ
 cæteris generibus, minutissimis constat parti-
 culis. Ideoq; aquam, aerem, terram, & quæ ex
 his componuntur omnia, penetrat transilitq;
 vsque adeò, vt nihil ipsum valeat cohibere. Idè
 quoque de nostro vtero cogitandum. Nempe
 cibos & potus ingestos retinet. Spiritum verò
 & ignem, quia eius compositione tenuiores
 sunt, demorari non potest. His igitur vsus est
 deus ad irrigationem ab vtero in venas perfu-
 ciendam. Rete enim quoddâ ex aere atque i-
 gne instar gibbosæ sagenæ contextit. Vbi duo
 sunt ad ipsum introitû gibbi conuexa: quorû
 alterû bifariam bino pulsu iterû implicauit, &
 ab ipsis gibbi conuexis veluti funes per totum
 corpus vsque ad texturæ illius extrema circun-
 tendit. Interiota igitur ipsius tricæ omnia ex
 igne composuit, conuexa verò & receptacu-
 lum ipsum ex aere. Demum hæc assumens in
 ani

* Ignis præ
 cæteris ele-
 mentis minu-
 tissimis con-
 stas particu-
 las.

animali formato hoc pacto disposuit. Cōuexa quidem in os dimisit. Cū verò conuexū gibbosūque ut duplex, per arterias alterum in pulmonem vsque traiecit, alterum circa arterias in vterum. Alterum verò partitus vtranque illius partem ad fistulas narium communiter duxit, ita vt quando alterum ad os non peruenit, ex hoc ipso omnes illius fluxus meatūsque replentur. Alteram verò gibbi retisq; capacitatem circa omnes partes corporis concavas esse voluit. Idque omne aliàs quidē in conuexa incuruāque confluere molliter, quāsi aer illic sit, effecit: aliàs autē conuexa incuruāque ipsa resfluere: Rete verò quoniam rarum sit, corpus penetrare per ipsum, rursūque emergere. Radios autem ignis interiores successione cōtinua subsequi, in vtrāq; partē aere transeunte. Idque donec mortale consistit animal, fieri nunquā cessat. Huiusmodi agitationem, meritò expirationem respirationēque nominatam esse censemus. Omne autē hoc opus omnisque nostra hęc passio in corpore sit, irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & nutrimentum. Quando enim expirante & respirante halitu, ignis simul interior sequitur, perq; vterū diffusus poculenta esculentaq; offendit. liquefacit, protinus ipsa, partitur in minima, per exitus qua progressio patet tanquā ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarū traiecit quæcunque exauisit, atque per corpus quasi vallem venarū fluentia diducit. Sed videamus iterū quibus causis respiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nusquā est, quò quietam eorum quæ præferuntur ingredi queat,

*Expirationis
et respirationis
quomodo &
cur fiant.*

spiritus autem è nobis euolat, cuius constat
 in vacuum quidem hunc spiritum non euo-
 lare, sed proximum sibi è sua sede depellere,
 depulsam rursus illum proximum sibi semper
 extrudere, ac secundum necessitatem huius-
 modi quicquid in sedem illam percutitur at-
 que impellitur, vnde exclusus est halitus, in-
 gressum illuc replensque halitum ipsum sub-
 sequi. Idque totum simul reuolutione qua-
 dam, qua nusquam sit vacuum, fieri. Quam-
 obrem cum pectus pulmonesque spiritum ef-
 flauerint, mox aere corpori circumfuso me-
 tus corporis penetrante replentur. Ac rursus
 euolans à corpore aer & emissus anhelitus in-
 spirationem intrò retrahi cogit per oris na-
 riumque meatus. Causas verò quæ his prin-
 cipium dant, huiusmodi ponimus. Omne
 vniuersi huius animal in venis & sanguine
 calorem quasi fontem ignis aliquem possi-
 det. Idque reti sagenæ comparauimus, per
 medium extensam, totumque ex igne conte-
 xum, cum exteriora omnia ex aere sunt. Calo-
 rem sanè putandum est natura sua in regionè
 suam extra ad id quod sibi cognatum est ema-
 nare. Cum verò discursiones duæ sint, vna per
 corpus extrà, altera rursus per os ac nares, cum
 anhelitus ad alia impetum facit detruditque,
 alia contrà retrahit atque repercutit. Quod
 autem retractum est, in ignem incurrens cale-
 scit: quod exhalauit, friget. Dum ergo cali-
 ditas permutatur, & quæ alio transitu vtun-
 tur, calescunt, ac rursus quod feruet ad natu-
 ram suam emigrat, & hac emigratione alia in
 aliud iter repercutit, rursusque hæc idem per-
 petiuntur aguntque semper, certè anhelitus
 hic circulo quodam hinc & illinc iugiter flu-
 tuans

Et uans expirationem & inspirationem conti-
 net. ^a Quinetiam causę passionum quę ex at-
 tractu cucurbitarũ ex corpore à medicis fiunt, ^a *Causam*
 atque etiam potionis, & eorum insuper quę *respiratis-*
 iaciuntur siue emittantur sublimia, seu defe- *ni ad aliam*
 rantur humi, hac utique ratione tractandę vi- *accomodat,*
 dentur. Voces præterea, quęcunque veloces *ut ad attra-*
 & tardę, acutę & graues audiri solent, aliãs *ctionem san-*
 dissonę propter motus eius qui in nobis ab i- *guinu qua-*
 psis fit, dissimilitudinem, aliãs propter simili- *fit per cucur-*
 tudinem consonę. Priorum enim velociorũq; *bitas, & vi-*
 cessantes motus, iamque ad simile quiddam *tesorum hu-*
 progressos, tardiores ipsę voces succedentes *morum per-*
 illis, eosque mouentes, occupant: compræ- *potiones, i-*
 hendentes verò non alium quidem motum in- *tem ad vo-*
 iiciendo perturbant, sed tardioris lationis ini- *cum harmo-*
 tium secundum principium velocioris indu- *niã siue dis-*
 cunt. Dum verò desinentis motionis simili- *sonantiam,*
 tudinem sibi quandam accommodant, vauum *tum ad a-*
 ex acuta & graui concentum contemperant. *quarum flu-*
 Vnde insipientibus voluptatem, sapientib. gau- *xus fulminũ*
 dium propter diuinę harmonię imitationem *impetus, &*
 in lationibus mortalibus repertam, tribuant. *attractionẽ*
 Eadem ratio est de aquarum fluxibus, de ful- *illam qua*
 minum impetu, de electri mirabili illo attra- *vulgo fieri*
 ctu, lapidisque illius qui Heraclius nominatur. *creditur à*
 Reuera nullius horum attractio fit: sed cũ nuf- *magn. te:*
 quam sit vacuum, & hæc se inuicem pulsent, *ut nimirum*
 atque repulsent, concretęque & discreta suum *ad similem*
 locum singula poscant, diligenti harum rerũ *causam rife-*
 ratur: quã-
 do nimirum spiritus, humor vel aer motu proximũ & contiguũ,
 prorudit, & ille sequentem deinceps, donec ad extremum aliquod
 perueniat, unde fiat repercussio rerum illarum agitatatum ad
 principium vsque illud unde & à quo moueri inceperant, qui do-
 nec illa exitum aliquem nãta sint.

inuestigatori ex his mutuis passionibus euentus illi mirabiles contingere videbuntur. At qui respiratio, vnde huc digressi sumus, ab his causis, & hunc in modum, vt supra diximus, prouenit. Dum videlicet ignis cibos diuidit, eleuatúrque intrinsecus assecutus spiritum, venas à ventre communi eleuatione huiusmodi replet, ex eo quòd attrita inde haurit, & ob hanc rationem per totam animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffunduntur. Statim verò attrita & à cognatis suis ablata partim fructibus, partim graminibus, quæ deus ad alimoniam corporis nostri produxit, colores propter mixtionem omnino varios habent: sed plurimus in his rubeus præualet color, cuius natura ex ignis portione & abstersione in humido facta prouenit. Propterea eius quod in totum corpus permanat, color, talis aspectu est, qualem diximus. Id sanguinem nominauimus carniû & vniuersi corporis pabulum: vnde irrigatio distributa passim exhausta cuncta replet. Modus autem impletionis euacuationisve talis est, qualis in vniuerso cuiuslibet latio, per quam cognatum quodlibet ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circumfusa sunt, resoluunt nos assidue, & singulas nostri portiones ad species suas foras emittunt. Sanguinea verò in nobis attrita inclusaque visceribus, vt patet est in quolibet animali fieri sub cælo constituto, totius lationem imitari coguntur. Cùm igitur attrita quælibet in nobis cognatum posscant, exhausta quælibet implent. Porro quando abscedit plus quàm accesserit, decrescit animal: quando contra fit, augetur. Recens igitur animalis cuiuslibet compositio cum nouos ve

Quomodo
cibi in chy-
lû, deinde in
sanguinẽ mu-
tentur, quo-
modo item
postea distri-
buantur, per
totũ corpus,
quomodo
fiat nutritio,
augmentũ,
tũ tandem
quomodo de
crescant a-
nimalium
corpora.

Iut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat, validam quidem eorum structuram possidet: moles autem eius tenerior tota coaluit: quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper, & lacte nutrita est. Susceptos ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potusque conflantur, triangulis propriis antiquiores imbecillioresque iuniorum vi peruincit & conterit, & grande animal ipsum reddit, dum ex multis similibus alit. At cum triangulorum suorum radicem compagemque relaxat, ex eo quod magnis laboribus longo tempore aduersus multa certando fatigata & domita sit, tunc sanè alimenta suscepta in similitudinem suam non potest comminuendo redigere, sua verò membra ab ingredientibus facillè dissipantur. ^a Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal cum superatur, detrimentumque istud senectus appellatur. Finis verò tunc obuenit, quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur, olim coaptata vincula, nihil amplius nectunt, sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima verò clam secundam naturam cum voluptate protinus euolat. Quicquid enim contra naturam sit, molestum: quod autem pro rei natura, iucundum. Similiter & mors quæ morbi & vulnera intulerunt, violenta est atque molesta: quæ verò senio paulatim ad finem deducente naturaliter surrepit, inter omnia mortis genera leuissima est, & cum voluptate potius quàm dolore contingit. ^b Morbi autem vnde nascantur, quis dubitet? Nam cum quatuor illa sint ex quibus compactum est corpus, Terra, Ignis, Aqua, Aer, horum contra naturam abundantia, de-

^a Senectus
vnde Mors
item natura
que iucunda est
cū voluptate
accidit.

^b Morbi vnde
de.

fectusque, & ex loco proprio in alienum transf-
 latio, per quam quod sibi conueniens est, non
 tenent, intestinam quandam seditionem &
 morbos inferunt. Quando enim praeter na-
 turam vnumquodque fit, aut transfertur, cale-
 scunt vtique quae ante frigeant, arida madet,
 grauescunt laeua, & caetera omnia similiter
 permutantur. Solum modò verò idem aliquid
 sibiinet secundum idem, atque similiter &
 debita proportione seruata accedens vel dece-
 dens, permittet se idem sibi ipsi sospes inte-
 grumque manere. Quod autem aberrat, sine
 accedendo seu decedendo, mutationes varias,
 morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex se-
 cundis quoque compositionibus secundum na-
 turam constitutis, secunda bonae vel malae va-
 letudinis coniectura id quaerenti cuique dabi-
 tur. Cum enim medulla ex illis & os & caro
 & nervi contiterint, sanguis praeterea ex illis
 dem quamuis alio modo concreuerit, caeteri
 quidem euentus plurimi quemadmodum su-
 periora contingunt, maximi verò morbi at-
 que grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando
 videlicet ordine conuerso ista ex se inuicem
 fiunt, proculdubio corrumpuntur. ^a Nempe
 secundum naturam carnes & nervi ex sangui-
 ne generantur: nervi quidem à villis & liga-
 mentis propter cognationem, carnes autem à
 coagulatione quadam eius quod secretum à
 villis & ligamentis concreuit. Quod rursus à
 nervis & carnibus emanat glutinosum & pin-
 gue, simul quidem carnem, vt plurimum ad
 ossium naturam, ac etiam os ipsam medullam
 circumdans nutriendo exauget. Quod rursus
 per ossium crassitudinem stillat purissimum
 genus triangulorum, laeuissimumque & pin-
 gue.

^a Quae sit na-
 turalis car-
 niu, & nervo-
 rum ex san-
 guine, cum
 ex carnibus
 ossium ex os-
 sib. medulla
 generatio,
 quae bonam
 valetudinē
 efficit.

gædine abundantissimum, dum defluit ex of-
 sibus, atque delabitur, medullam irrigat. Qua-
 tenus igitur singula hunc in modum fiunt, bo-
 na valetudo seruetur. * Mala verò sequitur va-
 letudo, quando fit contrà. Nam quoties eli-
 quata caro tabem rursus transmittit in venas,
 sanguis vnà cum spiritu multus ac varius in
 venis, coloribus diuersis amaritudinèque, &
 acidis salisq; infectus saporibus, bilè, * cruo-
 rem, pituitam gignit quàm plurimam. Quæ
 quidem omnia rursus sic genita & corrupta
 sanguinem ipsam in primis inficiunt, & ipsa
 nullum nutrimentum adhibentia corpori fe-
 runtur, passim per venas nullo profus natu-
 ralis circuitus ordine obseruato. Inimica sanè
 inter sese ista sunt propterea quòd nullum sui
 sibi inuicem præbent vsum. Naturali præterea
 corporis habitudini suòque in statu perseue-
 ranti dissoluendo & liquefaciendo plurimum
 aduersantur. Portio namque carnis vetustissi-
 ma cum liquefeit, ad digestionè còcoctionè-
 que ineptissima, propter veterem exustionem
 nigrescit: quia verò contabuit, penitusque
 exesa est, amaritudinem contrahit, cæteris om-
 nibus corporis partibus nondum contamina-
 tis aduersam: & tum quidem pro amaritudine
 niger ipse color acerbitatem & acrimoniam
 habet, eo iam quod amicum fuerat magis at-
 tenuato: tum verò amaritudo rursus sangui-
 ne tincta colorem habet rubeum, sed nigro
 huic admixto, felleum. Præterea flauus color
 cum amaritudine coit, quando ob ignis flam-
 mam noua caro liquefeit. ^b Et nomen qui-
 dem omnibus his commune bilem imposuit
 vel medicus aliquis, vel certè eo ingenio præ-
 ditus quippiam quo * multa & dissimilia dispi-

* Mala va-
 letudo vnde

* Ichorem

^b Bilia q; d;
 & vnde fiat
 * Dialectici
 id nomen est,

a Bilis species.

b Acida pituita.

c Alba pituita.

d Morborum instrumenta.

e Qua valetudo aduersa facile curabilis, quae contra minime.

f Prima aduersa valetudinis species.

cere posset, ac rursus genus in multis vnum vno cognomento dignum inspicere. Quae verò bilis species appellantur, pro colorum varietate rationem singulis propriam acceperunt. Cruor praeterea, qui sanguinis residuum & defluxus est, lenis est ac mitis: qui verò bilis atræ acrisque, agrestis, quando propter caliditatem salso saporis miscetur: huiusmodi autem quiddam *b* acida pituita nuncupatur. Saepè verò tenerioris recentisque carnis portio quaedam vnà cum aere colliquescit, deinde vento inflatur incluso, humiditate protinus circumfusa: fiuntque ex hoc ampullae, quae sigillatim propter paruitatem videri non possunt: iunctae verò simul & in grandiore tumefactae molem conspiciuntur, coloremque propter spumae generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquationem vnà cum spiritu factam, quae ex humiditate vento circumfusa tumescit, *c* albam pituitam appellamus: recentis item pituitae residuum defluxumque lacrymas atque sudorem, & quocumque alia in quae quotidie corpus resoluitur. Atque haec *d* omnia instrumenta morborum, quando scilicet sanguis non cibis & potibus secundum naturam, sed ex contrariis praeter naturae leges excrefcit. *e* Quando igitur caro qualibet circunciditur, eiusque radix permanet, dimidia quaedam est calamitatis potentia. Facile enim restauratur. *f* Quando verò quod carnes ossibus alligat, aegrotat, & sanguis ex illis ac nervis defluens haud amplius nutrit ossa, carnemue reuincit, sed ex pingui & glutinosa, asper, salsus, stercus, & squalidus iniquitate victus est factus, tunc certè quod omnia ista perpetitur, abscissum ab ossibus sub carne

neruisque riget. Caro etiam à radicibus decidens nudos relinquit nervos, & falso obductos humore, & in fluenta sanguinis permanens, morbis quos supra diximus numero etiam plures reddit. Graues quidem hæ corporibus passioni: ^a quæ verò has præcedunt, admodum grauiore. Quando videlicet os ob carnis crassitudinem respirationem non habet sufficientem, idèoque putredinis calore vexatum atque restrictum, alimenta non suscipit, rursusque ipsum in illam contra decidit frigidum. Illa verò in carnem, caro in sanguinem rursus delabitur. Vnde acriores superioribus morbi nascuntur. Extremum verò omnium est, quando medullæ natura propter defectum aliquè, aut excessum ægrotat: hinc omnium vehementissimi & ad mortem periculosissimi morbi proueniunt, tunc enim omnis compago corporis necessariò dissipatur. ^b Tertiam post hæc morborum speciem tripartitò diuidimus. Alius enim spiritu, alius pituita, alius bile creatur. ^c Nam cum spiritus ipsius custos, & quasi penularius pulmo distillatione oclusus libera & expedita spiracula nobis nõ exhibet, & huc quidem nullus mittitur spiritus, illinc verò plus quàm oportet accipitur, tunc quæ respiratione, & refrigerio carent, marcescunt. Quod verò accipitur nimium, per venas tractum eas contorquet, liquefacitque corpus, & in eius medio detinetur diaphragma, mediũ scilicet interpositum occupans, hinc morbi admodum molesti multo cum sudore innumerabiles oriuntur. Sæpe etiam intra corpus discreta & rarefacta carne innascitur spiritus: qui cum foras egredi nequeat, iisdem quibus & ingressi aliunde spiritus, doloribus afficit.

a Secunda aduersa valetudinis species superioris & periculosior, quando partes corporis in eas ex quibus generantur & aluntur: virium naturalium imbecillitate resolvuntur.

b Tertia morborum species tripartitò diuiditur.

c Quinta morbi ex spiritu incluso & exitum non habente oriuntur.

Sed ingentibus tunc affligit doloribus, quando
 neruis proximisque venulis circumfusis hæc
 inflat, & ligamenta continuosque nervos à
 tergo intendit atque detorquet. Qui sanè mor-
 bi ab ipsa intendente & instante passione ten-
 siones, & à tergo contorsiones cognominan-
 tur, quorum difficile remedium est. Subortæ
 enim febres hos maxime solvunt. ^aAlba verò
 pituita propter ampullarum spiritum intus
 inclusa, difficilis: ad exteriorem cutem dela-
 psa, mitior, sed corpus variis sordibus asper-
 git, albisque inficit maculis, atque morbos al-
 lios huiusmodi generat. Atræ verò bili permi-
 xta, quum diuinissimos capitis meatus illabi-
 tur, dissipare eos solet atque turbare. Si dor-
 mientibus id contingat, mitior: sin vigilantibus,
 expulsu difficilior. Cùm verò sacra natu-
 ræ languor hic sit, haud abs re ^b facer morbus
 est appellatus. ^c Proinde pituita acida atque
 item salsa, languorum omnium qui distilla-
 tione fiunt, origo est, quoniam verò plurima
 loca illabitur, malas gignit valetudines pluri-
 mas. Quæcunque autem partes corporis ^d tu-
 mefcere dicuntur, à bilis incendio, & combu-
 stione vexantur, quæ cùm expirat, extrinse-
 cus varios æstu suo tumores producit: intrin-
 secus verò cohibita, vrentes, edacésque mor-
 bos plurimos procreat. Maximum autem,
 quando pus sanguini mixta villorum ligami-
 numque fila suo ex ordine dimouet, ^e quæ i-
 dedò in sanguinem diducta & sparsa sunt, ut
 mediocrem tenuitatis & crassitudinis habitum
 consequatur, neque propter caliditatem eum
 ipse sit lubricus, raro ex corpore defluat, neque
 si crassior sit, ad motum fiat ineptior, atque æ-
 grè per venas fluat & refluat. Ad hanc usque
 na.

^a τὴν αὐτοῦ, καὶ
 ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ,
 vnde.

^a Qui ex al-
 ba pituita
 morbo pro-
 arcentur.

^b Sacer mor-
 bus cur sic
 appellatus,
 & vnde.

^c Morborum
 omnium qui
 distillatione
 constant, ori-
 go est pitui-
 ta acida
 atque salsa.

^d Tumores in
 partibus cor-
 poris vnde
 oriuntur.

^e Ligaminum
 fila cur san-
 guini sint
 aspersa.

natura commoditatem huiusmodi peropportuna sunt ligamenta, quæ si quis etiam mortuo, & ob frigus rigente sanguine inuicem conducatur, & contrahatur, reliquus sanguis omnino diffunditur. Cum verò missa fuerint, illi-
 cò cum præcedente frigore restringuntur. Quoniam verò hanc vim fibræ huiusmodi in sanguine habent, cum bilis natura sanguis ve-
 tus euaserit, ac tursus ex carnibus in hunc fuerit resoluta, calida & humida paulatim primùm incidens, fibrarum illarum vi compressa re-
 stringitur. Compressa verò extinctaque violenter, procellam intus tremorémque ciet. Cæterùm quando vberior affluit, calore proprio ligamenta exuperans, præterque modum exæstuans, seruat quidem, ac si continuè ad finem vsque idonea victoriæ sit, penetrat in medullas, adustisque radicibus inde animæ vincula, quasi nauis funes resoluat & amputat, liberamque dimittit. ^b Sed cum inferior adest, corpusque liquefcens ei resistit, ipsa deuincta, aut per totum corpus excidit, aut per venas in ventrem inferiorem superiorémve compulsa, tanquam transfuga ex seditiosa ciuitate, sic effugiens è corpore, morbos eos inducit, quos Diarrhæas vocant, & Dysenterias, id est fluxus ventris lubricos, fluxusque mordaces, necnon multas generis eiusdem alias molestias infert. ^c Quando igitur corpus ignis potissimum excessu languet, continua febre laborat: quando verò aeris, * quotidiana discretior. Aquæ tertiana, propterea quòd aqua se-
 gnior est, quàm ignis & aer. Terræ demum excessu, quartana. Terra siquidem omnium tardissima, quarto gradu cum sit, temporis circuitu quarto feruet, deferuetque: hinc quar-

^a *Quæ de ex-
 bile, mors,
 quando mor-
 bi & q. pro-
 creantur.*

^b *Diarrhæa
 & Dysente-
 ria vnde.*

^c *De febribus.*

* *Græci
 ἀμνηστία
 ὄρ.*

*o Anima
morbi ex
corporis ha-
bitu nascun-
tur.*

*b Voluptates
& dolores
vehementes,
morbi ani-
ma grauis-
mi sunt iudi-
candi.*

*o Nemo ho-
mo malus,
sed propter
prauum quen-
dam corporis
habitum et
demque e-
ducationem
malus fit
homo.*

tanas inuehit febres, quæ vix seròque sanantur. Atque hoc quidem pacto corporis morbi contingunt. Anima verò morbi propter corporis habitum ita nascuntur. Morbum animæ dementiam esse censemus. Eius genera duo ponimus, Insaniam & Imperitiam. Quæcunque igitur passio alterutrum istorum infert, animi ægrotudo est nuncupanda. Idcirco voluptates dolorisque admodum vehementes, morborum animæ omnium grauissimi iudicandi. Quisquis enim vel nimia gessit lætitia, vel nimio dolore deprimitur, dum illam auidius importuniusque asciscere, hunc vitare obnixè conatur, neque cernere, neque audire rectè quicquam potest, sed rabie ferit, & in eo habitu constitutus, minuscè rationis est compos. Qui verò fluido multoque circa medullam abundat semine, utque arbor pluribus quam conueniat fructibus grauida nimia vbertate luxuriat, is profectò multis passim doloribus, multis item voluptatibus in libidinibus ipsis earumque fertibus, fructibusque affectus, per omnem feruè vitam ob impetentes voluptates dolorisque insanit, ac futit, cumque huius animus propter corpus eger sit atque insipiens, vulgò tamen non æger, sed pro voluntate suæ liber affectus falsò putatur. Veritas autem sic habet. Nempe venereorum intemperantia maxima ex parte propter generis vnius habitum, per ossium raritatem, in corpore lubricum madidumque, animi infirmitas est. Ac feruè omnis voluptatum incontinentia, quæ perinde ac si sponte improbi simus vituperari solet, non rectè ita vituperatur. Nemo enim sponte malus, sed propter prauum quendam corporis habitum

rademque educationem, malus omnis fit malus. Omnibus autem aduersa inimicæque hæc sunt, & mala noxiæque contingunt. Rursum animus similiter propter corpus in prauitatem plurimam circa dolores incidit. Acris enim & infesta pituita, acuti item felleique humores, quando oberrantes per corpus non exhalant, sed per viscera reuoluti vaporem suum penetralibus animæ ipsius infundunt, languores animæ varios & magis, & minus, tum plures, tum pauciores efficiunt. Perferuntur sanè ad tres animæ sedes humores vaporisque huiusmodi, ac pro loci diuersitate vnusquisque varias species generat, difficultatis, atque molestiæ, audaciæ rursus timiditatisque, obliuionis præterea atque hebetudinis. Sæpe etiã ad prauum hunc corporaturæ, & affectionis habitum accedunt mores ciuitatis iniqui, sermonesque & priuati & publici non parùm omnino noxii, nec vllè doctrinæ ad tantorum malorum remedia à tenera ætate discuntur. Atque ita quicumque nostrum prauum sunt, duabus ex causis præter voluntatem maximè contingentibus, prauum sunt: huiusmodi quidem malorum causæ serentibus potius quàm satis, educantibus, quàm educatis attribuendæ. Conandũ tamen pro viribus, educationis, studiorum, doctrinarum diligentia improbitatẽ reicere, assequi probitatem sed horum quidẽ tractatio aliò constat differendi modo. Nunc autẽ e cõuerso quo cultu quibusque causis corporis animique salutẽ adipiscamur, decet exponere. Iustius enim est de bonis quàm de malis verba facere. Omne bonũ pulchrũ: pulchrũ verò sine mensura & moderatione esse non potest. Ideoque animal quod tale futurũ est, cõ-

^a *EA in Græcâ
ἢ κακότητι
ἀπορροήσασ-
ται, sed legi
etiam potest,
ἀκαθάρτη ἀπορ-
ροήσασται, in-
uito accidit.
Anima cir-
ca dolores
vitia & ex-
cessus ex
praua cor-
poris dispo-
sitione nasci-
tur.*

^b *Mala edu-
catio & insti-
tutio altera
causa morbo-
rum animi
qui in tribus
anima par-
tibus viciantur.*

^c *Quo cultu
quibusque
causis corpo-
ris n. m. q. s.
salus obtine-
atur.*

uenienti mensura moderatum esse oportet. Ex
 eorum autē numero, quae cōmensurata mode-
 ratāque dicuntur, exigua quaedam persecu-
 mus & iudicamus, praecipua verō & maxima
 ignoramus. Porro ad bonam & malam va-
 letudinem, ad virtutes & vitia nulla modera-
 tio, vel immoderatio maioris momenti, quam
 animae ad ipsum corpus esse videtur. Horum
 nihil consideramus, neque animaduertimus,
 quod quando robustā magnāque animam
 imbecillior inferiorque venit species, vel quā-
 do contrā ista iunguntur, totum ipsum ani-
 mal pulchrum esse non potest, maxima enim
 mensura & moderatione caret. Quod autem
 contrā affectū est, spectaculorum omniū ei qui
 id valeat intueti, pulcherrimū amabiliissimū-
 que apparet. Corpus quidem quod grandiori-
 bus vel inaequalibus cruribus, aut quouis alio
 modum excedente membro secum ipso dissen-
 tit, & deforme est, & in ferendis laboribus
 contorquetur, vacillat, lassatur, & concidit,
 innumerabiliūque malorum sibi causam
 praebet. Idem quoque iudicandum de eo ex a-
 nima & corpore composito, quod animal ap-
 pellamus. Quando enim anima corpore ad-
 modum potentior est, exultatque in eo atque
 effectur, totū ipsum intrinsecus quatens lan-
 guoribus implet. Quando etiā ad descendū
 inuestigandūque collectis in vnum viribus
 vehementer incumbit, liquefacit protinus cor-
 pus & labefactat. Denique cum ad docendū
 disserendūque priuatim & publicē ambitio-
 sa quadā concerzatione contendit, inflammat
 corpus atque resoluit. Nonsunquā etiā distil-
 lationes fluxūque cōmouens medicorū pluri-
 mos decipit, cogitq; illos contrarias causas iu-
 dicare.

*¶ Vi partium
 corporis ap-
 ta & con-
 gruens inter
 se & cum to-
 to corpore
 proportio pul-
 chrum efficit
 corpus: ita
 proportiona-
 ta cum ani-
 ma corporis
 magnitudo
 & robur ef-
 ficunt ut a-
 nima atque
 adeo totum
 animal bene
 se habeat, si
 contrā non
 fuerint pro-
 portionata,
 malè se ha-
 bent.*

ditate. Rursus quando corpus grāde & pigri-
 o mole superexcedens pusilla exilique cogita-
 tioni animi copulatur, cum geminae sint in
 homine secundū naturā cupiditates: una qui-
 dem per corpus alimentorum, altera verò per
 id quod diuissimum nobis inest, prudentia:
 tunc sanè potentioris illius preuāles agita-
 tiones, quod suam est adaugent, quod verò a-
 nimi, hebes: indocile, obliuiosum reddunt:
 atque ita infirmitatem maximam videlicet im-
 peritiā generant. ^a Una demum est ad utrun- ^a *Vera ratio*
 que salus & conseruatio, vt neque animā sine *sanitatis cū*
 corpore, neque corpus absque anima mouea- *anima iuu*
 mus, vt in mutua contentione exa-juatis in- *corporis pra-*
 uicem vitibus insurgentia bonā totius valetu- *curanda &*
 dinem tueantur. Quapropter quicumque ma- *conseruanda*
 thematicis doctrinis operam dat, aut cuius *prescribitur*
 mentis indagacionis vehementius studet, de *ut modera-*
 bet etiā motum corporis adhibere, & in gym- *tik exercita-*
 nastica exercitatione versari. Ac rursus qui *tionibus, v-*
 summa corpus diligentia format & roborat, *triusque par-*
 animæ quoque vicissim motus adiungere, mu- *ti viros in-*
 stea & omnibus philosophiæ studiis vsus, si *certa tempe-*
 modò quis iure bonus simul & pulcher sit ap- *rie & propor-*
 pellādus. Similiter quoque partes curare de- *tionem inuicē*
 bebimus, totius speciē imitati. Cū enim corpus *ret, neantur.*
 ab ingredientibus incendatur intus, frigidū n-
 ve fiat, & iterum ab extremis atidum madi-
 dūmve reddatur, & quæ deinceps hæc sequun-
 tur perpetiatur, quando quis oriū agens cor-
 pus mortonib. his cōmittit, superatū ab his dis-
 soluitur. At si quis in curādo corpore illā imi-
 tetur naturā quā altricē vniuersi vocabimus,
 ita vt nūquā torpere permittat sed moueat sē-
 per iugiq; agitatione internis externisq; mo-
 ab. secundū naturā vbiq; resistat. & moderata

quadam commotione aberrantes passiones, corporis
 que partes cognationis ratione seruata vicissim
 in ordinem redigat & exornet, secundum sermo-
 nem illum superiorem quem de vniuerso habemus ne
 quaquam sicut inimicum inimico admotum praemia
 in corpore morbosque ciere, sed efficiet potius
 ut amicum adhaerens amico sanitatem corporis tu-
 eatur. ^aOmniū verò motuum optimus ille est,
 qui in semet ex seipso fit. Nam & mentis, & totius
 ipsius motioni cognatissimus est. Qui verò ab
 alio fit, deterior. Deterrimus autem motus, quando
 iacens & quietem agens corpus, ab aliis secundum
 partes mouetur. Quapropter purgationum con-
 stitutionumque omnium corporis, quae exercita-
 tione gymnastica fit, saluberrima est. Proximè
 ad hanc accedit vectio facilis, siue naui, seu
 quouis alio vehiculo peragatur. Tertia commo-
 tionis species tunc demum cum summa cogit ne-
 cessitas, utilis: aliter verò nullo modo sanam men-
 tis homini suscipienda. Medicorum illa purgatio
 est quae pharmacis, id est solutiuis medellis, fie-
 ri solet. ^bMorbi enim nisi periculosissimi sint,
 pharmacis irritandi non sunt. Omnis namque
 morborum constitutio animalium naturae quo-
 dammodo similis est. Sanè animalium compositio
 ab ipso generationis exordio certis temporum
 curticulis terminatur: idque & genus vniuer-
 sum patitur, & animal vnumquodque ab ortu
 fatale viuendi spatium in seipso exceptis necessa-
 riis passionibus, continet. Etenim trianguli ab
 ipso initio singulorum vim possidentes vsque ad
 certum tempus sufficienter ad usum vitae cohae-
 rent, ultra id vita nemini prorogatur. Idem quo-
 que constitutionis modus langoribus conue-
 nit. Quos si quis citra fatale temporis cursum
 pharmacis amputare contenderit, ex paruis in-
 gentes

^a Motuum
 corporis ad
 valetudinem
 tuendam quis
 optimus.

^b Morbi nisi
 periculosissi-
 mi sint phar-
 macis non
 sunt irritan-
 di.

gentes, ex paucis multi enadere consueverūt.

^a Quapropter diligentia victus corrigendi & gubernandi sunt morbi, prout cuique datur otium, neque difficile infestūque malū pharmacis inuestigandū. Ac de cōmuni quidē animali, & parte illius corporea, qua diligentia regenda & gubernāda sint, vt ratio viuendi feruetur, hæc dicta sint. Ipsam verò quod gubernaturum est, multò magis ac prius ita pro viribus instruendū est, vt quā optimè atque pulcherrimè ad regendū sit preparatū. Exacta quidem huius rei discussio propriā sibi & integrā disputationem exigeret. Quantum verò fortè ad id quo de agimus attinet, si quis per superiorū vestigia gradiatur, non absurde sic maxime procedendo ad cōmodum istorum finem perueniet. Sæpe in superioribus diximus tres esse animæ species in nobis trifariam distributas, singulāque suos motus habere. Ita nunc paucis concludamus, quæcunque illarum torpet, & à suis motibus otium agit, imbecillissimam necessariè reddi: quæ verò agit assiduè, robustissimam. Quapropter danda est opera vt species singulæ motus suos inter se moderatos conuenienti tenore conseruent. De præstantissima igitur animæ nostræ specie ita est sentiendum. ^b Nempe hanc Deus, vt dæmonem nostrum cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem à terra nos tollere, tanquā animalia cœlesti potius quàm terreno semine nata. Quod quidem rectè admodum dicitur. Vnde enim primus animæ datus est ortus, inde diuina vis caput radicēque & originem nostrā pendentem suspendens, totum dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscentiæ & ambicioſis

^a *Diligentia
victus cor-
rigendi morbi.*

^b *Quibus me-
ditationibus
præcipua a-
nima nostra
pari sit exer-
cenda.*

ita cunctis affectibus explendis incumbit, necesse est opiniones oēs mortales fieri, atque eum quam maxime fieri potest, mortalem prorsus euadere, cum mortalem naturam pro vitibus auxerit. At eum qui totus descendit veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem eius operam praecipue in hoc vno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatem attingat, immortalia & diuina cōprehendere: & quatenus humana natura immortalitate assequi potest, ceteris hunc penitus immortalē euadere nulla videlicet immortalitatis parte dimissa, quin etiam cum semper diuinum colat, ipsūque familiarem dæmonem in se habeat ornatissimū praecipue beatum fore. Cultura autem cuiusque omnino vna est, proprium cuique pabulū motūque tribuere. Ei verò quod in nobis diuinum est, motus cognati sunt, vniuersi ipsius cognationes atque circuitus. Hos itaque secutum vnumquemque nostrum oportet discurſiones illas nostras in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanae harmoniae reuolutionisque intelligentiā ita corrigere, vt intellectae rei intelligentem vim secundam pristinā naturā similem reddat, per quā similitudinem vitae à Deo optimae nobis propositae, & in praesenti tempore, & in futuro finem adipiscamur.

¶ Sed iam disputatio illa de vniuerso vsque ad generationē hominū nobis proposita hinc penē suum adeptā videtur. Ceterorū verò animantium generationem quatenus duntaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatione teneri sibi quisque videbitur. Verū de his iam ita dicamus.

¶ Quicumque virorū iniusti timidi que vixerūt, quem-

¶ Generatio
ceterorum animalium
praeter hominem
marem ex fabula de
migratione animarum
in alia corpora, prout hanc
vel illam vita
rationem in primis
corporibus exegerint,
deducitur.
¶ De generatione
familiari.

quemadmodum probabilis ratio nobis ostendit, in generatione secunda in feminas sunt conuerſi. Quo quidē tēpore hāc ob causam diu coitus amorē machinati sunt. Igitur in viris vnū quiddam, in feminis alterum vitæ & animæ compos ita composuerunt. Ipsum potus meatū quo per pulmones potus sub renes in vesicā defluens & spiritui mixtus elisūque deponitur, diu in fistulæ modum in compactā medullā à capite per ceruicem & spinam deriuauerunt, quod quidem ^a Sperma, id est semen, in superioribus nuncupauimus. Hoc autem utpote animatum ac respirans, qua parte spirat, per eandem vitale effluendi desiderium gignit, atque ita generandi amorem nobis inferuit. ^b Quocirca pudendorum naturæ in viris inſita vis: inobediens atque imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem, furiosatū libidinum violentia subicere sibi concta conatur. Vulua quoque matricæque in feminis eadē ratione animal auidum generandi, quando procul à fœtu per ætatis horē, aut vltra diutius detinetur, te fert morā ac plurimum indignatur: pauimque per corpus oberrans, motus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustiis, morbis denique omnibus premit, quousq; vtrorūque cupido amorque, quasi ex arboribus fœtū fructūque producunt: ipsum deinde decerpūt & in matricē velut agrū inspargūt: hinc animalia primū talia, vt nec propter paruitatē videantur, nec dū appareant formata concipiunt: mox quæ confluuerāt, explicant: ingentia intus enutriūt, deorsū educūt in lucē animaliumq; generationē perficiūt. Mulieres hūc in modū & feminæ omnes sunt genitæ. ^c Quicum autē tenus ex nostro

^a De sperma
te.

^b Generandi
cupiditas.

^c Generandi
animi.

ita est aptè formatum, vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cum sint leues tamè sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: qui uero adeò fatui sunt, vt oculorù iudicio còfisi, hoc altissima quæq; firmiter demonstrari posse nõ dubitent. ^a Cr. sibilium verò ferarum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad cœlestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod volucribus illis quæ in capite peragi solent, vñ nunquam sunt, sed illas animæ partes secuti quæ in ventre & pectore dominantur. Ex his utique studiis anteriora mēbra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus defixerunt: in longum productum ac diuersum corporis verticem tenuerunt: quandoquidem ibi propter desideria singulorum collisi sunt & contracti circuitus: & ideo quatuor pedum ac etiam plurium est instituta figura, vt insipientioribus deus maiore ex pedibus multis atque progressu occasionem præstet, per quam magis etiam deficiantur ad terram. Eos autem, qui horum insipientissimi erant, corpusque in terram penitus prosternebāt, quasi nihil ultra pedib. opus foret, in corpora carentia pedibus & humi serpētia permutarunt. ^b Quarum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extremæ transgressionis iniquitatem animam impurissimam protus habebant. Ideò ex tenui ac pura aeris illa respiratione, in aquæ respirationē profundam turbidamq; miserunt. Vnde pisciū & ostrearum ac denique aquaticum omnium orta est multi-

^a Generatio
ferarū gres-
sibilium.

^b Generatio
aquaticum.

multitudo : in qua certè mutatione illi ex se-
dium extremarum habitatione, inscitia quo-
que extremae dant poenas. Hunc in modum &
olim & nunc in se inuicem animalia migrant,
dum mentis & dementiae iactura vel adeptio-
ne mutantur. * Iam igitur nostra hæc de vni-
uerso disputatio finem habeat. Mortalia enim
& immortalia viuentia mundus hic sortitus,
atque inde completus, ita denique factus est
visibile visibilia comprehendens animal, in-
telligibilis dei imago, sensibilis, maximus in-
terminatus, pulcherrimus, perfectissimus, cœ-
lum vnum hoc atque vnigenitum.

Conclusio.

TIMÆI LOCRI

DE ANIMA MVNDI,

ID EST NATVRA.

*H*unc libellum, quo Ficini carent exemplaria, in-
seruimus aliunde mutuati. Fuit autem hic Ti-
mæus Locrus. Pythagoreus philosophus, purioris phi-
losophiae, ut apparet peritissimus: ut non tam imme-
rito eum quasi archetypum in physicis reb. explican-
di sibi proposuerit Plato. Quo tempore vixerit, dubi-
tatur. quidam Platone antiquiorem, quidam ei οὐ-
χέγγυοι fuisse arbitrantur.

TIMÆVS Locrus hæc dixit, Dux
esse rerum omnium causas: Men-
tem quidem, earum quæ ratione
quadam nascuntur, & necessitatem
earum quæ existunt vi quadam,
secundum corporum potentias & facultates.
Harum rerum, id est Naturæ bonorum, opti-
mam esse quoddam rerum optimarum prin-
cipium.

eipium, & Deum vocari: ea verò quæ con-
 sequuntur & tanquã adiuuantes causa accedunt,
 ad Necessitatem reduci. omnia enim esse Ideã,
 Materiam, Sensibile, veluti illarum fœtum. &
 hanc quidem esse ingenitam & immobilem,
 Esse præterea in hac naturæ vniuersitate quid-
 dam quod maneat, & intelligibile sit, rerũ ge-
 nitarum, quæ quidem in perpetuo quodã mu-
 tationũ fluxu versantur, exemplar. huiusmodi
 nimirum in his rerum singularum vicissitudi-
 nibus constans & perpetuum exemplar, Idem
 dici & mente comprehendi. Materiam autem
 esse [tanquam eeram in qua exprimitur for-
 ma,] & matrem & nutricem, & ad genera-
 tionem Tertiarũ essentiarũ aptam. quum enim
 effigies rerum in sese susceperit & veluti im-
 presserit, hos fœtus producere. Hanc verò
 Materiam aiebat esse sempiternam, nec verò
 mobilem: & ab omni forma & figura per se
 immunem & liberã, quasiibet tamen formas
 recipientem. [eã verò quæ circa corpora esset]
 diuiduã esse, & alterius naturæ participẽ. Ap-
 pellant autem Materiam, Locũ & Sedẽ Duo hæc
 igitur sunt contraria principia. Idea quidem id
 est forma rationẽ habet maris & patris: Ma-
 teria autẽ, femina & matris: Tertiã verò esse
 essentiã, ea quæ ex his, vt fœtus, nascitur. Quã
 hæc tria sint, tribus quoque modis cognoscit:
 Formã quidẽ, mente & scientia: Materiam adul-
 terina quadam ratiocinatione (quodã videli-
 cet non recta quadam & æqua rei animadu-
 sione, sed ex proportione quadam & collatio-
 ne intelligatur) Fœtus verò qui ex illis nascun-
 tur, sensu & opinione. Antequã igitur Cælum
 extaret, ratione erant Forma & materia, & qui-
 dem Deus ille erat melioris opifex. Quando-
 qui-

quidem igitur antiquius iuniorque præstantius est. & id quod ordinatum est inordinato, Deus, quum nimirum bonus sit & videret Materiam recipere formam & alterari, variè quidè, sed tamè inordinatè: vidit quoque opus esse vt eam ipse in ordinè reduceret & ex indefinitis mutationibus, ad certam definitamque constitueret: vt corpori rati distinctiones mutua ratione inter se responderent, neque temerè vicissitudines vtrò citò, que reciperent. Hunc igitur mundum ex omni materia creauit Deus [& Entis naturæ terminum ipsam esse voluit] quod videlicet omnia alia in seipso cõplectatur, quippe quod vnum sit vniuersum perfectum, anima & ratione præditum: hæc enim duo longè præstant in animato & irrationali] globoso corpore. (hæc enim figura omnibus figuris perfectior est.) Quum igitur Deus velle pulcherrimum factum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam contumendum ab alia causa, præterquam à Deo qui ipsum composuit, si quando voluerit ipsum dissoluere. At non est boni genitoris, ad sui factum, & pulcherrimi quidem illius, pernicious impellens. Permanet igitur mundus constanter talis, qualis est creatus à Deo: ab omni corruptione liber & interitu beatus optimus rerum omnium genitum, quandoquidè ab optima causa existit, proponente sibi non exëplaria quædam manu opificio edita, sed illam Idæam intelligibilemque essentiã: [ad quã cum accuratè effectum sit & expressum, illud quod factum est pulcherrimum & cuiusmodi vt melius perfici non possit.] Perfectus verò semper est mundus, rerum sensillum comparatione: quoniam & Exemplat illud quod & omnia animalia in seipso complectitur, nihil extra reliquit aliud: hoc

verò Exemplar intelligibilium perfectus est terminus quæadmodum hic mundus, sensiliū. Est porro solidus, & huiusmodi vt & tangi & cerni possit: ac proinde Terram sortitus est & Ignem, &, quæ inter terram & ignē media intercedunt, Aerem & Aquā. E perfectis autem constitutus est corporibus, quæ tota in ipso existunt, vt nulla quidem pars extra ipsum relicta sit: vt sit vniversi corpus absolutissimum, vt in ipso nihil desiderari possit, & interitui nullo modo obnoxium, extra omnem lethi noxam. Non enim alia quæpiam sunt seorsim à terra & igne, & duobus aliis intermediis elementis. Nam ipsa ex optimæ proportionis formula, æquali quadam inter se potestate continentur, vt neque [superent, neque superentur ex parte] inter se mutuo, vt alia incrementum, alia diminutionem capiant, sed profectò indissolubili quadam compage, optimæ cuiusdam rationis vinculo constricta permaneant. [quum enim tribus quibusdam terminis existentibus intervalla quoque eadem ratione inter se distant:] tunc videlicet medium radij instar videmus ad primum esse, quod tertium est ad ipsam: & contraria vice, commutatisque congruet interuallis, seruato locorum ordine. [Hæc autem numerare nullus potest nisi eadem potestate præditus sit, atque is qui ipsa condidit: optimè autem se habet hoc vniversum & secundum figuram, & secundum motum, quatenus enim sphericæ figuræ existit, omnia esse & omnes alias eiusdem generis figuras capere potest: quatenus item circulari motu perpetuò rotatur optimè ad quod ad motum attinet, habet: nam spher-

ra potest & quiescens, & quum mouetur in
 eodem loco manere: ita vt neque suum lo-
 cum relinquat, neque alium accipiat:] quo-
 niam videlicet omnia paribus ab ipso medio
 distent interuallis. Quum porro laeuissimus
 sit & prorsus æquabilis, vt nihil ad summam
 perfectamque æquabilitatem desiderari in eo
 possit: minimè indiget mortalibus instru-
 mentis, quæ ad facilem expeditumque vsum
 cæteris animantibus aptata sunt & accommo-
 data. Animam autem mundi in ipsius me-
 dio indidit Deus, & extra eduxit: ipsamque
 vniuersum ipsa contexit, certo quodam tem-
 peramento contemperatam, ex forma nimi-
 ius indiuidua, & ex diuidua essentia, vt vnum
 quoddam temperamentum ex his duobus e-
 xistat: cui duas potentias immiscuit, mo-
 tuum principia. Eiusdem videlicet & Alte-
 rius, quæ quidem Anima, quum difficulter
 suscipiat mixtionem, neque facile etiam ad
 huius temperamenti formulam coaluit. Hæc
 autem omnes rationes sunt contemperatæ
 ad numeros harmonicos: quas & ipse ratio-
 nes Opifex congruenter distinxit, certis scien-
 tiæ auspiciis: vt quidem minimè incogni-
 tum esse possit ex quibus hæc mundi anima
 sit constituta. Hanc verò non vltimam or-
 dinauit Deus post corpoream ipsam essen-
 tiam, quemadmodum nos affirmamus: (il-
 lud enim quod honoratius est atque aug-
 stius & potestate & tempore, prius est,) sed
 antiquiorem creauit, & quidem hoc ordi-
 ne: Quum primæ essent vnitates quatuor-
 vnã ex illis aufert, ad octo Denarios &
 tres Centenarios, huius autem duplum &
 triplum facile est colligere, primo numero

constituto. Omnes autem numero, cum suis
 supplementis & sesquialteris, oportet esse, ter-
 minos sex & triginta: omnem autem numerum
 fieri, Centena & quatuordecim millia, sexcen-
 ta nonaginta quinque. Diuisiones autem ha-
 sunt, Centena quatuordecim millia, sexcenta
 nonaginta quinque. Vniuersi igitur animam
 hunc in modum ferè diuisit. Deum porò sola
 mens videt in his omnibus sanè rebus princi-
 pem autoremque & parentem horum omnium.
 Id autem quod genitum est, oculis videmus &
 hunc mundum per ipsius partes, quarum qui-
 dam praecipuae sunt Coelestes, quae & ipsae di-
 versimodè diuiduntur: ut quidem nonnullae sint
 eiusdem naturae, nonnullae, alterius. Harum
 aliae quidè extrinsecus ducunt omnes in ipsa
 internas, ab Oriente ad Occidentem, vniuerso
 quodam motu: ex verò quae ad motum al-
 terius pertinent, intra ab Occidente ad O-
 rientem reuertuntur, & peculiari quodam mo-
 tu mouentur, circumrotantur autem per acci-
 dens eiusdem motu, qui in mundo praestan-
 tiorum habet potestatem. At motus ille Alte-
 rius per harmonicas rationes distributus, se-
 ptem circulorum ordinibus distinguitur. Luna
 siquidem, omnium maximè infima, & ad terram
 accedens, propius, menstruum peragit circulum:
 Sol autem post hanc annuo tempore suum cir-
 culum absoluit. Duo verò pari cum Sole cursu
 eunt, Mercurij & Iunonis aëstrum: quod Vene-
 ris siue Luciferum vulgus vocat. neque enim
 quilibet hominum cœtus rerum astronomi-
 carum, ex cœteræ cognitionis legibus, eruditus
 est, neque ortum aut occasum discrimina
 perire nouit. Idem enim aliquando Vesperus
 est, i. occidens dum Solem sequitur, hætenus

Venobis conspicuus sit sole lucem suam abscondente aliquando Eōus vocatur, id est, orientalis, quum solē aduentantē antecedit, & sub diuiculiū prior oritur. Lucifer igitur sexagenario est Venetis stella, quōd eodē cum sole cursu feratur. Non tamen vnus ipse est Lucifer, nam id præstāt multa stella & fixarū & inerrantiū, omne. n. iusta magnitudine astrum quod super horizonē ante solē extat, diē denuntiat. iam verō alij tres Planeta Martis nimirum, Iouis & Saturni, habent peculiare celeritates & inæquales annos. Cursus autem suos iustis spatiis conficiunt, ita vt certa exploratāque cognitione percipi possint: quippe qui certis temporibus & appareant & lateant & deficiant, verōsque ortus & occasus generent. iam & manifestas apparitiones orientales & occidentales perficiunt ad solem qui diem ex eo cursu reddit, dum ab oriente ad occidentem pergit: noctem verō alio contrario modo, ex occidentis ad orientem motu: quatenus sol videlicet ex illo eiusdem motu defertur: annum verō, quatenus suo & peculiari motu [ex his autem motibus qui duo existunt obliquum illum suum gyrum explicat hinc repens quotidie in contrarium, ex altera verō parte circumrotatus à sphaera fixarum stellarum vnoquoque circuitu diei.] Sunt verō hæc temporis partes, quas circuitus vocant. Deus autem tempus cum ipso mundo ordinauit, non enim erant astra ante tempus, neque proinde annus, neque anni tempestates certis circuitibus distinctæ, quibus genitum hoc tempus definitur. Est autem tempus ingeniti temporis imago, quōd Aternitatem vocamus.

Quemadmodum .n. hac Vniuersitas ad intel-
 ligibilis mundi exēplar creata est, ita hoc tem-
 pus ad Aeternitatē, veluti ad exēplar quoddā,
 eum mundo ab Opifice fuit constitutum. Ter-
 ra porrò in medio stabilita, deorum sedes,
 terminus est noctis & diei, occasus & or-
 tus generat, prout cœli medium orbium il-
 lorum qui *ὀπίσθεντες* [id est finientes] vocantur,
 quasi abscissionibus diuiditur, sic enim ex va-
 rio terræ aspectu eos circumscribimus atq; de-
 finimus. Antiquissimum verò est omniū que
 in hac vniuersitate sunt corpus. neque enim
 Aqua nata est sine terra, neque verò Aër sine
 humido. Ignis autem humido, veluti materia
 qua inflāmetur, destitutus handquaquā possit
 consistere. quocirca omniā radix & firmamen-
 tū aliorū. Terra eodē momēto firmata est. Re-
 rū igitur creatarū, vt subiectū, est Materia: velu-
 ti autē ratio proportiōq; formæ, est Idea. harū
 autē fortis, Corpora: nimirū Terra, Aqua, Aër,
 Ignis. quorū quidem huiusmodi est generatio
 atque productio. Omne corpus ex planis con-
 stat: hoc verò ex Triangulis: quorū alter quidē
 est ex rectis angulis, æqualiū laterum, semiqua-
 drangulus: alter autē inæqualiū laterū, qui ha-
 bet maiorem angulum potentia triplū mino-
 ris. minimus verò in ipso angulus, tertia recti
 pars est: huius autē duplum, medius est. hic .n.
 duarū tertiarū partium est: maximus autē re-
 ctus ad mediā sesquialterā, pportionē habet:
 triplus autē est ad minorū. Hic igitur triangu-
 lus semiquadrangulus est, quatenus cū æquila-
 tero triangulo cōparatur, perpendicularo bifariā
 abscisso à vertice ad inum, in partes æquales
 duo igitur vtriq; sunt rectangula: in vno, duo
 quidē latera, quæ quidē in recto sunt, æqualia
 sunt

sunt, tantū in altero autē omnia tria inæqua-
 lia. Hęc verò figura Obliqua vocetur. Ille autē
 semiquadrangulus primordiū fuit cōstituēdæ
 terræ: nā quadrangulus ex his quatuor videli-
 cet quadrangulis cōponitur, ex quadrangulo
 verò cubus generatur omniū corporū firmis-
 simū & maximē statariū, vti nullā in partē mo-
 ueri possit: vtpote quod sex latera, octo autem
 habeat angulos. Hęc nimirū cōstitutione Ter-
 ra elemētū est & gravissimū & difficulter mo-
 bile: huiusmodi quidē certē vti in aliud corpus
 transmutari nullo modo possit, quod nullā ha-
 beat cū vllō triangulorū genere cōmunitatē.
 sola. n. terra propriū habet & peculiare elemē-
 tum, Semiquadrangulū. Hoc porrò elemētū est
 aliorū corporū Ignis, aeris, aquæ, sexies. n. cō-
 posito semiquadrangulo triangulus ex ipso æ-
 qualib. sit cruribus ex quo pyramis, quæ qua-
 tuor bases & æquales angulos habet, cōponi-
 tur, species ignis maxime mobilis & tenuissi-
 marū partiū. Post hoc autē, id quod octo con-
 stat sedib. octo quidē bases, octo verò angulos
 habens, est Aeris elemētū. Tertiu autē quod
 viginti sedes habet, bases quidē viginti, angu-
 los autē duodecim, Aquæ elemētū est, pluri-
 marū partiū atq; grauissimarū. Hęc igitur ab
 eodē elemēto cōposita, inter se cōmutantur. At
 id quod duodecim constat sedib. imaginē Vni-
 uerū statuit, quippe quod ad sphericā figurā
 proximē accedat. Ignis igitur ob partiū tenui-
 tatem per omnia penetrat: Aer itē per alia ele-
 menta, excepto igne: Aqua autem, per terrā. O-
 mnia igitur plena sunt, nec vacui quicquā re-
 linquūt. Rapido autē illo vniuersi motu circū-
 aguntur, & firmata teruntur quidē vicissim in-
 desinentē verò alterationē ad ortus & interi-

tus perficiunt. Horū ministerio & opera viēs
 Deus hunc mundū construxit: qui quidē mun-
 dus propter terrā tangi potest, videri autē pro-
 pter ignē: quae duo sunt extrema. Per aerē ve-
 rō & aquā, sicut missimi cuiusdā vinculi propor-
 tione, mundū colligauit, qua & ipsa & quae per
 ipsam cōprehenduntur, cōstringi contineriq;
 possint. Si igitur id quod colligatur, planū fue-
 rit, vna medietas satis est: sin verò solidū duo-
 bus indiget. Duob. igitur mediis duo extrema
 adaptauit, vt essent, veluti ignis ad aerem, aer
 ad aquam, aqua ad terram: & vicissim, vt ignis
 ad aquam, aer ad terram. & vicissim, veluti ter-
 ra ad aquam, aqua ad aerem, & aer ad ignem:
 & vicissim, velut terra ad aerem, aqua ad ignē.
 Quandoquidem autem omnia sunt potentia
 aequalia, ipsorū rationes totae sunt in aequali-
 tate. Vnus igitur hic mundus felicitis cuiusdam
 & planē diuini vinculi proportione consistit.
 Horum porrō quatuor corporū vnumquod-
 que multas species habet. Ignis quidē flāmam,
 lucem, splendorem, propter triangulorum, qui
 in vnoquoq; ipsorum sunt, inaequalitatem. Eo-
 dem etiam modo & Aet, partim quidē purus
 & siccus, partim humidus & nebulosus. Aqua
 etiam, quaedā fluida est, quaedā cōgelata, veluti
 nix, grando, glacies. Humor autē, alius est hu-
 midus, vt mel, oleum, alius cōpactus, vt pix, ce-
 ra. Compacti verò species, alias fusilis, vt aurū,
 argentū, aes, stannū, plumbū, ferri defecati ge-
 nus, quod *σχαλός* vocant: alia, fragilis, vt sul-
 phur, bitumen, nitrum, sal, alumen, & lapides
 eiusdē generis. Iam verò post mundi constitu-
 tionem, mortaliū animantium generationem
 molitus est Deus vt ad imaginē illā perfectus
 esset planē atq; absolutus. Humanā igitur ani-

mam ex iisdem rationibus atque potentis
 contemperatam atque diuisam distribuebat,
 Naturæ alteratrici hoc tributo ministerio:
 quæ acceptis harum rerum mandatis ipsius
 Opificis quasi vicem obinit in mortalibus
 & diurnis animalibus efficiendis, quorum a-
 nimas quasi per fluxum quendam instilla-
 bat: ita alias quidem à Luna & alias à Sole, alias
 à cæteris quæ in Alterius parte oberrant a-
 stris deducebat. Vnam animam excepit, quæ
 Eiusdem potentia prædita est, quâ in parte il-
 la rationis particeps admiscuit, imaginé sapien-
 tiæ his qui bono fato vtuntur, nã humanæ a-
 nimæ altera pars rationis est particeps & in-
 telligens: altera, rationis expertis atque insipientis.
 Eius verò quæ rationis est particeps, melior
 potiôrque pars de eiusdem natura est: dete-
 rior verò, Alterius. Vtraque autem circa ca-
 put sedem habet, vt reliquæ tum animæ tum
 corporis partes huic inserviant, quemadmo-
 dum sub ipso corporis tabernaculo vniuerso.
 At partis eius quæ rationis est expertis, ea
 pars quæ ad iram prona est, circa cor: ea quæ
 concupiscit, circa iecur sedem habent. Iam
 verò Cerebrum, est principium & radix
 medullæ, in eoque etiam est animæ princi-
 pius. Ab hoc autem diffuso quædam ma-
 nat per dorsum vertebrae, quasi prono alueo,
 vt inde ad semen generationemque mat-
 ria sufficiatur. Ossa autem, medullarum
 munimenta sunt: Caro, horum regmen &
 cooperimentum est. Articulos autem ner-
 uis connexuit per ligamenta ad motum. Ex
 internis autem instrumentis quædam ali-
 menti grati, quædam salutis fecit. Ex mo-
 tibus autem qui ab externis proficiscuntur,

tur hi qui ad sapientem illum locum tribuuntur, sensibus sunt expositi: qui verò sub perceptionem non cadunt, sensus effugiunt: siue quòd corpora quæ afficiuntur, magis sint terrea, siue quòd motus sint imbecilliores. Quicunq; igitur motus sint, naturam excedunt, dolorem pariunt: quicunq; autè ad ipsam restituntur, Voluptates nominantur. At verò ex sensib. visum quidè nobis accedit Deus ad rerum caelestium contemplationem scientiamq; comparandam, Auditam autè creauit, accommodatum instrumentum ad sermones & concèrus percipiendos: cuius sensus beneficio si homo ab ipso ortus primordio destitutus sit, sermo nis quoque emittendi facultate destitueretur. Itaq; maximè cognatum sermone huc sensum esse aiunt. Quæcunq; verò affectiones corporum nominantur, tactus ratione appellationem sortitur: ipsa verò inclinatione, ad locum tactus. n. vitales facultates diiudicat, caliditatem, frigiditatem: siccitatem, humiditatem: lenitatem, asperitatem: cedentiam, renitentiam: mollia, dura. Tactus autem graue & leue præiudicat: ratio vero definit atque determinat, ea inclinatione quæ & ad medium & à medio tedit. Deorsum verò & medium idè omnino esse aiunt. nam centrum sphaere, ipsum est illud Deorsum: quod verò supra hoc est vsque ad circumferentiam, sursum vocant. Calidum igitur tenuissimum est partium: & vim habet atque facultatem corporum disparadorum. Frigidum verò, crassiorum est partium, & meatus constringit. Gustus autem tactui similis est. nam concretione & discretione, præterea & subtili quodam ad meatus ingressu, & figuris, aut acerba sunt, aut lenia: ea quæ ad gustum pertinet. Nam ea quæ

vim habent inducendi stuporem in linguam, eiusque abstergenda, Acerba sentiuntur: quæ verò moderatè linguam abstergunt, Salsa: at quæ linguam inflammant, & in carnem penitus immanant, Acria. at contraria & læuia & dulcia. in succum eliquescent. Odoris porro species distincta non sunt per angustos enim meatus percolantur qui solidiores quidè sunt quam vt contrahi & dispesci possint putrefactionibus & concoctionibus. terra, rerumq; terrarum. sunt verò vel iucundi vel iniucundi odoris. Vox autem ictus in aere [aere intermedio] ad animum perueniēs per aures: quarum aurium meatus procedentes ad iecur vsque contingunt. in his est spiritus. cuius motus est audiens. Vocis verò & auditus alia velox, alia acuta, alia tarda: grauis media, nullis tamen certa mensuræ terminis definita: & alia quidem multa & diffusa, magna est: alia pauca & contracta, parua: alia verò ad rationes Musicas ordinata, concinna est: alia confusa & à ratione aliena, absurda est atque intemperata. Quattuor autem genus vorū quæ sub sensus cadunt, varias habet atque multiplices species: ea porro dicuntur visibilia: quo genere & varij colores & colorata res quam plurimæ comprehenduntur. primi autè colores sunt quatuor, Albus, niger, splendidus, puniceus. reliqui enim ex his permixtis generantur. Albus igitur color visum dispescit, niger cõponit atque coagmentat: quemadmodum Calidum diffundit tactū: frigidum cõtrā potest contrahere: & acerbum quoque gustum contrahere, acre verò diducere solet naturali quadam facultate. Porro animalium eorum quæ aerem inspirant, corpus & nutritur & conseruatur, dum alimentū

per venas in vniuersam corporis molem distribuitur, & defluxione quadam veluti per canales derivatur, & à spiritu irrigatur, qui cum ad extremos vsque fines efficaci quodam motu diffundit. Respiratio autem fit quum nihil vacui in natura sit: aer autem per oscula qua videri non possunt, & attrahitur & influit in eius vicem qui effluxit. Ex illis etiam meatibus maior sudor que perspicue existit in suprema cutis parte. Iam quum & aliquid de ipso à naturali calore absumatur, necesse est vicissim introduci æqualem in locum eius qui consumptus est: quod nisi fieret, vacuum aliquid daretur in rerum natura: quod fieri nullo modo potest: non enim perpetuo illo motu quo solet animal quasi fluere, vires suas reficere atque instaurare posset, vt vnum videlicet perduret, si corporis tabernaculum à vacuo diuideretur. Similis autem instrumentorum solet esse molitio, & in ipsis quidem inanibus, ex ea respirationis reciproca proportione: cucurbitula enim & succinum imagines sunt respirationis: nam fluunt per corpus foras spiritus vicissim autem introducuntur per respirationem & ore & naribus: deinde rursus, velut Euripus, vicissim feruntur in corpus, illud verò secundum influxiones distenditur. At cucurbitula consumpto igne ab aere, attrahit humorem: succinum verò excreto spiritu, suscipit simile corpus. Omne verò alimentum à radice quidem cordis, à fonte verò ventriculi in corpus inducitur: quòd etiam, si plus irrigatur quàm defluit, incrementum dicitur: si verò minus, imminutio. Vigor autem in horum confinio consistit, & in defluxionis & influxionis æqualitate intelligitur. Quum au-

tem constitutionis compages dissoluuntur; si non amplius transitus est spiritui, aut alimentum minimè distribuitur, animal interit. Multæ verò sunt pestes & noxæ vitæ & mortis causæ, vnum autem genus nominatur Morbus: morborum verò princeps & primaria causa, est primarum facultatum intemperies atque perturbatio: si videlicet simplices facultates vel redundarint vel defecerint: caliditas nimirù, frigiditas, humiditas aut siccitas. Post has autem sunt sanguinis mutationes & alterationes ex corruptione & deprauationes carnis tabidæ: si vicissitudinum alternationibus ad acidum vel salum aut acre, sanguinis alterationes aut carnis tabes existant. Hinc enim bilis & pituitæ origines, humores morbofi, & humorum putrefactiones, tenues quidem, si in profundo non sint: curatu difficiles, quorum principia ex ossibus generantur: molestæ verò ipso sensu quæ ex medulla accendantur, Postremi autem sunt morbi, spiritus, bilis, pituita: dum & augentur & influunt in sedes alienas, vel locos corporis principales: tunc enim meliorem locum occupant, cognatisque depulsis sedes figunt, & afflictis corporibus in hæc ipsa dissoluuntur. Et corporis quidem hæc sunt affectiones, & ex his animi còplures morbi existunt: sed alij alias habent potestates. Sentiendi quidem facultatem, stupor: memoriæ vim, obliuio: appetendi, stomachi fastidium, vel nimius appetitionis ardor: patiendi: feræ affectiones & æstro percitæ rabies: rationis participem animi facultatem, indocilitas, imperitia & insipientia. Vitiositatis autem principia sunt, voluptates & dolores, cupiditates & timores, ex corpore quidem

accensae, sed in animam quasi immixtae: ac proinde ex variis effectis varias sortiuntur appellationes. Nam amores, desideria, dissolutae cupidines, irae concitatae graues excandescunt, cupiditates denique infinitae ex his motibus animo existunt. In summa vero ita comparatum esse ut importuno quodam & absurdo cupiditatum imperio animus subiiciatur, est virtutis & vitij terminus: nam in his vel multum esse vel superiorem, nos vel bene vel male affectos reddit. Ad hos animi impetus multum afferunt adiumenti corporis temperamenta, quae vel vehementia fuerint & feruida, vel alio quopiam modo affecta atque composita, prout varij sunt multiplicisque motus, & ad atrae bilis & effusissimas libidines nos abripiunt. Fluxionibus autem illis irritatae quaedam partes inducunt acres morsus, formasque tumescentium potius quam sanorum corporum: per quas tristitia & obliuiones, & delirantiae & consternationes incidunt. Multum etiam possunt consuetudines quibus quis vel in ea ciuitate vel ea familia in qua & natus & educatus fuerit, sese conformarit. Accedit quotidiana viuendi ratio, animum vel frangens atque effeminans, vel contra ad grauitatem fortitudinemque corroborans: nam & sub dio vitam agere, simplex tenuisque alimentorum ratio, exercitationes, mores denique eorum cum quibus versaris, magnum habent siue ad virtutem siue ad vitium momentum. Vitiositas vero e parentibus nostris & elementis potius oritur quam ex incuria & publicorum morum intemperie: quum videlicet ita simus comparati ut ab illis actionibus quae nos ad primaevas illas parentum nostrorum

libes adducunt, nunquam abscedimus Cate-
rum, vt bene se habeat animal, eo corpore
debet esse præditum, quod eas virtutes quibus
sanitas, sentiam subtilitas, robur, pulchritu-
do denique constare ei possit: cumulatè com-
plectatur. Pulchritudinis principia sunt, par-
tium congruentia atque concinnitas quæ &
secum & cum animo ipso aptè conspirent at-
que conueniant. Natura enim hoc corporis
tabernaculum veluti instrumentum compo-
suit, vt & obediens sit, & ad omnes vitæ ra-
tiones concinno quodam apto que modo par-
esse possit. Animus quoque ad virtutes con-
formandus est atque instituendus [quæ pro-
portione respondeant virtutibus corporis] ni-
mirum ad temperantiam, veluti corpus ad sa-
nitatem: ad prudentiam verò, veluti ad sen-
suum subtilitatem: ad fortitudinem, veluti
ad robur & vires: ad iustitiam, veluti corpus
ad pulchritudinem. Harum virtutum primor-
dia quidem sunt ex natura: media verò & fi-
nes, ex diligentia: in corpore videlicet, gy-
mnastices adiumento & medicina: in animo
autem, eruditionis & philosophiæ beneficio.
Hæ enim facultates nutriunt & roborant tum
animos: tum corpora, laboribus, exercitatio-
nibus, præque victus ratione: adhibitis par-
tim medicamentis ad corpus reficiendum at-
que instaurandum, partim animi institutio-
ne, castigationibus & reprehensionibus: cor-
roborant enim animum, dum cohortationum
aculeis illius impetum exsuscitant, & ad com-
modas fructuosasque actiones impellunt. Vn-
ctoria igitur ars, & quæ huic cognata est Me-
dicina, corporibus curandis destinata est: ad-
que optimam harmoniam faciliates illas ad-

ducens, purum sanguinem spiritumque expedite fluentem reddit: ut si quid etiam morbosum subit, validis illis sanguinis spiritusque facultatibus id valeant pervincere atque profigare. Iam vero Musica & huius dux Philosophia ad animi emendationem a diis legibusque constituta alluefaciunt & suadent & cogunt partem animi expertem rationis obtemperare rationi: ei autem parti quae sit experta rationis, mansuetam esse cicuramque iram: Cupiditatem, quiescere: haecenus videlicet ut ipse nec absque ratione moueatur: nec contra quiescant, quum ipsas Mens vel ad actiones vel ad fructum voluptatis prouocauerit. Ille enim est temperantiae terminus, Obedientia & tolerantia. Sed & intelligentia & antiqua illa augustaque philosophia mentem mendacibus inanibusque opinionibus expurgatam, & ex magna ignorantia reuocatam Scientiae deditarunt, eamque ad rerum diuinarum contemplationem erexerunt. In quarum rerum cognitione si quis ita versetur ut animum gerat sua sorte contentum, humanosque casus sub se positos habeat, & in hac animi aequitate quali secundo flumine ad moderatam temperatamque vitam aspiret, is profecto viam ingressus est certae felicitatis. Et certe is cui Deus has sortes attribuerit, per verissimam opinionem ad felicissimam vitam deducitur: si quis contra durus & praefractus fuerit, nec sanctissimis illis praecipis voluerit parere, eum poena consequetur tum ex legibus tum ex illorum sermonum vocibus, quae & caelestes & infernas poenas denuntiant. Infelices videlicet manes implacibilia supplicia manere: & alia quae Ionicus poeta scripsit ex veteri memoria re-
 fertur

petita, ex quorum auditu animos hominum
voluit ad religionem puritatēque informa-
re: quo sane nomine illius consilium probor:
quemadmodum enim corpora remediis qui-
busdam morboſis ſanamus, niſi cedant ſalu-
berimis, ita & animos falſis ſermonibus coer-
cemus niſi ducantur veris. Hac igitur de cau-
ſa hoc concedatur, quod neceſſariò com-
morentur peregrina ſupplicia, quaſi animæ
commigrent vltro citroque in varia corpora:
ignauorum quidem, in corpora muliebria,
corporibus tributis ad ignominiam: homici-
darum, in ferarum corpora, ad pœnam & ſup-
plicium: libidinoſorum, in ſuum vel apiorum
formas: leuium & temeratioꝝ hominum,
in ſpecies volantium animantium, quę in aere
ſolent verſari: ſegnium denique, otioſorum,
imperitorum, ſolidorum, in aquatilium ſpe-
ciem. Omnia autem hæc in ſecundo circuitu
Nemefis certo iudicio rata fixaque eſſe voluit,
cum infernarum illarum furiarũ numinibus:
quibus humanarũ rerum inſpectionem ſum-
mus ille Deus, omnium imperator atque præ-
ſes, attribuit: quibus etiam gubernationẽ inun-
di commiſit: qui quidem mundus & diis &
hominibus & cæteris animantibus conſtat,
abſoluta planẽ omnibũſque numeris cumu-
lata ratione. Et hæc quidem omnia ad opti-
mam illam ingenitæ æternæ, intelligibilis for-
mæ imaginem fuerunt creata.

P A R T I C V L A

T I M A E I P L A T O N I S

à M. TULLIO conuersa, respondens
iis locis quos in margine
notauiamus.



VI D est quod semper sit, neque
vllum habet ortum? & quod
gignatur, nec vnquam sit? quo-
rum alterum intelligentia & ra-
tione comprehenditur, quod v-
num atque idem semper est: alterum quod af-
fert opinionem per sensus, rationis experti,
quod totum opinabile est, id gignitur, & in-
terit, nec vnquam esse verè potest. Omne au-
tem quod gignitur, ex aliqua causa gigni ne-
cessè est. Nullus enim rei causa remota, re-
periri origo potest. Quocirca si is qui aliquid
munus efficere molitur, eam speciem quæ
semper eadem est, intuebitur, atque eam li-
bi proponet exemplar, præclarum opus effi-
ciat necessè est. Sin autem illam quæ gigni-
tur, nunquam illam quam expetet pulchritu-
dinem consequetur. Omne igitur cælum huc
mundus, siue quouis alio vocabulo gaudet,
hoc à nobis nuncupatus sit: de quo id primò
consideremus, quod principio est in omni
quæstione considerandum, semperne fuerit
nullo generatus ortus, an ortus sit ab aliquo
temporis principatu: quandoquidem cerni-
tur, & tangitur, & est vndique corporatus.
Omnia autem talia sensum mouent: sensus au-
tè mouentia quæ sunt, eadè in opinatione cõ-
fidant, quæ ortum habere gigni quæ diximus.

Nihil

Nihil autem gigni posse sine causis. Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cum iam inneneris, indicare in vulgus nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis, verum sit imitatus exemplar, idne quod semper vnum & idem & sui simile, an id quod generatum ortumque dicimus. Atqui si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex, profecto speciem eternitatis imitari maluit. Sin secus, quod nudi dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro aeterno secutus. Non igitur dubium quin aeternitatem maluerit exequi [¶] quando quidem [¶] neque mudo quicquam pulchrius, neque eius aedificatore praestantius. Si ergo generatus, ad id est effectus, quod ratione sapientiaque comprehenditur, atque immutabili aeternitate continetur. Ex quo efficitur, vt sit necesse hunc quem cernimus mundum, simulacrum aeternum esse alicuius aeterni. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium. De his igitur quae diximus, haec sit prima distinctio, in omni oratione cum his rebus de quibus explicandum videtur esse cognitione. Itaque cum de re stabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa, quae neque redargui, neque conuinci potest. Cum autem ingressa est imitata & effecta simulachra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Quantum enim ad id quod ortum est, aeternitas valet, tantum ad fidem veritas. Quocirca si forte de deorum natura, ortuque mundi differentes, minus id, quod habemus animo, consequimur, vt tota dilucide & plane oratio exornata sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat: haud sane erit mirum, contentisque

[¶] Exequi san-
tari.

esse debebitis, si probabilia dicentur. Equum enim meminisse, & me qui distetam hominem esse, & vos, qui iudicatis, ut si probabilla dicentur, nihil ultra requiratis. Quæramus igitur causam quæ eum impulerit qui hæc machinatus sit, ut originem rerum & molitionem nonam quæreret: Probitate videlicet præstabat, probus autem inuidet nemini. Itaque omnia sui simili generavit. Hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima. Nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere quoad natura pateretur, quicquid erat quod in cernendi sentum caderet, id sibi adsumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitarum & fluctuans: idque ex inordinato in ordinem adduxit. Hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autem nec est, nec unquam fuit, quicquid nisi pulcherrimum facere eum qui esse optimus. Quum rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quæ natura cernerentur, non intelligens, intelligente, in toto genere præstantius: intelligentiam autem nisi in animo nulla alia in natura posse reperiri, quocirca intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Quam ob causam non est cunctandum profiteri, si modò inuestigari aliquid coniectura potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens, & diuina prouidentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur videndum est, cuiusnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem secutus sit. Nullius profectò eorum quidem quæ sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quædam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte

reperfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile, pulchrum esse nihil potest. Cuius ergo omne animal quasi particula quædam est, siue in singulis, siue in diuerso genere cernatur, eius similem mundum esse dicamus. Omnes igitur qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur animantes, complexu rationis & intelligentiæ, sicut homines hoc mundo, & pecudes, & omnia quæ sub aspectum cadunt, comprehenduntur. Quod enim pulcherrimum in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimum est, quum Deus similem mundum efficere vellet, animal vnũ aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Rectène igitur vnum mundum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu verius & melius. Vnus profectò, si quidem factus est ad exemplum. Quod enim omnes animanteis eos, qui ratione intelliguntur complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui eum contineat, sit necesse est, cuius partes sint animantes superiores. Cælumque hoc simulacrum illius vltimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret, atque vt hic mundus esset animanti absoluto simillimus hoc ipso quod solus atque vnus esset: idcirco singularem Deus hunc mundum, atque vnigenam procreauit. Corporeum autem & aspectabile itémque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò cægi, quod careat solido, solidum autem nihil quod terra sit expers. Quamobrem mundum efficere mouens Deus, terram primùm ignemque iungebat. Omnia autem duo ad cohærendum tertium aliquid requirunt, & quasi nodum vin-

culumque desiderant. Sed vinculoꝝ suorum
 aptissimum atque pulcherrimum, quod ex se
 atque de his quæ aliter contingit quàm maxime vnũ
 efficit: id optime assequitur quæ Græcè *ἀδελ-
 φία*, Latine (audendum est enim, quoniam
 hæc primum & à nobis nouantur) compara-
 tio proportione dici potest. Quando enim
 trium vel numerorũ, vel figurarũ, vel quorũ-
 cunque generis contingit, vt quod medium
 sit, vti primũ propositione, ita ad postremo
 comparatur, vicissimque vt extremum eũ me-
 dio, sic medium cum primo conferatur: id
 quod medium est, tum primum sit, tum poste-
 rimum, postrema verò & prima media sunt, ita
 necessitas cogit, vt eadem sint quæ delin-
 fuerunt. Eadem autem cum facta sunt, efficitur,
 vt omnia sint vnũ. Quod si vniuersi-
 tatis corpus planum & æquabile explicaretur,
 neque in eo quicquam esset requisitum, vnũ
 interiectum medium & seipsum & ea quibus
 esset interpositum colligaret. Sed cum solitas
 mundo quæreretur: solida autem omnia vno
 medio nunquam duobus semper copulentur:
 ita contingit, vt inter ignem & terram, aquam
 Deus animamque poneret, eaque inter se cõ-
 pararet ac proportione coniungeret, vt quem-
 admodum ignis anime, sic anima aquæ: quod-
 que anima aquæ, id aqua terræ proportione
 redderet. Quæ ex coniunctione cœlum ita a-
 ptum est, vt sub aspectum & tactum cadat. Itaque
 & ob eam causam, & ab iis rebus nume-
 ro quatuor, mundi est corpus effectum, ea
 constructum proportione, quam dixi. Ex quo
 ipse se concordia quadam amicitia & charitate
 complectitur, atque ita aptè coheret, vt dissol-
 ui nullo modo queat, nisi ab eodem à quo est
 ligat.

ligatus. Earum autē quatuor rerū, quas supra
 dixi, sic in omni mundo omnes partes collo-
 catur sunt, vt nulla pars huiusce generis exce-
 deret extrā, atque in hoc vniuerso inessent
 genera illa vniuersa. Id ob eas causas, primū vt
 mundus animans possit ex perfectis partibus
 esse perfectus. Deinde, vt vnus esset, nulla
 parte vnde altera gigneretur, relicta: postre-
 mō, ne quis morbus eum possit, aut senectus
 affligere. Omnis enim coagmentatio corporis
 vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione
 vehementi labefactatur & frangitur, & ad mor-
 bos senectutēque compellitur. Hanc igitur
 habuit rationem effector mundi, molitorque
 Deus, vt vnum opus totum atq; perfectum, ex
 omnibus totis atque perfectis absolueretur,
 quod omni morbo senioque careret. Formam
 autem & maximē sibi cognatam & decorantem
 dedit. A quo enim animante omnes reliquos
 contineri vellet animantes, hunc ea forma fi-
 gurauit, qua vnā omnes reliquæ formæ
 concluduntur. Ergo globosus est fabrica-
 tus, quod *σφαιροειδής* Græci vocant, cuius
 omnis extremitas paribus à medio radiis at-
 tingitur. Idque ita tornauit, vt nihil effici
 possit rotundius, nihil vt asperitatis habe-
 ret, nihil offensionis, nihil inclusum angu-
 lis, nihil anfractibus, nihil eminent, nihil
 lacunosum, omnesque partes simillimæ om-
 nium, quoad eius præstabat iudicio dissimili-
 tudini similitudo. Omni autem totam mundi
 figuram tæuitate circumdedit. Nec enim ocu-
 lis egebat, quia nihil extra quod cerni possit,
 relictum erat: nec auribus, quia ne quod audi-
 retur quidē, neque erant anima circumfusa ex-
 tremā mundi, vt respirationē requireret. Nec

verò desiderabat aut alimenta corporis, aut
 detractionem confecti & consumpti cibi: ne-
 que enim vlla decessio fieri poterat, neque ac-
 cessio, neque verò erat vnde. Ita se ipse con-
 sumptione & senio aliebat sui, cum ipse & per
 se & à se & pateretur & faceret omnia. Sice-
 nim ratus est ille, qui ista iunxit & condidit,
 ipsum se contentum esse mundum, neque egere
 altero. Itaque nec ei manus affixit, quia nec
 capiendum quicquã eratis neque repellendum;
 nec pedes, nec alia membra, quibus ingressus
 corpore fastineret. Motum enim dedit eòlo eum
 qui figurat eius sit aptissimus, qui vnus ex septem
 motibus mentem atque intelligentiam cohiberet
 maximè. Itaque vna conuersione atque eadè
 ipse circum se torquetur & vertitur. Sex autè re-
 liquos motus ab eo separauit. Itaque eum ab
 omni erratione liberauit. Ad hanc igitur con-
 uersionem quæ pedibus & gradu non egeret,
 ingrediendi membra non dedit. Hæc Deus is
 qui erat, de aliquando futuro Deo cogitans, se
 nem eum effecit, & vniq; æquabilè, & à me-
 dio ad summum parè & perfectum, atque absolutum
 ex absolutis atque perfectis. Animum autem
 vt in eius medio collocauit, ita per totum tene-
 dit. Deinde cum circumdedit corpore & vesti-
 uit extrinsecus, eòloq; soliuago & volubili &
 in orbem incitato complexus est, quod secum ip-
 sum propter virtutem facile esse posset, nec desy-
 deraret alterum, satis sibi ipsi notus & familia-
 ris. Sic Deus ille æternas hanc perfectè beatam
 Deum procreauit. Sed animum haud ita vt mo-
 dò locuti sumus, tum denique vt corpus ei effe-
 cisset, inchoauit. Neque enim esset rectum, mino-
 ri parere maiore. Sed nos multa inconsideratè
 ac temerè disimus, Deus autè, & ortu & virtute
 ant i-

antiquiorem genuit animum, eumque ut do-
 minum atque imperantem obedienti præfecit
 corpori, idque molitus tali quodammodo.
 Ex materia quæ indiuidua est, & quæ semper
 vnius modi sui que similis, & ex ea quæ corpo-
 ribus diuidua gignitur tertium materiae genus
 ex duobus in medium admisit, quod esse e-
 iusdem naturæ & quod alterius, idque interiecit
 inter indiuiduum, atque id quod esset diui-
 dum in corpore. Et cum tria sumpsisset, vnâ
 in speciem temperavit, naturamque illam quâ
 alterius diximus, vi cum eadem coniunxit fu-
 gientem & eius copulationis alienam permi-
 scens cum materia cum ex vrbus effecisset v-
 num, id ipsum in ea quæ decuit membra par-
 titus est. Iam partes singulas ex eodem & ex
 altero, & ex materia temperavit. Fuit autem ta-
 lis illa partitio. Vnâ principio partem detrahit
 ex toto: secundam autem primæ partis duplâ.
 Deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera,
 primæ triplæ: deinde quartam quæ secundæ
 dupla esset: quintam inde quæ tertiæ triplæ:
 sextam octuplam primæ: postremo septi-
 mam, quæ septem & viginti partibus antecede-
 ret primæ. Deinde instituit duplâ & triplâ in-
 terualla explere, partes rursus ex toto defecâs:
 quas interuallis ita locabat, ut in singulis essent
 binæ mediæ. (Vix enim audeo dicere medietates,
 quas Græci *μεσότητες* appellant, sed quasi
 ita dixerim intelligatur, erit enim planius.) Eas-
 tū alterâ eadē parte præstantē extremis, eadē-
 que superatâ, alterâ pari numero præstantē ex-
 tremis pari que numero superatâ. Sesquialteris
 autē interuallis & sesquiterciis, & sesquiocta-
 vis sumptis ex his colligationibus in primis in-
 teruallis sesquioctauo interuallo sesquitercia

omnia explebat : cū particulam singulorum relinqueret. Eius autem particula intervallo relicto, habebat numerus ad numerum eandē proportionem comparationēque in extremis, quam habent CC.LVI. cum CC.XLIII. atque ita permixtum illud ex quo hæc secuit, etiam omne consumserat. Hanc igitur omnem coniunctionem, duplicem in longitudinē diuidit, mediāque accommodans mediā, quasi decussauit. deinde in orbem torsit, vt & ipse secum, & inter se ex commissura quæ è regione esset, iungerentur, eōque motu, cuius orbis semper in eodem erat, eodēque modo ciebatur : vndiq; est eas circūplexus. Atque ita cū alterum esset exteriorem amplexus orbem, illum eiusdem naturæ, hunc alterius nominauit : eāque quæ erat eiusdem, detorsit à latere in dextram partem. hanc autem citimam à mediā linea direxit ad læuam. Sed principatum dedit superiori, quam solam indiuiduam reliquit. Interiorem autem cū in sex partes diuisibiles septem orbis dispares duplo & triplo intervallo moueri iussit, contrariis inter se cursibus : eorum autem trium fecit pares celeritates, sed quatuor & inter se dispares, & dissimiles trium reliquorum. Animum igitur cū ille procreator mundi Deus ex sua mente & diuinitate genuisset, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo, interiūsque faciebat, atque ita medio medium accommodans copulabat. Sic animus à medio profectus, extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, seque ipse versans, diuinæ, sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium. Et corpus quidem cæli spectabile effectum est, animus autem

autem oculorum effugit obtutum. Est autem
 vnus ex omnibus rationis contentioſiſque
 (*ἀπειρίτη*) Græce ſempiternarum rerum, & ſub
 intelligentiã cadentium compos & particeps,
 quo nihil ab optimo & præſtantiffimo geni-
 tore melius prolecatum: quippe qui ex eadem
 vinctus, alterãque natura, adiuncta materia tẽ-
 peratione trium partium & proportione com-
 pacta, ſe ipſe conſeruans, cum materiam mu-
 tabilem attipuiſſet, & cum ruruſus indiuiduam
 atque ſimpticem, per quam omnis mouetur, di-
 ſcernitque quid ſit eiufdem generis, & quid al-
 terius, & cætera diiudicat, quid cuique rei ma-
 ximẽ ſit aptum, quid quõque loco aut modo
 aut tempore contingat, quæque diſtinctio ſit
 inter ea quæ gignuntur, & ea quæ ſunt ſemper
 eadẽ. Ratio autẽ vera quæ verſatur in iis quæ
 ſunt ſemper eadẽ, & in iis quæ mutantur cum
 in eodẽ & altero mouetur ipſa per ſeſe, ſine vo-
 ce & ſine vilo ſono, cum eandẽ partẽ attingit,
 qua ſenſus cieri poteſt: orbis illius generis al-
 terius immutatus & reſtus, omnia animo mẽ-
 tiſque denuntiat: tam opinionẽs aſſenſionẽſ-
 que firmæ veræque gignuntur. Cum autem in
 illis rebus vertitur, quæ manentes ſemper ex-
 dem non ſenſu, ſed intelligentia continentur
Deſunt multa. ita vim ſuam natura conuer-
 tit, vt terram Lunæ curſus proximẽ ambiret
 tẽque ſupra terram proxima Solis circunue-
 ſſio eſſet. Lucifer deinde ſancta Mercurii ſtel-
 la, curſum habent Solis celeritati parem, ſed
 vim quandam contrariam, eãque conuerſio-
 ne, quam inter ſe habent Lucifer, Mercu-
 rius, Sol, alii alios vincunt, viciffimẽque vin-
 cuntur. Reliquorum ſyderum quæ cauſa col-
 locandi fuerit, quæque eorũ ſit collocatio, in ſpẽ;

monem alium differendum est, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo cuius causa id auigimus, longior ponatur oratio. Quando igitur vnumquodque eorum syderum cursum decorum est adeptum, è quibus erat motus temporis consignandus, colligatisque corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta sunt, eaque imperio parere didicerunt, tunc ex alterius naturæ motione transuersa in eiusdem naturæ motum incurrentia, in eoque hærentia atque impedita, cum alia maiorem lustrarent orbem, alia minorem, tardiùsque maiorem, celeriùsque minorem, motu verò vnus eiusdemque naturæ: quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus, & cum superabant, superati videbantur. Omnibus enim orbibus eorù quasi * Helicis inflexione vertebat, quâ bifariam contrariè simul procedentia efficiebant, vt quod esset tardissimum, id proximum fieret celerissimo. Atque vt esset mensura quædam euidens quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declararet, Deus ipse solè quasi lumen accendit ad secundum supra terrâ ambitum, vt quâ maxime cælum omnibus colluceret, animantelque quibus ius esset doceri, ab eiusdem motu, & ab eo quod simile esset numerorum naturam vniueque cognoscerent. Nox igitur & dies ad hunc modum & ob has generata causas, vnum circuitum orbis efficit sapientissimû atque optimum. Mensis autem quando luna lustrato suo cursu solem consecuta est. Annus, vbi sol suum totum confecit & peragravit orbem. Cæterorum autem syderum ambitus ignotantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se nume-

* Aliàs, fidelitatis, & videtur aliquid deesse.

ra commentantur. Itaque nesciunt hos sy-
 detú errores id ipsú esse quod rité dicitur té-
 pus multitudinè infinita, varietate admirabili
 præditos. Attamè illud prospici & intelligi po-
 test, absoluto perfectóque numero tēporis, ab-
 solutú perfectú inque annú tunc cōpleri deni-
 que, cū se octo ambitus confectis suis cursibus
 ad idē caput retulerunt, cūque eos permen-
 sus est idē & semper sui similis orbis. Has igitur
 ob causas nata astra sunt, quæ per cælú pe-
 netrantia solstitiali se & brumali renouatione
 cōuerterent, vt hoc oēs animal quod videmus
 esset illi animali quod sentimus ad æternitatis
 imitationē simillimú. & cætera quidē vsq; ad
 tēporis ortú impressa ab illis quæ imitabatur
 afflexerat: sed quia nondum omne animal in
 mundo intus incluserat, ex ea parte deficiebat
 ad propositum exemplar imaginis similitudo.
 Quot igitur, & quales animalium formas mens
 in speciè rerū intuens poterat cernere, totidē,
 tales in hoc mundo secum cogitauit effingere.
 Erant autē animantium genera quatuor, quorū
 vnum diuinú atque cœlestē, alterú pennigerú,
 & æreum, tertium tērestre, quartum,
 diuinæ animationis maximè speciè facie-
 bat ex igne, ita vt splendidissimus esset, &
 aspectu pulcherrimus. Cūque similem vni-
 uersitatis naturam efficere vellet, ad volubi-
 litatem rotundauit, comitèque eum sapientia
 quā optimæ mentis effecit, circūque cælum
 æqualiter distribuit, vt hunc varietate distin-
 ctū, bene Græci *ζῆφυρ*, nos lucentē mundū no-
 minaremus. Dedit autē diuinis duo genera mo-
 tus: vnū quod semper esset in eodē æquē, & i-
 dē in omnibus, atque vno modo celeraret: al-
 terum quod in antiquā partem à conuersione

eiusdem, & similis pelleretur. Quinque autem reliquis motibus orbem eum esse voluit expertem, immobilem, & stantem, ex quo genere ea sunt sydera, quæ infixæ cælo non moventur loco, quæ sunt animantia, eaque diuina ob eamque causam suis sedibus inhxrent, & perpetuò manent. Quæ autem vaga & mutabili ratione labuntur, ita generata sunt, ut supra diximus. Iam verò terram altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, dici noctisque effectricem, eandemque custodē antiquissimā Deorū voluit esse eorū, qui intrā cælum gignerentur. Flexiones autē Deorū, & inter ipsos Deos concursiones, quæque in orbibus eorū conuersiones antecessionesque eueniant: cūque inter se penè contingant eos qui prope copulentur contraria regione, aut ponē quos, aut antelabantur, quibūque temporibus à nostro aspectu obliuescant, rursūque emerſi errorem incutiant rationis experibus, si verbis explicare conemur, nullo posito sub oculos simulacro earum rerum, frustra suscipiatur labor. Sed hæc satis sunt dicta nobis quæque de Deorum qui cernuntur, quique orti sunt, natura præfati sumus, habeant hunc terminū. reliquorū autē quos Græci *ἀστέρων* appellant, nostri opinor Lareis, si modò hoc rectè conuersum videri potest, & nosse, & nunciare orum eorū maius est, quàm ut profiteri scribere nos audeamus. Credendū nimirū est veteribus, & priscis, ut aiunt, viris, qui se progeniem Deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt: nosse autem generatorem suos optimè poterant. Ac difficillimè factū est, à Diis ortis fidem non habere, quanquā nec argumentis, nec rationib. certis

eorum oratio confirmatur. Sed quia de suis
notis rebus videntur loqui, veteri legi mori-
que parendum est. Sic igitur, vt ab iis est tra-
ditum, horum Deorum ortus habeatur, atque
dicatur, vt Oceanum Salaciámque cœli fatu
terraque conceptu generatos, editósque me-
moremus. Ex iis Phorcyn Saturnum & Opem,
deinceps Iouem atque Iunoné, reliquos quos
fratres inter se agnatósque vsurpare atque ap-
pellare solemus, & eorú, vt vtamur veteri ver-
bo, profapiá. Quando igitur omnes & qui mo-
uentur, palámque ostenduntur, & qui eatenus
nobis declarantur quoad ipsi volunt, creati
sunt, tñ ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur.
Hæc, vos qui Deorum fatu orti estis, attendi-
te: Quorum operum ego parens effectórque
sum, quæ per me facta, non sunt dissoluta me
inuito, quanquã omne colligatum solui po-
test. Sed haudquaquam boni est ratione vin-
ctum velle dissoluere. Sed quoniam estis or-
ti, immortales vos quidẽ esse & indissolubiles
non potestis. Neutiquam tamen dissoluemini,
neque vos vlla mortis fata perimét: nec fraus
valentior quàm consilium meũ, quod maius
est vinculum ad perpetuitatem vestrã, quàm
illa quibus estis tum cum gignebamini, colli-
gati. Quid sentiam igitur, cognoscite. Tria
genera nobis reliqua sunt, eaque mortalia, qui-
bus prætermisissis cœli absolutio perfecta non
erit. Omnia enim genera animalium comple-
xu non tenebit. Teneat autem oportebit, vt
eodem nequid absit quæ à meipso effecta sint,
quod Deorum vitã possit adæquare: vt igitur
mortali conditione generentur, vos suscipite,
vt illa gignatis, imiteminique vim meã qua &
in vestro ortu me vsum esse meministis. In

quibus qui tales creantur, vt Deorum immortalium quasi gentiles esse debeant, diuini generis appellentur, teneantque omnium animantium principatum, vobisque iure & lege volentes pareant. Quorū vobis initium statūque traditur à me. Vos autem ad id quod erit, immortale partē atextore mortale. Ita orientur animantes quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiatis. Hæc ille dixit, deinde ad tēperationem superiorē reuertitur. In qua omnem animū vniuersæ nature temperans permiscebat, superiorisque permixioni reliquias fundens æquabat eodem modo ferme, nisi quod non ita incorrupta, vt ea quæ semper idem sed à Diis secundum fumebat, atque tertium Toto igitur omnino constituto, syderibus partem numerum distribuit animorū & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in curram vniuersitatis imposuit, cōmonstrauitque leges fatales ac necessarias: & ostendit primum ortum vnum fore omnibus, eūque moderatum atque constantem, nec ab vilo immiutum. Satis autem & quasi sparsis animis fore, vt certis temporum intervallis oriretur animal quod esset ad cultum Deorum apissimū. Sed cum duplex esset natura generis humani, sic res habebant, vt præstātius genus esset eorum, qui essent futuri viri. Cum autem animos corporibus cum necessitate inseuisset cūque ad corpora necessitate tum accessio fieret tum abscissio, necessē erat sensum existere vnum, communēque omnium vehementiore motu excitatum cōiunctūque naturæ, deinde voluptate & molestia mixtum amorem, post iram & metum, & reliquos motus animi, comites superiorum, & his etiam contrarios disti-

disidentes, quos qui ratione rexit, iuste vixerit: qui autem his se dederit, iniuste. Atque ille qui recte & honeste curriculum viuendi à natura datum confecerit, ad illud astrum quocumque aptus fuerit, reuertetur: qui autem immoderate & intemperate vixerit, eum secundum ortus in figuram muliebem transferet. Et si ne tum quidem finem vitiorum faciet, grauius etiam iactabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum & ferarum transferetur: neque malorum terminum prius aspiciet, quam illam sequi ceperit conversionem quam habebat in seipso eiusdem & vnus simul innotam & insitam. quod tum eueniet, cum illa quae ex igne, aere, aqua atque terra turbulenta & rationis expertia infederint, denique ratione depulerit, & ad primam atque optimam affectionem animi peruenit. Quae cum ita designasset, seseque si quid postea fraudis, aut vitij euenisset extra omnem culpam, causamque posuisset, alios in terram, alios in lunam, alios in reliquas mundi partes, quae sunt ad spatiorum temporis significationem notae constituta, spargens quali secebat. Post autem rationem eam, Diis, vt ita dicam, iunioribus permisit, vt corpora mortalia effingerent, quantumque esset reliquum ex humano animo quod deberet accedere, id omne & quae sequentia essent, perpollirent & absoluerent: deinde vt huic animanti principem se ducemque praerberet, vitamque eius pulcherrime regeret & gubernaret, nisi quatenus ipse sua culpa sibi aliquid miseris quaereret. Atque is quidem qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, cum parentis ordinem cognouissent, hunc sequebantur. Itaque

cum accepissent immortale principium motu-
 lis animantis, imitantes genitorē & effectorem
 sui, particulas ignis & terræ, & aquæ & aeris à
 mundis quas rursus redderent mutuabantur,
 easque inter se copulabant haud iisdē vinculis
 quibus ipsi erant colligati, sed talibus qua-
 ceri non possent propter paruitatē, crebris qua-
 si cuneolis iniectis, vnū efficiebant ex omni-
 bus corpus: itēque in eō influente atque ef-
 fluente animi diuini ambitus illigabant. Ita-
 que illi in flumen immersi, neque tenebant,
 neque tenebantur, sed vi magna tū ferebant,
 tum ferebantur. Ita totū animal mouebatur il-
 lud quidē, sed immoderatē & fortuita, vt sex
 motibus veheretur: nā & antē & ponē, ad læ-
 uam & ad dextrā, & sursum & deorsum, modò
 huc, modò illuc. *Desunt multa.* Sed si in
 splendore confedit, tum vel eadem species vel
 interdum immutata redditur, quū ignis ocu-
 lorum cū eo igne qui est ob os offusus, se con-
 fundit & contulit. Dextra autem videntur, quæ
 læua sunt, quia contrariis partibus oculorum,
 contrarias partes attingunt. Respondent autē
 dextra dextris, læua læuis conuersione lumi-
 num, quum ea inter se non cohærescunt. Id fit
 quum speculorum læuitas, hinc illincque al-
 titudinem assumpsit, & ita dextra detrusit à
 læuā partem oculorum, læuāque in dextram.
 Supina etiam ora cernuntur depulsione lumi-
 num, quæ conuertens inferiora reddit quæ
 sunt superiora. atqui hæc omnia ex eo genere
 sunt, quæ rerum adiuuant causas, quibus vitur
 * ministris deus quum optimi speciem quoad
 fieri potest efficit. Sed æstimant plerique non
 hæc adiuuantia causarum, sed has ipsas esse o-
 mnium causas, quæ vim habeant frigoris &
 caloris

* Al. ministris.
 rōis.

caloris, concretionis & liquoris: careant autem
 omni intelligentia atque ratione, quæ nisi in
 animo nulla alia in natura reperiantur. Ani-
 mus autem sensum omnem effugit oculorum.
 At ignis, & aqua, & terra, & aer corpora sunt,
 eaque cernuntur. Illum autem qui intelligen-
 tiæ sapientiæque se amatorem profitetur, neces-
 se est intelligentis sapientisque naturæ primas
 causas conquerere, deinde secundas causas re-
 rum earum, quæ necessariò mouent alias, cum
 ipsæ ab aliis mouentur. Quocirca nobis sic cer-
 no esse faciendum, vt de viroque nos quidem
 dicamus genere causatum, separatim autem de
 his quæ cum intelligentia sint efficièntes pul-
 cherrimarum rerum atque optimarum, & de
 his quæ vacantes prudentia, inconstantia per-
 turbatæque efficiunt. Ac de oculorum quidem
 causis, vt haberent eam vim, quam nunc ha-
 bent, satis fermè esse dictum puto. Maxima
 autem eorum vtilitas donata humano generi
 deorum munere deinceps explicetur. Rerum
 enim optimarum cognitiones nobis oculi at-
 tulerunt. Nam hæc quæ est habita de Vniuer-
 sitate oratio à nobis, haud vnquam esset in-
 uenta, si neque sidera, neque sol, neque cælum
 sub oculorum aspectû cadere potuissent. Nunc
 verò dies noctesque oculis cognitæ, tum men-
 tum annorumque conuersiones ad nume-
 rum machinatæ sunt, & spatium temporis di-
 mensæ, & ad quæstionem totius naturæ im-
 pulerunt, quibus ex rebus philosophiam ade-
 pti sumus: quo bono nullum optabilius, nul-
 lum præstantius neque datum est mortalium
 generi deorum concessu, atque munere, neque
 dabitur.

Desunt multa.

CRITIAS, VEL ATLANTICVS.

Marsilij Ficini Argumentura.

PLATO nostrer officiosissimus patrie sua filius laudauit eam in Menexeno ex rebus contra orientales, laudat rursus in Critia, ex rebus contra occidentales strenuè gestu. Atque utrobique commendat ex multo, tum domum naturae, tumque munitionibus: simulque commonefacit omnes ne patria sint ingrati: ac dum virtutem Atticam iam orientem quam occidentem plagam superasse commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & viros virtute prae ditos, tum in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secundum rectè felici, se gerere. Nec iniuria post Timaeum de mundi generatione, legi vult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autem neque huic historia finem imposuisse, neque sequentem historiam sub Hermocrati titulo promissam composuisse. Hanc autem non fictam quidem, sed veram historiam extitisse, constat. Primo quidem, quia ubicumque fingit aliquid, solet fabulam nominare. Hic vero tanquam historiam ouat asseuerare. Deinde idem omnino asserit in Timaeo, appellans rem miram quidem, sed omnino veram. Et à quibus accepta sit diligenter utrobique recenset, scilicet à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab auo Critia, ille vero à Solone patre suo, qui literarum quoque mandauit. Solon ab Aegyptiis sacerdotibus. Praeterea Proclus Marcelli cuiusdam de rebus Aethiopiae adducit historias, in quibus haec manifestissimè confirmantur Aethiopiae rebus gestu inserta. Et si Platonicorum nullus historiam negat, Porphyrius tamen, Proclus, & ante hos Origeni,

Origenes, allegoriam insuper volunt physicam continere. Quos equiãdã vercor ne si contentur singula allegoria ad unguẽ accommodare, ab ipso Platone derideantur, in exordio Phædri curiosas nimium in huiusmodi rebus allegorias sub personas Socratis irridente. Verum ne Anagogicum sensum, quo profusè neglecto nemo sit Platonice omnino negligere videamur; Pallus quidem fit numen intellectualem vitam præsidens, Neptunus verò numen fouens generationem atque gubernans. Athenienses figura sint animarum intellectu solo viuentium, numinumque simul. Ath' antici verò figura numinum generationis fuentium, animarumque corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusque ornatum. Conuenientissimè verò per occidentem, per mare, per insulas, per varias locorum partitiones, ipsa generationis materia mobilis atque diuersa significatur. Bellum præterea fit studiosa contentio, per quam superiora numina, inferiora assidue inde conuertunt, & animas quasi ferro & igni à materia motuque segregant. Proinde quod Neptunus ex muliere filios procreauit, intellige vel ex terra genuisse, vel afflatu quodam ex priori viuendi forma in alteram formam reuertasse. Quinque verò partus quinque sunt formæ corporum, quas in hoc materie mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantas, animalia partim ratione carentia, partim prædita ratione. Decem verò filij sunt, quolibet enim partu gemini concreantur. Nempe in quouis composito elementali coalescit virtus simulq; virtus quadã excellentis infunditur, quam medici virtutem nominant specialem. Ex geminis autem quinque partibus decem filij cõputantur. At quinque zona siue spira arcem Neptuneam circumdantes quinque sunt ipsarum natura, cælestis, ignea, ærea, aquea, terrena. Partim verò terrenas ait, partim aqueas.

Metalla
Planctu di-
cuntur.

ut statum in rebus significaret & motum. Communu verò per omnes meatus mutuam inter se rerum significat geniturã. Cõmemorat & metalla, ut per septem metalla septẽ planetarũ influxus intelligatur, generationem omnium moderantes. Aurũ quidem Soli, Argentum Lunas Plũbum Saturnos Ele-ctrum Iouis Ferrum & es Marti, Veneri Orichalcum, Mercurio Stannum Platonici tribuunt. Mensura verò earũque numeri partim ex historia, partim ex architectura ratione ducantur. Nonnihil tum operis, tum eloquiũ gratia decorique attribuendum. Sed de allegoria fermè iam satũ. Iam verò se libri huius mysteria confirmemus. Platonici deos quidem alios, ut eorum verbus utar, supercoelestes alios verò coelestes, & alios subcoelestes esse putant. Et primos quidem filios dei, sequentes verò omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam providentiam, in secundis minus amplam, in tertiis ad angustiora reductã collocant, utpote qui iam certũ terre plagis rerũque generũ, diuina distributione præsent, quemadmodũ, & coelestes alij, alij cœli partibus, stellisque præponuntur. Hi ergo subcoelestes dij certo quodã ordine, aliq̃ gentes alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam vel generis mundi, vel generis humani generati. Siquidem post ingentes terre orbis illuvies, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra veluti matre diuinitus generari. Possẽ enim illos ggnere: per ideã videlicet humanam quasi semen. Possẽ & terram parere nouo abundantũque humore perfusam & accedente calore fecundam siue post aquarum colluiones sequantur septidi soles, siue post vana quadam incendia pluvia vberis affluant. Homines verò à di è terra progenitos, Heroes nominant, qui à parentibus occulta quadam mensura ad mentem persuasionẽ recti ab initio

ab initio multa per secula fuerit. Quoniam verò longè temp. vñ tractatu tam diuina virtus ingenii in-
 sita, quam terra fecunditas minuitur paulatim: vñ-
 de & animi diuinitatis omnino expertes & corpora
 antiqua fecunditatis vacua prorsus euaderent:
 Deus iterum terram, vel diluit, vel incendit: genēs-
 que nostrū in antiquam restituit dignitatem, cæle-
 stibus videlicet motion b. sic à motore cōtemporatis,
 vt cæleste fatū semper eū prouidentia diuina con-
 surrat. Pr. seclō quem admodum medici de quolibet
 humano corpore, ita Platonici de toto genere iudic-
 cant. Mēdici enim aiunt vitā in naturali quodam
 humore, & tanto & tali cōsistere p̄ssūque perpetuò
 prorogari, si modò & quantus ille inflauereur &
 qualis: nō prorogari verò, vbi nō talis refluit, qualis
 effluxerat, & si tantus. Perinde ac si qui ex dolio vi-
 ni pleno impletet quotidie paterā, statimq; dolio a-
 qua tantundē infunderet. Sic n. continuè aequali in
 dolio efflēt humor, sed non similis, dissimiliorq; quoti-
 die, donec tandem ex mero iam non aequum vinum
 & tantum, sed aqua prorsus euaserit. Similiter Plato-
 nici diuinā fecundāque qualitatem & ingenio à
 diis humano, & corpori à cælo quondā infusam pau-
 latim putant in qualitatem humanā verti, humano
 hoc subiecto eam naturaliter ita trahente, donec
 sensim ad ferinam vsque degeneret, sed degeneratio-
 nem tantam non posse à Deo rerū ordinatore perpe-
 tuo tolerari. Quod autem Plato deos diuersas sortes
 fuisse nactos & hic & alibi sape ait, intellige illos
 vni summo sortes distribuenti parere, atque necessa-
 rio assignatam provinciam gubernare. Sed necessi-
 tatem in diuinis esse penitus voluntariam. Siquidem
 apud eos vna est patris summi filiorūq; voluntas.
 Atqui si, ut clementiorū partes ea necessitate ad lo-
 ca p̄cipua perferuntur, qua & volum. u futura est,
 si modò cognouerit: sic apud superiores ipsa governa-

tionis assignata naturalisque effecta necessitas idem est atque voluntas. Præterea quod & hic, & in Timæo, & Menexeno Atticam regionem esse ingenii inquit in primis accommodatā meminisse oportet in rationibus hac de re assignandum inter se Platonicos dissidere. Panætius enim temperiem acris inter æstivam atque gelu causam arbitratur: idque ex ipsis Platonis verbis in quinto legum, & Epinomide probat. Panætium Longinus arguit, quia regio illa sæpe gelu atque aestu pulsetur: assignatque in causa qualitatis loci commixtā ex multis atque occultam. Quæ reprobat Porphyrius, quod propriā ingenii causam esse putet corpoream. Origenes commentarius in Timæum celestes aspectus influxusque assignat, ad ipsum ex illa uo de Republica asserens, ubi dicitur, celestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum etiam animarum. At Origenem Proclus ibidem ait veram quidem ex parte causam assignasse, sed nondum integram perfecisse. Ipse vero unā cum Porphyrio rem aliter repetens ait: Intellectum opificem mundi intellectualem esse mundum, idcircoque quasi multiplicem. Animam vero mundi esse animalem rationalemque mundum magisque multiplicem: atque proximè adesse uniuerso mundo: spatia continuo præterita atque immobilia, ex materia prima & dimensione constanti. Rursus in ipso spatio ante omnes quæ generanda sunt formas animarum ex rationibus suis ideas sequenti. ubi alibi alia vires imprimere, quasi animæ mentis plena uisigia ac peculiaria quadam receptacula formas alibi aut familiares suscipere. Tū deos varios varias fortiter prouenerat: eiusmodi hospitibus illustrare, alia quidem alios, atque formare. Animas ergo racionales, postquam elementalē uisā, propriamque elegerint si forte reuolutione cœlesti ad ea loca præ cæteris diuergant, quæ electa iam uiuendi forma potissimè congruant

gruât, vitæ ipsius officium prorsus implere. Itaq; quan-
do ad Martiam vel Apollineam vergentes vitam,
max plagâ à Marte, vel Apolline illustratâ nanci-
scantur, perfectæ vel fortitudinis, vel vaticinij opus
absolvere. Quæ verè philosophicam vitâ elegerit, si
regionem afflatâ Pallade sapientia magnanimitatè-
que simul excellere, itaq; hîc & in Timæo inquit, At-
ticâ regionè rectam à Pallade sapientia atque mili-
tia convenire. & in quinto Legum ait inspirationem
localiû deorum atque demonum circa loca, maximè
ad ingenia & mores esse momèti. Requirit verò non
nullam aeris temperantiam, non ut causam sed ne cau-
sa ipsius opus impediatur. Quamobrem loci huius di-
uersitas non tam efficit diuersitatem ingenij apud
Platonicos, quàm suscipit & declarat. Tria enim ef-
se putant ad id potiora elementalî loco, scilicet tum
aeris ipsius offensionem siue naturalem, siue ele-
ctam, tum inspirationem numinum propriorum,
tum cœlestes influxus posse verò id impedi, vel e-
lementali mixtione, vel planetarum noua coniu-
ctione, vel ab ipsi hominibus illata calamitate:
& qua bona desuper infunduntur, inferiorum ob-
staculo reddi non bona. Quæ de re in Legibus di-
sputat animus. Sed de his iam satis. Ex omnibus au-
tem huius libri mysteriis collige unâ cum providen-
tia concurrere humani arbitrij libertatem. Collige
& sententiam Mesaiico mysterio similem, homines
quondam quædam in eis diuina quædam gratia ius-
titiaq; innata vigeat, beatos in quodâ, ut aiunt,
delintriâ paradiso vixisse. Postquâ verò per intem-
perantiam & superbiam gratia illa euanuit, in sce-
lera simul & calamitates grauissimas incidisse.
Deum autem aquarum diluuis peccata hominum
diluisse. Quod verò huic historia deest, potest summa-
tim ex Timæi proœmio resarciri. Est autem historia
de rebus gestis ante diluuium. Post verò diluuium

narraturus, ut arbitrator, erat Hermocrates. Neque te turbabunt nouē illa annorū millia, si Eudoxū audieris dicentē annos illos Aegyptiorū nō solares fuisse sed lunares. Vtima tandem huius libri sententia deo. & quem, id est, deū architectū mundi à sua sede, id est ex suis ipsius intuitu remotissima quaque minimaq; prospicere atque ad eandem sedem, id est diuinā contemplationem deus omnes subditos sibi conuertere, vnde instruit inferiora gubernant. Neque vicissim duo has illos agere, imo. Verò assidue contemplando diuina per illa simul temporalia dispensare. Hinc ipsam sedem ideo medium mundi appellat thorum, quia & inde tanquam à centro effluunt omnia & illic resuunt, & illinc facile cuncta circumspicuntur atque reuoluuntur.

a Veterē mū
di historiam
explicaturus
Critias praefatur de rei
difficultate
& veniam
sibi dari peti-
tis, si qua in
re offende-
rit.

* ἀναμνη-
σάντων ἐπιμνη-
σάντων.



QVAM gratia longū post iter defesso quies, o Socrates, tam mihi post longas disputationis am- bages, dulce silentium. Mūndum autem hunc te quidem ipsa iam diu, sermone verò nuper Deum effectum, obsecro, ut si quid recte dictum est seruet ipse nobis atque custodiat: si autē indecens quicquā in superiorib. non sponte protulimus, meritas à nobis exigat pœnas. Debita verò eius qui per ignorantiam negligentiamve errauit, pœna est, ut sciens & diligēs efficiatur. Quamobrem ut posthac rectius de deorum generatione loquamur, medicinā nobis à deo medicina- rum omnium perfectissimam saluberrimamque dari scientiam exoptamus. Actis denique votis sequentem disputationem Critias, ut inter nos conuenerat, iam concedimus. CRIT. Accipio equidem o Timæe, & quā tu supra veniā petisti tanquam de rebus magnis disputaturus eandem

eandem ego nūc peto. Imò verò maiore quoque veniam in iis quæ restāt tribuendam existimo quanquā scio ambitionore quodā modo rusticāmq; petitionē hanc meā videri posse. Dicendū tamen. Quòd quidē non rectē abs te superiora dicta sint, nemo sanē mentis obiecerit: quod autem quæ restant dicenda, utpote difficiliora, maiore exigant indulgentiā, conabor ostendere: quando quidē facilius est, ut qui de diis apud homines differit, satis com modē dicere videatur, quā qui de mortalib. apud vos quidē. Imperitia namque & ignorantia audientiū magnā copiā ad ea quæ ignota sunt, effingenda, præstari dicentib. consuevit. Quomodo verò scimus deorū naturam & cogitā habeamus, non ignoramus. Ut autem quod sentio planius vobis aperiā, sic attendite. Quæcunque à nobis dicuntur, tanquam imitationē quandā similitudinisque expressionē existimare debemus. Neque nos lateat quæ in pictorū effectione circa diuina humanave corpora vel facilitas vel difficultas sit, ad hoc ut sufficiēter ea representasse spectantib. videantur. Profectò cum terram pingunt & montes, flumina, sylvas, ecelūque omne, quæcūq; circa cœlū consistūt & quæ vagantur, primum quidē satis putamus factū, si quis vel exiguā quandam referre possit earū rerum imaginē: deinde utpote talium prorsus ignari, nec examinamus quidem pictorum opera, neque etiā redarguimus, sed confusa quadā adūbratione fallacique utimur. Cum verò quis fingere aggreditur nostrorū corporū similitudinē, tūc propter familiaritē ipsam rerū nostrarū animaduersionē acutiū errata percipimus, seuerique & acres iudices exactoresque sumus aduersus

eum qui non singula lineamenta colorésque
 expresseit. Idem quoque in sermonibus in-
 ueri licet. Nam facis esse putamus, si de cœ-
 lestibus diuinisq; rebus quicquam, vel parū
 quod conueniens est, afferatur. Mortalia verò
 quod conueniens est, afferatur. Mortalia verò
 humanaque opera ex te nimium examinare
 solemus. Quamobrem si minus pro dignitate
 quæ statim sunt dicenda, tractabimus, igno-
 scere decet. Neque enim facile, imò certè
 difficile mortalia ad opinionem imitatione i-
 psa exprimi posse putanda sunt. Hæc itaque
 omnia dixi, o Socrates, cupiens & vos admo-
 nere, & maiorem à vobis veniam ad ea quæ
 restant, expectere. Vos autem si iusta petere vi-
 deat, vltiò hanc veniam largimini. SOCRAT.
 Quidni, o Critia, tibi demus? Quinetiam Her-
 moerari hoc eadem à nobis tertio detur. Con-
 stat enim hunc paulò post eum dicturus esse,
 eadem precaturum. Ut igitur aliter exordia-
 ri, neque eadem cogatur repetere, sciat veniã
 sibi esse tributam: & quasi id constet, ad dicen-
 dum protinus accingatur. Prædico item tibi, o
 amice Critia, mentem ac iudiciũ theatri, mira-
 biliter enim is qui primus dixit * poeta pro-
 batus est. Quapropter admodum tibi venia
 opus erit, si officium successoris rectè præstite-
 ris. N. R. Idem mihi, o Socrates, quod & huic
 nuncias. Ceterum segnes pusillanimésque nũ-
 quã palmam consecuti sunt Critias. Sermonẽ
 igitur aggredi forti animo decet, ac Phæbo
 Musisq; vocatis, antiquos ciues, excellentes
 viros, summis laudibus illustrare. CRIT. O
 amice Hermocrates, quia [dicendi locus po-
 sterior tibi assignatus est, & aliũ habes qui an-
 te dicturus est] dicentẽmque alium es secutu-
 rus, idẽo confidis. Quale verò id sit, ipse forti-

* Timæus
 uerpe.

san declarabit. Exhortanti itaque tibi & ad rem ipsam penitus inflammati parendum. Ac prater deos, quos tu memorabas, alios insuper invocare decet, precipueque Mnemosynen, id est memoriã: in qua dea precipua orationis nostræ momenta sunt sita. Nempe si sufficienter meminimus recensuerimusque nunc vobis, quæ quondã à sacerdotibus tradita, à Solene huc allata fuerunt, videbimur theatro huic, ut arbitror, satisfecisse. Hoc itaque iam agendum, neque vltra cunctandum. Primum autem commemoremus summã esse annorum novem milliũ ex quo bellũ exitisse traditũ est inter eos omnes qui vltra, & eos qui citra colũnas Herculis habitabant, quod in presentia enarraturi sumus. Horũ quidẽ dux fuit hæc ciuitas, bellũque omne, ut dicitur, confecit. Illorũ autem insulæ Atlanticæ reges, quã insulã Libya Asiaque maiore fuisse quandoque perhibuimus, postea vero cœnũ ibi inuiũ submersa insula ex terræ cõussione relictũ, quod quidẽ hinc illuc altum in mare nauigantibus obstat, ne vltra enauigare liceat. Gentes quidẽ barbaras, quæ tunc erant, Græcãque generatim orationis ipsius progressus passim prout occasio dabitur enarrabit: Atheniensium autem, qui tunc erant, aduersariorũque vires in primis respUBLICASQUE, & belli ordinẽ atque successum exponere decet. Horũ verò ipsorũ nostra primũ narrabimus.

* Dij quondã vniuersæ terræ orbẽ sigillatim sortiti sunt, in regiones singulas distributum. Neque partitionẽ hanc contentio fecit. Nam procul à ratione id esset. [deos vel quæ vnicuique ipsorũ conueniant, ignorasse, vel cognoscentes quæ potius aliis competunt, ea sibi alios per contentionem vindicare voluisse: iu-

*Vide supra
Timæum.

* Dicitur initio
singulis singu-
las regiones
regendas &
ferendas sortiti sunt.

His verò sortibus amicas quisque sibi regiones sortiti, in ipsis incolas collocarunt, quod ubi fecerunt, tanquam pastores, greges & armenta sua, nos alendos susceperunt] hoc tamen excepto, quòd corporibus corpora cogere noluerunt, quemadmodum plagis pecora iumenta- que pastores solent. At verò tanquam docile & obediens animal, quasi ex puppe nauem agilem dirigentes, persuasione pro gubernaculis vtebantur, eaque animam attingebat, & pro arbitrio suo ita ducentes mortale genus omne gubernabant. Et alij quidem dij aliorum locorum gubernationem sortiti ea ornabant. Vulcanus autem Minerva- que naturam habentes communem, tum quia eodem ex patre sunt, tum quia per sapientia- studium perque artium diligentia ad eadem tendunt, ita communem sortem, hanc nacti sunt regionem, utpote virtuti prudentia- que natura propriam atque congruam: procreantesque in ea viros indigenas admodum generosos, eorum mentibus republica- ordinem infuderunt. ^b Quorum duntaxat nomina supersunt: opera verò eorum qui successerunt interitu, & longo temporum intervallo, è memoria hominum deleta sunt. Sed per enim superstes hominum genus, ut in superioribus diximus, montiusagum atque rude, cui potentum in regione virorum nomina solum sunt audita. At praeter haec ex rebus gestis exigua quaedam notae fuerunt. Quapropter filiis suis posteri quodam amoris affectu nomina priscorum imposuerunt, virtutum legumque superiorum ignari: nihil enim de his habebant praeter famam, & eam non satis certam. Cum verò multa per secula rebus ad victum necessarij indigerent, ipsique & filij mentem

^a Vulcanus
& Minerva
Atticam re-
gionem sortiti
sunt.

^b Eorum qui
primi in At-
tica indige-
ne extire-
vunt, nomina
duntaxat ser-
vata sunt,
quia posteris
imposita, ve-
rò verò ab
illis praecla-
re inuentarum
& instituta-
rum memoria
deleta &
cur:

his adhibent, quorum penuria premebantur, ² Ad cōmem-
 deque his verba facerent, rerum antiquatum *dationē à se-*
 memoriam neglexerunt. [Historiæ enim vsus] *informata*
 priscarūque rerum inuestigatio in ciuitati- *Resp. supe-*
 bus eum otio simul oriri consueuerunt, cū *riorib. libro-*
 necessaria vitæ parata iam sunt, prius verò ne *singit Plato.*
 quaquam. Atque ita priscorum nomina sunt *sacerdotes*
 absque operibus seruata. Dico autem hæc ita *Egyptios.*
 coniectans, quoniam [Solon referebat Sacerdo *Soloni nar-*
 tes vetus bellum commemorantes, multa an- *rasse priscos*
 tiqua nomina vt Sctropis, Erechtei, Erechtionij, *illos q. ante*
 Erischithonis & aliorū qui Theseo antiquo *9000. anno*
 res perhibentur recensuisse.] ² Mulierum quo- *rū Atticam*
 que nomina similiter atque opera eadem, *incoluerunt*
 deæque Palladis figuram & statuam, ita vt bel- *in ipsis mori-*
 li studia viris tunc essent mulieribusque com- *bus, legibus*
 munita. Nempe ea tempestate armatam deam *& instituta*
 palam cultam fuisse, exemplum daturā omni- *vixisse, qb.*
 bus, quod in singulis animalium gregibus, *Resp. supra*
 mas fœminaque sortis eiusdem, pro generis *sunt informa-*
 cuiusque virtute ita natura instituta sunt, vt *ta.*
 aggredi omnia communiter valeant. Habita-
 bant profectò tunc in hac regione alia genera ^b *Veteris At-*
 ciuium, qui in artium operibus & agricultu- *tica limiter,*
 ra versabantur. Milites autem à diuinis viris *bonitas agri*
 principiò segregati seorsum viuebant habent- *tota deniq.*
 es omnia tum ad alimenta, tum ad educatio- *ipsius forma*
 nem conferentia. Quorum nullus proprium *amplitudo,*
 aliquid possidebat. Nam communia inter se *& cōmodi-*
 euncta existimabant. Ultra verò victus ipsius *tas describi*
 sufficientiam nihil ab aliis ciuibus exigebant, *tur & com-*
 exercebantque ea omnia quæ heri de custodi *paratur cū*
 bus quos descripsimus, exposita sunt. Quine *ea qua tunc*
 tiam verè illud & probabiliter de regione no- *erat, quæ*
 stra est dictum. ^b Primum quidem illis tem- *hac scribe-*
 poribus fines suos hinc quidem ad Isthmam *ret Plato.*

habuisse porrectos: Istinc verò versus Epirum ad summam Cithæronem atque Parnethen. Qui fines ipsos descensu ad dexteram Oropiâ attingant, ad sinistram versus mare, Atopo excluso. Bonitate verò soli vniuersam terram ab hac exuperatam fuisse traditur. Quapropter potuisse tunc regionem hanc vniuersam accolarum exercitum alere. Argumentum planè bonitatis eius evidentissimum, quia quod ex ea reliquum est, cum quauis alia hoc ipso certare potest, quod & fert omnia, & fructus profert optimos, pascuisque abundat animali cuique accommodatis. Tunc verò non modò speciosa hæc omnia, sed etiam vbertima producebat. Quânam ratione id præbabile? Quibusue iudiciis has esse reliquias illius terræ cõiectari potest? Omnis ab alia continenti in pelagus longa velut promontoria porrigens iacet. Quam altitudo maris proxima passim profunditate circundat. Cum itaque multa ingentiâque diluuiâ annorum nouem millium interuallo præterierint, (tot enim ex illo tempore ad præsens anni fluxere,) tellus his temporibus colluuiationibusque è sublimioribus locis defluens, ne collem quidem, vt alibi locorû solet, accumulauit, dignum saltem mentione: & semper circum desidens in profundum occultitur. Quapropter relicta sunt, quemadmodum in angustiis insulis præsentia hæc, si cum illis conferantur, quasi corpore per morbum extenuato ossa deterfa nudatâque terra molli quondam & pingui: solumque tenue corpus atque aridum mansit. Olim integra terra altissimos montium colles habebat: & agri qui nunc Phellei nominantur, solo pingui fertiles erant. Sylua in montium vertice frequens.

quens. Cuius nunc etiam coniectura quaedam
 apparent. Sunt autem montes nonnulli, qui
 solas nunc apes pascunt, olim verò nec mul-
 tò tamen ante actò tempore ingentes inde in-
 cisa arbores operimentis & contignationibus
 conficiendis aptissima, ex quibus adiuta am-
 plissimarum structura adhuc extant. Erant &
 alia multa arbores domestica, mites atque
 proceræ. Quinetiam pascua pecorù yberrima.
 Præterea regio hæc quotannis, ab Ioue frugi-
 feram pluuiam hauriebat. Neque ut nunc per
 decliue præruptumque effusa ex terra in ma-
 re aquam fundebat, sed hanc absorptam tena-
 ci quadam concauitate è sublimibus venientè
 recondens combibèntique in viscera dimitte-
 bat. Vnde passim iuges flouiorum fontium-
 que riuu scaturiebant, quorum etiam nunc in
 veteribus fontibus sacra quaedam relicta con-
 spiciuntur [quæ sunt argumento vera esse, quæ
 de illa in præsentia commemorantur.] Atque
 hæc erat regionis huius conditio. Excolebatur
 præterea tunc ab agricultoribus, ut consenta-
 neum est, & veris & ad eadem hæc intentis,
 ingeniosis profectò viris & honestorum ad-
 modum studiosis. solum fertile nactis, aquam
 copiosissimam, temperièmq; aeris singulis
 anni temporibus saluberrimam. ²Vibs autem
 eo tempore sic instituta erat. Primò quidem
 arcis tunc alia quàm nunc erat dispositio. Nunc
 enim vna saltem nox pluuiosa, tenue solù cū
 liquefecisset, terramotum induxit, & ante il-
 lud Deucalionis exitium, tertia prius illuulo-
 ne fatali. Superiori verò tempore magnitudo
 eius vsque ad Eridanum Elisumque protensa
 Pnycem intus & Lycabetum cōprehendebat, &
 terminum è regione Pnyois habens. Erat gle-

²Priscarum
 Athenarū,
 situs & for-
 ma, que par-
 tes, à quibus
 tenebantur,
 & qua adifi-
 ciorū forma
 & appara-
 tus.

basa omnis, paucis locis exceptis à superiori parte plana. Habitabantur exteriora eius ad læuam ab artificibus agricolisque, qui proximè agros colebant. Superiora milites soli prope Mineræ Vulcanique templum inhabitabant, veluti ædis vnus viridarium vno ambitu circumdantes. Loca enim eius ad Boream versa colebant, communes ædes, atque cœnacula hyemalia habentes: & quæcunque communis ciuitatis vitæ conueniebant, tum hæc etiam templa, sine auro & argento omnia extruendo. Nulla siquidem in te vnquam his utebantur. Verùm medium inter superbiam illiberalitatemque sicuti honestas habitationes struebāt, in quibus & ipsi consenescentes & nati natorū eas posteris sibi similibus relinquebant. Hortis verò gymnasiisque & cœnaculis austrum versus expositis utebantur æstate. Erat fons vnus, vbi nunc arcis est locus. Quo ob terræ motum exhausto, riuuli circum exigui relicti sunt. Tunc autem affatim omnibus liquorem suggerebat irriguum: cultus erat æstate atque hyeme temperies salutaris. Hac illi ratione loca hæc habitabant: ciuium quidem suorum custodes, cæterorum verò Græcorum non inuictorum duces, obseruantes in primis vt semper idem illorum esset numerus, virorum videlicet fœminarūque iam in te bellica fortium: neque minor erat vnquam numerus militum quam viginti milia. Cùm igitur tales illi esset, sempërque ratione huiusmodi patriam suam & vniuersam Græciam iussè administrarent, per omnem Europā & Asiā, tam egregio corporis habitu, quam innumeris animi dotibus omnium qui tunc erant, probatissimi & clarissimi habebantur. Deinceps quales ad-

a Atlantica
insula, homi-
numque qui
illā olim re-
nuerūt, q̄b.
cū Atheniē-
ses bella ges-
serunt, de-
scriptis.

versariorū ab initio res fuerint, nisi fortè quæ
 pueri audiuius memoria exciderunt, vobis-
 cū tanquā amicis communicabimus. Sed ante-
 quā referā, admonēdi estis, ne miremini si plu-
 rima barbarorū vitæ, ū nomina Græca nunc
 audieritis. Id enim ex eo contigit, quia Solon
 cū cogitaret illa carminibus suis inserere, vim
 ipsam est nominū perscrutatus, inuenitque
 primos illos Ægyptios harū rerū scriptores in
 linguā suā ea nomina transtulisse. Quare & i-
 pse rursus vniuscuiusque nominis sensum ac-
 cipiens, in vocē nostrā conuertit. Atque hæc
 scripta apud auū meū erant, & nunc apud me
 sunt, quæ iā olim puer didici. Si ergo talia nūc
 audieritis nomina qualia apud nos sunt, ne
 miremini, nā huius rei causam intelligitis. Lō-
 ga verò oratione sit opus, si à principio nar-
 rē id quod iā antè dixi: de fortitione deorum,
 vt terrā inter se vniuersam distribuissent, pat-
 tim in ampliores portiones, partim angustio-
 res, tēplaque & facta sibi instituisent. Sanè Ne-
 prunus insulā sortitus Atlanticā filios ex mor-
 tali femina in quodā insulæ loco progeniit
 huiusmodi. Secus mare plana erat, sed in me-
 dia insula planities erat, quæ omnium spaciosis-
 sima feracissimāque dicitur extitisse. Prope pla-
 nitie rursus in medio mons erat breuis, stadiis
 quinquaginta distans: hic à quodā eorū qui
 principio terra nati sunt, nomine Euenore co-
 lebatur. Is ex Leucippi vxore Clkonē vnicā fi-
 liā genuerat. Parentibus mortuis & matura iā
 puella, Neptunus eius desiderio captus illi se
 miscuit, circumsepsitque collē quē habitabat
 spiris aquæ circumfluis terræque zonis alter-
 nē, partim amplioribus, partim angustioribus.
 Ex quib. duo quidē terræ, tres verò maris fue-

re circuitus, qui veluti torno descripti pari vni-
 dique interuallo per insulam mediam dista-
 bant, inaccessibilémque hominibus collem
 ipsum reddebant. Neque enim tunc naues e-
 rant, neque nauigandi peritia. Ipse verò vt-
 pote Deus facile mediam insulam exornauit,
 humoremque duplicis aquæ frigidæ & calidæ
 ex terræ abditis per fontes exteriores erumpe-
 re, alimenta item varia & abundantia per ter-
 ras pullulare iussit. Quinque præterea mascu-
 lorum filiorum parus geminos progeniuit &
 nutriuit. Atque omnem Atlanticam insulam
 decem in plagas partitus, primogenito mater-
 nam habitationem & plagam quæ circum e-
 rat tribuit, maximam profectò sortem atque
 potissimam: Regémque illum statuit reliquo-
 rum, cæteros verò multarum gentium regio-
 numque principes. Singulis imposuit nomina.
 Primogenitum quidem vocauit Atlantem to-
 tius insulæ regem. Vnde & pelagus cognomi-
 natur Atlanticum. Eum verò qui eodem partu
 statim illum secutus est patria voce Gaditum,
 quem Græcè dicimus Eumelum. Qui extremas
 insulæ partes ad columnas Herculis est sorti-
 tus, suoque locum nomine Gadiricum nun-
 cupauit. Secundi partus vnum Amphorem, al-
 terum Eudæmonem nominauit. Tertij, primū
 natum Mneseum, secundum Autochthonem.
 Quarti autem Elasippum priorem, Mestorem
 verò posteriorem. Quinti demum, primum A-
 zaem, Diaprepen verò secundum. Hi omnes
 posterique ipsorum multa ibi secula habita-
 runt, multis per mare insulis aliis domina-
 tes, etiam his quæ Ægyptum vsque Tyrche-
 niámque habitantur vt prædiximus. In maxi-
 ma certè generatione vniuersum Atlantis erat

genus, semperque rex antiquior regnum primogenito relinquebat: quod imperium multa per secula conseruarunt. Tanta verò illis diuitiarum copia, quanta nullis antea regū superiorum fuerat, nec vllis vnquam posteriorum facile comparabitur. Structa ordinatāque illis erant in ciuitate totòque regno omnia, quorū vñs expetitur. Multa quidem ad eos extrinsecas propter imperium accedebant, per multa quoque insula ipsa ad omnem vitæ vsum pertinentia producebat. Primum quidem omnia quæcunque ex terræ visceribus eruuntur, & quæ solida permanent, & quæ funduntur, quodue nunc nominatur solū, tunc certè plurimū effodiatur. * Orichalcum multis ex insula locis insigne metallū, tūc apud eos cæterorum excepto auro pretiosissimū. Et hucunque sylua producit architectis, ferebat abundè. Pasceua quinetiam animantibus tam feris, quàm domesticis suggerebat. Elephantum præterea ingēs ibi copia. Alebat nempe sufficiēter quæcunque per paludes, lacus & flumina siue montes agròsque pascuntur: & hoc quoque vastū animalis genus & voracissimū. Tum quæcunque tellus nunc odorifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquētes succos, flores ac fructus. Suauem præterea vitis humorem & solidum alimentum, quibus ipsi nutrimur. Illa itē quibus pro cibo vtimur & obsonij gratia, quæ legumina vocitamus. Necnon liquores ex arboribus atque escas ad sitim famēque extinguēdam. Neque deestant his vnguenta. Accedebāt & deliciarū gratia fructus variarum arborum copiosissimi. Aderant quoque satietatis solatia bellaria, laborantibus grata. Hæc omnia insula quæ quondā erat, sacra, speciosa, mirāda, vber-

* Orichalcū

rima producebat. Atque hæc colligentes ex terra, tēpla, & regias ædes, portus, naualia, & vniuersam regionē struebāt hoc pacto spiras illas maris, quæ antiquā circundabāt metropolim, disponentes. Primò quidē constructis portibus trāsitū ad exteriora & ad sedē regiā præbuere, vbi in dei ipsius maioriūque suorum sedibus statim ab initio regias ædes edificarunt. Alteraque ab altero ornata suscipientes continua successione superiores in exornādo pro viribus, superabāt, quoad ingentis ædificij moles magnitudine decorēque mirādas fabricauerunt. Foveā porrò à mari ad extimū circulū deduxerunt, quæ tria iugera in latitudinē protēdebat, centū pedes in altū, in lōgū stadia quinquaginta. Atque vt ex hoc mari ad circulū illum velut ad portū applicare naues possent, effecerunt patefacto illius ore, vt naues maximas caperet. Zonas itē terræ quibus spiræ maris distinguebātur, portibus fecerunt, vt vnā tiremi nauigare ex alia in aliā liceret: suprā verò texerunt, vt trajectus nauigio esset. Terrarū nāque zonarū labra alta mare supererantebāt. Maximus planè circuitus per quā mundabat mare, latitudine stadia cōplebat tria: proximus huic orbis terræ prorsus equalis: sequentiū verò duorum, aqueus quidē orbis stadia duos, et eius autē humido præcedēti rursus equalis stadiū denique vnu, qui ipsā insulā in medio posita circūdabat. Insulæ verò in qua regia erat, diametris, stadia quinque, & hæc circū orbisque & pontē latū ad plethri mensurā hinc atque inde muro quodā lapideo clauerūt, terres portasque in singulis super pontes secundū maris trāsitus fabricātes. Saxū tū mediis insule aedificiis, tū spiris illis intus forisque cōstrue-

dis sub insula circūquaque eruebatur, atrum candidum, rubrum, quæ latomię simul ciuitati ex ipsa petra contacta naualia duo egregia præbebant. Edificia verò partim simplicia, partim è variis coloris lapidibus fecerunt, ipsa varietate voluptatē secuti. Eius insuper muri, qui exteriorē orbē claudebat, superficiē omnē cre tenui vestierunt: eius verò qui interiorē, stanno: eius denique qui circundabat arcē, orichalco igneo fulgore corusco. Regia verò ipsa intra arcem ita constructa. In medio sacrū & inaccessible Clitonis Neptunique templū, aureo ambitu circundatum. Illuc à principio conuenientes genuerunt decē regū genus, atq; ibidem quotannis ex decē regionibus congregati vniciquę illorum sacra solennia peragebant. Erat Neptuni templū stadium vnū longū, iugera latum tria, altū verò quantum longitudo eius latitudōque exigere videbantur, figura eius speciesque barbarica. Exteriora præter suprema fastigia argento omnia exornaue-
runt. Nam culmina ipsa & apices, auro. Intus autē laquearia tota eburnea, auro argento, orichalco variè cælata conspiciebantur. Verūm parietes, columnas, pauimenta orichalco exornaue-
runt. Statuas quinetiā ex auro erexerunt. Deū quidē curru insistentē, tenentēmq; equorum alatorū habenas, laquearia alta ceruice tangentem. Circa hunc delphinis insidentes Nereides centū. Tot enim esse tunc existimabantur. Aderant & statua donariāque cōplurima priuatorū. Extrinsecus extabant imagines aureæ mulierū omnium regiarū, virorūque quicunque ex generibus decem descenderant, multaque & ingentia simulacra donariāque alia regum & priuatorum tū ea ex

vibe, tum ex aliis eorum imperio subditis. Ad-
erat item altare magnitudine & artificio quod
ad reliquum apparatus spectabat, decentibus.
Eadem ratione & regia tam amplitudine regni,
quam ornamentis sacris conuenientia. Vteba-
tur autem fontibus tam calidis, quam frigidis,
iugi scaturigine exuberantibus, quibus ierant
ad utrunq; vsum mirifica cum iucunditate salubri-
tas. Porro circa fontes habitationes constru-
ctæ erant, & arbores consita, receptacula quo-
que aquarum circumposita, partim quidem sub dio
patentia, partim verò sub tecto calidis lavacris
hyberno tempore accommodata, regia seorsumque
priuata, atque alia mulieribus, alia item equis,
ceterisque iumentis. Decens planè & conferens
vnicuique seruabatur. Desuam verò irriguam-
que humorè in Neptuni deduzere lucum, ob fir-
cunditatem foli, arboribus variis & altitudine spe-
cieque mirandis referunt. Atque inde in exte-
riorem circuitum per aqueductus iuxta pon-
tes deriuauerunt. Vbi templa multa delubra-
que deorum, viridaria atque gymnasia, par-
tim hominum, partim equorum, seorsum
in utraque orbium insula. Sed circa mediam
insulam omnium maximam præcipuus erat
hippodromus. Cuius latitudo stadium, lon-
gitudine per omnem circulum porrigebatur ad
equestre certamen. Circa hippodromam v-
trinque erant stipatorum custodumque dispo-
sita domus. Fidis quidem militibus intra-
plum angustiore circuitum acci quam pro-
ximum, commissa custodia: his autem qui
ceteris omnibus fide maximè præstabant, in
arce ipsa, circa reges habitationes concessæ.
Navalia præterea triremibus, omnibusque ad
ea pertinentibus instrumentis referunt, singula-
que

que sufficienter exposita. Atque hic erat regia-
rum adium apparatus. Transeunti verò por-
tus qui foris tres erant exteriores, apparebat
circumquaque murus à mari incipiens valli in-
star & stadiis quinquaginta ab amplissimo cir-
culo ac portu vndique distans, qui ad os foueæ,
quod versus mare erat, redibat. Totum verò id
colebatur, & reliquum quidem spatium multis & fre-
quentibus a domiciliis abundabat, sinus autem ipse
portusque latissimus plenus erat nauibus, mer-
catoribusque vndique confluentibus. Vbi ob-
frequentem turbam die nocteque clamor continuus
audiebatur. Atque ita de urbis & antiquæ se-
dis dispositiones ut olim traditum est, in præ-
sentia iam retulimus. Deinceps verò comemo-
rare conabimur quæ natura, quæve cultus re-
liquæ regionis extiterit. Principio locus om-
nis editus admodum, iuxta mare abruptus.
Regio verò circa urbem campestris omnis,
ambiens quidem urbem, ambita verò ipsa
montibus à mari surgentibus facilis & æ-
quabilis. Eius longitudo tota in alteram par-
tem erat stadiorum ter mille: à medio ve-
rò supra, vsque ad mare millium duorum.
Situs autem insulæ ad austrum vergebat, ab ex-
celsioribus locis Boreæ expositus. Montes eius
frequentia, altitudine, pulchritudine omnes qui
nunc extant, exuperabant. In eis vici compluri-
mi accolarum, atque ditissimi. Neque deerant a-
rnes, lacus, prata, quibus animalia omnia tum
fera, tum domestica abunde nutriebantur. Syl-
ua item crebra ac varia singulis operibus ma-
teriam affatim suppeditabat. Atque ita locus
ille tam natura dispositus, quam multorum
regum diligentia opibusque longo tempore
erat excultus. Quadrata regio fuit plurimum

a De regio-
nis Atlanti-
ca insula na-
tura & cul-
tu.

recta in longum vergens, sed propter foueam
 circūerutam recta amissa figura. Cuius profun-
 ditas, longitudo & amplitudo incredibiles
 dictu. Impossibile nanque videtur tā vastum
 opus, cum aliis collatum operibus, manibus
 hominum esse factum. Dicendū tamen quod
 audiuimus, Iugeris vnus erat profunditas, la-
 titudo omniū, stadium: cūmque esset per v-
 niuersum campū acta, longitudo eius stadio-
 rum decem millia: hæc sanè fluenta ex mon-
 tibus demanantia suscipiebat, perque agros
 reuoluta ad urbē hinc atque illinc perueniens,
 hæc tandē erūpebat in mare. Desuper autē ab
 ipsa latæ pedes centum foueæ, recteque exci-
 sæ per agrum rursus in foueā mari proximam
 demittebantur. Altera verò ab altera stadiis
 centum seiungebatur. Deducebant ex siluis li-
 gna in urbem, & alia suis quæque collecta tē-
 poribus duplicibus per foueas nauibus: fouea-
 rum enim tractus obliquè sese vsque ad urbem
 intersecabant. Geminos ex terra fructus ac
 fruges annis singulis colligebant: hyeme qui-
 dem Iouis beneficio pluuiis tellus madebat, æ-
 state riuis ex aquæductibus irrigabatur. Circa
 numerum verò virorū in cāpestri regione ad
 rem militarem vtilium hic erat ordo, vt suum
 quæque ducem pars eligeret præberetque. Par-
 tis autem cuiusque magnitudo decies decem
 stadia: vniuersorū verò numerus, millia, sexa-
 ginta. Sed eorum qui montes & alia loca co-
 lebant, infinitus: per loca verò & plagas in hu-
 iusmodi sortes secundū duces distributi erant
 cuncti. Igitur institutū erat, vt dux in bellū in-
 ferret sextā curruum bellicorū partem ad mil-
 lia curruum decem, equos binos, & equites,
 rursusque bigā absq; sella, Vbi esset & qui par-

no clypeo munitus descenderet, & qui ambos habens vicissim regeret equos. Armigeros item binos, & sagittarios & funditores vtrique binos: ieuis armaturæ milites, iactores lapidū, iaculatorésq; tres vtrósque. Nautas quatuor, ad ducentarum milliū nauū cōplementum. Hac itaque ratione in regia ciuitate erant res bellicæ præparatæ. Reliquarū verò nouem vrbū apparatus alibi aliter, & aliter habebat, quarum rerum prolixior narratio sit. Magistratus autem honorésque sic erant principio instituti. Vnusquisque decem regum in sua prouincia, suâque in ciuitate hominibus, tum etiã legibus plerisque dominabatur, puniebátque pro arbitrio vnumquenque ac morte damnabat. Imperium profectò & cōmunio inter illos secundum Neptuni mandata dirigebantur, quemadmodum leges illis, & literæ nuntiabant à maioribus in columna quadã ex orichalco circa medium insulæ, in templo Neptuni ipsius inscriptæ. Illi igitur quinto & per vices sexto quoque anno conueniebant, tã parĩ quàm impari æquam partem distribuentes. Congregati verò de publicis rebus deliberabant: diligentique examine iudicantes, si qua in re præuaricatus quis esset, damnabant. Cùm igitur foret iudicium incundum, tali se iuramento inuicem astringebant. Nam cùm essent in templo Neptuni soluti tauri, ipsi deorsum ab aliis vouebant deo gratam illi victimã se sine ferro capturos. Vnde lignis & laqueis solis venabantur. Et quemcunque ceperant taurum, ad columnã tractum, in eius columnæ vertice, vt scriptis erat mandatum, protinus iugulabant. Erabat autem in columna præter leges iuramentum execratióque terræ.

bilia his qui non parerent, imprecans. Quando itaq; sacrificiis de more paratis, iã cremantur
 erant singula tauri membra, impleto cratere guttam sanguinis pro vnoquoque infunde-
 bant. Reliqua dabant igni, lustrantes colum-
 nã. His denique actis, phialis aureis haurien-
 tes ex cratere & super ignem libantes iurei-
 rando interposito promittebant iudicatu-
 se secundum inscriptas columnæ leges, punitu-
 rósque eos qui antea deliquissent. Præterea li-
 terarum illarum normam sponte nunquam se
 transgressuros. Addebant neque præter patris
 ipsius leges, vel imperaturós se vnquã, vel im-
 peranti obedituros. Hæc vnusquisque illorum
 sibi ipsi posterisq; precatus, bibensq; & of-
 ferens deo phialam, ad cornam se & necessaria
 conuertebat: postquã verò lassitudo accederet,
 igneque victimarũ ferme iã extincto, singuli
 cæruleã colore, & quã pulcherrimã inguti ve-
 stem, ac penes hostias ambustãs humi sedentes
 noctu, totũmq; ignẽ in sacris accensum extin-
 guentes, iudicabantur simul & iudicabant, si
 quis eorum quempiam tanquam legum trans-
 gressorem accusauisset. Postquã verò iudi-
 cauerant, diésq; illuxerat, in aurea tabula sen-
 tentias insculpentes, eas vnã cum vestibus
 monumenta futura posteris, suspendebant.
 Leges autẽ erant aliæ multæ circa sacra regum
 propriæ singulorũ, sed hæ præcipuæ. Ne nun-
 quã sibi inter se bellum inferrent, inò succu-
 rerent omnes, si quis aliqua in ciuitate genus
 ipsorũ regum extirpare aggredetur. Cũ-
 que in cõmune quemadmodum superiores, de
 bello deque cæteris actionibus deliberassent,
 imperii ius Atlantico gegeri tribuebãt. Cædis
 autẽ autoritatẽ aduersus aliquẽ cognatorum,
 regi

regi non concedebant, nisi plures ex decem
quàm quinque in eandem sententiã convenis-
sent. Talem itaque tantãque potentiã quæ
in illis tunc erat locis deus certo quodã ordi-
ne adhuc rursus loca deduxit tali quadam, vt
fertur occasione. Multa sanè per secula, quoad
natura illis diuina perseueravit, legibus obe-
diebant, & erga diuinum genus ipsis cognatã
benignè affecti erant. Magnificæ nanque illo-
rũ animis, & veræ cogitationes inerant. Vnde
& modestia utebantur, prudentiãque & in his
quæ aliunde & quæ inter se incidissent. Quo-
circa spernentes præter virtutem omnia, præ-
sentia parui faciebant, neque efferebantur, sed
tanguã onus quoddã existimabant, auri cæte-
rorũque copiã. Neque præ deliciis ebrii, ne-
que præ mero cæcutientes in aliquo per incõ-
tinentiã aberrabant: imò verò utpote sobrii a-
cutè cernebant hæc omnia cõmuni ex amici-
tia vnã cum virtute incrementũ suscipere: ho-
rũ verò studio & admiratione, disperdi hæc,
& virtutẽ amiciãque deficere. Quoad in eis
mens talis, & natura diuina vigit, creuerunt
quæ suprã narrauimus omnia: postquã verò
diuina fors in eis longo abusu crebrisque mor-
taliũ rerũ affectibus inquinata euauit, mōsq;
humanus præualuit, tunc primum quia non
possent ferre præsentia dedecori succubuerũt.
Nam apud eos qui cernere poterant, turpitor
affecti existimabantur, cum pulcherrima ex
pretiosissimis perdidissent. Qui autem rectam
ad beatitudinem vitã inspicere non valebant,
ii eos præclaros beatosque putabant maximè,
cũ maximè iniqua plus habendi cupiditate
& violentia abundarent. Tunc sanè deus dec-
rũ iupiter qui regit oĩa legibus, quique potest

hæc talia cernere, cum deprauati generosiora stirpè animaduertteret, hominésq; eos punire vellet, vt adepti temperantiam modestiores concinniorésq; euaderent, deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit, vnde tanquam ex medio mundi throno, quæcunq; generationi subiecta sunt, conspiciantur. Vocatóque concilio sic est exorsus.

DEEST FINIS DIALOGI.

PLATONIS DE
LEGIBVS, VEL, DE
LEGVM LATIONE, VT
libri vnus, dialo-
gus primus.

Marsilij Ficini Argumentum.

Sæculum apud præcos penè idem magnanime Lærentinaria potissimum habuit sapiëntiæ lumina, Pythagoram, Socratem, & Platonem. Cõpertum autem habemus sapiëntiam quidem Pythagora magi in contemplando, Socratu verò in agendo magi, Platonis denique in contemplando, pariter atque agendo consistere. Præterea disciplinam tam Pythagora speculatiuã, quàm Socratu moralem, à cõmuni hominum consuetudine videri remotiorem. Platonis verò doctrinam speculatiuã pariter & moralem, ubique ita diuinum cum humane contẽperare, vt & cõmuni hominum consuetudini faciè possit accommodari, & simul homines ad diuina aternãque conuertere. Neque verò putandum est propterea Platonem à Pythagora & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum

versum, sed mixtum potius, atque utriusque ingenij
 quasi quendam, ut ita loquar, divini ad humanum
 moderatorem, ut quodammodo dici possit in illu qui-
 dem ingenium duntaxat divinum fuisse in Aristo-
 tele vero & ceteru post Platonem Philosophu hu-
 manum tantum, sed in Platone divinum pariter &
 humanum. Quorsum haec? Ut meminerimus praesen-
 tem legum dispositionē, quoniam ab ipso Platone non
 per Pythagoricam personam, vel Socraticam ut so-
 let cetera, imò vero per propriā Platoni ipsius per-
 sonam nobis traditur, non iniuria viam quandā in-
 ter divina & humana mediā obtinere, neque nos per
 abdita & inuia quadam trahere, neque tamen ad
 inferiora deducere. Quamobrē decem illi de Repub.
 libri Pythagorici magis sint atque Socratici: praesen-
 tes vero leges magis Platonica iudicētur. Illa Respu-
 blica vouentu fuerit & optantu, dispositio praesens sit
 eligentis, ut qui in arduum illud ascendere nequeūt,
 ad hos saltem clementiores colles non dedignantur
 accedere. Considera quanta diligentia humana sa-
 luti nostrae Plato prospiciat, qui non solum per ar-
 dua vult videri hominibus admirandus verum etiā
 per declivia quadam facili & propitius esse omnib.
 atque salutaris. Hic ergo non coget homines si nolue-
 rint inter se facere cuncta communia, permittet ut
 fieri solet, propria singulos possidere. Neque tamen
 cautissimus auguria nostrae omnino laxabit habenas.
 Nam praeter summam aliarum diligentiam legum,
 prudentissimē sanciet, ne cui liceat ultra certum &
 illum quidem mediocrem terminum census amplifi-
 care, ne aliu quidem copia nimia, aliu obsit inopia,
 neve cogantur id quod miserabile esse putat, multi
 inter patria sua vlnae esse mendici. Quod autē per-
 sona hic Platoni sub ipso Atheniēsis hōspitu nominas
 & id quidem modestia gratia lateat, legenti dein-
 cepti ex multu perspicuē apparebit, ex eo praecipuē

quòd affirmabit se geminas tractauisse Respu. Con-
diturus autem leges Græcu, iure à tribus Græcarum
legum optimis conditoribus leges accipit, Minos,
Lycurgo, Solones adimens, addens, mutuans, in-
uenient: atque ita optimam ex cunctis componit for-
mam. Et quamuis ab initio constituat civitatem &
regulam gubernandi, tamen legum positionem nomi-
nat potius quam Rempub. Quoniam in ea ciuitate
in qua possessiones sunt propria singulorum, propter
varias controuersias, lites, iniurias, multis opus est le-
gibus. In quibus constituendis admirandum simul
& clementissimum notabo diuini Platonis ingenium:
excogitat enim in signis benignitate vir singulis le-
gibus præmia quadam exhortatoria, quibus hu-
manissimè ciues adducti, libenter parere velint, ac
sponte velut filij legum illis obtemperent, quibus al-
ij solent quasi tyrannis iniuri parere, ac pro tribus
vel fraude vel violentia earum imperium subterfu-
gere. Addit verò post multa etiam minas addu &
pœnas propter illos, qui patriam suam, non matrem
iudicant, sed nouercam. Descendemus iam ad primum
Legum dialogi proprium argumentum, si prius om-
nes admoerimus ut Dialogum Minorem, argumen-
tatione illius legant: antequam ad has leges ac-
cedant. Accedant inquam tanquam & lectioni-
bus eas diligenter obseruaturis & actionibus penitus
seruaturi. Alioquin, nisi his obedierint intelligant se
post tam exactam iustitiam multitudine notitia & mini-
ri excusatione & maiori crimine peccaturos. Athe-
niensis hospes, id est Plato profectus in Cretam
prope Gnosum offendit Megillum Lacedæmonium
& Cliniam Cretensem, quem unà cum nouem al-
iis Gnosij accersuerant, ut coloniam inde deduce-
rent, urbem conderent, eique leges darent. Hi
ergo duo ad sacrum Iouis antrum consulturi de hoc acce-
debant: hic factus obtutus Atheniensis hospes, qui in a-

affuri irent interrogavit. Illi leges exrogitatos esse
 se responderunt: Verum cum multa de legibus in-
 terrogati ab hospite quaestionem haud satiu absolue-
 rent: & hospes illa ad leges apertissimus videretur,
 obsecraverunt eum ut ad civitatem legibus institu-
 tuendam unâ cum ipsa aditior accideret. Oitem-
 perat ergo hospes, & ante omnia principium à quo
 & per quod leges ad homines perveniunt exponit,
 deum scilicet atque philosophum. Deinde legum per-
 quirit finem, docens eiusmodi finem fore tranquillare
 animorum civium puritatē, veritatu contemplationi
 quoad fieri potest sufficientem. Tertio ad ipsam legum
 formam materiaeque descendit. Leges autē à Deo
 hominibus inspirari, testis est omnia antiquitatu testes
 & multi Platonis libri, testes & rationes nostrae in
 multu Dialogorum argumentis adducta, atque in
 Theologia nostra, ubi de religione agitur, confirma-
 ta. Profecto si natura qua nihil aliud est quam in-
 finitum divina providentia instruentem, atque
 ubicunque providē videtur incedere, non ducit ipsa
 se ipsam, sed ab ipsa providentia ducitur. fines o-
 mnium ordinisque & in se ipsa praescribente, &
 natura prout vult inscribente: si inquam natura
 talis neque abundat superfluis, neque in rebus
 deficit necessariis, certe divina providentia in re-
 bus necessariis nunquam deficit. Necessaria verò
 est hominum generaliter non potenti vivere con-
 gatio mutua. Necessaria quoque lex congregationi
 similiter procul à lege subito peritura. Necessaria
 rursus legibus divina est auctoritas, ne vel negli-
 gentiam obsolescat, vel fraude & violentia consen-
 gantur. Necessaria tamen comparanda auctoritati di-
 vine, tum sanctimonia vitatum poena super huma-
 nas viros omnib. admiranda. Quamobrem providentia
 dei qua singulis elementorū, plantarum, brutarum,
 membrerum speciebus, & usibus necessaria praescribit,

multò diligentius perfectissima animalium species
 colenti diuinitatem in sanciendo legibus apprime
 salutis hominum necessaria deesse non debet. Adde
 quod neque potest princeps ullus vastam ciuitatu
 nauem quolibet momento procellis & periculis innu-
 meris agitatum, absque caelesti flamine ad portum
 usque perducere. Ergo deus tum occultis inspirati-
 onibus animarum, tum miraculis manifestis, quoties
 necessitas exigit, & reuelat mysteria legum, & san-
 cit palàm atque promulgat. Propterea exordium
 Plato legum aded iustis felicibusque inchoat auspi-
 ciis, deum non abs re ter statim in principio nomi-
 nans. Tres enim híc disputant fundatores legum,
 singulique diuino indigent patrocinio. Tres quoque
 imitantur auctores legum, Minoem, & Lycurgum
 atque Solonem. Qui & leges in tria numina reu-
 lerunt, Iouem Apollinem & Mineruam. Sed cur
 nam in Republica ab ipsis Minerva sacra, híc verò
 à sacro Iouis disputationis fundatur exordium? An
 forte, quoniam disputationis illa Athenis habetur, & de
 antiqua Athenarum vrbe Minerva dicata trahit-
 ur: híc verò in Creta de Cretensi vrbe adifican-
 da consulitur, prope ipsum Iouis templum, àique
 legis Minoi Iouis filij in principio verba fiunt?
 An potius forma illa Republica prior castior erat
 atque seuerior: Palladi maximè congrua: hac verò
 paulò indulgentior, & sua quadà humanitate Ioui
 conueniens? Summatim & híc & ibi à votu sacrifi-
 ciiusque ciuitatis nascenti felicitatem auspicamur,
 Minto descriptionē longi huius itineris, & sacros lu-
 cos & arbores templo dicatas, & alia multa que co-
 mmentum desiderarent potius quàm argumentum.
 Post verò nonnulla quæ allegoricè docent res huma-
 nas præsertim publicas non posse absque diuino que-
 dam patrocinio rectè componi, idèoque ab ipso deo
 qui legum & principiu est & finis, esse legu exordiu
faciendū

sciendum incipit tam paulatim de legum sine per-
 querere, significans harum finem esse diuinum cultum
 quandoquidem eiusmodi legum disputatione ad tē-
 plum Iouis proficiscuntur. Cum igitur legum finis vl-
 timus sit Iouis illius cultus qui fecit mundum, dedit-
 que mundo leges & nobis, non immerito statim ne-
 gat finem legum esse Martii cultum, interim mode-
 ste Minou & Lycurgi leges emendans, quod non tā
 ad virtutem ipsam simpliciter respexerint, quā ad
 bellicam declinauerint. Profecto leges debent illud
 potissimū in ciuitate habere pro fine, ad quem quasi
 ad signum omnia dirigant, quod à cunctis ciuibus
 maximè omnium est petendum, pugna verò atque
 victoria cum laborum, malorumq; plena sit, non pro-
 pter se quidem optanda est, sed eligenda potius pro-
 pter pacem, tutamque vitam tranquillitatem: quem-
 admodum nemo ita exoptat viuere, vt in perpetua
 contra morbos pugna, victoriaque versetur. Conclu-
 dit tandem non decere studia pacis ad bellica, sed
 contrā, bellica potius ad pacis studia officiaque re-
 ferre: pacem verò ad expeditum liberūque veri-
 tati deiq; cultum. In his verò probandis ipsum bo-
 norum genus in multas distribuit species, dicens alia
 quidem esse humana, alia verò diuina: & à diui-
 ni humana pendere: humanorum autem, quae lon-
 gè diuina inferiora iudicat, primum esse sanitatem,
 secundum formam tertium vires, quartum diuitias,
 bonorum verò bonorum ducem vult esse prudentiam,
 ducem insuper diuinorum post prudentiam sequi exi-
 stimat temperantiam post hanc iustitiā, post iustitiā
 fortitudinem. Profecto & hic significat, & in quarto
 de Republica explicat, tres animae partes, rationalē
 scilicet irascibilem, concupiscibilem: & prudent-
 tiam quidem in sola rationali fortitudinem in sola
 irascibili esse. Tu quoque pone in sola concupiscibili
 continentiam. Pone verò in cunctis simul partibus

temperantiam atque iustitiam: & utranque nomi-
 nat totius anima consonantiam. Sed temperantia qui-
 dem in affectibus iustitia verò in actibus consonantia
 fit. Et illa sit anima sanitas, hæc anima pulchritudo.
 At prudentia, oculus fortitudo verò manus. Si sub-
 stantiam anima puritatemque contemplantem re-
 cessariam spectas, iustitia temperantiam antepone-
 si humanam spectas consuetudinem, præpone iusti-
 tiam. Omnino verò prudentiam cunctis quasi oculis
 pedibus, atque ducem. At fortitudinē continentia an-
 tepone. Nam fortitudo & circa difficillima versatur
 doloris scilicet tolerantiam, & continentia officium,
 quod est vincere voluptates, in seipsa complectitur.
 Utranque verò iudicatio temperantia iustitiam æque
 inferiorem. Hæc enim duo integrum animam totius
 ordinem magis possident duce prudentia constitu-
 tum. Ex his colligit epitretelatorem legum & ipsam
 referre, & referri iubere, humanam quidem ad divina,
 divina verò, & virtutes ad mentem & veritati divini-
 tati que de divina. Dum verò de fine legum dispu-
 rat, officium quoque ipsarum conditorum exponit: idque
 summam esse vult, summa cum diligentia usque
 quitatem colere quasi agrum, ut exquisitam de
 gendum serendis; que seminibus habeat rationem. Den-
 de de opportuna planta cuiusque cultura. Item de
 extrahenda statim ab initio noxia herba & steribus.
 Denique de omnibus, ad maturitatem suo ordine per-
 ducendum. Tu verò inter hæc adverte turpiorem ha-
 beri qui voluptatibus cedit, quam qui succumbit
 doloribus. Item fortis viri officium esse non solum
 metus & pericula superare, sed cupiditates etiam
 coercere. Præterea neminem securè iudicari posse
 fortem, nisi diu inter labores & pericula versa-
 tus strenuè fuerit, adde & nisi in ipsa licentia &
 in ebrietate voluptatum, in quibus probantur pro-
 priè continentem, ipse quoque fuerit comprobatus.

Aduerte

Adverte non esse tutum vel hominem qui fortis sit
 futurus prociis à timorib. vel cum qui futurus sit rem
 percutis, sicut sum ab omnib. voluptatum illecebru edu-
 care. Præterea totum conditorum legum studium cir-
 ca voluptates & delictos oportere versari, ut duo
 hæc quasi bruta fræna non careant. Si enim fræno co-
 habeantur, facile felixque vita iter evadit. Si nullo
 coerceantur fræno, difficile admodum & infelix. No-
 tabilis & illud de Atheniensib. dictū probet Athe-
 nienses esse præcipuè prelos; propterea quod soli sua-
 ptè natura, & diuina quadam sorte, nulla cogente vel
 perierente sint prebi. In his Plato significat, in ciui-
 tate malè instituta, raris quidem fore ciues bonos
 sed illos fore maximum præstantissimos. Quoniam
 cum nulla disciplina tales euaserint, profecto diuina
 quadam sorte & perfecta natura facti sint, tales quo-
 rum ritã tanta sit excellentia, ut communi contagio-
 ne non inquinentur. Post hæc singulare id cuiusque ar-
 tis totiusq. vita præceptū considerabim. Oportere eos
 qui præstantes viri quouis in studio euasuri sunt, sta-
 tim à teneri annu id ipsum tam ludendo quàm stu-
 dendo in singulis ad id conducere. b. meditari, ad eò
 ut virilium studiorum accommodatissima pueris præ-
 ludia proponantur, atq. ita ludentium animi in amorè
 illius potissimum adducantur quod in viri atate se-
 riò sunt acturi. Inter hæc disciplina sic definitur, Di-
 sciplina est, ea vita statim à pueritia institutio,
 qua in amorem virtutis paulatim adducit animum
 puerilem. Illius inquam virtutis præcipuè, per quã
 vir factus imperare sciat atque parere. Hominem
 verò oportere & insuper posse disciplinam eiusmodi
 à teneri annu habere per illam qua sequitur his-
 mana natura descriptionem aptè confirmat: in-
 quit enim, hominem esse unum quiddam sit, ha-
 bere tamen multa in se atque diuersa, inter qua
 sunt tyranni duo amantes quidem & inter se

contrarij, animum distrahentes. Dolor atque Voluptas: præterea opiniones futurorum bonorum atque malorum, ex quibus appetitus confidentiâque ad bona, timor autem ad mala nobis suboritur, perturbationesque animi similes. Præter hæc adest iudicium rationis, dictans quid horum melius sit, quid peius. Iudicium verò eiusmodi in vnaquoque lex privata est, & in civitate lex publica. Quoniam verò animal vnum ex rebus tam diversis dixerat esse compositum, haud ab re subiungit, hominem inter animalia miraculum esse diuinum, Mercurium imitans dicentem, miraculum ingens hominem esse. Animalium tria sunt genera. Aut enim tam ex corpore quàm ex animo immortalia sunt, aut ex utroque mortalia, aut ex animo quidè immortalia, ex corpore verò caduca. In primo quidè genere caelestia & aetherea, & aërea sunt, siue dij siue daemones nominentur. In ultimo verò sunt bruta. Sed in medio homines daemonesque aquei atque terreni. Cùm enim horum quoque daemonum corpora sicut humana ex contrarij componantur, dissolui quandoque possunt: perturbationesque aliquas afferunt. Sed ceterum iam vniuersum cernam homo miraculū? Quia & cū diuinus sit, mirum est eū à mortalibus infici: & cū sit mortalius, mirū quoque affici ad diuina. Sed cur diuinum miraculum appellatur? Quoniam ita est diuina providentia institutum: & ut Timæus docet, à deo quidè opifice mundi rationalis anima substantiâ ipsam accepimus, à dijs autem ceteris naturâ quandâ vitalem ratione inferiorem, à daemonebus denique corpora. Quod autem addit, hominē à dijs fuisse vel ludo vel studio quodā effectum, sic intellige: ludo quidem factū esse, si anima semper à caelestibus ad terrena, atque vicissim quasi ludēdo transmigrans nunquam immutabili apud Deum sede quiescat: factū verò studio, si modò penes effectores deos effectorem

idem animus quandoq; se immutabiliter permansu-
 rum. Vtrā verò disjunctionis huius partē eligere de-
 beamus, affirmare hic Plato non audeat. Probabili-
 ter tamen habet, ut hic alibi que significat, hominē
 studio quodā potius quam ludo fuisse diuinitus con-
 stitutum. Si quis autem ambiguum hunc Platonis
 textum legere ita velit, ut significet vel hominē esse
 à diuinis animalibus constitutum, ab astris intelligat
 vel esse ex animalibus multis compositum intelligat
 partes effectūsque animæ nominari à Platone poe-
 ticè animalia. Quod quidem apparet in nono de Re-
 publica & in principio Phadri. Sed ita tu videri.
 Descendit post hæc ad quedam qua etsi leuiora vi-
 deantur, ad perfectam tamen disciplinam traditio-
 nem morumq; probationem necessaria sunt: qualia
 studia musica, consuetudinēsque persimiles. Musica
 verò communissima quadam significatione com-
 prehendit proportionū cuiuslibet ordinem, non so-
 lum in sermone, cantu, sono, saltu, sed gymnastico
 quoque ludo gratiāque conuiuij. Hæc quidem omnia
 in ciuitate composita esse debent, ut omni perturba-
 tionum vitiorūque incitamento sublato, corpus
 & spiritum animūque contemperent. Exorditur
 autem disputatōni opportunitate quadam à con-
 uiuijs, atque vino dicens, primò cauendum esse, ne ad-
 innatas nobis perturbationes accedat quoque ebrie-
 tas. Hæc enim si temerè accesserit, & rationi officia
 minuat, & perturbationis impetus auget. Probat ta-
 men conuiuium atque meri usum, eā videlicet cau-
 tionē adhibita, quam in libro sequenti planius ex-
 plicabit. Hic verò ad id potissimū conferre iudicat,
 ut ex liberiori interdum usu meri: mores homi-
 num in conuiuijs detegantur: solet enim impuden-
 tiores audacēsque reddere. Uic ergo prudens iuueni-
 tutis custos deprehensus iuuenum præsertim vitij,
 impudētia, & mederi facillime poterit, & assuescere

iuuenes etiam in ebrietate omniam impudentissima
seruare pudorem. Quamuis Verò sit pudor, id est dede-
coru & infamia timor ex eo constat, quòd ob huius-
modi metum iuuenes, & turpia in primis metuunt,
& honesta quamuis ardua audacter aggrediuntur.
Qua quidem duo reipub. maximè omnium tam pa-
ce quam bello necessaria iudicantur. Ideòque ad
hac ciuim animis infundenda, legumlator diligenti
studio debet intendere.

ATHENIENSIS HOSPES,
CLINIAS CRETENSIS
MEGILLVS LACE-
DAEMONIVS.

Leges à tri-
bus prestan-
tissimis legi-
satorib. lata
à Solone Ly-
curgo & Mi-
noe ad Deos
tanquã ipsa-
rum antho-
ra relata.

DEYME an aliquem homi-
nem, & hospites, condenda-
rum legum causam existimatis
CLINIAS, Deum, & hospes,
deum inquam, vt decet asserere
apud nos quidè Iouem, apud Lacedaemonios
verò vnde hic est, Apollinem dicturos istos
existimo. Nõne. MEG. Certè. ATHE. An Ho-
merũ secutus ita dicis? Nempe Minõa per No-
uennium patris collocutionem petere solitũ,
eius monitis ciuitatibus vestris leges, quemod-
modum ille canit, posuisse. C. T. Sic nostri fe-
runt. Fratrem quoque eius Rhadamanthum
(audistis enim nomen) iustissimum fuisse. Eũm
que nos Cretenses, quia tunc rectè ius vnicui-
que reddiderit, hanc laudem consequutum
censemus. ATHE. Egregia profectò laus ma-
ximèque filio Iouis digna. Verũm quia in hu-
iusmodi moribus atque legibus ambo educati
estis, tu scilicet atque hic, spero nobis non
iniucun-

iniucundum fore si inter eundem de consti-
tuendis ciuitatib. ac legib. differamus. Est autē
à Enoso in antrū templūque Iouis via satis,
vt audiuius, lōga, lessionēque per ipsam sub
altis arboribus, vt in aestu conuenit, vmbrosae
sunt. Nostra igitur aetati conueniens erit, fre-
quenter in his requiescere. mutuoque oratio-
nis solamine sine molestia iter hoc omne tran-
sire. CL I. Atqui cum progressi fuerimus ho-
spes, cupressos offendemus in lucis procerita-
te specieque mirabili, prata quoque amœna, in
quibus requiescentes libēter commorabimur.
ATH. Rectē nimirū loqueris. CL I. prorsus ve-
rū hęc magis affirmabimus, quā videri-
mus. Sed nunc * bonis auibus eamus. ATHE. * *ἀγαθὰ κῆρυ*
Fiant. Sed dic mihi oro, [quid secuta lex] cōui- *κῆρυ.*
uia publica, gymnasia, armorūmq; artē vobis
instituit? CL. Arbitror equidē, ὁ hospes, nostra
hęc eīē facilima cognitu. * Naturā enim regio * *ἠ Cretῆσιν*
nis Cretæ totius vniuersam videtis non esse vt *leges & in-*
Thesaliæ planā. Idcirco equis illi magis, nos *stituta o-*
cursibus vīmur. Inæqualitas hęc locorum *mnia ad bel-*
ad pedestrē exercitationē cursūmq; est aptior. *lum spectā-*
Quapropter armaturā quoque leuiorem esse *runt.*
necessē est, ne pondere suo cursum impediāt.
Arcuū ergo sagittarūmq; leuitas maximē con-
gruit. Hęc igitur omnia ad bellū nobis accom-
modata sunt ad idq; respiciens legislator, cun-
cta, vt mihi videtur, instituit. Quippe huius gra-
tia ipsam etiā [simul vescendī] legē sanxisse vi-
detur, quū omnes videret in militia te ipsa coa-
ctos, custodiæ suæ gratia, conuiuia habere
communia. In quo sanē arbitror eum stul-
titiā multorum damnasē, quod minimē
intelligent bellum ciuitatibus omnibus cum
omnibus iuge atq; perpetuū esse. Nam si dum

est bellum, custodiar causa conuiuia in vnum celebrare, praefectosque aliquos vnà cum subiectis suis armatos tueri ceteros oportet, id ipsum est pacis etiã tempore faciendum. Quam enim plerique pacẽ nominant, id esse nomen solũmodò existimandum. Re verò ipsa omnibus ciuitatibus aduersus omnes indictum bellum natura esse, ac reperies ferè, si consideres, Cretensiu legum latorẽ omnes leges tam priuatim quã publicè ita nobis cõscripsisse, quasi ad bellum respiceret, atque ita illis parere iussisse, quasi ceterarum rerum nulla esset utilitas non possessionum, non artium, nisi quis bello superet, * cùm omnia bona eorũ qui victi sunt, ad victores illicò transeant. ATH. Probè

* Omnia eorum qui sunt victi bona vicioribus cedunt.

* Ex hypothesi ad thesin transitus fit,

& quaritur virũ cuiusque ciuitatis leges & instituta, omnia

debeant referri ad bellum quod cum exteris, habere potest, aut se-ẽ ipsa, quatenus in eadem ciuitate vix vnquam sedi-

tionum & discordiarũ materia deest.

tionum & discordiarũ materia deest.

tionum & discordiarũ materia deest.

lo superet, * cùm omnia bona eorũ qui victi sunt, ad victores illicò transeant. ATH. Probè hospes, ad exponendũ Cretensiu leges exercitatus mihi videris. Sed id planius dicas. * Nam rectè dispositam ciuitatẽ ita demũ dicere victus es, si sic instituta sit, vt ceteras bello vincere possit. Itãne? CLIN. Ita prorsus. hũc etiã arbitror consensurũ. MEG. Haud aliter Lacedæmoniorũ quispiam, ò diuine vir, responderet.

ATH. Vtrum ciuitati ad ciuitatem ita conuenit, pago autem ad pagum aliter? CLIN. Non aliter. ATH. Similiter ergo se habent. CLIN. Similiter. ATH. Nunquid & domus ad domũ, quæ eodem in pago sunt, & singuli viri ad singulos? CLIN. Similiter & ista. ATH. Quid porro de viro quolibet ad seipsum est dicendum? Vtrũ cuilibet ad seipsum quasi hostem ad hostem meditandum dicemus? An aliter? CLIN.

Atheniensis hospes, Non enim ego te Atticum nominare volo. Videris namque de ipsius Athenas, id est Palladis cognomento dignior esse. Nempe vniuersam hãc rationem ad principium reductam planam fecisti, quò

facilius

facilius

facilius inueniri queat probè iam fuisse dictū,
 hostes videlicet omnes omnibus esse tā publi-
 cè quàm priuatim, & singulos sibiipfis. ATH.
 Quomodo id ais, ò vir mirifice? CL. Primam, ^a *Prima &*
 ò hospes, & optimā esse dico victoriā, vt sei- *prastantissi-*
 psum quis vincat. Turpissimū verò quiddā & *ma est villa*
 pessimum, vt à seipso vincatur. Atque hæc o- *ria seipsum*
 mnia singulis aduersus seipsos bellum esse si- *vincere.*
 gnificant. ATH. Orationem igitur illam resu-
 mamus. Nam cum quisque nostrū, aut supe-
 rior seipso fit, aut inferior, dicēdū mne est eo-
 dem se modo domū, pagum, & ciuitatem ha-
 bere? An aliter? CLIN. Sitne superior aliqua
 seipsa, aliqua inferior dicis? ATH. Id ipsum.
 CLIN. Id quoque rectè quaesisti. Nō enim mi-
 nus ciuitatibus id contigit, imò maxime hoc
 in eis perspicitur. Nam vbi meliores multitu-
 dinē peioresque superāt, rectè profectò ciuitas
 illa superior seipsa dicetur, & hæc victoria nō
 iniuria laudatur. Contrā verò, vbi contrarium
 fit. ATH. Sed utrū quod peius est, meliore ali-
 quando superius & potentius sit, in præsentia
 sinamus, longiore nanque oratione indiget.
 Quod autē abs te dictū est, sic intelligo, quòd
 ciues quandoque cognati & ciuitatis eiusdem
 multi & improbi aduersus iustos paucos illos,
 conspirabunt, vimque inferent, vt eos subiu-
 ciant. Ac si vicerint, ciuitas illa seipsa inferior,
 prauaque dicetur, sin autē victi fuerint, supe-
 rior atque proba. CL. Mirū est hospes, quod
 dicitur sic tamē fateri necesse. ATH. Age iam
 & hoc rursus consideremus. Multi ab vno pa-
 tre matrèq; eadē fratres nasci possunt: nec mi-
 rū si plures eorū iniusti erūt, iusti verò paucio-
 res. CL. Nihil mirū. ATH. Nec me decet arbi-
 to, aut vos istius: captare, domum scilicet &

cognitionem vniuersam inferiorem seipsa videri si pravi superent, superiorem si vincantur. Neque enim hoc agimus, vt elegantiam vel inelegantiam verborum obseruemus, quod multi facere solent, sed vt quæ recta ratio secundum naturam in legibus sit, quis error indagem. CL. Vera loqueris hospes. ME. Probè profectò hucique mihi quoque dictum videtur.

ATH. Hoc præterea consideremus. Vtrum dictis modò fratribus iudex possit aliquis dari?

CLI. Proculdubio AT. Vter igitur melior erit iudex? Num qui improbos perdat efficietque vt probi sibi ipsi imperent? An qui probos quidem faciet imperare: improbos autem, cum sponte subire imperium perluaserit, viuere patietur? Tertium virtute iudicè his addamus, si quis talis reperietur, qui diffidentem cognitionem ita commendatam habeat, vt neminem perdat, sed te conciliatis leges conscribat, quibus inter se perpetuò amici futuri sint. CLI. Longè melior talis iudex legumque conditor erit. AT. Atqui contra quàm ad bellum respiciens ipsis leges conscribet CLI. Vera loqueris. AT. Quid autem? Qui ad bellum respiciens ciuitatem constituit, vtrum ad externa bella respiciet, & ad illa vitia ciuium referet, an intestina, quæ seditiones appellantur: quæ minimè omnium & esse in ciuitate sua quis cupiat: & si sint, quàm ocysimè abolere? CL. Ad hæc planè ATH. Vtrum verò perdita ciuium parte pacem ex seditione consequi, cum altera pars potita victoria sit, malit quispiam an potius per reconciliationem facta pace amiciriæque firmata, ad externa bella totius animum ciuitatis conuerti. CLI. Hoc profectò potius quàm illud ciuitati suæ accide-

*Utrum resones
hatio ciuium
disfidetium
logè præstet
victoria,
quàm melior
pars aduers.
deteriorem
obtinere inde
efficitur lon
gè præstare,
vbi ciuitatū
leges & insti
tuta referan
tur potius ad
pacem inter
ciues fouen
dā & coten
dam quàm
ad victoriā
reportādā
in bellis tā
externis quàm
domesticis
ciuibus &
intestinis.*

ne quisque optabit. AT. Nōne & legumlator
 ſimiliter? CL. Similiter. ATH. An non ipſius
 optimi gratia leges omnes ferendæ ſunt? CL.
 Ipſius nempe. ATH. Atqui optimum nec bel-
 lum nec ſeditio eſt: omnes enim deprecantur,
 nequid horum ſibi ineundum ſit, ſed pax, mu-
 tuâque benevolentia. Sed neque victoria illa
 qua ciuitas ipſa ſeipſam ſuperat, optimū quid-
 dam eſt, ſed neceſſarium potius: putare autem
 optimum ciuitatis ſtatum in pugnando &
 vincendo conſiſtere, ſimile eſt ac ſi quis opti-
 mē cū ægrotante agi putet & dum curatur, de
 eo verò ne cogitet quidem, qui nunquam æ-
 grotauerit. Et ſi quis ſimiliter de ciuitatis vel
 priuati hominis felicitate exiſtinet, nec ciuiliſ
 reuera vnquam vir erit, dum externa ſolū atq;
 in primis bella reſpiciet, nec exquiſitus legum
 conditor, niſi gratia pacis de bello potius quā
 belli gratia de pace leges conſcribat. CL. Re-
 cte hæc hoſpes dicta eſſe videntur. Ego verò
 mirarer, ſiquiſ fortè tam noſtras quā Lacedæ-
 moniorum leges non belli gratia ſedulò po-
 ſitas eſſe contendat. ATH. Fortaſſe ita ſit. O-
 portet autem non contentioſe, ſed quietè rem
 inquirere, ſtudio quā maximè tam a vobis quā
 ab illis huiuſmodi rebus adhibito. At: endatis
 igitur oro (In medium proponamus Tyrtaum)
 natura quidem Athenienſem, Lacedæmonio-
 rum poſteà ciuem, qui præ cæteris hominibus
 maximè huiuſmodi rebus incumbit. Non ſi opi-
 bus ſuperet cunctos, & plurima ſolus Poſſideat bona
 (numerat enim ferè omnia) vir mihi nomine di-
 gnus abiit Traſtandum quiſquis non eſt accommo-
 dæ armis. Hæc tu quoque forſitan carmina au-
 diuiſſi. Nam hic, vt arbitror ad nauſeam vſq;
 MEG. Vulgatiffima hæc apud nos ſunt. CL.

Tyrtaus A-
 thenienſis ge-
 nere Lacedæ-
 moniæ ciui-
 tatis ſus con-
 ſecutus eſt.

Ad nos quoque hæc Lacedæmone aduecta
 peruenerunt. ATH. In commune igitur hoc
 mundo hunc poetam interrogemus: O diui-
 nissime poeta² Tyrtæ, sapiens certè ac bonus
 nobis esse videris, qui excellentibus eos extuli-
 sti laudibus, qui in bello excelluerunt, de quo-
 iam ego & hic & Clinias Gnosius valdè tibi af-
 sentire videmur. Vtrum autem eisdem de vi-
 ris dicamus, an non planè scire vellemus. Qua-
 re nobis explana, num tu quoque sicuti & nos
 duo belli genera arbitreris, an aliter. Ad hæc
 arbitror non Tyrtæum solum, sed & quem-
 uis illo longè deiectionem duo proxinus re-
 sponsurum. Alterum quod seditionem appel-
 lamus, omniumque grauissimum esse modò
 concessimus. Alterum verò belli genus, quod
 oēs ponimus multò mitius illo quo aduersus
 externos & alienigenas vitimur. C. L. Cuidubiù:
 A T. Dic igit' nobis, quos viros in quo belli ge-
 nere ita valdè laudasti & quos adeò usq; vitu-
 perasti? Videris, n. eos laudasse, qui externa ma-
 gno animo bella gerūt. Sic, n. in carminibus di-
 xisti, *Quisquis nō ausit cadē spectare cruentā. Et du-
 rum coram manibus lacessere Martem. Despicio.*
 Hinc nos, ò Tyrtæ, eos te laudare colligimus,
 qui in externis bellis gerendis præ cæteris cla-
 reant. Concedet ista Tyrtæus: C. L. Quidni? A T.
 Nos autem, cum hi præstantes sint, longè præ-
 stantiores eos existimamus, qui maximo in
 bello præstant. Testémque & nos poetam ha-
 bemus Theognim Megarensē ciuem ex Sici-
 lia, qui ait: *Argento fuerit filius æquiparandus &
 auro Ficus in insana seditione manens.* Hunc ita-
 que dicimus in grauissimo bello, tantò illo
 esse meliorem quantò melior est iustitia, tem-
 perantia, sapientia, fortitudini coniuncta. Ne-
 me

*2 Tyrtæus re-
 prenditur
 quod in sum-
 ma laude
 duxerit si q;
 bello strenus
 fit: cōtrā lau-
 datur Theo-
 gnus Sicul^o,
 quod eū lon-
 gè omnibus
 anteponat q;
 se in seditio-
 ne civili, si-
 dū Reip. ci-
 uem prabet.*

Nemo enim integer & fidelis sine omnium virtutum numero in seditionibus reperiri poterit. Multi autem etiam mercenarij, quod non negabit Tyræus, reperiuntur, qui externo in bello intrepidè pugnant: quorum plurimi feroces, iniurij, contumeliosi, paucissimisque exceptis omnium amentissimi. Quorsum hæc quidque ex his declaratum esse voluit, quum hæc dixit? Quòd videlicet omnino tam ille qui leges hinc ab Ioue dedit, quàm alius omnis legumlator si quid modò profuturus est, ita leges condet, ut non ad aliud quàm ad amplissimam semper virtutem respiciat. Est autem, ut inquit Theognis, fides illa, quæ maximè in periculis lucet. Quam iustitiam perfectam quis nominabit. Ea vetò quam summopere Tyræus laudavit, etsi pulchra est, & à poeta opportunè laudata, ^a [quarta tamen & numero & quatenus honorari potest rectissimè dicatur.] CLIN. Ergo hospes legum nostrarum conditorem inter vltimos legum conditores reuicimus? ATH. Non illum, sed vir optime, sed ipsi nos ipsos, si quidem putemus, & hinc & apud Lacedæmonios Lycurgum, & Minoem ad bellum respicientes leges condidisse. C I T. Quomodo igitur de hoc dicere nos oportebat? AT. Ut veritas & iustitia postulat eos dicere, qui de diuina republ. disserunt: non ad particulam virtutis, & præsertim ad deiectionem, sed ad vniuersam ipsos virtutem respexisse putandum, & per singulas earum species leges quæsiisse, nec eas species inuestigasse, quas multi modò proponentes, quarunt. Id enim quisque maximè querere solet, quo maximè indiget, alius de hereditate, & hæredibus, alius de iniuria, alius de cæteris huiusmodi multis. Nos autem tunc de

^a Inter virtutes fortitudo bellica quartum locum obtinet.

legibus bene quæri putamus, quum ita ut nos modò incepimus, quæritur. At tuum equidem ingressum ad exponendas leges valdè probo. Quod enim à virtute fecisti principium, dicès leges virtutis gratia conditas, rectè quidem ingressus esse videris, quod autem ad particulam virtutis, & eam minimam respexisse conditorem legum affirmasti, haud rectè mihi visus es dicere, atque idcirco longiore postea oratione usus sum. Quomodo autem te nobis distinguere voluissim, si vis tibi dicam. C. I.

Volo equidem. A. T. H. Hunc in modum dicere oportebat, & hospes Cretensum leges nõ temerè omnibus Græcis in primis probantur. Rectè enim posita sunt, cū videntes eis beatos efficiant. Omnia enim bona his porrigunt. Duplicia verò bona sunt, alia humana, diuina alia, dependèntque à diuinis humana. Si qua verò ciuitas maiora suscepit, minora quoque possidet: sin autem illis caret, vniisque priuatur. Minorum primum est sanitas: forma secundum, tertium vires ad cursum cæteròque corporis motus, quartum diuinitas, quæ cæca non sunt, sed acutè cernunt, si prudentiam sequantur. Quæ quidem prudentia diuinorum bonorum dux primus existit. Deinde post mentem temperatus animi habitus. Ex his duobus cum fortitudine mixtis iustitia tertio cernit. Fortitudo quartum tenet locum. Quæ omnia humanis illis natura præponuntur.

Quare oportet ut legum quoque lator & ipse hunc ordinem sequatur, (omniàque eius iustiaque ciuib. præscribit ad ista eodè ordine referantur) humana enim ad diuina, diuina verò ad mentem principem referenda. Curet præterea oportet nuptias inter ciues & generatio-

a Bonorū diuinarū & humanarū numerus, gradus & ordine proponitur, ad quæ quidē bona, eodē ordine referri oporteret omnes scienciū legislatorū leges ostēditur. b Quē ordinē debeat legislator seruare, in iis quæ iubet vel vitat.

nes educationésque liberorum masculorum pariter & feminarum, tam iuuenum quam ætate prouectorum: & eos qui rectè in hisce se gerunt, vt decet honoret: contrà verò, dolores voluptates, & cupiditates* in omni conuersatione vituperet. Considerabit etiam & obseruabit diligenter ad quæ studia quæque rapiat amor, rectaque officia per leges laudabit, vituperabit contraria. Docebit item atque definiet quid in cuiusque affectu honestum sis, quid turpe, circa iram videlicet atque metum, & alias quæcunque vel aduersis in rebus accidunt perturbationes, vel secundis [eiusmodi perturbationum declinationes] atque circa omnes denique motus, qui ex morbo, vel paupertate, vel horum contrarijs homines vexant. Post hæc necesse est vt legislator quæstus impensaque ciuium diligenter obseruet, & quomodo fiant agnoscat, societates præterea & earum dissolutiones quas vel sponte vel nõ sponte faciant: quicquid horum inter se contraxerint vbi iustitia adsit, vbi absit, animaduertat: & parentibus quidem honores, non parentibus debitas pœnas constituat. Demum omnibus ad finem vsque Reipubl. pertractis, animaduertat statuâtque necesse est, quomodo monumenta mortuis extrui, quibus defunctis singulis honores impendi debeât. His denique declaratis, legislator omnibus istis custodes præficiet, alios* prudentia, alios vera opinione rem administrantes, vt mens in vnũ hæc omnia colligens eò deducat, vt temperantiam & iustitiam potius quàm diuitias ambitionemue sequatur. Ita equidem hospites voluissim, atque etiam volo à vobis exponi, quo pacto in legibus Iouis, & Apollinis Pythij, quas

* In honores
sub. & iram
decrato.

* Quod discreti
mea sit inter
prudentiam &
veram opinionem vide
nonem cetera
facem.

Minos & Lycurgus scripserunt insint hæc omnia, & quoniam ordine posita pateant illi qui arte vel usu quodam legum peritiam habet, nobis verò aliis nullo modo pateant c. l. Quo pacto igitur hospes quæ sequuntur tractanda sunt? ATH. Ab initio rursus, ut supra cepimus, tractanda in primis ea mihi videntur quæ ad fortitudinem pertinent, deinde aliam atque aliam virtutis speciem transigemus, si vobis etiam ita placet ac primum iam pertractemus, ad eiusque exemplar cætera, ut con-
fabulatio leuamen nobis itineris adferat, postremò verò cū de vniuersa virtute tractauerimus, ea quæ modò retulimus, illuc respicere, si Deus voluerit ostēdemus. c. l. Restē dicis conarēque primò nobis Iouis hunc laudatorē excutere. ATH. Conabor & te simul, & me ipsum. Ad vtrunque enim pertinet & me &

*Excititur
quomodo La-
cedæmonio-
rū & Crētē
sū leges &
instituta se
habeant ad
fortitudinē,
& eā respi-
ciant.*

te hæc oratio. Dicite igitur. * Num conuiuia ea quæ in commune sunt & gymnasia, ad bellum à legumlatore inuenta fuisse diximus? c. l. Vtique. ATH. An tertium vel quartum ad idem inuentum fuisse dicendum? Fortē enim ita dinumerare oportet, tum in hoc virtutis genere, tum in cæterarum virtutum sue parte, siue quomocunque aliter declarationis duntaxat gratia nominare deceat. MEG. Tertium verò ipse dicerem, nec Lacedæmoniorum quisquam negaret, venationem excogitatum fuisse. Quartum autem & quintum inuenire conemur. Quartum itaque pono apud meos præcipuum, scilicet doloris tolerantiam: quæ res pugnis mutuis ac rapinis quibusdam, multis cū vulneribus quotidie exercetur. Ad hæc [* occulti furti ratio] quædam mirabilis nominatur, & ad tolerantiam vali-

** ἀπὸ τῆς αἰσῆς
75.*

da & quòd nudis in hyeme pedibus, absque stratis, & sine ministris ipsi sibiipsis inferuiētes die noctēque per omnem regionem oberant. Præterea in nudorum corporum exercitationibus adolescentum mirabilis apud nos tollerantia, intenso æstui resistentium: multa huiusmodi apud nos alia sunt, quæ non facile quispiam enumeraret. ATH. Probè loqueris hospes Lacedæmonia, sed vtrum ad timores solum atque dolores fortitudini pugna est duntaxat? an etiam ad cupiditates voluptatēque, ac vehementes quasdam blanditias adulatorias, quæ eorum etiam qui honesti videntur, animos Æctunt, & quasi cereos faciunt? MEG. Aduersus, hæc omnia. ATH. Si supra dictorum meminimus, hic ciuitatem aliquam seipsa inferiorem, & virum aliquem inferiorem seipso esse dicebat. Itane hospes Gæosie? CLIN. Ita profus. ATH. Vtrum igitur eum qui dolore frangitur, an eum qui voluptate superatur, deteriorem vocare oportet? CLI. ^b Eum arbitror qui superatur à voluptate: omnesque voluptate illaqueatum hominem, inferiorem seipso magis, & quidem eum opprobrio, quàm dolore superatum putant. ATH. An igitur Iouis & Apollinis legumlatores claudam fortitudinem posuerunt, quæ ad sinistram quidè aduersis resistere possit, ad dextram verò, rebus secundis & lætis, blandientibusque succubabat: imò ad vtrūmque sufficientem. CLIN. Ad vtrūque arbitror. ATH. Exponamus itaque similiter quænam instituta vestris in ciuitatibus sunt, quæ gustent quodammodo voluptates: & fugiant ipsas omnino, quemadmodum nec dolores refugiunt, sed perinde vt in doloribus sit, ducant in medias voluptates,

^a Fortitudo circa quas versatur.

^b Deterior est qui vincitur a voluptate, quàm qui vincitur à dolore.

^c Voluptates sunt hostes à dextra, dolores hostes à sinistra.

^d Vera ratio homines inuisit aduersus voluptates reddendi, nō est illis penitus interdicere à voluptatibus: sed gustum aliquè mediocriū & honestatū cōcedere.

ad easque superandas homines partim vi impellant, partim honoribus inuitent. Vbi nam vestris in legibus id conspicitur, quod æquè contra voluptates sicuti contra dolores, homines fortes efficiat? victorésque quorum oportet, ostendat, nec vllò modo patiatur à proximis cuique intra se, & grauissimis hostibus superari? Dicite obsecro, quid apud vos tale? MEG. Non ita facilè hospes, quemadmodum multas dolori oppositas leges, ita etiam voluptati possem producere: nec magnas perspicuasque partes aduersus voluptates habeo, paruas verò forsan reperiam. CLIN. Nec ego in Cretensium legibus similiter id ostendere possem. AT. Nec mirum est, optimi hospites. Verùm si quis inter nos veri & optimi diligens inuestigator non nihil in patriis cuiusque nostrum legibus repræhendat, non graui quidè, sed æquo animo vicissim ferre debemus. CLIN. Probè loqueris, Athenienensis hospes. Quare tibi parendum censeo. ATH. Profectò non aliter Clinia huius ætatis & conditionis qua vos estis homines, facere decet. CLIN. Non certè. ATH. Verùm rectè necne, Laconicam & Cretensem Rempubl. quis repræhendere possit alia quaestio est. Quæ verò à multis dicuntur forsitan ego magisquàm vterque vestrū referre possim. Vobis quidem ethi rectè constitutæ sint leges, vna certè lex est optima, quæ iubet nequis iuuenem quærete audeat, rectène an contrà se leges habeant, sed vno omnium ore, vnâque voce rectè tanquam à diis positas concedi præcipit, nec vllò modo aliter patiquequam à quoquam dici: Senem autem si quid excogitarit, principibus & æqualibus, nemine iuuenem audiente, referre. CLIN.

Rectè

*Apud La-
cedamonios
& Cretenses
prohibitum,
ne quis iuue-
nis in leges
inquirat: se-
mb. permis-
sum si qd in
illis nõ rectè
se habere vi-
sum fuerit,
de eo confer-
re cū aqua-
libus nemi-
ne iuuenem
audiente.*

Rectè loqueris hospes, ac licet tunc à mente conditoris abfueris, tamen tanquam vates scite ista nunc coniecisse videris, veràque penitus dicere. ATH. Itaque nobis ad præsens iuuenes nulli adsunt, ipsi verò propter senectutem sine peccato soli de his inter nos differere à legislatore permittimur. CLI. Est vt dicis. Quare ne parcas, sed liberè leges nostras reprehende. Neque enim indecorum est, siquid non probè se habet nosse. Nam hinc si quis non cum inuidia, sed animo beneuolo accipiat, remedium inuenitur. ATH. Præclare tu quidem.

*Ego verò non ante reprehendam quàm pro viribus diligenter consideraro, imò dubitando potius verba faciam. Solis enim vobis Græcorum barbarorumque omnium, quorum noticiam habemus, legislator præcipit à maximis voluptatibus iucundissimisque ludis cauere, nec ex his quicquam degustare. De doloribus autem & timoribus, quod modò diximus, sic censuit: si quis à primis annis eos declinare assuescat, fieri vt quoties dolores, metus, atque labores necessarios subire oportet, fugiat illos qui in his exercitati sunt, eisque seruiat. Hoc ipsum, vt ego arbitror, oportuit eum de voluptate etiam cogitare, ac ad seipsum dicere: si ab ineunte ætate maximarum ciues voluptatum expertes erunt, nec docti continere se in voluptate, nihilque turpe iucunditatis voluptuariæ gratia facere, ita succumbet, quemadmodum qui timore vincuntur, & modo quodam alio ac turpiore seruient, his qui in mediis voluptatibus sese continere assueti sunt & qui inter voluptates conuersantes oblectamenta sibi suppeditare possint [cum iam dum ignaui & imbelles planè sint.] At-

* Athenien-
sis hospes re-
prehendit le-
ges Crete si-
& Lacedæ-
moniorum,
haud satis ad
fortitudinē
instruere ci-
ues, cū nullū
ipso volupta-
tū gustū, &
vsum per-
mittendo, e-
iusmodi i-
psos reddat,
vt facile à
voluptate
possint subitū
gari.

que ita animum partim feruum, partim liberum habebunt, nec omnino fortes ac liberi appellari debebunt. Considerate igitur siquid ex dictis probè vobis dici videtur. C L I. Videtur quidem tantisper dum ista dicuntur. Sed vide ne iuuenum, imò verò amentium potius esset, de tantis rebus statim ac facile assentiri. A T H.

*Et eundem
auitanti in-
stituta, quo-
modo se ha-
beant ad te-
perantiã cõ-
siderantur.*

*¶ Gymnasti-
casi nudorũ
corporũ exer-
citaciones:
adiuncto pra-
sertim comu-
ni virtus in-
stituto, publi-
cũ moribus
praesertim q̃
ad teperan-
tiã attinet,
magnũ dã-
nũ intulisse
ostẽditur, eo
quòd insa-
nem illum
Et eo quẽ na-
tura auersa
tur amorem
induxerint.*

Quid igitur? a num quæ proposuimus nunc prosequemur, b Clinia, hospèique Lacedæmonia: post fortitudinem enim de temperantia dicamus, quæ differentia sit inter has & ceteras Respubl. quæ casu & temerè gubernari videntur, quemadmodum [modè in iis quæ ad bellum pertinent id considerauimus.] M E G.

Non est ferè id facile. C L I. Videntur tamen communia conuiuia certaminãque gymnastica commodè vtrisque adiuuenta fuisse. A T H.

Videtur sanè, o hospites, arduum esse in Respubl. vt verbis, ita & re ipsa, vndique tutum aliquid certũque inducere. Nam quemadmodum in corporibus fieri non potest, vt aliquod vnum vni corpori studium accomoderetur, quod non idem hoc partim ipsi prodesse: partim obesse videatur: sic & in ciuitate.

Nempe gymnasia & sodalitates alibi quidem ciuitatibus conferunt, in seditionibus autem obsunt omnino. Cuius rei Milesij, & Bæotij, & Thurij nobis exemplo sunt. b Atqui hæc studia ptisca, videntur veteres & naturales circa venerea voluptates non in hominibus solũ, sed in bestiis peruertisse. Qua in re ptimã ciuitates vestræ possent accusari, & alia omnes quibus cura gymnasticarum exercitacionum maximè fuit. Ac seu ioco siue seriò cogitare oportet, cogitandum est, quòd cum femina & masculus ad generandum conueniunt, hu-
ius.

Iusmodi voluptas secundū naturā his tributa
 videtur. Quōd mares autem matibus aut fe-
 minā feminis commiscantur, præter naturam
 voluptas ea est. Et qui primū tale facinus ausi
 sunt, voluptatis incontinentia id fecerunt. O-
 mnes porrō Cretenſium fabulam de Ganyme-
 de vehementer culpamus. quōd aduersus Iouē
 ficta sit, vt cum ab eo leges ipsorum originem
 habuisse credantur, eum deū imitantes qui le-
 ges tradidit, hac etiā voluptate fruuntur. Sed fa-
 bula quidē valeat: eorum autem qui de legi-
 bus considerant, cogitatio penē omnis de vo-
 luptatibus & doloribus tam circa publicos,
 quā circa priuatos cuiusque mōres esse de-
 bet. ^bDuo nanque hi fontes natura scaturiunt:
 à quibus qui haurit, vnde, quando, quantumque
 oportet, felix est, priuatus scilicet & ciuitas o-
 mnēque animal: qui autem insipienter & præ-
 ter opportunitatem, contrā viuit infelix. *ME.*
 Rectē ita dicuntur, o hospes, nec quid aduersus
 hæc dici possit, videmus. Videtur autem mihi
 Lacedæmoniarum legum conditor rectē fu-
 giendas esse voluptates iussisse. Gnosis autem
 legibus Clinias hic, si volet, opitulabitur. Nam
 apud Spartiatas, quæ ad voluptates pertinent,
 optimē omnium disposita esse arbitror. ^cQuo
 enim omnes homines summopere in volupta-
 tes vehementissimas, petulantiamque & in-
 famiam incidunt, id ab vniuersa regione lex
 nostra exterminauit: nec in agris, nec in vr-
 bibus quas Spartiatæ gubernant compotatio-
 nes videbis, sed nec compotationibus coniun-
 cta, quibus ad omnes voluptates mouemur.
 Nec vllus est, qui cuidam ebrietate lasciuenti
 obuiam factus, non maximo ipsum supplicio
 statim afficiat, neque Bacchanalium tempus i-

*a De Gany-
 mede fabula
 Cretenſium
 reprehendit-
 tur.*

*b Duo fontes
 dolor & vo-
 luptas, quo-
 rum ordinatio
 vsus, homi-
 nes beatos
 reddit, mor-
 dinatus mi-
 seros & infe-
 lices.*

*c Ebrietas
 apud Athe-
 nienses dama-
 nata & seu-
 riſſimè legi-
 bus coercita.*

**Tarentini
colonia La-
vedamonto-
rum.*

psium liberet. Quemadmodum apud vos in
plaustris vidi, & apud ^aTarentinos qui nostri
coloni sunt, omnem in Bacchanalibus ebriam
ciuitatem. Apud nos autem nihil tale conspi-
citur. A T. H. Laudanda hæc omnia sunt, o ho-
spes Lacedæmonie, vbi continentia quedam
est: vbi autem omnino laxatur, molliora. Ci-
tò enim aliquis nostra defendens, te repræhen-
dat, si mulierum apud vos licentiã ostendat.
Vna certe in omnibus his & Tarentinos & nos,
imò verò & vos responsio libertatis quod hæc
probè, non improbè se habeant. Quisque enim
peregrino admiranti quod insolita videat, re-
spondere poterit: Noli mirari, o hospes, hæc a-
pud nos extat lex. Apud vos autiisdè de rebus
forfan alia lex est. Nobis verò in præsentia, o
amantissimi viri, nõ de hominibus aliis sermo
est sed de legislatorũ ipsorum virtute ac vitio.
Verum iatius de vniuersa ebrietate dicamus.
Non enim exigua res est, neq; ad quẽuis legis-
latorẽ iudiciũ eius spectat. Non dico vrũ bi-
bendũ sit vinũ necne, sed de ebrietate quæ-
dum inquã, vrũ ita vtendũ sit, quemadmo-
dum ^bScythæ ac Persæ vtuntur, Carthaginen-
ses præterea & Galli & Hispani, & Thraces, quæ
omnes gentes bellicossimæ sunt: vel quemad-
modũ vos qui vt ais, omnino abstinetis. Scythæ
verò ac Thraces mero penitus vtuntur tã viri
quã mulieres ac mero vestes perfundunt, præ-
clarũ hoc & beatũ vitæ genus existimãtes. Per-
sæ verò aliis quoque deliciis, quas vos sperni-
tis, valdè vtuntur, quãuis moderatius quã istis
vir optime. M. Z. Sed omnes istos nos tũ cũ ar-
ma ceperimus fundimus atque fugamus. A T.
Noli hæc, o vir optime, dicere. Permulte
manque & fugæ & insectationes & facta sunt
&

**Ebrietas
apud quos
populos olim
in vsu.*

Et fient, de quibus certa quædã eiusmodi causa reddi non potest. Quare non certum, sed ambiguum argumentum signumque de honestis officiis & contrariis in vita sumemus si ad victoriã belli fugamque respexerimus, præsertim cum minores ciuitates à maioribus in seruitutem pugnando redigantur, vt à Syracusanis Locrentes, qui optimis inter eas gentes legibus vsi sunt, & ab Atheniensibus Cei, similiaque huiusmodi multa liceat intueri. Igitur victoriã & offensione belli prætermittam, conemar de vno quoque officio secundum se considerantes, quod in quoque verum est, nobis persuadere. Dicamus autem quemadmodum hoc quidẽ tale, bonũ est: illud autem tale, non bonum. Sed in primis me audiatis, quomodo in huiusmodi rebus bonũ malumque considerari debet. *M. E.* Quo pacto id ais? *A. T.* Quicumque rem aliquã statim in disputatione propositam vituperant aut laudant, delinquentes mihi videntur, idẽmq; facere, ac si quis Cerealem cibum ab aliquo laudatum vt bonum. statim vituperet prius quã eius effectus percipiat, & qua ratione, quibus cum quibus, quomodo præparatus, & quomodo affectis corporibus offerri debeat. Quod non modò facere in disputando videtur. Qui cum primum ebrietatis facta metio est, statim alii vituperamus, alii verò laudamus. & valde quidẽ id absurdum. Testis enim assertoribusq; utrinque ventres, alii quia plures habemus, aliquid hinc dignũ asserre possumus, alii quia vino abstinentes vascant in pugna, quod tamen ambiguum nobis est. Si ergo hoc modo etiã in aliis procedemus, nihil mea quidẽ sententiã faciemus. Sed vt mihi quidem videtur, conabor, si poterò,

Vinci aut vincere non est satis firmũ aut validũ argumentum ad probãda vel damuanda alius populi instituta.

Verã ratio vniuersisq; rei ac precin de etiã mĩti tati seu legis laudãda vel vituperanda.

Ebrietatis moderata et legitima copulationũ d: se fio.

ipsius ebrietatis exemplo, viam nobis ac rationem rectam in huiusmodi omnibus aperire, præsertim cum gentes innumerabiles de eisdem dubitantes, duabus cum civitatibus vestris contendant. **MEG.** Audiendum est omnino si que de his recta consideratio inuenitur. **ATHEN.** Consideremus itaque sic. Siquis caprarum curam, & genus id animantis habendum ac possidendum probet, alius verò vituperet, cum absque pastore eas per sata pasci damnūque facere viderit, & omne adeo pecus quod vel sine pastore, vel malis pastoribus gubernatū cospexerit, nunquid iustā eius vituperationē censebimus? **MEG.** Nullo modo. **AT.** Gubernator verò navis num bonus si gubernandi solummodo artem habeat, siue nausæa exagitetur aut non? aut quo tandem pacto dicetur? **MEG.** [Nullo modo, si quidem ad artem & peritiam gubernandæ navis, accedat illa nausæa affectio.] **AT.** Quid autē ductor exercitus? Si belandi probè teneat artē, nunquid ex hoc sufficiens dux putandus est, etiā si timidus sit, & in periculis ebrietate quadā metus ipsius nausæet? **MEG.** Quonam modo? **ATHEN.** Quid porro, si neque artem habeat, & sit timidus? **ME.** Ignavum & inutilem narras omnino, neque virorum, sed vilium quarundā mulierum principem. **ATHEN.** Qui verò laudat aut vituperat societatem aliquam, cuius esse dux aliquis soleat, sitque utilis societas quoties suum nacta gubernatorem, ille verò nunquam eam rectè viderit gubernatā, sed semper aut absque principibus, aut cum improbis, nunquid rectè unquam vituperate eā, aut laudare poterit? **MEG.** Quo pacto id faciet qui nunquā societate rectè gubernatā prospexerit? **AT.** Age iā attende.

Compotatores computationesque nonne societatem quandam de multis vnam dicemus? MEG. Summo perè. AT. Hanc verò nunquid vnquã rectè gubernatam aspexit quisquã? Sed vobis respondere facilimum, nunquã id perspexisse. Neque enim id vobis ex patriis legibus consuetum. Ego autem multis passim interfui, diligentèrque de omnibus, vt breuiter dicam, quãsiui, nullãmque fermè rectè vniuersam administrari aut vidi vnquã aut audiui, sed particulas quodãmodo paruas quasdam & paucas, plerunque verò vniuersa, vt sic dixerim, erronea. CLIN. Qua ratione hæc dicis, ô hospes? Apertius enodato. Nos enim, vt aiebas, cum nullam huius rei peritam habeamus, nõ ilicò quid rectè, quid minus in ea fiat, cognoscere possumus. AT. Consentaneum id quidem, sed conare me dicente perdiscere. In omni conuentu atque communitate quaruncunque rerum gerendarũ principem oportere fateris? CL. Proculdubio. AT. Atqui paulò antè dicebamus fortem esse pugnantium principem oportere. CLIN. Dicebamus. AT. Fortis autem vir à timore minus quàm timidus perturbatur. CL. Est ita. ATH. Siquæ ratio inueniri posset vt exercitui ducem prorsus intrepidũ præficeremus, nonne ad id omni studio niteremur? CL. Maximè. ATH. Nunc autem non de exercitu, nec imperaturo aduersus hostes in bello, sed de gubernaturo in pace iucundã amicorum inter se consuetudinẽ dicimus. CLIN. Sic est. ATH. Ea societas, siquidẽ ebrietas aderit, tumultu carebit? nõnne? CL. Quomodo? at contrarium puto. ATH. Primum igitur etiã his opus est duce. CL. Maximè omnium. ATH. Vtrũ igitur principẽ, quã

perturbationis sit expertus, si fieri possit delige-
 re oporteat? C L. Oportet sanè. ATH. Socie-
 tatis concilianda peritum hunc principem es-
 se oportet, eius enim officium esse debet, ut &
 presentem amicitiam illis conseruet, & maiorem
 insuper ex eo contubernio fieri procuret. C L.
 Vera loqueris. ATH. Nonne igitur sobrius &
 sapiens ebriorum princeps, haud contra con-
 stituendus est? Nã & si iuuenis, & non sapiens,
 sed ebrius erit, ebriorumve princeps, [bona ad
 modum fortuna usus fuerit,] si temeritate sua
 non euertet omnia. C L. Optimè sanè. ATH.
 Si quis ergo computationes, dum, quoad fieri
 possent, rectè in ciuitate disposita sint, accusa-
 ret, id ipsam accusans, rectè faceret fortan. [Sin
 autem videns quispiam institutam aliquos, in
 quo grauissimè peccatur & quam plurima per-
 peram fiant ipsam vituperet, primum quidem
 patet ipsum ignorare non rectè eiusmodi in-
 stitutum administrari] deinde cõstat omnia eo-
 dem modo, si absque sobrio domino ac principe
 fiant, improba visum iri. An non animaduer-
 tis quòd ebrius nauis aut cuiusuis rei alterius
 gubernator euertit omnia, siue naues, siue cur-
 rus, seu exercitus, seu quoduis aliud ab eo te-
 gatur? C L. Verè omnino id dixisti hospes, sed
 & hoc pro nobis expone. Quid nobis cõpota-
 tiones hanc, si rectè aguntur, conferent? Ut quod
 modò dicebamus, rectè ductus exercitus victo-
 riã in bello afferret, bonum profectò non par-
 uum. Idemque de cæteris iudicandis compo-
 tatione verò rectè gubernata, quid magni vel
 ciuitati vel priuatis accederet? AT. Quid autè
 puero vno, vel vno quodam cœtu rectè insti-
 tuto, magni ciuitas adipiscetur? At enim ita
 de hoc interrogati respondebimus, parua ex v-
 dius

* Legitimo-
 rum cõuiuio
 rum & com-
 putationibus
 utilitas.

nus duntaxat educatione ciuitati vtilitatem accedere. Si autem in vniuersum de iuuenum bene institutorum eruditione quid potissimū conferat reipublicæ quæras, haud difficile dictu erit. Bene enim instituti, viri probi euent. Probi autem facti, tum cætera bene agent, tum etiam hostes pugnando vincunt. Recta institutio utique victoriam præstat, victoria nonnunquam [homines rudes & incultos reddit.] Multi enim in victoria elati, alia quoque vitia multa per insolentiam contraxerunt. Et institutio quidem nulla vnquam

* Cadmea fuit. Victoriam verò multam huiusmodi & fuerunt & erunt. C L. Videris, ô amice, quasi magnam rectæ institutionis partem, communem in vini potu consuetudinem, si rectè fiat, laudare. A T H. Profectò. C L. Poteris ergo deinceps verum id esse ostendere? A T H. V.

* Cadmes victoria.

* Vera hæc ita esse, ô hospes approbare, cum multi de eis ambigant, solius dei est, tamen si quod sentio dicam, nulla arbitror inuidia obstabit: de legibus enim & repub. verba facere in præsentia statuimus. C L. Age conemur quod tibi de his ambiguitatibus videtur perdiscere.

* Computatio nes legitima vitæ quæ magnam re & institutionis partem continentur.

A T. Ita decet. Oportet autem vt vos ad dicendum, ego ad docendum orationem omnem conuertamus. Ac primū illud audiatis ^bGræci omnes ciuitatem nostram & verborum studiosam iudicant & verbosam Lacedæmonem verò atque Cretam, alteram breuiloquam, alteram intelligentiæ magis quàm verbis studentem. Vereor itaque ne vobis tamquam verbosus parua de re loqui multa videat, dum de ebrietate re quidè parua, nimis longa vror oratione. Computationis autem ipsius recta secundum naturam constitutio nunquam poterit sine recta

^bAtheniensis verbosus, Lacedæmonij breuiloqui, Cretenses magis intelligentes quam multi loqui.

musicæ regula apertè & sufficienter oratione tractari nec musica sine vniuersa institutione. Quæ omnia profectò multis indigent verbis. Videte igitur quid agendū sit. An his in præ-

*a Erant in certu fami-
lia hœspitij
iura cū ci-
uitatib. ex-
ortis.*

sentia prætermisiss, ad aliam quandam legum quæstionem iam transeundum? MEGIL. Ignoras forsam Atheniensis hospes, familiam nostram communè ciuitatis vestræ hospitem esse. Et quod omnibus arbitror pueris accidit, ut quū audiunt se ciuitatis alicuius hospites esse beneuolentia quædam erga illā quasi alterā patriam confestim à teneris vsque annis eorum illabatur, mihi quoque contigit. Audiebam equidem pueros Lacedæmonios quoties aliquid vel succenserent Atheniensibus, vel laudare darent, ita dicere, Vestra, ô Megille, vrbis nobis id mali intulit aut boni. Atque hæc audiens, pugnabam aduersus eos qui vos vituperabant, magna erga vos affectus beneuolentia. Ac mihi quidem nunc vestra vox valdè iucunda est, quodque vulgo fertur, Probos * Athenienses, præcipuè probos esse, verè prorsus mihi dictū videtur. Soli enim suapte natura, diuina quædam sorte, non coacti, neque ficti, sed verè probi sunt. Quare mea quidè causa liberè quodecunque velis enarrato. CLIN. Si me quoque audies hospes, quæcunque in mentè tibi veniant,

** Atheniēsis
bonus valde
bonus.*

*b Epimeni-
des, vates
Cretēsis, de-
cē annu an-
te bellū Per-
sicū Athe-
nas venit, &
euentura pra-
dixit.*

summa fiducia proferes. Fortasse nanque audisti *b* Epimenidem virum fuisse diuinum, qui ex familia nostra fuit, ac decē annis ante Persicum bellū dei oraculo monitus ad vos peruenit, & sacrificia quædam dei oraculo edita fecit, Atheniensibusque Persicā formidantibus classem prædixit, decennio Persas nequaquam venturos, sed & postquam venerint, infecta re discessuros, pluraque perpeffos mala quàm fecerint.

fecerint. Tunc quidem maiores nostri vestros hospitali affectu complexi sunt, & ex illo tempore parentes nostri egoque vobis beneuoli sumus. ATHEN. Parati ergo vos quidem estis audire, vt videmini. Ego autem ad dicendum voluntate prout sum potius quam facultate paratus. Conabor tamen vt poterò. Primum verò quod ad hunc sermonem, quid institutio sit, quamque vim habeat, definiamus. Per hanc enim eundem est disputationi à nobis in praesentia instituta, quousque ad Deum ipsum perueniat. CLIN. Ita certe faciendum est, si tibi placet. ATHENIEN. Dum ergo quid institutio sit dico, considerate nunquid mea vobis sententia placeat. CLIN. Dicas. ATHEN. Assero equidem eos qui praestantes viri in aliquo euasuri sunt: ab ineunte statim pueritia oportere id ipsum tam per ludum & iocum quam studiosè id agendo in singulis ei negotio conuenientibus meditari. Nempe si quis peritus agricola aut aedificator futurus est, ludentem oportet à prima aetate vel colere terram, vel pueriles quasdam domos aedificare: atque cum qui educat vtrunque, vtrique instrumenta quasdam parua, veterum instrumentorū imagines praeparare. Ex doctrinis quoque eas ante discere debent, quae ad rem suam faciunt. Quippe futurus faber mensurare ac regula uti: Eques futurus equitare ludendo, aut aliquid huiusmodi facere. In omnibus enim ludendo conari debemus, vt eo voluptates & cupiditates puerorum vestamus, quò eos tandem peruenire cupimus. Caput autem disciplinae rectae educationem dicimus, quae ludentis animū in amorem praecipue illius perducit, quod virill

etate perfectè cōparata virtute artis eius imit
 eum facere oportebit. Sed considerate nunc ut
 dicebā, si quæ dicta sunt hactenus, vobis pro-
 bantur. **CLIN.** Quid prohibet? **ATHEN.** Ne-
 que tamen indeterminatum relinqui debet,
 quid potissimum disciplinā esse dicamus. Cum
 enim vituperamus aut laudamus singulorum
 educationes, dicere solemus disciplina instru-
 ctū hunc esse, illū disciplinæ expertē, quanvis
 cauponariā & nauigandi artē ceteraque hu-
 iusmodi optimè calleat. Quippe non hanc di-
 sciplinā putamus, sed eā quæ à pueritia deside-
 rari amatique virtutē facit: & quidē illā, quæ
 perfectus quispiā eius effectus, iure imperare
 sciat, atque parere. Hanc educationē hic sermo
 solam * disciplinam appellandā esse docet. Il-
 lam verò quæ ad colligendam pecuniam,
 vel ad corporis robur augendum, vel ad
 peritiam quandā aliam absque mente & iusti-
 tia conquirendam tendit, mechanicā atque il-
 liberalem, & disciplinæ appellatione indignā
 ducit. Sed nos de verbo quidē non contenda-
 mus. hoc autē paulò antè assertum, inter nos
 conueniat, quòd qui rectā nacti sunt discipli-
 nam, omnes sermē probi euadunt: qui contrā
 improbi. Quare nulla in re disciplina negligē-
 da est, quæ præclarissimarū rerū prima præ-
 stantibus hominibus adest. Et si ea in aliqua re
 [limites transiit & potest corrigi in eorum
 vitibus cuiuslibet est incumbendū.] **CLIN.** Rectè
 loqueris. Idcirco quæ dicis concedenda sunt.
ATHEN. Atqui olim iam concessimus, bo-
 nos esse illos qui sibimet imperare possunt,
 malos autē qui nequeunt. **CLIN.** Scitè admodū.
ATHEN. Resumamus igitur id ipsum ut clarius
 innotescat quod dicimus. Ac vos per * imagi-

* *παιδεία*
 quid *εὐδαι-
 μων* signifi-
 cet.

* *εἰκόνας*
 seu imaginis
 hoc est limi-
 tendis exē-
 plum.

sem id vt liqueat accipiatis, si quo modo pos-
 sin tem vobis hanc aperire. **CLIN.** Dicam. **A-**
THEN. Nōne quemlibet nostrū vnum pu-
 tamus? **CLIN.** Vnum. **ATHEN.** Habentem
 videlicet in se consiliarios duos, contrarios
 atque amentes, quos voluptatem ac dolorem
 appellamus. **CLIN.** Et hoc. **ATHE.** Ad hos fu-
 turorum opiniones accedunt, quibus cōmune
 nomen spes est: propriè verò quæ ante dolo-
 rem spes est, timor: quæ ante contrariū, confi-
 dentia: Ad hæc omnia rationis iudiciū, dictans
 quid istorū melius sit, quid peius. Hoc si cōmu-
 ne decretū, ciuitatis efficitur, lex nominatur.
CLIN. Vix ego te sequor. Dic tamen quæ re-
 stant, perinde ac si sequer. **ATHE.** Idem mihi
 quoque accidit. **ATHE.** Sic autē de his cogite-
 mus, vt miraculū quoddā diuinū in animantiū
 genere vnūquenque nostrū existimemus. siue
 ioco siue serio (non enim id nouimus) a supe-
 ris constitutū. Illud autē nō ignoramus, quod
 hi affectus in nobis quasi nerui aut funes inge-
 niti trahunt nos inuicē retrahuntque ad con-
 trarias actiones, vbi virtus, vitiiū discreta ver-
 santur. Ratio enim tractionē vnā sequendam
 semper, neque vnā relinquendam, sed hac ex-
 teris omnibus obnitendū esse edicit, eamque
 rationis ductionē esse autēā atque sacrā, quæ
 ciuitatis lex communis vocetur. Et ceteras
 duras ac ferreas esse, hanc mollem, quod au-
 rea sit: & vniformem præterea, ceteras mul-
 tifformes. Oportere itaque pulcherrimā nos
 legis ductioni semper auxilium ferre. Nam
 cum rationis iudicium honesta res sit, & mi-
 nis quidē potius quā violenta, ministris du-
 ctionem ipsius egere, vt aurum in nobis genus
 alia genera superet. Et sic fabula, qua mixta

a Voluptas
 & dolor duo
 in vnoquoq;
 homine con-
 siliarij amē-
 tes & cōtra-
 rj quib. ad-
 iunguntur
 dua de fia-
 turis opinio-
 nes itē cōtra-
 ria, Timor
 & confiden-
 tia.

b Vnūquisq;
 homo in du-
 as partes af-
 fectū & eas
 quidē cōtra-
 rias distrahit:
 cui parti
 suffragetur
 ratio pro ea
 standū & cō-
 traria resi-
 stendū: atq;
 eiusmodi va-
 rioris iudi-
 cio decreto
 probatur, le-
 gis cōtra-
 rias
 oportet.

res homo esse narratur, virtute seruabitur: & qua ratione superior quis & inferior quodammodo seipso dicatur, planius cognoscetur: & quòd oporteat vnumquemque vera in seipso de his tractionibus ratione percepta, ad eam ipsam vitam omnem suam dirigere. Ciuitatem verò, vel à deorum aliquo, vel ab hoc ipso qui hoc cognouit, ratione accepta eà habere pro lege, ad eiúsque normam officia sua secum, & cū aliis ciuitatibus instituere: atque ita virtus, & vitium clarius nobis distincta patebunt: quibus planè perceptis, & disciplina & reliqua studia magis forsàn elucescent. Et ille in potationibus receptus nunc mos, de quo vile fortassè putabitur, si pluribus dicam.

CLIN. Fortè non videbitur prolixa oratione indignum. ATHEN. Probè loqueris, quare dicamus quid in ea maximè dignū videatur. CLI. Prosequere iam. ATHEN. Si miræ huic rei ebrietatem addamus, qualem ipsam reddemus? CLI. Quorsum istud rogitas? ATHEN. Nondum dico. Sed si mira hæc res illi se commisceat, qualis redditur? Verùm apertius etiam quod volo, dicere conabor. Tale quiddam interrogo. An vini vsus voluptates, dolores, iras, amores vehementius concitet. CLI. Ma-

ximè quidem. ATHEN. Vtrum etiam sensus, memoriam, opinionem, intelligentiam similiter vehementiora efficiat. AN. prorsus, extinguat, si quis ebrietate fuerit occupatus. CLIN. Omnino certè extinguit. ATHEN. Ad eum igitur animi habitum redit, quem puer primis ab annis habebat. CLI. Profectò. ATHEN. Quare minimè tunc sui ipsius compos erit. CLI. Minimè. ATHEN. Erit itaque pessimus. CLI. Valdè. ATHEN. Non solum igitur senex,

a Vini vsus immoderatus qua dāna & nocuentia homini afferat.

ut videtur, bis erit puer, sed ipse etiam tem-
 lentus. CLIN. Optimè id hospes est dictam.
 ATHEN. Poteritne ratio nobis aliqua suadere
 hanc rem aliquo pacto gustandam esse, neque
 esse totis viribus fugiendam? CLI. Poterit
 forsitan, ut ais, & modò paratum te dicere
 ostendebas. ATHE. Optimè meministi. Nem-
 pe & nunc paratus sum, quandoquidem vtri-
 que haud grauatim audire promissisti. CLI.
 Quidni audiamus, & si non ob aliud, tamen
 quia mirum absurdumque videtur, si oportet
 quandoque hominem sponte seipsum in
 omnem prauitatem abiicere? ATH. Animè
 dicis? CLI. Animi. ATHEN. Nunquid au-
 tem mirabimur, ô amice, si quis in corporis
 prauitatem, maciem dico, deformitatem, im-
 becillitatem sponte deuenit? CLIN. Quid-
 ni? ATHEN. An igitur putamus eos qui
 vltro medicorum pharmaca accipiant, igno-
 rare se paulò post ita corpus per aliquot dies
 affectum habituros, ut si affectum similiter
 perpetuò sint habituri, viuere nolint? An
 etiam ignoramus eos qui gymnasia, & labo-
 res subeunt, imbecilles lassitudine confestim
 fieri? CLINIAS. Hæc omnia nouimus.
 ATHEN. Atqui & istud, quòd cuncti futura
 vtilitatis gratia ad hæc vltro tendunt. CLI.
 Præclarè. ATHENIEN. Nõnne eodem mo-
 do de cæteris rebus existimandum? CLIN.
 Eodem prorsus. ATHENIEN. Non aliter
 quoque de computatione vini cogitandum
 est, si datur hoc in istis rectè considerari.
 CLIN. Sic certè. ATHENIEN. Si vtilitatem
 aliquam habere perspicietur nihilò inferio-
 rem, quàm quæ in corporali exercitatione in-
 est, bene quidem principio tamen in hoc exer-

*Ebrietas e-
 tiãsi in pra-
 sentia no-
 ceat, & corpo-
 ri & animo
 in posterum
 tamẽ aliquo
 respectu pro-
 dest: quod
 quomodo fie-
 ri possit verũ
 simili exẽ
 plo docetur.*

citationē corporis superat quōd hanc dolentē
 habeat, illa non habeat. CLIN. Rectē id quidē.
 Sed mirarer equidē, liquid tale in eo possemus
 petere. ATHE. Hoc ipsum iā explanare co-
 nandū. Quare mihi dicas. ^a An duos timoris
 species inuicem penē contrarias possumus co-
 gitare? CLIN. Quas dicis? ATHE. Has inquam,
 Timemus profectō malā cum futura expecta-
 mus. CLIN. Timemus. ATHE. ^b Metui nos quoque
 sepe numero existimationem, cum formida-
 mus ne dicendo aut faciendo aliquid minus
 honestum sibi videamur. Quem quidem ti-
 morem nos, imō omnes, ut arbitror pudorem
 appellamus. CLIN. Cui dubium? ATHE. Nos e-
 quidem timores duos dicebam, quorum alter
 contrarius quidem est doloribus ceterisque
 timoribus contrarius est & plurimū ingenti-
 busque voluptatibus. CLIN. Rectē admissam.
 ATHEN. Nōne igitur & legislator & quis
 alius qui prodesse hominibus quoquomodo
 possit hunc timorē maximo honore colat, vo-
 cētque pudorē? ^c confidentiā verō huius con-
 trariam, impudentiā nō videt, ac maximē pri-
 uatim & publicē malū hominibus arboretur?
 CLIN. Rectē dictum. ATHEN. ^d Is utique
 timor in aliis multis ingentibusque nos maxi-
 mē seruat, & in bello, si vnū vni comparetur,
 hic certē maximē omniū victoriā nobis salu-
 tēque largitur. Duo enim sunt quæ victo-
 riam parant: aduersus hostes quidem auda-
 cia, aduersus amicos autem turpis infamix
 timor. CLINIA. Est ita. ATHEN. Inetpidū
 itaque vnumquemque nostrum & timidum
 fieri oportet. Quamobrem verō ita vtrumque
 oporteat, iam distinximus. CLIN. Omnino.

ATHEN.

*Dua timo-
 ru species, 1.
 mor & pu-
 dor.
 2. Pudor qd.*

*e Pudori Im-
 pudentia op-
 pofit a.
 d Ad quid
 pudor profit
 in reb. publi-
 cu.*

ATH. ^a Atqui quoties intrepidam aliquem ^a Quò fortis
reddere volumus, in multatū terrorem formi- ^a tudo animi
dinum lege impulsū, talē efficiūmus. ^a C. I. Ita & pudor
videtur. ATH. Què verò ut timeat quæ timen- ^a magis sunt
da sunt, iaducere volumus, nōne cum debet ^a necessaria
mus rebus ad impudentiam declinantibus ten- ^a in civibus eō
tare, in pugna contra voluptates domesticas, ^a magis probā
aut solitam vitæ rationem exercere, & ad vi- ^a da & exa-
storiā cohortari: atque ita vincentem verè ^a minanda, ne
fortem reddere. Qui verò nec periculum sui ^a si & si-
fecerit vllū neque in his certaminib. exercita- ^a mulata pro-
tus fuerit, ne mediā quidem suatum viriū par- ^a veris nobis
tem ad virtutem habebit. Temperans verè por- ^a imponans.
festè virū is erit qui voluptatib. atque cupidi-
tatibus plurimis ad impudentiam & iniuriam
compellentibus fortior repugnauerit, ac ra-
tione operèque & arte tam iocosis quàm se-
riis in rebus deicerit, an verò qui huiusmodi ^b In probatis
hostes nunquā sit expertus? C. I. Handquaquā ^b dis & exa-
verisimile est. ATH. ^b Sed dic oro, nū aliquod ^b minandis ho-
ad inducendū timorē pharimacū deus quispiā ^b minum ani-
hominib. dedit, ut quāto plus ex eo quis bibat, ^b mis quomo-
tantò ex qualibet potatione infeliciorem se ^b de se habeāt
fieri putet, cum omnia tam præsentia quàm fa- ^b ad virtutes
tura sibi meuat, atque ad omnē formidinem ^b vel vitia,
etiam si fortissimus omniū sit, tandem deue- ^b præferenda
niat, cūmq; dormierit, & à potione huius- ^b sunt ea pro-
modi liberatus fuerit, rursus idē quotidie sena ^b bationes quæ
dat, & in pristinū statum restituitur? C. I. Et sine periculo
quā, o amice, huiusmodi potionē in hominum ^b & damno
vita fuisse vnquā dicemus? ATH. Nullā utiq; tam ^b eorum
Tamē si reperiretur hæc potio essetne ad fortis ^b qui proban-
tudinē cōditori legū idonea, ut tale quid de i- ^b tur, quàm
psa dicere ad latore legis possēmus? Age primū ^b aliorum, ad
dic legum conditor, siue Cretensibus, siue hiberni pos-
quibuscunq; aliis leges conscribis. Vtrum sunt.

velles de ciuibus tuis posse fortitudinis, & ignauiz periculú facere? **CL I.** Velle se profectò quilibet responderet? **A T H.** Deinde utrú id tuò, neque magno imminente periculo, an contrà? **CL I.** Tutò scilicet atque securè quilibet confitebitur. **A T H.** Num igitur potionè hac vteris ita eos ad terrores còpellens, & in ipsis perturbationibus arguens monitu tuo ac iussu, aut ciues tuos imperterritos facias, alios horans, alios autem vituperans, si tuis monitis non paruerint? Atq; eos qui strenuè exercendo se gesserint, impunes relinquant: at eos qui contrà, pœna afficias? An nullo modo vteris, quanuis nihil aliud habeas quòd in ea potionè accuses? **CL I.** Cur nõ vtatur hospes? **A T H.** Exercitatio quidè, ó amice, præter consuetas, admiranda fuerit [præ facilitate, qua vel vnus vel pauci possunt, aut quotcúq; volueris, exerceri. Ac siue quis solitario in loco solus ignominia ob oculos ponens, quòd priusquã profecerit videri nolit: ita aduersus formidinè se exerceat, potionè hac sola præ multis rebus aliis præparata, probè aliquid profectò efficiet: seu quis confidens natura se & vsu satis instructum, non formidet cum multis computatoribus exercitari, virésque in poculo necessario exhauriendo perdendóq; ostendere adèò præualens & exuperàs, ut [nulla in re alicuius momèti inhonestè aut indecorè se gerat] erroret & propter virtutè statu non moueatur, ac iuxta vltimam potionem ante ebrietatem discedat, apprimè cauens meri in omnes homines violentiã. **CL I.** Certè & hic, ó hospes, ita se gerès, moderatus euadet. **A T H E.** Rursus ad conditionem legum ita dicamus. O legis conditor, neque deus tale adhuc hominibus timoris do-

** Vinū eius-
modi proba-
tionem esse
nempe ino-
piam aliarū
probatōnū
quæ noxia
sunt & dam-
nosa compa-
ratione osten-
ditur.*

faciendum, inducendamque exercitationem nullam habemus voluptatē commodiorē ea, quæ potione mores examinat, si modò prudēs quædam cautio adhibeatur. Videamus enim. Duri & agrestis animi, vnde iniurię mille pul- lulant, vbi experimentum capere tutius sit, in cōmerciisne [quod vix sine periculo & dam- no rerum suarum quispiam facere possit an il- lum quem probare velis frequētando in Bac- chi certamine: aut de animo in rebus vene- reis succumbente] exposita illi vel filix vel fi- lij, vel vxoris pudicitia periculum facere velis, atque ita cum magno periculo rerum charis- simarum mores animi alicuius spectare? E- quidem si infinita commemorēs, nunquam inuenies in quo per iocum, sine omni prorsus periculo spectare ingenia sicut in vino liceat. Qua de re neque Cretenses, neque alios homi- num vllos dubitatuos vnquā putamus, quin huiusmodi morum examinatio conueniens sit, ac præ cæteris facilis, tuta, breuis. CLIX. Verum id quidem. ATHE. Hoc igitur vtilissi- mum quiddam erit, naturas & habitus animo- rum arte illa cognoscere, qua ista curāda sunt. Est autem hoc, vt arbitror, ciuilis facultatis officium. An non? CLI. Sic est omnino.

DIALOGVS SE-
CVNDVS DE LE-
GIBVS, VEL DE LE-
gumlatione.

Marsilij Ficini Argumentum.

Plato noster mirifica in genus hominum charita-
te, nihil in disputationibus suis intentatum relin-
quit.

quit, quod ad humanam salutem quavis ratione con-
ducere videatur. Atque dum id studiosè contendis,
mauult ut prolixi nimium, vel etiam curiosissimi
rimen subire, quàm negligentis: Ergo exquisitam in
secundo etiam libro etatis tenerræ prosequitur disci-
plinam. Animaduertens enim pueros sermè, ut be-
stias, quasi nihil pensi habere, sed & quocumque vo-
luptas trahit prorùpere, & undecumque retrahit do-
lor, protinus auferere, non iniuria prius quàm male
vel prosequèdi, vel fugiendæ proclisitas in habitum
involscat, aurigà pueritia equis imponit, voluptatis
videlicet, & doloris habenas manu tenentè. Quem
quidè aurigà nominat disciplinam, virtutè scilicet,
qua primò pueris aduenit, qua voluptas, & amor, do-
lorque & odiù per alienam rationem rectè in ani-
mos influunt, antequàm ratione propriè moueantur:
ratione deinde prasente, propria insuper rationi con-
sentiunt, propter superiorem bonorum morum consue-
tudinem. Hanc ipsam consensionem, vniuersam vult
esse virtutem, ipsam verò decentem circa volupta-
tes & dolores assuetudinem, per quam ab initiis vs-
que ad extremum vita homines oderint, qua cõsse-
oportet, & ament qua amanda sunt, quam diu sub
alterius regitur rationem nominat disciplinam. Dein-
de verò cum rationi propria taxo expergescilla con-
sentit, nomine virtutis appellat. Eiusmodi verò vita
moralu fundamentum maximi esse momèti, vel A-
ristoteles ipse in Ethicis magnopere comprobat. Cum
verò inquieta sit puerorum natura, oblectamento-
rumq; per omnia cupida, & idcirco seueram non sus-
cipiat disciplinà, meritò sub honesta musica illius
communissima voluptate virtutis vestigia præ-
ferente, iubet pueros educari: imò verò & seniores
interdum, quibus ad laboriosa vita solamen oble-
tamenta quadam honesta sunt adhibenda. Hanc
vique ob causam inquit deos laboriosam vitam

hominum miseratos, haud ab re in laborum remissionē sollemnia illis sacra festaque instituisse. Musas quincitiam, & Apollinē, & Bacchum ad hac celebranda duces adhibuisse, qui morū lasciviā emendarent, & naturam avidam motionis per musicam motionum rationem moderarentur, honestēque delectarent. Hac autē verba non solum musicae usum laudant diuinitus commendatū atque concessam, verum etiā allegoricē docent hominem multū de eius finibus brutū fore misericordem, nisi diuina providentia atque cognatione diuinum cultum religionēque susceperit. In qua quidem Musa diuinam significant veritatis inuentionem religiosi à Deo concessam: Apollo autem inuentionū eius gratiam expressionem atque vaticinium. Bacchus denique, tum mens in abstractionem, tum opera religiosorum hominum admiranda. Animaduerte harmonicam rationem nobis precipuē à diuina providentia esse tributam, per quam omnes inquiete natura motus qui suapte natura inconcinni forent, concinnaremus. Sed à Musis quidē habemus motionis animi consonantiam, ab Apolline praeterea concentum in sermonū cantibusque motu, à Baccho denique festiuam in motu membrorum concinnitatem. Dum verò de hac per musicam disciplina, & ad pueros omnino, & ad seniores etiā pertinente diligentissimē disputat, eadē qua & in Republica posuit, repetit instituta, per qua poetas, musicos, pictores, nunquā licentia concedatur quodcumque voluerint imitandi, sed honesta duntaxat & graua pro salute spectantium & audientium imitentur. Imitationis autē iudices esse vult peritos homines atque grauisimos, iubetque ut per honestā imitationem quotidie frequentatam adolescentes assuefiant in ludis omnibus, pariter atque studiis semper rebus eisdē, quibus & leges seniorēque gaudere atque holere. Quā quidem assuefactionē totū vultur in-

damentum iudicat conuenire. Inter hac nonnulla memoria comendato ad precepta morū plurimum con-
 ducentia. Inuictus strā si cuncta quæ inter homines
 habentur bona possideat, est infelix: & quando ita
 uiuit: præstare ei dicendum est mori quam uiuere.
 Item quicumque honestū, utile, iucundū, inuicem lo-
 quendo discreueris, non est audiendus. Et quantum
 honesta iustaq; uita possit interdum uideri labo-
 riosa, nunquam tamen id pueris est dicendum, imò
 uerò iustissimam uitam fore omnium iucundissimā.
 Quod tandem fore necessarium Plato asserit, quan-
 tum forte iis quibuscū disputat, aliter uideatur. Idq;
 tacere iubet. Veritas tamen pulcherrimū quiddam est,
 & stabile. Descendit post hac ad uini usum quem
 uel à iuuenibus ante annum ætatis decimum &
 est auum penitus ignorari. Alioquin ignem inquit,
 ad ignem tam in animam, quàm in corpus infundi.
 Post hanc ætatem uinum moderatè tibi permittit.
 Post quadragesimum uerò annum in conuiuio inter
 deorum hymnos concedit uinum liberius bibere, qua
 si remedium aduersus duritiam senectutis per quod
 re iuuenescere uideamur, & mœstitia nos obliuio ca-
 piat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex
 duritia in mollitiē deducta flexibilior fiat. Quo effi-
 ci uult, ut seniores qui alioquin cantare nollent, fa-
 cili hilariores in conuiuio ad iuniorum aures cau-
 tare uelint, atque unà eorum animis, ut ita dixe-
 rim, incantare. Qua quidem incantatione per me-
 lodiam grauitè concinentem iuniorum animi tēpe-
 rentur. In hiū legendis, notabis gratiā ipsam, in re-
 bus quidem pulchritudinem, in cognitione uerò vo-
 luptatis cognominari. Notabis nullum animal præ-
 ter hominem rythmū & harmonia sensum habere.
 Atque rythmum esse ordinem in tempore at-
 que motu: Harmoniam uerò esse ordinem in i-
 psa uocum per acutus & graue contemperantia.

Quod saepe harmoniam dicimus, concentum Latine proprie dicimus. Quod autem rhythmum, com modè numerum dicere possumus, modo intelligat numerum in tempore atque motu notabim quæ in re vini consistit utilitas, & qua cautione sit bibendum presentibus videlicet conuiuio conditoribus legum siue custodibus, sobriis quidem & mores bibentium obseruantibus corrigentibusque, & tunc opportunè, quando per unum meliores facti fuerint, formantibus. Concludit denique, si eiusmodi cautionibus ciues in conuiuio utantur mers, tanquam ad ea quæ dicta sunt utile concedendum: usum verò eius ad suam cuiusque libidinem ciuibus suis procul arcedendum. Quippe cum sacra Pallada arces, quæ ante omnia colenda sunt, imprudentissimè pulset.

a Alia vitia
tas, quæ ex
legitimo vi-
ni usu & mo-
derata com-
potationibus
præter natura
rare proba-
tionem eman-
at, ostenduntur.

b Ex voluptate & dolore virtutes & vitia generantur in animis hominum.

DEINCEPS autem de his considerandum est, utrum id solum bonum habeant, ut perspiciamus quomodo naturas habeamus, an magna etiam utilitas multo studio digna in vini potatione, si rectè fiat, insit. Quid igitur dicimus? Inest vitique, ut ratio hæc insinuare videtur. Vbi autem, & quomodo, attentè obsecro audiamus: ne ex ea re præpediamur. CLIN. Dic igitur. ATH. Repetere itaque memoria cupio quid rectam esse disciplinam dicamus. Huius enim, ut in præsentia conuicio, est in hoc officio quando rectè institutum est, salus. CLIN. Magnum dicis. ATHEN. Primum profectò puerorum sensum esse dico voluptatis atque doloris: *b* atque hæc duo esse in quibus primum virtus & vitium animo innascuntur. Beatus autem est, cui in senectute contigerit, ut sa-

Sapientiam verasque opiniones assequi possit. Perfectus porro vir est, qui hæc & quæ in his sunt omnia possidet bona. * Disciplinam appello virtutem quæ primò pueris aduenit. Si voluptas, & amor, dolorque & odium rectè in animos influant antequàm ratione moueantur & ratione deinde præsentè, rationi consentiant propter superiorem bonorum morum consuetudinem, hæc ipsa consensio vniuersa quidem virtus est. ^b Ipsam verò decentem circa voluptates & dolores assuetudinem, si per quam ab initio vsque ad extremum vitæ homines oderint quæ odisse oportet, & amēt ea quæ amanda sunt, si per se ipsam seorsum ratione consideratam disciplinam vocaueris, rectè, vt ego arbitror, appellabis. c. l. Etenim quæ antea hospes & quæ nunc de disciplina distulerunt, probè dicta videntur. A T H. Bene igitur est. Huiusmodi verò voluptatum atque dolorum rectam institutionem, quæ disciplina dicitur, transgrediuntur homines in vita, ac sæpe peruertunt. ^c Dij autem genus hominum laborib. natura pressum miserati, remissiones laborum ipsis statuerunt, solennia videlicet festiua vicissim in ipsorum deorum honorem instituta præbentes. Musas quinetiam & Apollinem Musarum ducem, & Bacchum concelebratores, deorumque concilio emendatores morum inter solennia adhibuere. Considerandum igitur vtrum hic sermo secundum naturam nobis ac verus est, qui dicit: tenerioris ætatis omnes, vt vno verbo complectar nō posse nec corpore, nec voce quiescere: sed moueri semper, & loqui velle, alios exultantes ac gestientes, & veluti cum voluptate saltantes laudentesque, alios variis vocibus conclamantes.

* *Disciplina
recta virtus
est, quæ pri-
mò pueris
aduenit.*

*blterum qd
fit recta di-
sciplina: hoc
ei dixit ap-
pellatur moy-
sita, decla-
ratur.*

*c Dies festi
instituti à
diu ad re-
creandos la-
boribus & a-
rumnu festus
hominis ani-
mos vna iis
co-piribus.*

*a Quid ry-
thmus & har-
monia, quo-
rū ex omni
animātiū
genere solis
hominib. sen-
sus dat' est.*

a Ac cætera quidem animalia ordinisve defe-
ctum, qui sanè ordo in moribus inspicitur, &
rythmus harmoniæque vocatur, nequaquam
aduertere. Nobis autem ab iis diis quos Iudo-
rum cõcelebratores datos esse nobis diximus,
rythmi & harmoniæ participem sensum esse
tributum, eosque mouere nos cum voluptate,
chorumque nobis ducere cantibus & saltatio-
nibus nos inuicem copulantes: quem quidem
chorum *ὄρχηστος χορὸς*, id est lætitia nomina-
uerunt. Primò verò considerandum, num con-
cedamus, disciplinam primam per Mûsas & A-
pollinem esse. An quomodo? *CL*. Ita pror-
sus. *ATH*. Disciplinæ igitur expertus dicendus,
qui nunquam chorea usus est. Disciplinæ verò
compos contrà, qui satis id fecit. *CL*. Sic po-
nimus. *ATH*. *b* Choreæ verò omnis tripudium
simul est, & concentus. *CL*. Necessè est. *ATH*.
Quisquis ergo bene disciplina instructus est,
& saltare, & cantare bene potest. *CL*. Vide-
tur. *ATH*. Sed videamus quid est quod modò
diximus. *CL*. Quid istud? *ATH*. Cum benè can-
tare, & benè saltare quempiã diximus, utrum
etiam bona cantare, & bona saltare addendū
sit, an non? *CL*. Addendum. *ATH*. Quid por-
rò? *c* Si quis honesta, ut sunt ita honesta esse ar-
bitratur, & turpia similiter turpia, atque ita his
vitur, melius choream musicamque tenebit,
quàm ille qui corpore atque voce quod hono-
stum putat, sufficiēter exequi passim valet, nec
honestis tamen gaudet, nec odit turpia? an ille
qui quamuis voce corporèque non potest, ut
decer, assequi, voluptate tamen & dolore asse-
quitur, ut bonis quidem gaudeat, praua autem
oderit? *CL*. Magnum verò disciplinæ discrimen
om̄ hospes narras. *ATH*. Si ergo cantus tri-
pudii.

b Choreæ qd

c Animi ve-
ra musica
& harmonia
qualis sit.

pudique bonum nos tres non ignoramus: co-
 gnoscimus utique & qui disciplina rectè po-
 titus est, & qui contrà. Sin autem hoc ignora-
 mus neque si qua disciplinæ conseruatio sit,
 & vbi sit, scire vnquam poterimus. Nõne ita?
 CL. Ita prorsus. ATH. Deinceps igitur sicuti
 canes per vestigia decentem figuram, melo-
 diam, cantum, & saltationem inuestigemus.
 Nam si illa nos fugiant, frustra de recta disci-
 plina siue Græca, siue barbara disputabimus.
 CL. Sic arbitror. ATH. Quam igitur figuram,
 & melodiam bonam vocare decet? Num fortis
 animi, & timidi similes figuræ vocæque in
 eisdem æquisque laboribus sunt? CL. Quomo-
 do similes, quando neque colores? ATH. Scitè,
 ô amice, sed in Musica, & figuræ sunt. & con-
 centus, quum circa rythmum & harmoniam,
 versetur. Quare boni rythmi harmoniæque
 figuram & cantum licet dicere: boni autem co-
 loris non possumus rectè dicere, [si ea imagine
 & similitudine qua magistri choreæ solent uti
 voluerimus.] Ignauiautem & fortis viri figu-
 ra quædam est aut cantus: atque hæc rectè in
 viris fortibus honesta, in ignauis turpia nomi-
 nantur. Sed ne in his longior sim, omnes sim-
 pliciter virtuti animi, vel corporis, aut virtutis
 imagini adhzrentes figuræ atque concentus,
 honesti: contrarij verò turpes. CL. Rectè tu
 quidem atque ista sic se habere in præsentia iu-
 dicamus. ATH. Præterea & hoc cogitandum,
 vtrum omnes omnibus choreis similiter dele-
 æmur, an multum intersit. CL. Multum om-
 nino. ATH. Quid igitur esse dicemus, quod in
 errorem nos impulit? Vtrum non eadem sunt
 honesta bonaque nobis omnibus? An ipsa
 quidem eadem sunt, non tamen eadem esse

*2 Que in e-
 nino lauda-
 biles figura
 & concentus,
 qui contra.*

*Attendit
 in primis ne
 permittatur
 in ciuitate
 cuius, vocis
 modulatio-
 ne aut cor-
 poris motu
 & ag. ratic-
 one, quem
 vis animi
 motum aut
 affectum ex-
 primere, quia
 nihil effica-
 cius est, iis
 qua extrin-
 secus in ocu-
 los & aures
 incurrunt ad
 animos in-
 vtriusque par-
 te stultitiam.*

videntur. Neque verò dicere quisquam aude-
 bit vitiosam choream virtutis participe melio-
 rem esse. Neque fatebitur vnquam aliquis se
 quidem figuris prauis lætari, alios autem con-
 traria quadam musa. Quanquam plerique præ-
 dicant rectam musice rationem in vi quadam
 consistere, quæ voluptatem animis afferat.
 Quod neque ferendum est, neque dicendum
 omnino: nefas enim. Hæc autem potius erro-
 ris causa est. C. L. Quenam? A. T. H. Quoniam in
 chorea variorum morum, variarumque rerum
 variis in fortunis moribusque gestarum imita-
 tiones fiunt, quibus illa quæ dicuntur, aut de-
 clarantur, aut sub specie saltationis exprimum-
 tur, vel natura, vel consuetudine, vel vtriusque
 probantur, atque animo eorum conueniunt,
 quos gaudere illis, laudareque, & honesta nun-
 cupare necesse est. Quibus autem præter na-
 turam vel morem, vel consuetudinem aliquam
 accidunt, hi neque gaudere ipsis possunt, neque
 ea laudare, imò turpia appellare necesse. At
 verò qui à natura rectè se habent, consuetudi-
 ne autem contrà, vel à consuetudine quidem
 rectè, contrà verò natura, isti laudes volupta-
 tibus contrarias proferunt. Singula enim ho-
 rum iucunda asserunt esse: sed & praua esse
 concedunt. Atque idcirco coram aliis, quos
 mentis compotes putent, verentur corpus eo
 pacto mouere: verentur quoque ea cantare,
 honestaque & studio digna, asserere. Ipsi verò
 secum iis omnibus delectantur. C. L. Verissima
 loqueris. A. T. H. Nunquid damnum aliquod
 infertur illi, qui prauis figuris aut cantibus
 delectatur: vel utilitas eis, qui voluptates in
 contrariis capiunt? C. L. Verisimile id quidem.
 A. T. H. Vtrum verisimile tantum, an etiam ne-
 cessarium.

neffarium fit ita id se habere? sicuti cum quis-
 piam cum hominibus improbis conficiatur,
 neque mores eorum odit, sed delectatur his
 potius & indulget, & tamen ioci loco vitupe-
 rat, quasi per somnum ipse in se eorum perci-
 piens prauitatem. Tunc quippe necesse est
 vt similis efficiatur illis quibus gaudet, etiam
 si laudare veseatur. Qua quidem re quidnam
 maius, aut bonum, aut malum ex omni necessi-
 tate accedere nobis existimemus? **CL.** Nihil
 puto. **AT.** Nunquid arbitramur vbi leges bene
 constitutae sunt, aut & in posterum ita erunt, in
 disciplinis iocisque musarum eam poeticis fo-
 re licentiam, vt quicquid poetam delectet vel
 rythmo, vel cantu, vel verbo poetico, idem &
 docere ei liceat? & bene institutorum ciuium
 pueros adolescentisque in choris quacunque
 contingit, vel ad virtutem, vel ad vitium re-
 ducere? **CL.** Praeter rationem id est **MEG.** Certe.
AT. At isthuc, vt breuiter dicam, vbique fe-
 re praeterquam in Aegypto agere licet. **CL.**
 Quo autem pacto in Aegypto hanc legem san-
 citam esse dicis? **AT.** Mirum hoc quidem
 auditu est: nam id olim, vt mihi videtur, illi
 cognouerunt, oportere quod nunc nos dixi-
 mus, in ciuitatibus iuuenes, bonis figuris & bo-
 nis cantibus assuescere. Quae vero & qualia
 sint huiusmodi, in sacris ab eis est institutum,
 ac praeter illa neque pictoribus, neque aliis fi-
 gurarum, vel quocunque artificiorum fa-
 bris noua vlla liceat inducere, neque etiam
 excogitare alia praeter patris, neque hodie li-
 cet aut in his, aut in vniuersa musica. Itaque
 si obserues, inuenies ibi quae decem annorum
 millibus retro depicta, & expressa fuerunt,
 quod quidem temporis spatium a me haudquaquam

*2. Aegyptio-
 rum institutum
 circa musi-
 cam & cantus
 & figurarum
 eorum iudis
 & festis ad-
 hiberi solen-
 tor, lauda-
 tur, quod a-
 pud illos le-
 ge cautum
 sit vetera
 & patrias
 & iam ante
 decem milia,
 annorum rece-
 pra retinere
 a nouis aut
 penitus ab-
 sistere.*

ex communi quadam loquendi consuetudine nominatur, sed quia res, ita verè se habet] nec pulchriora, neque turpiora his quæ hodie depinguntur, sed eadè arte cõfecta. c. l. Mirabile auditu est quod dicis. ATH. Imò ciuilem nimium maximèque legum positioni conueniens. Inuenies apud illos fortassè alia quædã lenia & nullius momenti: sed hoc circa musicam verum est, dignumque animaduersione, quod videlicet poterat de rebus huiusmodi certa stabilique lege caueri, & legumilatorem ausum fuisse concentus tales, qui naturam rectitudinem exhiberent inducere. Quod quidem aut dei, aut diuini alicuius viri opus est. Quemadmodum & ibi ferunt antiquissimos illos apud eos concentus, Isidis esse poemata.

Quamobrem, vt dicebam si quis quoquo modo istorum possit rectitudinem intelligere, ei audendum est hæc ad ordinem legumque reducere. Nam noua semper circa voluptatem & dolorem appetitus ipsius affectio, quæ quidem nona semper musica vti studet, haud magnam fortassè vim habet, vt eas choreas verè stas incusatione corrumpat, quæ sunt sacris legibus constitutæ. Nempe Ægyptiorum choreas nequaquam tanto tempore corrumpere potuisse videtur, sed contrà omnino. c. l. Ita se res habet vt ex tuis verbis colligitur. ATH. Dicamus igitur confidenter, choream cum ludis & musica rectè coherere. Latamur quoties feliciter viuere nos opinamur: quotiesque latemur, rursus feliciter viuere ducimus. nonne ita? c. l. Ita prorsus. ATH. Atque dum latamur, quiescere non valemus. c. l. Est vt dicis. ATH. ^a Nonne igitur qui iuuenes inter nos sunt ad saltandum apti sunt? Nos autem qui

^a Certamina
& ludi pu-
blici institu-
ti sũt recreã-
dorũ animo-
rũ, & volup-
tatis aurib.
& oculis cõ-
parãda cau-
sa, dàda ita
que operant
eiusmodi vo-
luptas exhi-
beatur, que
animos insti-
tuit ad vir-
tutẽ non aut
labefactet &
corrumpat.

seniores sumus in his spectandis decenter versari putamus, dum illorum ludis & celebritate gaudemus, quando quidem nos corporis levitas destituit, cuius desiderio certamina his ponimus, qui quàm maximè queant iracem illam iuuenilem in memoriam nobis reuocare. C. L. Vera narras. A. T. H. An igitur frustra omnino illud à multis de id genus hominibus sacros ludos peragentibus dictum esse putamus, eum sapientissimum & victoriæ competentem iudicandum esse maximè, qui nos lætari atque gaudere quàm maximè faciat? Nā postquam ludere in istis permittitur, conueniens esse videtur, ut eum qui quàm plurimos & quàm maximè ad lætitiā prouocet, præcipuè honoremus, ut modò dicebam, victorem esse dicamus. Rectène id ita dicitur? rectèque fieret, si ita fieret? C. L. Fortè. A. T. H. Sed, ô beate, ne tam præcipitanter sententiam feramus, sed hoc ipsum in partes distinguentes hoc modo consideremus. Siquis certamen aliquando qualecunque proponat, sed nec gymnicum, nec musicum, nec equestre adiiciat, sed omnibus ciuibus congregatis, voluptatis gratia certamen duntaxat instituat præmiâque ei proponat qui spectatores maximè delectet, optimèque omnium id fecisse iudicetur, cum nullus delectandi modus expressus sit, quidnam ex præconio euenturum putamus? C. L. Qua de re dicis? A. T. H. Par est ut alius sicut Homerus Rhapsodiam ostendat, alius Citharam, Tragediam alius, alius verò Comœdiam. Neque deerit qui miraculo ostendendo victoriā se opinetur consecuturum. Quum tales & alij generis eiusdem certatores multi confluerint, possumusne dicere, quis ritè victor sit abitu-

rus? C. L. Absurdum quid rogas. Quis enim scire id respondere poterit, prius quam ipse istic præsens singulos certatores audierit? A. T. H. Vultisne igitur ut ipse ad absurdum istud respondeam? C. L. Quidni? A. T. H. Si pueri admodum parui sententiam dicant, præstigiatorum vicissè cæteros iudicabunt. An non? C. L. Quid obstat? A. T. H. Pueri verò masculi commædum cæteris anteponent. Sed mulieres egeditæ atque adolescentuli, & fermè multitudo tota, Tragædiam fortasse laudabunt. C. L. Fortassis ita continget. A. T. H. Seniores autem nos iucundissimè Rapsodum forsitan audiemus, qui Homericum aliquid, Iliada vel Odyseam, aut aliquid Hesiodicum bene cecinerit, victorémque omnium prædicabimus. Qui ergo inre victor sit, nonne declarandum restat? C. L. Sanè. A. T. H. Perspicuum quidem est, ut & mihi videtur, & vobis necesse est concedere, eum reuera esse victorem, qui vicissè à nostris æqualibus iudicabitur. Vfus enim rerum quæ ab ætate habemus, [in omnibus ciuitatibus & vbique longè præstare putatur iuuenum iudiciis & opinionibus] C. L. Procul dubio. A. T. H. Concedo igitur ipse hoc multis, voluptate Musicam iudicandam, non tamen quorumvis hominum voluptate, sed illam fermè Musam esse dico pulcherrimam, quæ optimos satisque eruditos delectet, præcipuè verò, quæ virum virtute & disciplina præstantem. Quapropter virtute egere harum rerum iudices affirmamus. Nam & prudentiæ eos & fortitudinis oportet esse participes. Prudentiæ quidem, quia non debet verus iudex quæ determinanda iudicio sunt ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multorum, quam ignorãtia

¶ Honeſtæ uoluptate qua hominũ & iuuenũ in primis annos, nõ corrupat, sed ad virtutem & hæc stas artes scibiles reddat, idoneus iudex & arbiter non est populus, sed uiri graues & senes rerũ usu ac p̄inde iudicio, & prudẽtia multum ualentes.

ria sua ita ferre sententiam. Fortitudinis autē,
 quia nec sciam si per seipsum intelligit. debet
 propter ignauiam & formidinem ex eodē o-
 re, quo iudicaturus deos inuocauit, ignauiter,
 iniquum iudicium promulgare. Non enim
 ut discipulus, sed ut magister spectatorem, sic
 ut par est, iudex sedet, ineptis spectantium vo-
 luptatibus aduersaturus. Licebat prisca Græ-
 cæque lege, quemadmodum nunc Sicula & I-
 talica: quæ multitudini spectatorum rem per-
 mittens, & manibus sublatis victorem decla-
 rans, deprauauit quidem poetas ipsos, qui ad
 iudicium vulgarium prauam voluptatem cō-
 ponunt omnia, ita ut ipsi spectatores poetas,
 & seipos erudiant. Corruptit & ipsius specta-
 culi voluptates. Nam cum eos oporteat qui
 interfunt, meliora semper motibus suis audi-
 re, atque ita meliorem consequi voluptatem,
 nunc eis ex theatro contrarium accidit. Quid
 igitur hæc ita dicta sibi volunt? Animaduerti-
 re num hoc sit quod volunt. *CL. Quidnam?*

A. R. H. Ter iam aut quater ad idem reuoluta
 oratio mihi videtur, disciplinam educationē
 esse puerorum, quæ ad eam viuendi rationem
 perducit, quam lex rectam esse dicit, & viri
 æquitate præstantes senioresque vsu rerum si-
 cuti rectam comprobarunt. Vt igitur puerorū
 animus legem ita sequatur, ut non contrariis,
 sed iisdem quibus lex & senior, doleat gau-
 deatque ea de causa, quas *αἰσάει*, hoc est canti-
 lenas vocamus, quæ tamen sunt potius *ἰπαιδαγ*
 hæc est incantationes animorum, comparatæ
 sunt, & ad eiusmodi qualem diximus concen-
 tum accommodatæ, quanquam eò quoddam feruū
 virtutis studium ferre non possint iuuenum
 animi, ex vocentur cantilenæ, & in ludi spe-

*Tertio iā
 repetitur,
 & inculca-
 tur παιδαγ
 hoc est, libe-
 raliū discipli-
 na qua qua-
 si per ludum
 & iocū pue-
 rorū animos
 ad virtutem
 formet, defi-
 nitio.*

*Qua poesis
& musica in
rele instituta
in Rep. tole-
randa.*

ciem conformata sint, ac quemadmodum a-
grotantibus, & infirma habentibus corpora in
suauibus quibusdam cibis & potionibus vtile
alimentum conantur exhibere, quibus id cu-
ra est: contra autem noxium in minimè su-
uibus & iucundis, ut illud quidem diligere,
hoc verò odisse rectè assuescant, eadem ratio-
ne poeticum hominem bonus legislator apta
oratione & quæ laudis stimulum addere pos-
sit inducens, aut si minus inducet, coget ipsam
ut moderatorum, & fortium omni denique
virtutis genere instructorum virorum cū sy-
thmis, figuris, tum aptis modulationibus, &
concentibus voces exprimat.] CL. An igitur
in aliis ciuitatibus nunc hoīes seruari hæc
censes? Nā quantū ego scio, quæ tu præcipis,
nusquā nisi apud nos & Lacedæmonios fiunt.
Noua enim semper & in saltationibus, & in a-
lia musica excogitantur, non à legibus muta-
ta, sed à voluptatibus quibusdam vagis, quæ
nullo pacto aut eodē sunt, aut eodē modo per-
manent, sed variæ semper fiunt contra mōres
illos Ægyptiorū, quos narraſti. ATH. Probr̄,
ō Clinia. Si autem visus sum tibi quæ modò di-
cis: quasi nunc fiant, suprā dixisse, non mira-
rer si minus clarè quæ sentio, exposuerim. Di-
xi equidē quæ in musica fieri vellē, & ea tibi
quasi fiant dicere visus sum. Vituperare enim
re insanabilē & errore longè prouectā, nullo
modo iucundū, interdū verò necessariū est.
Verū postquā in his consentimus, nōne quæ-
so apud vos & apud istos hæc magis quā apud
alios Græcos fieri asseris? CL. Cur non assera-
mus? ATH. Si & apud cæteros similiter fie-
rent, nōne melius quā nunc agerentur? CL.
Multò certè præstantius si ita disposita essent
quem-

quemadmodum apud istos & apud nos, & ut paulò antè tu præcepisti. A T. Age videamus nunquid hæc sint quæ apud vos in omni disciplina & musica prædicantur. ^aPoetas carminibus dicere cogitis bonũ virũ quia temperatus iustusque sit, felicem esse atque beatũ, siue magnus atque robustus, siue parvus atque debilis, siue pauper sit, seu diues. Iniustum autem hominem etiam si ditior sit, quàm Cinyras aut Midas, miserũ esse, & in mœrore vitã ducere. Ita que poeta nobis si rectè loquatur, inquiet.

^aQuibus sensu
sensu refer
ta esse poe
mata oport
eat, si iuuen
turi saluta
ria sint futu
ra.

Nunquam ego de illo mentionem faciã, neque virum appellabo, qui non omnia quæ bona dicuntur, cũ iustitia possideat atque disponat. Is igitur iustitia exornatus, cominus pugnare cum hostibus delectetur. In iustus autè sanguinolentã eadem videre non audeat, neq; currendo Threiciũ queat Boream superare, nec ei quicquam eorum quæ bona dicuntur, vnaquã affuerit.

^bQuæ enim vulgò appellantur bona, non rectè bona dicuntur. Aiunt nempe optimum esse sanitatẽ, ei proximum bonũ formã, vires tertium, quartum verò diuitias. Innumerabilia ferunt cetera huiusmodi bona narrantur. Nã & acutè cernere atque audire, aliisque sensibus integrè uti, bona videntur, & ad hæc omnia posse tyrannica licentia facere quæcunque cupias. Summãque totius beatitudinis esse ferunt, si cum istorum omnium possessione immortalis statim euadas. Ego autem ac vos vnã conuenimus, iustis sanctisque vitis optimam esse iustorum omnium possessionem, iniustis autem omnium pessimam, à sanitate initio sumpto. Sanum nanque esse, & videre atque audire, ac omnia facillè sentire, & omnino viuere vel immortalem pessimum est, si cum horum omnium possessione semper

^bDe bonis
quæ vulgò
sententia.

vixeris expertus iustitiæ cæterarumque virtutum. Minus autem malum, si quam, brevissimo tempore sic affectus vitam haleris. Hæc utique, & ipsi vestros hortabimini, & cogitis poetas dicere, perique his consentaneos numeros & cœcatus adolescentiam erudire. Num ipso hoc animadvertitis? Ego enim assero quæ vulgò mala dicuntur, iniustis bona esse, iustis autem mala.

**Bona quæ vulgò reputantur, si à virtute seu ista fuerint homini sunt mala.*

**Misere est qui iniustus est, etiam si bonis omnibus externis fuerit cumulatus.*

**Voces eiusmodi minime sunt tolerandæ in Republica bene instituta, homines pravius iucundè vivere, alia esse vitia alia in ista.*

**Quæ verò dicuntur bona, bonis quidè verè bona, malis autem mala. Cœveniamusne igitur adhuc in eo quod quaerebamus non? c. l. Partim quidè cœnente videmus partim minime. A T. Fortè vobis non persuadeo non esse beatum illum, sed miserum qui iniustus & cœtumeliosus est, etià si sanitate habeat, & diuitias perpetuamque tyrannidè, inuictas præterea corporis vires, & immortalitatemque possideas, nihilque ex his perpetuatur quæ vulgò mala dicuntur. c. l. Vera loqueris. A T. Esto, sed quid deinde dicendum? Et si viribus pollens formosusque est & diues, cunctaque per oem vitam facit quæ cœcupiscit, nonne vobis videtur si iniustus cœtumeliosusque sit, ex hoc duntaxat necessariò turpiter vivere? An turpiter quidè concedimus? c. l. Profusus. A T. Quid autè? nonne & male? c. l. Haud similiter istud. A T. Iniucundè verò atque incommodè non conceditis ei? c. l. Quo pacto hoc concedemus? A T. Quomodo? Si deus quispiam, o amici consensum nobis (ut videtur) animi tribuat, ut nunc quidè inter nos dissentimus. Mihi enim ista magis necessaria videntur esse, o amice Clinia, quàm Cresiam esse insulam: ac si Cretensibus ipse leges conderè, tam poetas quàm cæteros omnes ciues sic loqui cœpellerè, ac panam penè omnium maximam intentare, si quis ea in regione assereret esse aliquos quædoque homines pra-*

vos qui iucundè viuant, vel alia esse vilia &
 e. inducibilia, alia iustiora. Multaque equidem
 contra ea quæ nunc à Cretenfibus & Lacedæ-
 moniis dici videntur, imò verò à cæteris quo-
 que hominibus dicere civibus meis perfuade-
 rē. Agite igitur per Ionē atque Apollinē opti-
 mi viri, si hos ipsos deos qui leges nobis dede-
 runt, interrogemus, si ne iucundissima vita iu-
 stissima: an duæ quædā vitæ sint, altera iucun-
 dissima, iustissima altera: nobisque ita quæren-
 tibus ipsi duæ esse respondeant: ab eis forsitan
 iterū percontabimur, si rectè sciscitari volueri-
 mus, utros beatiore oporteat dicere, iustissime
 an iucundissime viuentas, ac si iucundissime vi-
 uentes responderint, turpis erit responsio. Vel
 se aut de patribus legumq; latortibus viris potius
 quædā tale aliquid esse dictū. Quare quæ pe-
 tū, à patre legisque latore me petisse existime-
 tis, respōsumque mihi esse, *beatissimū esse illū*
 qui iucundissime viuat. Ego autem ita dein-
 de opponā. O pater, nōne quā beatissime
 volebas me vincere? Certè. At nunquam cessa-
 bis iubere vt quā iustissime viuerem. Quis-
 quis autem hæc vñ concedit sine legumlator
 siue pater, & absurde loquitur & sibi ipsi non
 constat. Quod si iustissimam vitam, beatissi-
 mam esse respondeat, quæret, vt arbitror, qui-
 cunque id audiet, quidnam ea in vita bonum
 & pulchrum, tanquam voluptate melius, lex
 ipsa lauda: Quid enim à voluptate separatam
 iusto boni adesse potest? Dic obsecro an laus
 & gloria tā apud homines quā apud deos ho-
 num quidē est atque honestū, iniucundū autē?
 infamia verò contrā. Minime chare legissator
 dicemus, sed neque quenquam iniuria affice-
 re, neque à quoquam iniuria affici utrū iu-

*a Eadem vita
 & iucundissi-
 ma & iustis-
 sima est.*

*Sapienti legi-
gislatori dan-
da est in pri-
mi opera ut
haec civium
animos opi-
niane im-
buat, utilita-
tem nunquam
seiuungi a iu-
stitia.*

eundem quidem bonum autem aut honestum
alia autem iucunda quidem turpia autem &
mala.] C L. Quo pacto id? s o c a. Ratio igitur
quae neque iucundum à iusto, neque bonum
separat ab honesto, probabilis est: & si non ad
aliud, attamen ad hoc, ut sanctè ac iustè quis
vivere velit, multum conducit. Quocirca le-
gislatori turpissima & admodum contraria o-
ratio est, si hæc ita habere se neget. Nemo enim
sponte id aget, cui nō plus lætitiæ quā doloris
inest. Quod verò procul aspicitur omnibus, ut
ita dicā, vel ipsis pueris caliginosam affert ver-
tiginē. Quare vertigine tenebrisque ablaris in-
contrariū legislator opiniones civiū ducet, &
tū laudib. tū consuetudine, tū rationib. quo-
dammodo ipsis persuadebit, tā iusta quā iniusta
esse obūbrata, atque iniusta quidē [è regione
iusto opposita, cū ex parte iniusti & mali hoc
est ex seipsis spectantur iucunda videri, iusta
contrā maximè iniucunda: ex iusti autē parte
omnia spectata omni videri cōtraria in utrā-
que partē.] C L. Sic apparet. A T. Reuera autē
utrā sententiā potiorē existimabimus? melio-
risne an deterioris animi? C L. Melioris neces-
sariò. A T. Necessè est igitur iniustā vitā non
turpiorē solū ac peiorē iusta sanctāque vitæ
esse, verū etiā iniucundiorē. C L. Ita certè ex hac
ratione, o amice, videtur. A T. Legis itaque la-
tor ex quo exigua sit prouentura utilitas, etiā
si non ita ipse haberet ut modò diximus, nō a-
lienū tamē sua gravitate putaret ad iuuentutis
utilitatē falsò aliquid, si modò quid vnquam a-
liud falsò dicendū sit, dicere: maximè cū nullū
mendaciū hac falsitate utilius excogitari pos-
sit, quòd videlicet ita trahere audiētes valeat,
ut nō vi, sed spòte iustitiā velint suscipere. C L.
Pul-

Pulchrum cerrè, ô hospes, & stabile quiddā est
 veritas. Videtur autē pletunq̄e nō facile per-
 suadere. A T. Esto. At enim Sidonii fabula il-
 la, & si nihil verisimilitudinis habuit, facilè nī
 hilominus persuasit, aliāque permultā simili-
 ter. C L. Quenā? A T. Quōd à dentibus quō-
 dā satis armati milites nati sunt. Magnū enim
 id legislatori exemplū est, posse animis iuuenū
 quodcunq̄e velit persuadere. ^a Quapropter ni- ^a *Mendacia*
 hil aliud scrutari debet, quā quibus rebus per- *adhibere pos-*
 suatione acceptis maximū bonū conferat civi- *sunt legisla-*
 tati, ad idque omni incumbere studio, vt civi- *tores ad per-*
 tas vniuersa de his rebus vnū atque idem quā *suadēda ea*
 maximè ac semper in cantibus, fabulis, & om- *qua honesta*
 ni sermone, decantet. Equidē ita sentio. Si ve- *& iusta*
 rò vos aliter, nulla inuidia sit contradicere. *sunt.*
 C L. Neuter nostrū posse vnquā de his dubita-
 re videtur. A T. Prosequar igitur asserens cho-
 ros ^b omnes qui tres sunt, teneris adhuc & mol- ^b *Triplex*
 libus puetorum animis, & alia bona quæ di- *chorus insti-*
 ximus, & quæcunq̄e narrare possimus, quasi *tuitur, qua-*
 incantatione quadā insinuare oportere. Caput *les singuli*
 autē illud sit, quōd videlicet, si vitā eandē op- *sint declara-*
 timam & iucundissimā iudicati à diis asserue- *tur, & quid*
 rimus, & veta loquemur, & magis illis quibus *cū voce seu*
 opus est persuadebimus, quā si aliter dicere *cantu, in mo-*
 mus. C L. Cōcedenda sunt quæ dicis. A T. Pri- *tu corporis*
 mus itaq; puerilis musatū chorus hæc studiosè *animu homi-*
 toti civitati decātaturus ingrediatur. Secūdu *nim ab illis*
 illorū chorus, qui ad triginta vsque annos pro *ingeri de-*
 uesti sunt, Pæana testē veritatis dictorū inuo- *beat.*
 cet, & iunioribus propitiū suppliciter esse pre-
 cetur. Tertius eorū sit chorus qui triginta an-
 nos inter & sexaginta ætatē agunt. His autem
 seniores quia non amplius de eisdem moribus
 fabulas poterunt decantare, dimittendos diu-

Tercio cho- no oraculo censemus. CL. Quoniam hos pes
 ro applicat tertios hos choros dicis? non enim clare quid
 qua supra de his dicere velis comprehendimus. A T. Hi pro
 dixi de cōpo festo sunt, quorū gratia pleraq; superius sunt
 rationū & e inducta. CL. Nondū intelligimus. Quobrem a-
 brietatis mo- pertius conare dicere. A T. Dictū est disputatio
 derata vsu: nis principio, si recordamur ita adentē iuue-
 interdicens nū omniū naturā esse, vt neq; corpore neque
 itaq; pueris voce quiescere possit, sed sine ordine temper
 & iuuenib. clamer & saltet: atq; ordinis vtrorūq; istorum
 vini vsū pro nullū aliud animal præter solā hominis natu-
 pter atatu- rā sensū habere. Ordinis autē qui in motu cō-
 ardore, per- spicitur, nomē Rythmus, id est numerus esse
 mittit terti- potest: sed eius qui in voce, acuto & graui si-
 chori homini- mul contēperato, Harmonia, id est cōcentus.
 bus liberius Vtrūq; verò simul Chorea nominabatur. Deos
 interdum in quoq; diximus nostri misertos choreę cōcele-
 dulgere vi- bratores ac duces dedisse nobis Apollinem &
 no, vt ob an- Musas. Tertiūq; , si recordamur, Dionysiu nū-
 nos iā friges- merauimus. CL. Cur nō recordari debeamus?
 cens ipsorum A T. Atqui Apollinis & Musarū chori dicti iā
 natura flexi sunt. Tertius autē qui reliquus est Dionysio ne-
 bilior fiat cessariō tribuetur. CL. Quo pacto? latius expo-
 ad exprimē- ne. Nā primò auditu valde absurdus Dionysia-
 da in chore- cus seniorū chorus esse videtur, si vltra trigesi-
 ū cū voce tū- mū annū, & ad quinquagesimū iā prouecti, &
 motu corpo- vq; ad sexagesimū eo vtātur. A T. Vera loque-
 rē salutaria- tis. Sed ratione ad hæc opus esse arbitror, vt ap-
 illa praecep- pareat quo pacto opportunē id fieri possit. CL.
 ta, qua ciui- Quidni? A T. Nunquid superiora illa inter nos
 tas ciuitati- cōstāt? CL. Quenā? A T. H. Quod oporteat vitos
 debet perpe- oēs & pueros, liberos & seruos, mares & femi-
 tuo occinere, nas, & vniuersā ciuitatē toti ciuitati quotidie
 quanquā id
 p. su. l. t. o. r. e. s. atate multò aptius & decentius quā iuuenes debeat
 fa. ero, vt postea ostendetur.

qua diximus variis modis & carminib. decanta-
 re, vt ex innumerabili hymnorū varietate in-
 explebili quodammodo voluptate cōcinentes
 afficiantur. CL. Nihil obstat quo minus con-
 cedatur ita fieri oportere. AT. Sed quo optima
 hæc ciuitatis pars, cui propter aīatē atque pru-
 dentiā summa inest ad persuadēdū autoritas,
 optima canendo maximorū bonorum causa e-
 rit? An id stultē omitemus, in quo optimorū
 & viliſſimorū cantuū vis inest præcipua? CL.
 Haud omittere licet, vt modò apparet. ATH.
 Quomodo igitur decenter id fiet? Videte que-
 ſo an ita. CL. Quo pacto? AT. Vnūſquiſq; ſe-
 nior circa cantus iā ſegnior effectus, his mini-
 mē delectatur: & cū res postulat canere, quan-
 tō ſenior atque modēſtior eſt, tantō magis ca-
 nere veretur. An non ita? C I. Ita proriū. AT.
 Sed multō etiā magis in theatro corā multitu-
 dine rectus cantare præ pudore non tolerabit,
 præſertim ſi ſeniorū chori, quēadmodū qui de
 victoria contendunt & ſi quidem quō clarior
 vox ſit, tenues atque ieiuni carere cogātur. Sic
 enim non ſine moleſtia & pudore cantabunt,
 & ad iſta tardiores accedent. C L I. Neceſſaria
 narraſ. AT. Quo igitur pacto paratos eos ad
 cantū reddemus? Principio lege ſanciemus, vt
 pueri vſq; ad duodeuigeſimū annū vini vſum
 priuſ ignorent. Nāpe eos monēbimus nō o-
 portere ignē igni in corpus atque animā ſug-
 gerere, antequā viri effecti iūbire labores inci-
 piāt. Furiōſum nāque habitū iuuetutis cauere
 oportet. Deinde vino moderatē vtantur vſque
 ad annum ætatis trigēſimum. Ab ebrietate ve-
 rō & vini repletionē iuuenes omnino abſti-
 neant. Sed cum ad quadrageſimū peruenerint
 tunc in conuiuiis libetius diſcumbentes, cū

alios deos, tum Dionysium ad sacra senum & ludos inuocent, qui hominibus vinum quai remedium aduersus senectutis duritiã est legitus, vt reiuuonescere videamur, & mœstitiã nos obliuio capiat, ipsãque affectio animi sicuti feruũ in igne ex duritie in molliã deducta flexibilior fiat. Primũ quidẽ sic affectus

a *Qua item de chorearũ & cantuum legitimorum vsu ad tãpe- rãdos, & om- ni genere vir- tutis imbue- dos ciuitatis mores supra dixi, appli- eat ad Cretẽ sum & La- cedamonio- rũ Resp. do- cens pracla- ris illis in- stitutis eas ciui- tates carere, atq; ad hũc vni scopum omnes pforũ leges referri: & ex omni- bus virtutib. primã & p- pẽ solã forti- tudinem co- lant ciues.* *CLI.* Nescio quo modo rursus, hospes, legisla- toribus

quisque sumpta fiducia minus verebitur inter aliquos ac suos, non tamen multos & alienos canere, & vnã, quod iam sapius repetiimus, incantare. *CLI.* Et maximẽ quidem. *ATHEN.* Ad eos igitur inducendos vt cantibus inter esse velint, modus hie haud indecens erit. *CLI.* Non certẽ. *ATHEN.* Qua autem voce & qua musa hi viri cantabunt? An ea videlicet quae ipis conueniat? *CLI.* Ea duntaxat. *ATH.* Quãnam igitur diuinis viris conueniens erit? Nonne ea qua chori decantant? *CLIN.* Nos quidẽ hospes & ij non possumus aliud canere quã quod in choro didicimus. In hoc enim cantu allueti sumus. *ATH.* Par est. *a* Optimum enim cantum non didicistis: quasi enim castrensium Rempub. habetis potius quã vrbana propter ea tanquã frequentes pullos gregatim pascentes, iuuenes habetis. Vnde nemo vestrũ arripit suum, & ad cohibendã eius ferocitatẽ, cuiusq; ad hũc erudiat ipsum leniter tractans, & mansuetificans, & cetera quae educationi conueniant peragens, ex quo non modò probus miles efficiatur, sed ciuitatum quoque & vrbium idoneus gubernator: quem quidẽ principio diximus Tyrtaei militibus fore bellicosiorẽ. quarto virtutis loco non primo semper & vbique priuatim & publicẽ fortitudinis munera colentẽ, *CLI.* Nescio quo modo rursus, hospes, legisla- toribus

toribus nostris derogas. ATHE Nō ex animo id facio, bone vir, siquidē facio, sed pergamus quō ratio ducit si vultis. Nam si musam habemus chororum & theatri cōmuni musa præstantiorem hāc illis exhibere conemur, quos diximus illā quidem vereri, & aliam querere meliorem. CLIN. Omnino. ATHEN. Omnibus igitur quæcunque gratia quædā sequitur, inesse id oportet, vt vel ea ipsa gratia sola in his alliciat sitque præcipuū, vel rectitudo, seu utilitas. Exēplo quod dico, exponā. Cibus ac potus & alimentū omne gratiā habet, quā voluptatē dicimus: Rectitudinē verō & vtilitatē, si confert ad sanitatem. CLIN. Prorsus. ATHEN. Sic & in discendo gratia inest, quæ voluptas nominatur. Rectitudo etiam atque utilitas & bonus habitus atque pulcher, quæ ab ipsa veritate efficiuntur. CLIN. Ita est. ATHE. Quid porrō in artibus, quibus similia efficiuntur, nōne id ipsum inspicimus? Voluptas profectō ex illis quandoque prouenit quā par est gratiā nominare. CLIN. Certē. ATHEN. Rectitudinē verō tallū, vt vniuersum dicā, æqualitatis ipsa tanti talisque efficit potius quā voluptas. CLIN. Præclarē. ATHEN. Voluptate igitur sola id merito iudicabitur, quod neque vtilitatē, neque veritatē, neque similitudinem neque rursus damnū efficit, sed solū causa gratiæ illius sit quæ concomitatur alia. quā voluptatē rectē possumus nominare, quando videlicet nihil istorū ipsam sequitur. CLIN. Voluptatem dicis solā, quæ minimē noceat? ATH. Nempe, & iocum ac ludū rursus eā ipsam appello, quando nec nocementi neque vtilitatis aliquid affert æstimatione dignū. CLIN. Vera loqueris. ATH. Sequitur ex his quæ diximus,

*a In omnib.
reb. vel hac
duo insunt
voluptas, &
rectum, seu
quod vtile
est, vel alte-
rā duntaxat
seorsim.*

*b Vtilitate
& recto non
voluptate
metienda, ea
qua ad vti-
litatē referū-
tur, ac proin-
de eiusmodi
rerum penes
intelligentes
duntaxat nō
penes inope-
rentiā multi-
tudinē, qua
solā voluptas
percipit,
esse indicium.*

Nullam imitationem voluptate & opinione
non vera iudicandam esse similiter etiā æqua-
litatem nullam. Non enim quia huic videtur,
aut quoniā hic gaudeat, idcirco æquale, ipsum
æquale est, aut commensurabile, ipsum est cō-
mensurabile, sed nullo alio quā veritate so-
la. **CL I.** Sic est omnino. **ATHEN.** Atqui musi-
cam omnem imitatricē, & similitim effectricē

*Vera musi-
ca non volu-
piate sola,
sed recta ei-
quod bonum
& honestum
est imitatio
ne metienda
est.*

esse dicimus. **CL II.** Cui dubium. **ATHEN.** Cum
ergo quis sola voluptate musicam asserit imi-
dicari, minimē audiendus est, minimēque ha-
iusmodi musica, si alicubi colitur, querenda
est, sed illa quæ per imitationem boni simili-
tudinem possidet. **CL I.** Vera hæc sunt. **ATHEN.**
Qui ergo cantus speciem & musam querunt
optimam, non eam quæ iucunda, sed quæ re-
cta est, querere debent. Rectitudo enim imi-
tationis in hoc consistit, ut dicebamus, si tantū
& tale fiat quod imitatione exprimitur quan-
tum & quale in seipso est. **CL I.** Cui dubium
ATHEN. Atqui illud de musica omnes conce-
derent, omnia videlicet poemata eius imita-
tionem esse atque assimilationē. Quod & poe-
tæ omnes, & auditores, histrionēsque concede-
rent. **CL I.** Magnopere. **ATHEN.** Oportet igitur
circa vnumquodque poema & figmentum, ut
videtur, quid sit quod effingitur cognoscere
illum qui in ipso non sit erraturus. Nam qui
nec nouit quid essentia ipsius velit, nec cuius
imago sit, nunquam rectitudinem eius & erro-
rem intelliget. **CLINIA.** Nunquam certe.
ATHENIE. Quid autem rectitudinem operis
non intelligit, num bene an malè factum sit,
cognoscet? Obscurius equidem loquor. Fortè
velò planius ita mihi dicetur. **CL I.** Quo pacto?
ATHEN. Multæ ad aspectū pertinentes simili-
tudines

rudines fiunt. CLI. Certe. ATHE. Si quis corpo-
 ris depi^{ti} modū non teneat, cognoscētne vn-
 quam verum rectē sit pictum? Vtputa verum
 articulos corporis & singulas particulas ha-
 beat, & numerum, & qualitatem, & locatiōnē
 singulorum prout decet ad singula, colores
 præterea atque figuras: vel contrā, utrū pertur-
 batē hæc omnia picta sint? An censes hæc ali-
 quem cogniturum: qui animal quod pingitur
 minimē nouerit. CLIN. Nullo modo. ATHE.
 Sin autem cognoscat aliquis hominem esse id
 quod pictū, vel quoquo modo formatum est,
 suasque partes omnes & figuras colores ab ar-
 te accepisse, num idē necessariō sicubi defectus
 aliquis pulchritudinis in eo sit, continuō agno-
 scet? CLIN. Omnes sermē hoc modo hoīes
 quæ in animalibus pulchrē se habent, cogno-
 sceremus. ATH. Rectē loqueris. ^a Nōne igitur
 in imagine omni siue per picturā, siue per mu-
 sicā, siue quomodo cunque aliter fiat, tria hæc
 prudentia iudicē habere oportet? Primū vt
 cognoscat quid sit quod in imitationē cadit:
 secundum vt rectē: tertium vt bene qualibet si-
 militudo verbis, concentibus, numeris effecta
 sit, nouerit? CLI. Videtur. ATHEN. Ne pigeat
 igitur difficultatē quæ in musica est, expone-
 re. Porro quoniam magis hæc, quàm alia simi-
 litudines, celebratur, maiore quàm in ceteris
 opus est diligentia. Nā qui in hac aberrat, ma-
 ximē læditur, cum sub eius suauitate malos
 imbibat mores. Difficile autem id cognitu est,
 quoniam poeta non ita vt Musæ artem poe-
 ticam tenent. ^b Nanquam enim illæ tantum
 errare possent, vt in effringendis virorū verbis,
 colorē mulierū concentusque redderent, vel
 in concentibus figuris que liberorum, seruorū

^a In idoneis
 imitationis
 iudice tria
 hæc requirū-
 tur vt cogno-
 scat quid nā
 sit illud quod
 imitatione
 effectum est,
 tum vt quo-
 modo rectē,
 tertium vt
 quomodo be-
 nē se habere
 debeat imi-
 tatio, intelli-
 gat.

^b Poeta sapientis
 simi & in
 multu legitis
 ma imitatio
 nis regulas
 violant.

& illiberalium numeros, vel in numeris figurisque liberis, concentum vel sermonem numeris contrarium. Nunquã insuper ferarum voces atque hominum, pulsandorumque instrumentorum, & strepitus omnes quasi unũ aliquid imitarentur, in unum confunderent. Humani verò poetarum huiusmodi multa perturbant, & sine ratione commiscunt, risumque hominibus commouent, quos Orpheus delectationis gratiam nactus ait. Omnia enim & confusa cernunt, & ipsi quoque distrahunt poetæ, numerum quidem atque figuras à concentu seorsum, orationes nudas absque concentu metricè componentes, atque etiã concentus & numeros absque verbis, nudæ citharæ pulsationi & tibiæ sono accommodantes. Quã in re difficillimũ est cognoscere quid numerus & concentus qui sine verbis sit, sibi velit, & cui imitationi similis sit earũ quæ ratione sunt dignæ. Putare autè oportet multa ruditate esse refertũ id omne quodcunque siue velocitatẽ seu tarditatẽ, vocẽque, ferarũ proximè sequitur, ut aliter tibia, citharæque utaris, quàm ad tripudiũ opus sit atque cantũ. Nudo autè utroque uti, abusus est præstigiatrici ostentationi persimilis, & à Musis admodũ alienus. Sed horũ quidẽ hæc ratio est. Nos autè hæc non consideramus, quòd triginta quinquagintaque annos & ultra nati Musis nostris uti non debeant, sed uti quando debeant videamus. * Ex istis autè oratio hæc nobis id significare videtur quod ad quinquagesimũ annũ prouectos quibuscunque canere opus est, melius cæteris chori Musam tenere oporteat. Necessè nanque est, ut acutè concentus & numeros sentiant atque cognoscant. Quomodo enim ~~scire~~ quispiam

*a Tertij cho
ri hoc est pro
uectioris aeta
tis homines
logè accurate
callere
oportet ve
rã legitima
imitationis
normã quã
aliorũ choro
rũ homines,
hoc est iunio
res atque ad
eò quod poeta
ipsi calleant
atque ad eò
melius cæte
ris chori Mu
sam tenere.*

reſtitudinē cantus cognoscet, cui vel conueniat vel non conueniat Doricum, & numerus quem illi poeta adiunxit, utrū rectē iunxerit necne? CLI. Nullo certē pacto. ATHE. Vulgus autē deridendū est, cū se putet quod boni cōcentus numerique cōpos est, & quod contrā satis cognoscere. Hi inquam qui ad numeros accinere & saltare iā olim coacti sunt, quōd verō singula istorū ignorent, nō isthuc apud se ita reputāt, quōd quilibet cantus si omnia sibi conuenientia continet, rectē se habet: si nō cōtinet, cōtrā. CLI. Sic omnino necesse. ATH. Quid porrō? Si quis neque quod nā habeat intelligit nunquid quod diximus, quo pacto rectē se habeat in aliquo vnquā cognoscet? CLI. Quo pacto id fieri possēt? ATHE. Hoc itaque nunc in his inuenisse videmur, quōd cantores eos seniores, quos prius quidē nolentes ita pro uocamus, ut libenter quodāmodo canant, vsq; ad eō hāc didicisse necesse est, ut eorū quilibet tam numerorū progressus, pondera, quāta sonos fidiū harmonicos consequatur, ut concentus & numeros intelligentes, illos eligere possiat, quod tantis ac talibus decantari oporteat, atque ita canentes & ipsi voluptates innotuas confestim percipiant, & [iuuenib. ad probos mores amplectendos præsint.] Eatenus autem docti, exquisitiorem quā vulgus & poetæ ipsi disciplinam habebunt. * Tertium quidem illud siue bona, siue mala imitatio sit, non est necesse ut poeta cognoscat, concentū verō numerūque necesse. Isti autem omnia tria cognoscere debent, ut optimum & secundum eligere queant. Aliter autem nunquam sufficienter veluti incantationibus quibusdā potesunt iuuenum animos ad virtutē allicere.

a Bona autem mala sit imitatio, non est necesse Poetā cognoscere: sed ad tertij chorū homines ea cognitio necessario pertinet.

Enimvero quod ab initio volumus, ut videlicet Dionysij chorus rectam opem sermo noster afferret, pro viribus dictum est: Verum consideremus an hoc ita sit factum. Talis utique concensus hominum necessario comotatione progrediente turbulenter redditur. Quod & à principio supponimus in his quæ hanc hodie, necessario fieri. CLIX. Necessit. ATHE. Vbi certè vnusquisque seipso leuior factus extollitur & exultat: audaciæ quæ repletur, nec audit proximū sed tam superbius quàm cetero suū omnium ducē se sufficiens existimat. CLX.

Absque dubio. ATHE. An non diximus, quoties ista sunt bibentium animos, * sicut in igne ferream, ita vino feruentes molliores iuniorēque fieri, & idcirco facilius deduci, veluti quando iuvenes erant, si quis & possit & sciat erudite eos ac fingere? Fictorem verò eundem esse qui & tunc probus legislator dicebatur. Cuius in legibus comotationis modus est prescribendus, ut possint hæc leges confidentem illum audacemque & impudentiorem quàm deceat factum, qui ordinem vicissim silentio, sermone, comotatione & musica seruare nō vult, cohibere, atque ita instruere, ut contra in omnibus facere velit quàm faciat contra insurgentem ac turpem confidentiam adiuuantes timorem optimum cum iustitia, quem quidē timorem diuinum, pudorem & verecundiam nominauimus. CLXI. Est ut ais. ATHE. Harum legū autores atque custodes à perturbatione & ebrietate remotos esse oportet, vinolentorum duces. Sine quibus contra ebrietatem pugnare durius est, quàm sine ducibus prudentibus & consideratis cum hostibus dimicare. Siquis autem neque obtemperare

* Sicut igne ferreū ita vino corpora sensū molliuntur.

* In tertij chori cōpotationib. ducē & moderatōrē præficiendū esse ostenditur, cum qualis ille debeat esse, & qua sit eius utilitas, describitur.

velit his, neque ducibus Dionysij ultra annos
 sexaginta natis, quale vel etiã maius dedecus
 ferat, quã qui ducibus Martis non parat. **CL.**
Rectè. A T H E. Nõne si talis ebrietas talisque
 ludus adhiberetur, cõpotatores magnam inde
 vtilitatem consecuti, & maiori quã prius
 inuicem beneuolentia iuncti, non autẽ sicuti
 nunc inimici discederent cùm legitimè inuicè
 conuersati essent, & decentibus sobriis temu-
 lenti quoque legibus obtemperassent? **CLIN.**
 Sic certè si talis esset ebrietas qualem modò
 narrabas. **A T H.** Ne igitur Liberi patris mu-
 nus simpliciter ita vituperemus, quasi malum
 sit, neque dignum vt in ciuitate recipiatur. At
 qui plura etiã in hãc sententiã referri possent,
 quamuis maximũ illud bonum quod largitur
 Dionysius, efferre in multos verear, quoniam
 homines cum audierint, non rectè accipiant,
 nec intelligant. **CL.** Quid istud? **A T H.** Rumor
 quidam & fama defluxit ad nos, hunc Deum
 à Dea Iunone mente oĩm turbatum fuisse,
 atque idcirco vleiscendi gratia bacchantum
 thorem omnẽque insaniam induxisse, & vi-
 num ad hoc ipsum tribuisse. Ego autem hæc
 illis permitto dicere, qui tutum talia de diis
 dicere arbitrantur. Illud tamen scio, quòd
 nullũ animal cum tãta ac tali nascitur intelli-
 gẽtia, quanta, & qualis ei cùm perfectũ fuerit,
 conuenit. Hoc porrò in tẽpore, quo pruden-
 tiam suã nondũ possidet, fuerit omne, & sine
 ordine clamat, & cùm quis ipsum occiderit,
 rursus incompõsitè & sine ordine exultat. Re-
 tor demur autem quòd musica & gymnasticè
 hæc esse principia diximus. **CL.** Recordamur.
A T H E. Nõne etiam quòd numeri & cõcen-
 sus senius nobis solis sit, ex hoc principio

*Conclusus
 inu tracta-
 tus de vini
 & moderata
 ebrietatis
 usu, ubi fa-
 bula de Bac-
 cho mente à
 nouerca alie
 nati, itẽm
 vulgi opinio
 de vini usu
 quasi à diis
 dũtaxat da-
 tum sit, aut
 conuertẽdos
 in furorem
 & insaniam
 humanum a-
 nimis, per-
 fringitur.*

*b Vini legiti-
mos vsus
ad quid pro-
fit.*

constare diximus? Apollinem verò & Musas,
& Dionysium duces, ad hæc nobis esse tribu-
tos? **CLIN.** Vtique. **ATH.** Vinum verò, ut ferunt
multi, ad vltionem hominibus datum est, ut
insaniant. Ut autem sermo habet noster, reme-
dium, & medicina in contrarium, ut animus
quidem pudorem, corpus autem sanitatem &
vires adipiscatur. **CLIN.** Egregiè hospes supe-
riorem orationem commemorasti. **ATH.** Sed
iam media pars eorum quæ ad choream per-
tinent, dicta est. Reliquam verò, ut videtur,
perficiemusne? an prætermittemus? **CLIN.**
Quasnam dicis partes, & quomodo partitis
vtrasque? **ATH.** Tota quippe chorea vniuer-
sa nobis dicta est disciplina, choreæ verò pars
vna in voce est per numeros & concentos,
CLIN. Ita est. **ATH.** Altera in corporis mo-
tu per numerum atque figuram. Sed nume-
rum quidem habet cum motu vocis commu-
nem figuram verò propriam. In prima autem
illa parte cantus ipsa vocis est motus. **CLIN.**
Vera narras. **ATH.** Sed vocis quidem habi-
tutum qui ad disciplinam virtutis animi perue-
nit, nescio quo modo musicam nominauimus.
CLIN. Rectè admodum. **ATHEN.** Si autem
corporis motu in ludo quem saltationem appel-
lauimus, ad corporis vsque virtutem attingit,
artificiofam hanc ad ipsius deductionem gym-
nasticam nominemus. **CLIN.** Rectissime. **A-
THEN.** De musica quidem, quam mediam
choreæ partem diximus, satis actum putauim-
us atque ita de ea sit dictum. Quare de reli-
qua iam dicamus, vel quia agendum? **CLIN.** O
vir optime, qui cum Cretenisibus & Lacedæ-
monis dissertis, quando iam satis tractatum
de musica est, sed de gymnastica hætenus mi-
nimè,

*b Transitus
ab vna par-
te choreæ
nempe musi-
ca qua circa
voci modu-
lationem ver-
satur, ad al-
teram eius
partem qua
restam mo-
tus corpori
& rythmi-
cationem præ-
scribit, &
gymnastica
nominatur,
describen-
dam.*

nimè, quidam responsurum tibi ad interro-
 gationem huiusmodi verumuis nostrum exi-
 stimas. ATH. Affirmabo equidem te, cum hæc
 interrogaueris aperte iam respondisse. Intelli-
 go enim quòd hæc tua interrogatio responsio
 quædam est, vt dixi, ac iussio simul, vt transfi-
 gantur quæ ad gymnasticam pertinent. CLI.
 Optimè intellexi, & sic facias. ATH. Facien-
 dum est, neque enim difficile est, quæ vobis
 vtrisque notissima sunt, transfigere. Nempe hu-
 ius artis vtrisque multò magis quàm illius pe-
 riti estis. CLI. Vera fermè dicis. ATH. Non-
 ne huius quoque ludi principium est, quia
 vnum quodque animal natura saltare consue-
 uit? Homo autem, vt tetigimus, cum numeri
 sensum accepit, saltationem generauit ac pe-
 perit. Cantus item numerum excitat. Quæ
 ambo inuicem copulata choream, & ludum
 pepererunt. CLI. Ita est. ATH. Huius par-
 tem alteram iam peregitimus, alteram deinceps ^a *Indicatio*
 aggrediemur. CLI. ^a *Plotus.* ATH. Sermonem *in qua pro-*
 igitur de ebrietatis chorea primùm hæsi pla- *ximi tracta-*
 cet, sententia concludamus. CLI. Quònam pa- *da sequitur*
 cto? ATHEN. Si ciuitas aliqua tanquam re- *clauditur li-*
 seria comotationibus & cum legum ordinè *ber repetita*
 vtatur, exercitationis cuiusdam ad tempe- *brevi decla-*
 rentiam gratia, & alias voluptates non fugiat, *ratione legi-*
 sed eadem ratione vt ipsas superet, exercite- *tum: & suo in*
 tur, hoc vtique pacto omnibus his vtendum. *abusus vni-*
 Sin verò tanquam ludo vtatur comotatio *unde fit &*
 nibus ciuitas, & liceat cuique quando velit & *diuersis de-*
 quibuscum velit combibere, & alia quæque *causis modò*
 pro libidine exercere, non essem huius sen- *permissi mo-*
 tentis, quòd deceat ciuitatem istã, aut hunc vi- *de prohiberi*
 tum ebrietati aliquãdo indulgere. Sed multò *debere vsten-*
 magis quàm Cretensium Lacedæmoniorumq; *datur.*

vsum Chartaginenfium legem probarem, vt
 nunquam in castris quisquam gustare vinum
 audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur, &
 in ciuitatem nunquam vini vsum seruo vel
 serux concederem: sed nec magistratib. toto
 eo anno quo magistratu funguntur. Guberna-
 tores etiam atque iudices munus suum obi-
 turos à vino penitus prohiberem. Deliberatu-
 ros quoque de rebus non negligendis. Ac nul-
 li penitus interdium vinum concederem, nisi
 exercitationis corporeæ morborumque causa
 hoc potu opus fuerit, neque etiam nocte viro
 vel mulieri quando liberis operam dare vo-
 lunt. Plura etiam referri possent in quibus ho-
 mines legis rectæ mentisque compotes vino
 abstinerent. Quapropter secundum hanc ra-
 tionem, nec multis ciuitati vineis opus esset.
 Atqui & reliqua agricultura, omnisque viu-
 di norma ordinem vsum tenerent ac vini vsus
 fermè omnium moderatissimus & parcissi-
 mus esset. Hic itaque sermoni de vino hospi-
 tessi vobis quoque videtur, colophon impo-
 situs sit. C. L. Probè dictum. Quare & nobis
 ita videtur.

DIALOGVS TER- TIVS DE LEGIBVS

VEL, DE LEGVM LATIONE.

Marfilicij Ficini Argumentum.

*Q*uemadmodum medicus sanitatem corporis, ita
 legum auctor spectat animi sanitatem. Quamuis
 verò omnibus optabilis est valedudinem præse-
 ram vitare ne pereat, quam recipere peruen-
 tem, idcirco præcipuum veriusque tam consilium, quam
 māt-

medici institutum est, servare sine corporis sine animi
 sanitate: sequens vero virtusque cuncti iam esse vide-
 tur optimum, sine corpori sine animo habitum si quan-
 do amissus fuerit, restituere. Quamobrem & apud
 Platonem & apud veritatem scriptores illi legum
 contemnendi censentur, qui subito qua censura scela-
 ra perpetrata sint, puniendae decernunt. Qua vero
 ratione homines ita oriatur, mutantur, erudiantur,
 ut scelera perpetrare nolint, non provident. Nemo
 igitur admittitur Platonem nostrum firmissima sa-
 nitatis animi studiosum, tam in librum Legum quam
 de Republica diu permulta quae videntur levia, &
 ad educandos pueros adolescentisque pertinent, ac-
 curatus diversari. Si enim docet diligentissimum
 animarum medicum facere eosque statim natos ita
 componere, ut vel quasi una cum firma sanitate ge-
 niti videantur, vel saltem aetate adolescente sanitas
 animi pariter coalescat. Hinc itaque procedens illa
 libri Legum primi secundique diligentia in omni
 musica iudique genere atque conuiuio. Dum enim
 de auctoris legum officio disputat, praeceptum eius, id
 est, circa pueros, & adolescentes studium, ante o-
 mnia iudicat declarandum. Vbi meminisse te volo,
 quanta cautione ad potum vini iudicaverit acce-
 dendum, ut non liceat quotidie bibere, neque cui-
 bet, neque ad cuiusque libidinem, sed in solennibus
 duntaxat conuiuio, & tunc quidem viris & mode-
 rate, raro vero merum, sub arbitrio tamen & iudice.
 Alioquin memineris & quantum probetur non liceat
 in castris militibus gustare vinum, neque in ciuita-
 te seruis, neque magistratibus, neque gubernatori-
 bus & iudicibus ipso iudicij tempore, neque viris mox
 de rebus magnis deliberaturis, postremo neque vi-
 ro vel mulieri ea hora qua liberam operam dare
 constitunt. Haec operae pretium fuerit diligenter
 commemorasse. Pergamus iam ad proprium libri

zertij argumentum. Cum igitur lex ipsa civilitatis,
 id est disciplina civilis forma sit, civilitas autem for-
 ma sit civitatis, haud ab re de legibus tractaturus
 multa de civitate civilitateque institutio d' h'p'at.
 Ambigit autem utrum genere humanum fuerit ab
 aeterno necne similitudo que de mundo. Et quod alicu-
 bi tempus nominat infinitum, haudquaquam sine
 principio proprie atque fine significat, sed nostris
 potius computationibus infinitum: ideoque dicit sa-
 pe tempus inestimabile potius quam immensum.
 Atque & in sexto similiter ambigens sententiam
 ita disiungit. Hominum generatio aut nunquam in-
 cepit, aut inestimabili ante nos temporis longitudine
 coepit. Inestimabile verò forsitan dicit, si quis non so-
 lum annos solares, sed etiam lunares, & dies & ho-
 ras numerare contenderit. Satis autem Christiano
 fuerit philosophum mundi aeternitatem non affirmas-
 se. Sed quidnam de mille annorum millibus his
 Mosiaci dicent? Forè Platonem Aegyptiorum mo-
 re breviusculos annos computavisse. At verò & de
 his, & de mundi illuvionibus opportunius agitur in
 Timaeo. Iam verò ad ipsam materiam legum, id est
 civitatem civilitatemque revertamur. Quatuor ci-
 vilitatum figurae praecipue numerantur. Prima quidem
 statim post generis humani calamitatem in superfi-
 cie quodam eius femine servato, vel altissimorum
 montium beneficio, vel diuina potius providentia.
 Tunc enim probabile est filios nepotesque patrum fi-
 milias imperio paruisse. Quod quidem imperium so-
 la constat lege naturae. Secunda figura inter fami-
 lias plures tam inter se vel oppido, vel vallo quo-
 dam simili congregatas, congregatas inquam, tum
 indigentia mutua, tum metu ferarum. Sed ab ipso
 coetus huius exordio verisimile est tot gubernandas
 formas, quot & domicilia extitisse, optimo inter
 se moribusq; longè diversis. Ob quā diversitate mu-
 cni

nis subortu iniurii coacti sunt communes quosdam
 arbitros & iudices rectorésque constituere. Unde
 tertia iam orta est ciuili disciplina figura, à preceden-
 te videlicet iniustitia ducens originē. Probabile verò
 est eiusmodi rectores vrbi, communes præscripsisse ci-
 uitati leges, postquam honestissimas quasque domi-
 ciliorum leges considerauerunt, per easque rei fami-
 liaris disciplinam, ad disciplinam reipublicæ tran-
 sulerunt. Quarta denique figura est in quodam gen-
 tium regno: ubi plures inter se vrbes in eandē vo-
 luntatē communemq; legem ita cōueniunt, quemad-
 modum in urbem unam familia plures. Prima qui-
 dem figura extra urbem est, per leges singulas, natu-
 raratione, voluntate consistens. Secunda verò iam
 in vrbe, sed per singulas adhuc domiciliorum leges
 indigentia quadam metūque congregata. Tertia in
 ciuitate, per leges iam cōmunes, occasione iniustitia,
 iniustitiam colent. Quarta ex pluribus ciuitatibus per
 eandem voluntatē legemque similem congregatur.
 Inter hæc admonentur poeta ad canenda diuina:
 Ubi dicitur poetarum genus diuinum esse, agique ar-
 deo. Admonentur quoq; auctores legum, ut neque ar-
 duas neq; violentas ferant leges, sed leues, quoad fieri
 potest, atque suauis. Præterea exēplo quodā histori-
 co principale profequitur disputationis huius consi-
 liū, de præcipua condendarū legū & optimaratio-
 ne. Quæ quidem hinc maximè sumit exordiu, si au-
 tor in hi serēdis vniuersam quidem ciuū virtutem
 spectet, maximè verò maximam omnium atque du-
 cem. Nemo verò dubitat virtutes alias à prudētia
 tanquā inferiora mēbra à capite duci. Hanc utiq;
 tam necessariā nobis esse quā nobilem, ex eo confir-
 mat, quod omnes communi voto id optant in primis,
 ut humana omnia pro sui desiderio succedant atque
 gerantur: cū neque cui ad votum cuncta succedunt,
 beatissimum fore eternum arbitrantur. Plato vtrū

contra infert, miserimum fore illum cuius cupiditates quotidie sequantur euentus, nisi tanta sit prudentia praevidens, tantaeque per prudentiam animam moderatione regat, ut vera discernat bona, & quae ratione fecerit neglectu aliu appetat. In his admonet non esse optandum vel orandum ut omnia cupiditatem nostram sequantur, modo ut cupiditas rationi. Tangit & congruam filij ad patrem, patris ad deum comparationem. Cupit certis & precatur sibi pueros venire quae plurima quasi bona, quae pater interea ne accidant deprecatur tanquam mala. Similiter vana & noxia vota hominum caelesti pater quotidie detestatur. Neque refugium ad evitanda fallacia vota ullum nobis est, excepta prudentia. Huic ergo per civium animas propaganda liges in primo incumbat publicae studens felicitati. Tanta enim prudentia perfectio est, ut & optanda doceat expectare atque comparare, & comparata potissimum uti ratione qua profuit. In his autem felicitas civitatu tota consistit. Quemadmodum vero civitatem servat prudentia, ita destruit imprudentia, quam nominat ignorantiam. Non ignorantiam inquam, vel in orationum propriè vel artium cuiusdam, vel externarum quorundam à nobis aliorum, sed ignorantiam boni, ut alibi saepe dicitur atque hic significat. Sed addit eam esse & privatim & publicè perniciosissimam ignorantiam, per quam qui nesciat ita suam animam temperare ut rationis suae tanquam reginae legibus sensus quasi populus legitime educatus obediat: adeo ut non alia prosequatur & fugiat, nec aliu aliterve gaudeat atque doleat quam rationi instituta praescribant. Quicumque ignorantia eiusmodi obsecatur, etiam si ingeniosissimi atque literatissimi sint, ignorantes à Platone censentur. Qui verò temperati sunt, prudentes ab eo iudicantur atque sententiam si literas nesciant. Prohibet deinde magistra-

fratum illi tribus gubernandum qui propter incon-
 nientiam gubernare se nesciat. Neque confidit civi-
 tatem sub eo rectè feliciterque compiri, in cuius a-
 nimo ciuitas quadam est incomposita simul & mise-
 ra. Quamuis autem septem numeret deinceps ratio-
 nes quæ ad dignitatem imperandi conducere apud
 plurimos iudicantur scilicet, Paternitas, Nobilitas,
 Dominatio, Potentia, Senectus, Prudentia, Sors, tamē
 unicam ipse præ cateris eligit, id est prudentiam, di-
 cens hanc esse propriam dignitatis imperatoria ra-
 tionem, scilicet, ut prudentiores ubique imperent,
 imprudentiores obtemperent. Quemadmodum &
 secularium officium est ducere, pedum verò ministe-
 rium peragere. Item sicuti in qualibet arte præfer-
 tim nauigatoria & militari & medicina, eius qui-
 dem qui plus intelligit, est præcipere eius verò qui
 minus ea in re cognoscit, est exequi: ita & in arte
 ciuili partim vniuscuiusque partim familia, partim
 ciuitatū gubernatrice illi apprimè omnes parere de-
 bent: qui præ cateris quid potissimum humane salu-
 ti conducat intelligit. Lex ergo communem optans
 prudentiam providebit, ut præter puerilem eruditio-
 nem ad prudentiam conferentem, munerum quoque
 publicorum gradus pro ipsius prudentia gradibus v-
 bique distribuantur. Ac ne imprudenter horum gu-
 bernacula committantur sanciet ne mera & ingens
 imperandi auctoritas concedatur: sed omnes quidem
 subiciet legibus, reges autem cum senatu coniunget,
 senatum cum concilio populari. Cauebit in primis ne
 unquam superba lasciuia cupiens plus posse quàm le-
 ges, dissensionem pariat & ruinam. Studebit ut iu-
 tum ciuitatis corpus quo ad fieri potest liberum sit,
 prudens & amicum. Liberum quidem, ut possit qui-
 libet patria sua consulere: prudens autem ut sciatur
 amicum rursus ut velit. Meminit etiam hæc in ea ci-
 uitate facilius conuenire, quæ inter vniuersum ac populū

potentiam ubinet medium: ut neque unius se totam
 subdat imperantis arbitrio vel potentia paucorum:
 neque quolibet absque delectu recipiat consultorē:
 sed plurimum quidem optimatum constat gubernatione,
 non nihil quoque habeat regis, non nihil insuper
 popularis. Circumspectet mores fortunisque principis,
 quò prospiciat civitatum regnorūque exitum ma-
 ximè omnium ex delitioso luxuriosoque adolescentis
 virorūque vultu procedere. Quippe cum nemo ex
 huiusmodi vita virtute praestans evadere possit, sed
 aeger necessario fiat, fragilis, & instans, & cecus.
 Mandabit propterea temperantiam ab omnib. ma-
 ximè colificiens eos potissimum honorari, qui tempe-
 ratissimi omnium iudicio comprobentur. Neque pati-
 tur fortitudinem ab ullo absque temperantia pos-
 sideri, quasi rem civitati valdè periculosam. Quini-
 md neque multarum rerum peritiam absque iusti-
 tia, tanquam graviter nocituram. Summatim verò
 in primo honore gradu, dotes animi, si cum temperan-
 tia mixta fuerint, collocabit: huius corporis subiciet bo-
 na, boni simul & animi externa servare mandabit.
 Prohibebit quoque nimiam libertatem, vetabit &
 nimiam servitutem. Nam nimia quidem servitus a-
 micitiam, id est, & benevolentiam populi erga prin-
 cipem, & charitatem erga patriam è medio tollit, a-
 deò tollit, ut levi de causa vel princeps vel patria
 pereat. Libertas verò nimia lasciviam primò par-
 rit, deinde contemptum legum, post hæc frequenter
 seditiones, & extrema denique servitutem. Nemo
 verò miretur Platonem & hic & sæpe alibi ludos,
 si e potius studia musica magni facere, quasi ad
 permatandos in utranque partem mores tam publi-
 cè quàm privatim possint quàm plurimum. Nam ea
 temperantia & familiare omnibus & palam frequē-
 tissimum est: at huiusmodi studium: quod autem ab o-
 mnibus sit atque continuè non minus firmè in a-
 nitur.

nimum tum habet quã æter in corpore. Præterea quæ apud medicos parum cautos habentur leuia, apud Platonem obseruantissimum humani generis medicum haud contemnenda censentur. Descendit post hæc ad superiorem epilogum. In quo epilogo posset quispiam clausulam illam. Si verò quicquam, & quæ sequuntur, ita forsitan legeres. An verò quicquam contulerimus necne? Qui redargueret? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed ista tu videris.

HÆc quidem ita se habeât. [Reipub. autem ordinandæ & instituendæ] initium quòdnam fuisse dicemus? An non hinc facillimè ipsùm quis optimèque inspiciet? **CL.** Vndènam? **ATH.** Vndè ciuitatum quoque incrementum & ad virtutem & ad vitium licet inspicere. **CL.** Vndè dicis? **ATH.** Reor equidem à longitudine infinitatèque tēporis, utrumque in eo mutationibus. **CLIN.** Quo pacto id ais? **ATH.** Age dic, si habes, ex quo vrbes ciuilesque hominum institutiones cœperunt, quanta temporis præcesserit multitudo. **CL.** Nequaquam id facile. **ATH.** Infinitum utique hoc & impossibile cogitatu. **CL.** Sic est omnino. **ATH.** Nōne innumera in hoc tempore conditæ sunt ciuitates, totidèmq; destructæ, quæ omnis ciuilis vitæ conditione passim usæ sint, factæque modò maiores è minoribus, modò minores è maioribus, peiores quoque ex melioribus, & contrà, ex peioribus meliores? **CL.** Necessarium id quidem est. **ATH.** Huius igitur mutationis causam excogitemus, si possumus. Fortassis enim primam vitæ ciuilis causam, mutationemque vobis ostendat. **CL.** Probè loqueris. Quare & te oportet

Reip. ordinanda & ad certam administrationis formam redigenda initio cap: cū ciuitatū cuiusque renascētiū ad humaniorē vitam & cultū progressu & profectu.

Varis de
vansis saculo
vū successio-
ne mūdi mo-
dò ortus mo-
dò interitus
exitisse cre-
didit anti-
quitas.

¶ De diluio
vniuersali
constans &
peruulgata
fuit opinio
inter Gracos

¶ Qua perhi-
bētur ab hi
vel illū olim
inuēta nō fue-
rūt res noua
sed ea ipsa
qua cū ante
cedētib. sa-
culū tam o-
lim fuissent
ipsorūque
memoria,
mundi ali-
qua ruina
ex diluio
aut aliqua
alia de cau-
sa orta inter-
cidit. reus
cata sunt
quasi postli-
minio in vñ

et quid hac de re sentias diligenter exponere: & nos attentè auscultare. ATH. Num igitur prisci sermones veritatem aliquam habere videntur? CL. Quidnam? ATH. ¶ Multos videlicet hominum interitus ex diluuiis, morbis, aliisque permultis olim accidisse, ex quib. pauci homines superstites fuerint. CL. Valde id cuique verisimile. ATH. Age etiam de multis vnum hoc exitium quod illuione factum est, perspiciamus. CL. Quid in hoc cogitare nos iubes? ATH. Nempe eos qui cladem tunc euaserunt, montanos quosdam pastores fuisse, in montium cacuminibus pauca semina ad propagandum genus hominum conseruata. CL. Patet. ATH. Atqui necesse est eos cum aliarum artium fuisse expertes, [tum technas & verfutias quibus qui in urbibus degunt alij in alios vtuntur, dum auaritiæ & contentioni- bus inserviunt, alia denique omnia maleficia quæ homines alij in alios solent excogitare, ignorasse.] CL. Consentaneum id quidem. ATH. Ponamus etiam campestres, & maritimas vrbes funditus illo tempore periisse. CL. Ponamus. ATH. Instrumenta igitur omnia & quæcunque artium siue ad disciplinam ciuilem, siue ad facultatem aliam pertinentium extabant inuenta, concidisse illis temporibus asseremus. CL. Quomodo enim, o vir optime, si hæc in sempiternum ita se vt modò habentia permanissent, nouum quicquam alicui esset inuentum? Nempe quia innumerabilis quædam multitudo anorum ignorabatur ab illis. Mille autem anni vel duo millia intercessere ex quo quædam sunt, partim Dædalo, partim Orphæo, partim Palamedi inuenta. Sicut quæ ad musicam pertinent, Marsyx, & Olym-
po:

poterant ad lyram: Amphioni attribuuntur: aliaque aliis multa, ut ita dicam, heri & nudius tertius adinuenta. ATH. Videlicet, Clinia pretermisissimum abs te esse amicum, qui verè heri fuit. CL. An Epimenidem dicis? ATH. Hunc equidem Longè enim hic nouarum rerum excogitatione omnibus apud vos excelluit, ô amice. Quod sanè verbis olim Hesiodus diuinauit, re autem Epimenides ipse perfecit, ut vos asseritis. CL. Asserimus planè. ATH. Ex ea vtiq; deuastatione magnam terribilèmq; humanis in rebus desolationem accidisse tunc arbitramur. Fertiliū agrorum magnitudinè desertam, ceterisq; animalibus corruptis vix boum captarūq; genus & illud quidem rarum relictum fuisse, quibus pascendis tunc homines vitam agebant. CL. Cui dubium? ATHE. Ciuitatis verò & disciplinæ ciuilib & legum de quibus præsens à nobis sermo habetur, nunquid memoriam quidem vllam, ut ita loquar, fuisse putamus? CL. Nullam prorsus. ATH. An non ex illis ita dispositis nobis hæc omnia prouenerunt, ciuitates, disciplinæque ciuiles, artes, leges, & vitiorum atque virtutis non parua copia? CL. Quo pacto id ais? ATH. Nunquid arbitramur, ô vir mirifice, eos homines cum multorum quæ iater ciues honesta habentur vel turpia, ignari essent, summos vel in virtute, vel in vitio extitisse? CL. Probè dixisti, & quod vis intelligimus? ATH. Tempore igitur progrediente, ac genere hominum multiplicato, ad eum quem nunc videmus habitum prouecta omnia sunt. CL. Rectè admodum. ATH. Neque tamen subito ut verisimile est, sed paulatim longoque in tempore CL. Valde sic decet. ATH. In can-

*a*Nascens in ciuitate & Resp. primordia & incunabula deinde de progressu describitur.

pos enim ex cacuminibus montium descen-
 dere omnes metus prohibebat. C L. Certè.
 A T H. Nōne & propter paucitatem illis tem-
 poribus mutuo inter se aspectu congratula-
 bantur, præsertim cum neque terra, neque
 mari transitus ad alios facilis fuerit, omnibus
 fermè ad transitum instrumentis deletis vnà
 eū artibus? Quapropter inuicem conuenire
 non admodum, vt opinor, poterant. Ferrum
 namque & æs & metalla omnia confusa pe-
 rierant, vt inueniri & in lucem erui non pos-
 sent, vnde & lignorum fabri non erant. Nam
 & si aliquod instrumentum relictum quan-
 doque in montibus superfuerit, citò tamen
 contritum euanuit: nec alia fieri poterant, an-
 tequam ars metallica hominibus iterum inue-
 niretur. C L. Quo enim pacto aliter fieri po-
 tuisset? A T H. Quot autem generationibus pos-
 steà id factum esse putamus? C L. Profectò
 multis. A T H. Igitur artes quæcunque ferro v-
 tuntur, & ære, cæterisque huiusmodi omni-
 bus, eodem tempore, imò etiam maiore igno-
 rantia tenebris obsita ignorabantur. C L. Cer-
 tum id est. A T H. Quinctiam neque seditio il-
 lo tempore, neque bellum erat. C L. Qua ra-
 tione? A T H. Primò quòd propter solitudinē
 ardenti se inuicem beneuolentia complecte-
 bantur. [Deinde ob alimenta non erant inter
 ipsos iurgia & pugna: Pascuorum enim nulla
 erat inopia, nisi fortè quibusdam paucis ab i-
 ninitio. Pascuis autem plurimum illis tempori-
 bus vitam agebant. Lactis item & carniū
 copia non deerat. Ac venatio facilè alimenta,
 nec illa quidem mala, suppeditabat: vestitus
 præterea, stramentorum, habitationum, vaso-
 rumque tam eorum quæ igni imponuntur,
 quæque

quum eorum quæ non adhibentur ad ignem
 copiam habebant. Artes quippe fingendi at-
 que texendi ferro non indigent, quibus [arti-
 bus ut omnia illa modò commemorata sibi
 possint homines parare. Deus ipsis dedit,] ut si
 quando homines in talem calamitatem deci-
 derint, propagare genus humanum possint.
 Hac de causa non valde inopes erant, neque
 inopia compellebantur ad bella. Diuites etiã
 fieri minimè poterant, quum neque aurum
 neque argentum haberent. In quocunque,
 verò hominum cœtu, nec inopia, neque diui-
 tia sunt, huic iustissimi mores aderunt. Neque
 enim ibi contumelia, neque iniuria locum ha-
 bet. Emulatio quoque & inuidia procul ab-
 est. His igitur de causis boni erant, ac maximè
 propter simplicitatem. Quæcunque enim au-
 diebant honesta esse vel turpia, propter sim-
 plicitatem credentes esse vera, monitis obtepe-
 rabant. Nec vllus propter sapientiæ opinionè,
 ut modò fit, de mædacio suspicabatur: sed quæ
 de diis & hominibus dicebantur vera putan-
 tes, quietè ad hæc vitam suam instituebant.
 Quamobrem tales erant omnino, quales pau-
 lò antè narrauimus. C. L. Ego quidem & hic ti-
 bi in his consentimus. A. T. H. Diximus porrò
 generationes multas ita viuentes, tam illis qui
 ante diluuium fuerunt, quàm hodiernis homi-
 nibus minorem peritiam habuisse, cum cæte-
 rarum artium, tum bellicarum quæ terra vel
 mari hodie exercentur: iudiciorum quoque
 & seditionum quæ in ciuitate & verbis & o-
 peribus sedulò contendant ad iniuriam aliis
 inferendam. Simpliciores autem fuisse & for-
 tiores, ac simul modestiores, & in omnibus in-
 fiores. Horum verò causam iam diximus. C. L.

*Primitiues
 hominum, in
 mudi pesti-
 niuersalẽ aliã
 quã etadem
 & interneccio-
 nẽ renascen-
 tu & quasi
 redituui pri-
 ma astate mo-
 res describõ
 tur.*

Rectè loqueris. ATHEN. Dicta igitur ita hæc nobis sint, & quæ sequuntur idcirco exponantur omnia, ut intelligamus cur illis opus legis fuerit, & quis leges eis condiderit. CLIN. Probè dixisti. ATH. An igitur illi nec legumlatoribus indigebant, nequedum illis temporibus id fieri consueverat? Literas enim nondum habebant illius temporis homines, sed consuetudinem & mores maiorum sequentes vivebant. CL. Verisimile est. ATH. Civilis disciplina: iam & his modus quidam est. CL. Quis? ATH. Omnes mihi videntur * formam administrationis publicæ illius temporis *suas* *esse*, id est potentatum appellare, quod etiam nunc multis in locis & apud Græcos, & apud Barbaros viget, quod quidem in habitatione Cyclopum extitisse, ita testatur Homerus: *Ad consultandum nunquam coeunt publice, nec exercenda iudicia: sed in altis montibus caua antra inhabitant, spretisque publici, priuatisque uxoribus filisque dant iura.* CL. Lepidus hinc poeta vobis fuisse videtur. Atqui & alia nonnulla ipsius vidimus, valde illa quidem urbana, non multa tamen. Nos quippe Cretenses peregrino poemate parum vitimur. MET. Nos autem vitimur. Videturque nobis poetas huiusmodi superasse, quamuis non Læconicam, sed ^c Ionicam vitam potius ubique describat. Benè autem verbis hic tuis attestari videtur, quum antiquitatem hominum per fabulas ad syuestrem viuendi modum reduxerit. CL. Sanè. ATH. Attestatur nimirum. Quapropter testimonio illius inducti credamus gubernationes huiusmodi aliquando fieri. MET. Rectè. ATH. Nōne gubernationes hæc sunt ex hominibus ipsis qui per habitationes

** Morib. & institutu patris, nō legibus vivebāt primi homines.*

** Quale forma Reip. sue sit apud priuos homines * πολιτικῶν Odyss. 1.*

** Homerus Ionicam vitam in primis carmine suo expræsit.*

singulas singulâque genera propter egestatē
 ex vastationibus factam dispersi viuunt? in
 quibus semper antiquior dominatur, ex eo
 quod principium ex patre matrâque sumpse-
 runt, quos quidem quasi aues secuti gregem
 vnam faciunt, patris voluntate pro lege
 vtentes, & regno omnium iustissimo guber-
 nati. MEG. Itaque propterea ATH. Postea verò com-
 muniter pluresque confluentes maiores ciui-
 tates constituunt, atque ad agriculturas pri-
 mum in montium radicibus conuersi, ex se-
 pibus ambitus quasi muros urbium ferarum
 causa condunt, vnam domum amplam com-
 munemque condentes. MEG. Verisimile id
 quidem videtur. ATH. Quid autem hoc non-
 ne etiam verisimile? MEG. Quidnam? ATH.
 Cū habitationes hæc maiores è minoribus pri-
 misque sunt facta, adesse paruarum singulas
 quatuor vnaquæque adducat senioresem prin-
 cipem propriosque mores, ex eo quod seor-
 sum vixerint, & idcirco alios ab aliis parenti-
 bus educatoribusque mores susceperint, qui-
 bus assueti sunt singuli ad deos colendos,
 seque ipsos curandos, modestiores quidem à
 modestis, à fortioribus fortiores & in cæteris
 omnibus prout singuli filios aut nepotes eru-
 dierunt, quorum ritus quasi leges proprias ad-
 maiorem habitationem ferunt. MEG. Quid
 prohibet. ATH. Atqui necesse est leges suas
 cuique in primis placere, aliorum verò le-
 ges loco secundo. MEG. Ita est. ATH. Sed vi-
 demur iam in ipsa quasi legum incunabula &
 exordium incij ingressi. MEG. vtique. ATH.
 Post hæc necesse est, vt qui conueniant, ali-
 quos ex seipsis communiter eligant, qui om-
 nium iusticia nouerint, & quæ maximè ac

a Quomodo
 ex domesti-
 co cuiusque
 familia im-
 perio multa
 familia in v-
 na ciuitate
 coalescunt?
 optimatum,
 aut regina
 dominatus
 initio consti-
 tutus sit, vn-
 de etiam leges
 orta.

his probauerint, ad communes quosdam populi duces quasi reges deferant. Earum vero legum quæ comprobata fuerint, ipsi factores nominabuntur: constituentisque optimarum gubernationem ex potentatibus, aut regnum aliquod, in hac ciuilibus disciplinæ mutatione conuenient. MEG. Ita certe conuenienti successione continget. A T H.

Tertia Rei.

*forma capiti
a conditur
bonis, primū
in matribus,
postea dilu-
uij ob longū
temporis spa-
cii obliuio-
ne inducitur
in planitie
ad ripas e-
riā fluminis
ex altis mō-
tibus fluen-
tium, quod
Homeri au-
thoritate p-
batur & con-
firmatur.*

Dardania

illium ubi

conditum.

sciplinæ ciuilibus figuram iam dicamus, in qua specie omnes & affectus rerum publicarum & ciuitatum reperiuntur. MEG. Quænam ista est?

A T H. Ea certe est, quam Homerus post secundam tertio factam ita significauit. *Dardaniâ
vero tunc tæxam ille adificauit. Nondum enim sa-
era Ilymemia erecta in campis stabat multarū gē-
tionum ciuitas. Sed ad radices montis Ida fontis sua
bitabant.* Profecto carmina hæc & superiora illa de Cyclopiibus diuinitus & secundum naturam ipsam conscripta sunt. Diuinum enim poetarum genus est: diis agitur, & sacros concinit hymnos. Vnde verè passim cum musis atque gratiis tangere solent. MEG. Summopere.

A T H. Præcedentem igitur fabulam prosequamur. Fortè enim aliquid ex ea patebit ex iis quæ volumus. An non sic oportet? MEG. Sic prorsus. A T H. Conditum igitur ex altioribus locis in magno pulchroque campo illium dicebamus, in colle quodam non alto, quod multi desuper ex Ida fluij defluebant. MEG. Sic traditum est. A T H. An non longo post diluuium tempore id factum putamus? MEG. Quis non ita putarit? A T H. Magna igitur eos deuastationis illius cepisse videtur obliuio, quando iuxta multos fluuios, & ab altioribus locis fluentes urbem condiderunt, seque ipsos collibus exiguis credidere. MEG.

Inde

inde igitur perspicuum est multis seculis eo^s
 post illauionis vastitatem fuisse. ATH. Aliæ
 præterea multæ urbes, iam tunc longius pro-
 pagato genere hominum, colebantur. MEG.
 Quidni? ATH. Quæ scilicet & aduersus Hiuna
 militarunt. Atque per mare forsan, quasi iam
 omnes eo intrepide vterentur. MEG. Apparet.
 ATH. Decennio autem Achii Troiam oppu-
 gnantes euerterunt. MEG. Planè. AT. In eo i-
 gitur decennio quo Troia obsidebatur, multa
 mala domi obsidentibus Achiiis propter se-
 ditiones inuenum acciderunt, qui nec honestè
 nec iuste in sua redeuntes milites recepere, sed
 ita ut multi morte, multi exilio afficerentur.
 Qui rursus expulsi deducti sunt, a Dore pro
 Achiiis mutato nomine appellati, propter ^{a Dore ur-}
 Dorem quendam a quo exules congregati fue- ^{de.}
 runt. Atque hæc omnia vos, ô Lacedæmonii,
 hinc narratis. MEG. Proculdubio. AT. Cum
 sermo nobis de legibus institutus esset, in dis-
 putationem de musica & ebrietate digressi su-
 mus. Nunc tandem quasi diuinitus ad idè no-
 bis oratio reuoluta est, nobisque quodammo-
 do ansas præbuit. Ad eam enim ciuilem disci-
 plinam delapsa est, quam & Lacedæmone, &
 in Creta rectè quasi fraternis legibus instituit
 alleritis. Tantum verò ex hac orationis digres- ^{b Quarta}
 sione lucrari sumus, ut dum per disciplinas ^{Re: p. forma}
 ciuiles vrbiumque habitationes tranſuehere ^{constat ex}
 mur, primam & secundam & tertiam ciuita- ^{p. vrbium ur-}
 tem perspexerimus, alteram ab altera in tractu ^{bitur, in cõ-}
 quodâ longissimo temporis, ut ^{uinitatem}
 quodâ longissimo temporis, ut ^{aliquam &}
 uio dependentes. Nunc verò ^{facietatem}
 ciuitas venit, aut si vultis quartum hoc homi- ^{legum colle-}
 num genus, quod & quandoque alicubi habi- ^{stantibus.}
 tabit, & nunc iam habitat. Ex quibus omnibus

si intelligere potuerimus, quid bene vel contra in habitatione sit institutum, & quam leges ipsorum conseruant ea quæ conseruantur & quæ corrupta corrumpunt, & qualis institutionum ciuiliū commutatio beatam, & Megille & Clinia, efficit ciuitatem, satis nobis factum putabimus. Hæc omnia inquã, rursus tanquam ab initio nobis tractanda sunt, nisi forte aliquo pacto quæ dicta sunt, respuamus. M E G. Siquis nobis hospes deus polliceretur, si disputatione de latione legum rursus aggrediamur, neque pauciora, neque peiora his quæ dicta sunt, audituros esse, longum ipse hæc de causa iter facerem, & breuis mihi hæc dies videtur, quamuis ab æstiuo solstitio ad hyemalis deus modò vertatur. A T. Consideranda igitur ista videntur? M E. Maximè. A T. Illa denique tempora cogitatione complectamur in quibus Lacedæmon, Argi Mellénæque, & eis coniuncta omnia maioribus vestris Megille subiecta fuerunt. Tunc enim illud ipsū, ut dici solet in fabula, placuit, ut tripartitò exercitū diuiso, vrbes tres habitarent. Argos, Mellénæ, Lacedæmonem. M E G. Sic factum. A T H. Et Argorum quidem rex Temenus factus est, Mellènes verò Cresphontes, Lacedæmonis autem Eurysthènes simulque Patrocles. M E. Sic utique. A T H. Coniurarunt item omnes eum hostem futurum, qui cuiusquam ipsorum regnum excindere aggredieretur. M E G I. Planè. A T H E N. Dic verò per Iouem, nunquid regnum vel principatus quispiam euertantur, vel euersi quandoque ab aliis sint: an à seipsis? An paulò antè cum in hunc sermōnem incidereamus, id ita esse putabamus, nunc autè oblitū omnino sumus? M E. Minimè. A T.

Nonne

* Sol dem ap
pellatus.

* Dorū Resp.
quomodo cō
stituta.

Nōne idem magis nunc confirmabimus? ab
 hiltoria enim rerum gestatum in quam inci-
 dimus ad hoc affirmādum admonemur. Qua-
 re non circa vanum aliquid orationem reuol-
 uemus, cum rem gestam ac veram dicamus. Fa-
 cta verò hæc sunt. ² Tria regna & tres guber-
 nata regno ciuitates legibus communiter da-
 imperando patendōque positis iurauerunt inui-
 cem, reges quidem ne genere ac tempore pro-
 grediente violentius regnarent: populi autem
 si reges iniuriandum conseruarent, ne vnguā
 regna labefactarent, imò verò defenderent si-
 quis vnquam aggredieretur. Reges quoque regi-
 bus & populis, atque etiam populi populis &
 regibus, se ad mutuo propulsandas illatas ini-
 urias iuramento obstrinxerunt. Nōne

*Quib. legib.
 Et presidij
 firmati fue-
 rit Dorum
 imperium
 tribus con-
 stans ciuita-
 tibus, Lacc-
 demone Ar-
 gu & Messe-
 na.*

M E G. Ita prorsus. A T. Quod autem in con-
 situenda disciplina ciuili maxima est, id si-
 ne reges, siue alii, leges tulerint, tribus illis ci-
 uitatibus adfuit. M E G. Quid illud? A T.
 Vt duæ simul contra vnā infurgerent, quæ
 positas lege transgrederecur. M E G. Manife-
 stum id quidem. A T. Illud etiam legislatori-
 bus multi præcipiunt, vt leges huiusmodi fe-
 rant, quales multitudo & populus libenter su-
 scipiant, perinde ac si quis gymnasis magistris
 medicisve præciperet, vt cum voluptate cor-
 pora curent, eisque iucundè medeantur. M E.
 Sic omnino. A T. Pulchrè tamen sæpenume-
 ro habet, si quis parua cū molestia bonā habi-
 tudinē & sanitatē corporib. reddat. M E. Quid-
 ni? A T. Hoc præterea ipsi aderat nō paruum ad-
 ferendū legū facilitatē. M E. Quidnā? A T. Nō
 erat illarū legū latorib. bonorū a qualitatē efi-
 cientibus maxima illa difficultas, quæ conue-
 niētibus in vnā legē ciuitatibus multis solet ac-

cidere, si agrotum quærant possessionem turbare, & nouas tabulas introducere, quoniam videant non satis posse absque his æqualitate fieri. Nam aduersus eum qui mouere ex his aliquid tentat, omnes reclamant, ne moueat non mouenda. Agros quippe diuidentis, & nouas tabulas introducenti aperte omnes maledicunt, ut quisque quod se vertat ignoret. Poribus autem hæc difficultas turbatioque non fuit. Nam agros abundè sine controvertia possidebant, debitæque ipsis æris alieni iam olim conflata & magna non erant. ME. Vera narras.

Cur ex tribus urbibus quæ in vna Reip. corpus coaluerunt, ut communibus legibus uterentur, statim perfundata fuerint, vna nempe Lacedæmon diuisa fuerit, ex hac autem hypothese tractatur thesis de causa vniuersa is euersionis omnium Reipubl. b Affyriorum imperium.

ATH. Quoniam igitur optimi viri, ita malè constitutio illa & legislatio ipsis abiuit? ME. Quod id pacto? Quidue culpas? ATH. Quod ex tribus ciuitatū domiciliis, duæ citò & disciplinâ ciuile & leges perdiderunt & vestra ciuitas vna relicta est. MEG. Haud facile est quod interrogas. ATH. Atqui opus est ut id modò considerâtes, differentis que de legibus senili quodâ modesto que ioco, iter hoc, quæ admodum diximus cum iter facere cepimus, sine molestia conficiamus. ME. Proculdubio faciendū est, ut dicis. AT. An igitur pulchriorem de legibus considerationem habere possumus, quæ de his legibus quæ ciuitates huiusmodi exornarunt, aut etiâ ciuitates vllas institutionisq; honestiores ac maiores hinc cogitare? ME. Non facile quispiâ his alias anteponat. AT. Neino autè ambiget quin illi ita coniuncti non Peloponnesum tantum, verum etiâ vniuersam Græciam, si Barbarus quispiam iniuriam inferret, defendere potuerint, eorum qui circa illum habitabant exemplo, qui b Affyriorum potentia freti, quæ à Nino traxit originem, bellum contra Troiam concitarunt. Erat enim adhuc principatus

principatus illius non contemnenda potentia. Quare quemadmodū nunc regem nos magnum formidamus, ita gentium illarū conspirantium in vnum potentiā tunc omnes expauescebant. Magnam verò his inuidiā secunda Troiæ euerſio conſlauit. Assyriorū enim principatus particula quædam Troiæ potētia fuit. Aduertus igitur eam potētiam, in tres diuisus ciuitates exercitus, à fratribus Herculis filiis tunc regnantibus optimè atq; ornatissimè habere videbatur, & multò melius instructus, quàm ille ipse qui Troiam obſedit. Primum enim Heraclidas principes excellentiores quàm Pelopidas habere se arbitrabantur: deinde hūc exercitum illi qui Troiam petiit, virtute præſtare. Hos enim vicisse, illos ab istis fuisse superatos, à Doris Achiuos. Nonne sic illos cogitasse, eaque de causa sic se præparasse credimus? *M. R.* Verisimile igitur illos firmam quoque constitutionem hanc suā fore putasse, longūque tempus duraturā, præsertim quia multa pericula & labores vnā subierunt, & à fratrib. regibus gubernabantur. Nec non multis vs̄ fuerāt vatibus, tū aliis tū Apolline Delphico. *M. R.* Verisimile admodum. *R.* Hæc verò quæ maxima fore existimabantur, breui tunc, vt videtur, euauerunt, præter partem, quæ vestram habitat regionem. Hæc nunquam ad hunc vs̄ que diem bello contra duas partes suscepto quieuit. Nā si facta tunc constitutio concors mansisset, inuisa profectò bello fuisset. *M. R.* Quomodo igitur & qua ratione dissoluta est? Nonne consideratione dignū apparet, quannā fortuna tantā ac talē cōstitutio- ne euerit. *M. R.* Nunquā profectò aliud cōside-

*Troia huius
cap. a & e-
uersa.*

*b Ratio red-
ditur cur in
ista hypoco-
si ad curioſo
ne imperij
trium. iusta
tum de qui-
bus supra
tractanda ſio
& explican-
da theſis.*

rans quispiã vel leges vel respublicas alias intelligere poterit, quibus pulchra magnæque res seruentur, vel contra perdati, si ita neglexerit. AT. Feliciter ergo in hanc tã accommodi considerationem incidisse videmur. MEG.

** In summa Summopere. A T H. * Nunquid ergo, vir mirificè, noster nos error omnes later, & in præsentia maxime, dum putamus singularem quandã perspexisse rem, & quã mirabiles euentus sequentur, si quis bene illa vti modo debito non ignorabit? Nos aut modò neque rectè forsan neq; secundũ naturã de hoc ipso sentimus. Et alii omnes in omnibus errant, quibus de simili cogitant. M E. Quid ais? Et quã de re istud maxime dicis? A T. Ipse me, ô bone vir nunc certe risi. Cũ enim illũ exercitũ de quo modò sermo habitus est, considerassem, egregius profectò atque mirandus mihi visus est, & præclara quædã facinora Græcis designatus, si quis tunc ipso bene usus fuisset. M E. An non prudenter & tu eunã dixisti, & nos probe laudauimus? ATHE. Fortasse: puto tamen omnes qui magnũ aliquid & ingenti potentia præditum viderint statim sic alicui, vt opinetur, si sciret qui ipsum possidet tanta re talique vti, multis præclarisque inde rebus gestis felicè fore. M E. Nõne & hoc rectũ: vel quomodo dicis? A T H. Considera iã quorũ respiciens, qui sic laudat singula, rectè dicat. Ac ptimum de quò dicebamus, quo pacto si rectè sciuissent exercitũ ordinare qui tũ præfuerunt, feliciter vsi occasione fuissent: nõne si melius ipsũ muniuissent semperque seruassent, ita vt & ipsi liberi essent, & alios quos vellēt subiugarēt, atq; omnino & ipsi & eorum posteri tã apud Græcos quã apud Barbaros, quicquid cuperēt cõsequerentur? Au*

non omnia huius gratia cuperent? MEG. Imò
 etiam valdè. A T. Quicumque igitur cum di-
 nitias ingentes perspexerit, aut honores gene-
 ris excellentes, aut aliquid eiusmodi, eadem ip-
 sa dixerit, ad hoc respiciens dicit, quasi per hoc
 ipsi futura sint omnia quæ desiderat, vel pluri-
 ma atque potissima ME. Ita videtur. A T. Vna
 certè omnium hominũ cõmunis quædã cupi-
 ditas est, quã præsens sermo significauit. M E.
 Quanam? A T. Vt secundum animi sui deside-
 riũ omnia, vel saltem humana gerantur. ME.
 Cui dubium? A T. Quãdo omnes semper hoc
 volumus, & in pueritia & adulta ætate & se-
 nio, sedulo id proculdubio habere precamur.
 ME. Vtique. A T. Amicis etiam hæc precamur,
 quæ ipsi quoque sibi precarentur. ME. Et hoc.
 A T. Amicus autè filius patri, cũ puer sit. VITO.
 M E. Profectò. A T. Atqui eorũ quæ puer con-
 tingere sibi precatur, multa pater ne accidant,
 deos precatur ME. An id fieri dicis, quãdo iu-
 uenens est & atrens filius qui precatur? A T. Imò
 etiã quando pater siue senex, siue admodũ iu-
 uenens, cum nec honestorũ neque iustorũ quic-
 quã cognoscat, sic affectus ut Theseus erga infe-
 liciter moriturum Hippolitũ, impèsius impre-
 catur, filius autè cognoscat, putãtne tunc filium
 cũ patre eadẽ oraturũ? ME. Intelligo quod di-
 cis. Dicere enim mihi videris, nõ esse precan-
 dũ conandũque ut voluntatè nostrà cuneta
 sequantur, sed ut prud. antiã nostrã volũtas. Id-
 que tã ciuitati quã singulis precibus petendũ,
 studendũque ut mentem habeant. ATH. Id-
 que prorsus inquam. Quinetiam quòd ciuile
 vir legumlator ad hæc semper respiciens leges
 ferre debet, & ipse recordatus sum, & vos
 nũc recordari volo Nempe vos in disputatio.

nis principio dicebatis, probum legumlatore
ad bellum omnia referre debere. Ego autem
dicebam, ad unam solummodo virtutem, eum
tamen sint quatuor, id respicere, respiciendū
que non ad unam tantum, sed omnes: maximè
verò ad primam, quæ & cæterarum omnium
dux est. hæc verò prudentia est, & intellectus,
& opinio, unâ cum amore & cupiditate ista
sequente. Eodem iâ oratio nostrâ reuertitur.
Et ego qui tunc ea dicebam, eadem nunc etiâ
dico, siue ioco vultis, siue serio. Assero equidè
non esse tutum toto vi, & voto potiri, si men-
tem non habeas, sed contraria eorum euenire
quæ petis, satius esse. Si serio dicta hæc existi-
mare vultis, existimate. ^a Spero enim nunc
vobis perlaadere quod paulo ante proposui-
mus, perditionis regum, totiusque consti-
tutionis illius dissoluendæ causam non timidi-
tatem fuisse, nec rei militaris ignorantiam
seu principum siue subditorum, sed uniuersam
reliquam prauitatem, & præsertim circa hu-
manarum rerum maximam ignorantiam. Quod
hæc tunc ita contigerint, & nunc sicubi fiant,
aut futura quandoque sint, non aliter eueniat,
si vultis conabor, ut ratio deinceps ostendet,
adinuenire vobisque tanquam amicis, pro vi-
ribus explanare. CLIN. Verbis te hospes lau-
dare molestum, te autem valde laudabimus,
vitro quæ dicas audiendo, qua in re liberalis
verusque laudator vel maximè perspicuus sit.
ATHEN. Optimè tu quidem Clinia. Quare
quod ais efficiamus. CLIN. Erit ita, si deus
vulerit. Tu modò dic. ATHEN. Censemus
ergo, per sequentem disputationis huius viam
deinceps progredientes, maxima tunc igno-
rantia potentiam illam fuisse perditâ, similis-
que

*a Conclusio
qua genera
le exitu Re-
cip. causam
declarat.*

que rerum euentus & nunc eadem ex causa
 proficisci. Quapropter si hoc ita se habet, le-
 gislator conari debet prudentiam, quoad fieri
 potest ciuibus dare, ignorantiam quam maxi-
 me auferre. CLI. Manifestum id quidem. A-
 THEN. Quænam igitur maxima inscitia iure
 dicitur? Considerate si mihi assentimini.
 Ego enim hanc censeo. CLIN. Quam? A-
 THEN. Quando aliquis quod honestum sibi
 aut bonum videtur, non amat, sed odit; quod
 autem malum atque iniustum, id diligit at-
 que amplectitur: hanc voluptatis dolorisque
 dissensionem aduersus eam, quæ rationem se-
 quitur, opinionem, extremam esse inscitiam
 assero, quam etiam maximam dico, quia in
 multitudine animi est. Quod enim in eo do-
 loribus voluptatibusque mancipatū est, quasi
 plebs ciuitatis est atque multitudo. Quando
 igitur scientiæ, vel opinioni, vel rationi quæ
 natura dominantur, animus aduersatur, hoc
 ego ignorantiam appello: & ciuitatis quidem,
 quando principibus legibusque multitudo
 non parit: & vnius etiam viri, quando licet
 bonæ in animo rationes sint, nihilò tamen
 magis secundū ipsas agitur, sed contrà omnia
 peraguntur. Has equidem ignorantias per-
 niciosissimas esse assero ciuitatis, cuiuslibet-
 que ciuis, non autem opificum ignorantias,
 si modò quod dico hospites intelligitis. CLI.
 Et intelligimus, o amice, hæc, & concedimus.
 ATHE. Hoc itaque ratū habeatur, quòd ciui-
 bus qui hoc modo ignorant, nihil ad princi-
 patū pertinens committendum sit: imò verò ut
 ignorantes obiurgandi, etiā si acutissimi & di-
 sceritissimi sint, & quæ ad ornamentū & acmē
 ingenij spectant, cuncta complexi. Qui verò

*Maxima
 inscitia &
 ignorantia est
 quando ra-
 tioni rella
 & honesta
 suadenti nō
 parent reli-
 qua facultas
 res animi.*

*b. Quæ vita
 sapientia.*

ἀλλὰ καὶ οἱ
 ματα μῆτι
 κείν ὄντι
 πῶ.

contra affecti sunt, sapientes habendi, etiam
 sine neque literas, ut dicitur, nouerint, neque na-
 rare sciant. Magistratus quoque istis quasi pra-
 dentibus committendi. Quomodo enim, o
 amici, vel minima prudentiae species sine con-
 sensu consistere poterit? CLIN. Nullo modo.

ATHEN. At verò pulcherrimus maximisque
 consensuum omnium maxima iure sapientia
 esse dicetur. Cuius quidem particeps sic ne-
 cesse est qui secundum rationem vivere debet.
 Quisquis autem expertus est, & suae domus euer-
 sor, & ciuitatis nunquam seruator, sed contra
 omnino ad haec semper ignarus esse videbitur.
 Haec igitur, ut paulò ante diximus, ita
 se habeant. CLIN. Ita profus. ATHEN. Im-

Imperandi
 inuoluentium
 septē gradus

perantes verò & patentes nonne in ciuitati-
 bus esse debent? CLI. Utique ATHEN. Esto.
 rationes autem pro dignitate imperandi pa-
 rendique tam in ciuitatibus seu magnis seu par-
 uis, quam priuatim in domibus similes qua-
 les & quot sunt? Nonne prima dignitatis tecta
 ratio erit, ut pater ac mater, & omnino genit-
 res ubique natis imperent? CLIN. Maxime.

ATHEN. Secunda, ut ignobilibus generosi? Ter-
 tia, ut iunioribus seniores? CLI. Et hoc. ATHEN.

Quarta, ut domini seruis? CLIN. Proculdubio.

ATHEN. Quinta, ut potentiores dominen-
 tur, imbecilliores seruiant? CLIN. Principatū

modò dixisti admodum necessariū. ATHEN. Imò verò qui plurimus, & secundum naturam, ut

Thebanus Pindarus ait in omnibus animalibus
 reperitur. Maxima verò dignitas sexto collo-
 canda est, qua ignorantibus quidem sequi iubentur,

prudentes autem ducere atque dominari.
 Quod ego quidem imperium, o sapientissime

Pindare, non praeter naturam, sed secundum natu-

b Ut insipien-
 tes sapienti-
 bus pareant,
 natura &
 legibus consen-
 taneum est co-
 tra senten-
 tiam Pindari.

tā legis in volentes non coactos exerceri affirmare CLIN. Probè dictū. ATHE. Septimū principatū ad sortē aliquā producimus, eū de gloria & felicitate quadā obtingere asserentes & iustissimū esse ducamus, ut is quē fors delegerit, impetet: illa verò quē reperierit, pateat. CLIN. Vera narras. ATHE. Dicemus ergo ioco quodā ad aliquem eorū qui facillè ferendū legū munus aggrediantur. An vides, o legislator, quot circa imperantes dignitates expendēdæ? & quomodo inter se oppositæ sunt? Piosfecto nunc fontē aliquem seditionum inuenimus, quæ te curare oportet. Primū nobiscum diligenter considera, quidnam & quomodo præter hæc malè agentes isti apud Argos Melienamque reges seipsos simul & Græcorū potentiam, quæ tunc mira erat, euerterunt. Nonne quia rectissimè dictum ab Hesiodo ignoratunt, Dimidiū nonnunquam plus esse quàm totum? Quando videlicet totum comprehendere noxiū est, dimidiū verò moderatè se habet, tunc sanè moderatum in moderato plus esse censuit, utpote deteriore melius. CLIN. Rectissimè. ATHENIEN. Virū regibus hoc perniciosum esse prius, quàm plebi credamus? CLIN. Probabile est regū maximè hunc morbū esse, qui superbe propriet delicias viuunt. ATHE. Perspicuū igitur hoc primū reges eos habuisse, quòd plus quàm leges contenderent posse voluerunt, nec in eo concorditer permanserunt, quod verbis & iureiurando laudauerant. Verū dissentio, quam maximam ignorantia esse diximus sapientia tamen apparet, ea omnia propter errorem & imperitiā acerbam euerit CLIN. Videtur. ATHE. Est. Quid igitur hoc de verbo timens

a Sorte mandatum imperiū, legitimum.

b Explicatio dicti illius Hesiodi Dimidiū maius esse totum & eius applicatio ad causam euerfionis imperij Argiurorum & Messeniorum.

legislatorem oportuit cauille? An per deos neque sapientiæ laudē habet nunc huius agnitio, neque difficile dictu? Siquis autē id tunc præuidisset, certē is nobis sapientior extitisset.

MEG. Quid illud dicis? ATHEN. Licet nunc Megille quod olim à vobis factum sit animaduertere, atque inde rem ipsam cognoscere, faciliusque ita quod tunc fieri potuit, dicere.

MEG. Dic plinius. ATHEN. Ita certē apertissimum fiet? MEGILLVS. Quoniam pacto?

ATHENIEN. Siquis minoribus potentiā maiorem neglecta mediocritate, nauibus vela, cibum corporibus, animis principatū cōmitteret, omnia peruertentur. Nā supra modū elata lasciuunt: & alia quidem in morbos incidunt, alia in iniuriam elatioris lasciuix filiā. Quid itaque dicimus? Nōne hoc? quo nullum

prorsus, ò viri mihi amicissimi, a ingenū humanum sit, quod si & iuuenile, & nemini ad rationes reddendas obnoxii existat, ita ferre

potentiā maximā possit, vt non mente amētia, morbo maximo referta, in proximorū etiā amicorum inuidiā incurrat: quod cum accidit

animū statim perdit, & omnē eius vim obscurat. Hoc autē cauere mediocritatis ipsius obseruatione, excellentiū legūlatorū opus. Quod

igitur tūc factū, facile modo perspectū est: hoc autem esse videtur. MEG. Quidnam? ATHENIEN.^b Deus quispiam, vt arbitror, vestri curam habuit, qui cum futura præsciret, geminam vobis ex vnica regum stirpem constituit, atque ita ad mediocritatem magis con-

traxit. Præterea natura quædam humana viribus diuinis coniuncta, tumentem vestrum

perspicuens principatum vim senilis sapientiæ miscuit cum generis insolente potentia vi-

gini

a. Anima humana nō potest ita festinare summā rerū omnium potestatem quā in intolerabilem etiam amici fastū & insolentiā abripitur.

b. Laudatur Lacedæmoniorū institutiō, quod summā regū suā potestatem, ad sorte regni hoc est altero rege, tum alii magistratib. partē Reip. tenentib. nēpe Senatu & Ephoris frangarint.

ginti & octo senum sententia, in rebus maxi-
 mis regū potentia adæquata. Ad hæc ^a tertius ^a *regis oco*
 seruator affuit, qui luxuriantem adhuc & fre- ^{rup.}
 mentē considerans principatū Ephororū cen-
 sura, proximē ad potentiam sorte electā con-
 ducta, quasi frenum ipsū immisit. Hac igitur
 ratione ^a rectum vestrum, ex quibus decebat ^a *Regnum*
 compositū, & moderatē constitutū & ipsum ^a *Spartanum*
 quidem seruatum est, & salutis aliorum causa ^a *optimè tem-*
 fuit. Quoniam sub Temeno & Cresphonte ^a *peratum.*
 ceterisque qui leges tunc condiderunt, qui-
 canque fuerint, nec ipsa quidē portio ^a *Ari-*
 stodemī seruata fuisset. Neque enim satis erāt ^a *Lacedæmō.*
 ferendarum legum periti. Quoniā si fuissent,
 nunquā iuuenilem animū accepto principatu
 vnde tyrannis fieri poterat, iureiurando cohi-
 bituros existimassent. Nunc autē deus osten-
 dit, qualem oportebat oportētque potissimum
 constitui principatū. Quod quidē à nobis in-
 telligi postquā factum est, vt dixi antea, nihil
 mirum. Non enim arduū est videre, si exēplo
 commonearis. At si quis id tunc prospexisset,
 ad moderationēque redigere principatus, &
 vnū ex tribus perficere potuisset, magnificas
 omnes eorum cogitationes seruasset, nec Per-
 fica classis, nec alia vlla vnquā, contēptis no-
 bis vt nulla te dignis, in Græciam nauigasset.

CLIN. Vera narras. ATH. Turpiter ergo illos ^b *Quam tur-*
 repulerunt, & Clinia. Turpiter autē dico, non ^b *piter se ges-*
 quia qui tunc terra marique vicerunt, minus ^b *serint pro de-*
 quā deceret fortiter pugnando se gesserint. ^b *fensione Gra-*
 sed turpe illud inquā, ^b quod vna de tribus il- ^b *cia aduer-*
 lis ciuitatibus pro Græcia decertauit: duæ autē ^b *sus barbare*
 ita deprauatae fuerunt, vt altera Lacedæmonē ^b *rura incurso-*
 quoque ne succurreret, prohiberet, non paruo ^b *rum Argiū*
 ipsi bello illato: altera Argiuorum, quamuis ^b *& Messenij.*

prima illis temporibus circa gubernationē in
 Græcia esset, tamen ad depellendum Barbarū
 accessit nec orantes audire voluit neque de-
 fendit. Multa referre possem quæ ea tēpta-
 re in Græcia facta, ut turpia possunt accusari.
 Neque qui Græciam se defendisse dicunt, vetē
 dicunt. Nisi enim Atheniensium Lacedæmo-
 niorūque cōmune consiliū atque potentia
 imminenti seruitutē propulisset, ferme iā om-
 nia confusa essent & Græca cū Græcis inuicē,
 cum Græcis item Barbaris, Græcāque cū Barba-
 ris. Quemadmodum Græca illa quæ nunc
 Persarum tyrannidi subiecta sunt, sine ordine
 vilo confusa sunt inuicem, ac malè etiam disti-
 pata. Hæc habemus, ô Clinia & Megille, quæ
 ram præcis vīris civilibus legūque latoribus,
 quàm iunioribus opponamus, vī iniquentes,
 quid in illis merito possit culpāri & repre-
 hendi,] quid præter hæc aliud fuerit agen-
 dū inueniamus: quale est quod nunc exposui-
 mus, quod videlicet non oporteat magnos im-
 permixtōique principatus constituere, illud
 semper memoria tenentes, quod civitatem &
 liberam semper, & prudentem, & sibi ipsi a-
 micam esse oportet. Ad quæ respiciendum
 est illi qui leges laturus est. Ne nūtemini au-
 tem, si sæpe iam alia quædam proposuimus,
 ad quæ sic legumlatōri respiciendum, quæ qui-
 dem non eadem esse atque hæc appareant. Sed
 reputare oportet, quando ad temperantiā,
 vel prudentiā, vel amicitia respiciendū dici-
 mus, non aliā atque aliā, sed eandē nobis esse
 intentionē: ac si multis etiā aliis huiuscemodi
 verbis utemur, ne turberimur. CLI. Consuevit
 ita facere, verba ordine repetentes. Sed nunc
 expone quod dicturus eras, quando amicitia,
 liber-

* τὸν ἀγίαν
 αὐτῶν διὰ ἀ-
 λητοῦντες.

* Legislatores
 in legibus sanc-
 tiendū hūc si-
 bi debet scio
 pū proponere
 ut civitas
 libera sit
 prudens, &
 sibi ipsi ami-
 ca.

libertatem, prudentiamque spectare legumlatorum debere dicebas. **A T H.** Audiatis modò.

Duz gubernationū civilium, quasi matres quaedam sunt, ex quibus si quis alias dixerit originem ducere, rectè utique dicit. Quarū alterā monarchiā, id est principatum unius, alteram democratiā id est populi, appellare decet. Alterius quoque summū tenere Persarū genus, alterius nos putandam. Ceteræ verò formæ

omnes hinc, ut dixi, variæ componuntur. Necesse est autē harum utrarumque participē fore civitatē, si libertas in ea atque amicitia cum prudentia futura sit. Quod quidē oratio præcipere nobis vult, cum dicit, civitatē horū expertem bene gubernari nunquā posse. **CL E N.**

Quo enim pacto? **A T H E N.** Cum igitur altera Monarchiā, unius scilicet principatū, altera libertatē duntaxat magis quā oportuerit, cōplexa sit, neutra mediocritatē servitutis libertatisque servavit. Vestræ autē, Laconica dico & Cretica magis. Sed Atheniēses ac Persæ quōdam hoc ferē pacto, nunc verò minus. Sed causas quoque dicemus, an non? **CL E N.** Omnino, si modò quod propositū est absoluerē cupimus.

A T H E N. Audiamus ergo, Persæ quidem quando Cyri tempore servitutis libertatisque mediocritatem magis habebant, primum ipsi liberi fuerunt, deinde multos alios subiecerunt. Nā cum principes ipsi libertatē subditio impertirent, & rem ad æqualitatem magis reducerent, milites ducibus magis erant amici, paratōsque se in periculis exhibebant. Ac si quis inter eos prudentior erat, consilioque valebat, cum rex invidus nō esset, sed dicēdi facultatē liberè omnib. daret, honoratēq; cōsiliij cōpotes, facultatem prudentiæ communem

*Monarchia
& democra-
tia quasi
matres aliarum Resp.
formatū harum alterutra pura non
probāda, ea
verò qua ex
utrisque mi-
xta & tēpe-
rata est for-
ma Resp. ma-
ximè probatur.*

*a Quibus
causis factū
sit ut Cāby-
ses florentis-
simū regnā
sibi à patre
Cyro relicta
perdidit.*

in mediū deducebat, cunctaque tunc illis ob
libertate, amicitia, mentisque cōmunionē con-
tribuebat. CLIN. Videntur hæc ut dicuntur, ita
gesta fuisse. ATH. Quō pacto igitur Cābyse
tempore regnum id fere cecidit, & rursus Da-
rij tempore restitutum est? Vultisne ut quasi
diuinatione vsi dicamus? CLIN. Quidni veli-
mus? Confert enim hoc ad illud quō tendi-
mus. ATHEN. Ita igitur de Cyro vaticinor: in
ceteris quidem ipsum & ducē bonum & ciui-
lis vitæ amicū fuisse, rectam verō disciplinam
nullo pacto attigisse, nec ad rei familiaris ad-
ministratiōē animum vnquam applicuisse.
CLIN. Cur ita? ATHEN. A iuuenta per ro-
tam vitā militia occupatus, mulieribus filios
tradidit educandos: quæ ipsos ut felices statim
pueros atque beatos nullius indigentes rei sic
educabant, ut prohiberent ne quis ei vrpote
beatis aliqua in re aduersaretur, cogentes o-
mnes quicquid ipsi dicerent aut facerent lau-
dare. Ita ipsos tales quosdā educauerunt. CLIN.
Bellā certē educationē narrasse videtis. ATH.
Fœmineam nempe, quam induxerunt regis
mulieres nouis elata diuitiis, desertaque à
viris bello & periculis occupatis. CLIN. Con-
sentaneum id quidē. ATH. Pater verō ip-
sum, hominū, & multarū aliarū rerū greges
multos acquirebat: sed ignorauit quod filij
quib. hæc relicturus erat, paternā ipsam Per-
siamq. attē non docebantur, cum Persæ pasto-
res essent in regione aspera geniti, & ipsa ars
Persica dura esset, sufficiētiq. robustos eos
pastores efficere, qui & custodias agere & vi-
gilare possent, & militare si res posset. Per-
misit autē ut mulieres & eunuchi Medorum
ritu filios eius nutrent: quorum educatio

ea quæ vulgò existimatur felicitas, cor-
 rupta est. Unde tales euaserunt, quales fieri
 conueniebat eos, qui in summa rerum licen-
 tia nutriti fuissent. Cum igitur mortuo Cyro
 rerum potiri sunt, vipote qui deliciarum &
 impunitatis ac licentiæ pleni essent, primùm
 alter æqualitatem non ferens, alterum interfici-
 cit: deinde ipse ignorantia ebrietatèque fu-
 rens principatum perdidit. Medi enim ac qui-
 dam Eunuchus tunc dictus Cambysen quasi
 amentem contempserunt. C L I N. ^a Si fer-
 tur, atque sic ferme contigisse videtur. A T H. ^a De Darij
 Atqui & hoc fertur, per Darium septimque ^{regno, et quibus artibus}
 illos vitos principatum in Persas iterum re- ^{Darius re-}
 diisse. C L I N. Planè. A T H. Inspiciamus igitur ^{gni admini-}
 rationem sequentes. Darius nec regis erat ^{stravit.}
 filius, nec in deliciis enutritus. Is cum ad prin-
 cipatum peruenisset, septimūque ipsum acce-
 pisset, septè in partes ipsum partitus est, quorū
 hodie adhuc parua quædam vestigia restant,
 censuræque viuendum esse sub legibus ad com-
 mune quendam cōferentibus æqualitatem:
 atque id ita sanxit diuisionemque illam agri
 quam Cyrus versis pollicitus fuerat, lege fan-
 ciuit, amicitiam communitatemque Persis o-
 mnibus præbēs ac Persarū populum pecuniis
 & muneribus alliciens. Ita [exercitus beneuo-
 lentia summa illum cōplexus, non pauciores ^b Xerxes ob
 quam Cyrus reliquerat, regiones ipsi acquisi- ^{prauam edu-}
 nit.] Post Dariū ^b Xerxes, qui regis est deli- ^{cationem à}
 cis quidē educatus. Sed te nunc iure appello ^{patris virtutis,}
 Dari, qui Cyri malo cōmonitus nō fuisti, sed ^{te, si ut Cā-}
 in eisdem Xerxem moribus educaisti, in qui- ^{byset ab ea}
 bus Cāysen Cyfus nutriuerat. Ipse igitur vi- ^{Cyri patris}
 pote eodē pacto educatus, similia quoque per ^{sui milium}
 pessus est. Ex illo tēpore nullus vnquā ferme, ^{degeneravit}

Perfarum rex magnus nisi nomine fuit. Neque fortunam fuisse causam arbitror, sed vitam malam, quam filij valde dicitur tyrannorumque plurimū viuunt. Nunquā enim pater & vir & senex ex huiusmodi vita virtute praefians euadere poterit. Quae quidem & legumlatori consideranda, & nobis in praesentia animaduertenda censemus. * Atqui & vobis par est, o Lacedaemonij, id tribuere, quod nec paupertati nec diuitiis, nec regno, nec priuatis excellentem magistratum vllū committitis, quem iam à principio vox dei alicuius committi non iusserit. Neque oportet enim in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitiis praefet, aut quia velox, aut formosus, aut robustus sit, si virtute careat. ^b Sed neque si virtutem etiam aliā habeat quandā, temperantiam verò non habeat. MEG. Quo pacto id hospes ais? ATHEN. Nonne fortitudo vna quaedam pars virtutis est? MEG. Est. ATHEN. Tu ipse igitur, cum audieris, iudicato. Velletne vicinum aut domesticum quempiam habere fortem quidem maximè, minime verò temperatum, sed proteruum, & qui se in omnivicio effundit? MEG. Dij meliora. ATHEN. An verò actium quidem multarum peritum, & in his sapientem, sed iniustū? MEG. Nullo modo. ATHEN. At verò iustitia sine temperantia originem habere nullam potest. MEG. Quomodo enim aliter? ATHENI. Sed neque etiam ille, & qui modo sapiens à vobis dictus est, quod voluptates atque dolores recte rationi concordet & obsequentes habeat. MEG. Non certè. ATHEN. Id praeterea consideremus, i quod attinet ad ea quae in peccio habeantur in ciuitate, quibus rebus rectè

a Lacedaemoniorum institutum laudabile quod in magistratibus solius virtutis rationem habeant.

b Temperantia omnium aliarum virtutum conditio.

c Sapiens qui

recte, vel secus honor tribuatur. **J M E O.** Quid-
 nam? **A T H E N.** Temperantia si ab omni al-
 terius virtutis genere in alicuius animo desti-
 tata sit, * honorandane iure est, an contra?
M E G I. Non habeo quid respondeam. **A T H E N.**
 Modeste, satisque responsum est. Alterutro
 enim illorum concessio, inconcinne, ut ar-
 bitror, respondisses. **M E G I.** Bene igitur factum
 est. **A T H.** Esto nempe accessio ipsa & hono-
 res & opprobria non sermone, sed silentio
 potius irrationabili digna erunt. **M E G.** Tem-
 perantia dicere mihi videris. **A T H.** Hanc ipsam
 dico. * Quod igitur ex aliis nobis prodest plu-
 rimum, si tunc additione maxime honoretur,
 rectissime honorabitur: & quod secundo lo-
 co prodest, secundo honorandum. Atque
 ita secundum successionis rationem, si vnum-
 quodque honores qui deinceps ordine se-
 quuntur nanciscatur, recte utriusque nancisce-
 tur. **M E G I.** Est ita. **A T H.** Quid porro? an
 haec quoque a legislatore distribuenda esse di-
 cemus? **M E G.** Maxime. **A T H.** Visne partitionem
 in opera singula & minima quaeque
 illi relinquamus? Tripartitam verò diuisionem,
 quoniam & ipsi legum quodammodo studiosi
 sumus, teneamus maxima & media & mini-
 ma inuicem discernentes. **M E G.** Sumopere. **A T H.**
 Oportere itaque dicimus ciuitatem, quae pro
 humanis viribus salua felixque futura sit,
 recte honores & ignominias distribuere. **M E G.**
 Sic est. **A T H.** * Recta autem distributio est, ut
 prima & maxime honoranda censeantur animi
 bona, si adiuncta illis temperantia sit. Secundo
 dignitatis gradu corporis bona ponantur
 Tercio, externa possessio & pecunia. Hec si quis
 legislator ciuitatis transgreditur, vel pecuniam

* Interegritas
 tionis cui sim-
 pliciter affir-
 mado aut ne-
 gado satis fie-
 ri non potest
 exemplum.

* Tempera-
 tia honorum
 omnium ad
 ditamentum
 necessarium.

b Honorum
 gradus, &

ordo quod

ad dignita-
 tem attinet.

eum ordinem

qui non ser-
 uati sed mi-
 noru & pe-
 stiore loco

astimanda
 praeponit, &

pluri asti-
 mat, ut om-
 nia pessun-
 dat in ciui-
 tate quod

probatur ex

emplo Mo-
 narchia Per-

sica ad inte-
 ritu verget

it.

præ cæteris honorando, vel postea ius aliquid
 honore prius collocando, neque sanctè neque
 ciuilitè faciet. Rata hæc nobis habenda? an
 quomodo? MEG. Profus quidem. ATH. Hæc
 latius dicere nos induxit Persicæ gubernatio-
 nis consideratio. Inuenimus autè eos peiores
 adhuc factos esse. Causamque esse dicimus,
 quia nimium populi libertate sublata, domi-
 nandique potestate magis quam oporteret
 adueta, societate in ciuitate & amicitiam su-
 stulerunt. Quibus corruptis principes quoque
 non subditis ac populo, sed proprio imperio
 consulunt. Quinetiã saepe exigui sui commodi
 gratia, funditus euertere ciuitates, gentesque ami-
 cas igne absumi non curant. Ita hostiliter &
 absque misericordia oderunt, & odio simili-
 ter habentur. Ac si quando opus sit ut pro eis
 populi pugnent, nullũ tursus cõmunem in i-
 p̄s consensum inueniunt ut uelint ex animo
 subire pericula, & pro principibus dimicare:
 sed cum innumeris penè hominibus dominen-
 tur, inutiles tamen omnes habent ad bellũ, &
 tanquam hominum indigentes alios mercede
 conducunt per mercenarios extraneosque mi-
 lites saluos se fore putantes. Præterea & insa-
 nire coguntur, cũ re ipsa prædicent nugas esse
 eas quæ in ciuitate honesta esse & honoratida
 dicuntur, si ad argentum & aurum conferan-
 tur. MEG. Ita sit. ATH. Sed de rebus Persarum,
 quòd propter nimiam dominationem seruitu-
 temque non rectè modò se habeant, iam satis
 sit dictum. MEG. Omnino. ATH. ² Atticam
 deinceps gubernationem similiter percurre
 decet ut pateat quemadmodum libertas nulli
 subdita magistratui non paulò deterior est,
 quàm illa quæ mediocritatem in magistratum
 dominæ

^a Attica de-
 mocratia.

dominatione consequitur. Nobis enim tempore quo Persæ Græciam, imò vniuersam penè Europam aggrediebantur, prisca quædam erat Respublica & magistratus aliqui ex centia quadrisariam diuiso erant, pudorque inerat, quasi dominus, cuius causa legibus subiecti vivere volebamus. Præterea magnitudo terrestrium maritimarumque copiarum vsquæ ad nos exterruit, vt obseruantius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. Quibus de causis maior inter nos exorta est beneuolentia. Firmè nanque decem^a Expeditione antè quàm bellum nauale in Salamina genus p. imum
 stam sit. ^a Datis ipse à Dario missus classem *Datu à Da*
 Persicâ in Athenienses. Eretrienésque duxit. *rio missi po*
 Cui mors à Dario nisi has gentes ditioni suæ *stea Xerxis*
 subiceret, est indicta. Datis igitur ipse Eretriæ *in Græciam*
 ses breui tempore innumerabili milicum *co tempora ex*
 pia penitus expugnauit, terribilisque inde *uplicatur cau*
 mor ad urbem peruenit nostram neminem *samque cur*
 Eretrienesium effugisse, sed manibus inuicem *Athenienses*
 milites iunctis, atque ita vniuersa regione *Ere tam streuâ*
 triensium circumdata, omnes penitus compræ *operam na*
 hendisse. Hic rumor seu vetus, siue non cum *varint ad*
 ceteros Græcos, tum vel maxime Athenien *hostem pro*
 ses perterrituit. Quibus cum vniuersata *Græciâ pulsandû nò*
 passim legationibus missis ad opem ferendam *fuisse formâ*
 cohortarentur, nemo præter Lacedæmonios *Reip. quam*
 auxiliari voluit. Et isti quidem seu bello *tunc habe*
 quod aduersus Messenem gerebant impedi *bant sed par*
 ti, siue alia quadam causa, non enim *scî tim pudor è*
 nus, sequenti post pugnam Marathonicam *partim im*
 die opitulari venerunt. Post hæc magna in *minentis pe*
 dies parare, multaq; minari rex dicebatut. *riculi metû*
 terca Darius naturæ concessisse nuntiatur, *ac ostenditur.*

filius eius atrox iuuenis impetium accepisse,
 nec à ceptis paternis deistere velle Cuius ap-
 paratus omnes in se conuerti Athenien-
 es propter Marathoniam stragem credebant.
 Porro audientes defodi Athon, coniungi Hel-
 lespontum, clausam immensam magnitudinem
 cum mari, nec mari, nec terra salutem sibi fo-
 re putabant: presertim quia in nullius prae-
 dio confidebant: quippe qui memoria tene-
 rent, neque tunc cum primo illorum ingres-
 su capti et ceteri fuerant, quenquam sibi
 opem ferre, & pro eorum salute subite peri-
 culum voluisse. Idem igitur tunc terra sibi e-
 venturum putarunt Mari verò nullam pro-
 fus salutem inueniebant: cum naues plus quasi
 mille adueherentur. Vnam verò salutem quã-
 uis tenuem dubiamque solammodo videbãt.
 Nam enim respicerent quae antea gesta fuerãt,
 & quòd desperata salute, tamen vicerunt, hanc
 spe enecti, in seipsis ac diis tantum inuenerunt
 sibi refugium fore. Haec igitur omnia eos ma-
 iori inter se benevolentia copularunt, praesens
 inquam metus, & ² qui à legibus iam pridem
 inerat, quem seruientes legibus allecuti sunt.
 Hunc sepe pudorem in superioribus nomina-
 uimus, cui seruire omnes oportere diximus,
 qui enimque boni futuri sunt: quo quisquis af-
 ficitur, liber est & interritus. Ac nisi praesens
 ille metus pudori huic iunctus fuisset, nau-
 quam ex huiusmodi concensione illi provo-
 sati & vna conuenientes, deorum teropla ma-
 iorum sepulchra, patriam ipsam, ceterosque
 familiares atque amicos defendissent, vt fecit-
 se narrantur, sed sparsi alius aliò abissent. ut.
 Probè hospes ac sicut te patriamque decet, di-
 xisti. Δ τ η. Vera haec sunt, & Megille. Nam
 quae

2. Pudor bo-
 nus quoniam.

quæ tunc gesta sunt, ea par est tecum, qui ex natura paternarum rerum es particeps, referre. Sed & tu & Clinias attentè considerate, si quæ ad legumlationem pertinent, dicimus. Neque enim confabulandi gratia hæc enarrò. Cuius autem gratia ista dicam videte. Ut scilicet intelligamus idem nobis ac Persis quodammodo accidisse, dum illi quidem in omnem seruitutem plebem traherent, nos contrà in metam libertatem. Quomodo verò & quid deinceps dicamus, habita iam verba & commode dicta quodammodo demonstrant. *ME.* Probe loqueris. Sed conare quod modò dicebas apertius eloqui. *ATH.* Faciam. Non erat, ó amici, apud nos ex veteribus legibus alicuius rei plebs domina, sed sponte quodammodo legibus seruebat. *MEG.* Quibus legibus? *ATH.* Illis inquam quæ de musica posite fuerunt, ut quo pacto libertas hæc nimia iam paulatim aucta sit repetamus. Distincta enim nobis tunc per species & figuras erat musica. *a* Fuitque vna species canus ad deos precibus placandos, quos hymnos vocabant. Huic altera cantus contraria species. Querulos hos cantus quis maximè appellaret. Alia species *Pxon.* Alia Dionysij generatio, quam Dithyrambam arbitror appellatam. Erat & alia cantus species, quam leges citharædicas nominabant. *b* His itaque aliisque quibusdam lege statutis non licebat alio genere cantus pro alio abuti. Auctoritas autem cognoscendi hæc iudicandique, & damnandi si quis contra fecisset nec sibilo, nec ineptis clamoribus multitudinis, ut modò tribuebatur: nec rursus laudandi licentia plaudenti strepenti que turbæ, sed præstantibus doctrina vivis erat concessa,

a Cantuum species vsta
ta cū Athenis
tum alia
Græcia.

b Violatis
Musici legibus
dissoluta
theatri licentiam
natam,
ex hac proie
ctam totius pu
puli audacia
vna cū
legum & mag
stratum cō
ceptu inua
sisse populum
Athensensem
& Rempublicam
fundisse ostē
dit Plato sub
persona ho
spitiu Atheniensis.

dabaturque ipsis ad finem usque magno cum silentio audire. Adolescentes autem, pedagogi & plebs vniuersa castigatione virgæ admo- nebantur. Hæc cum ita ordine fierent, multitu- do ciuium libèter parebat nec audebat tumultu- osè quicquam iudicare. Tempore deinde procedente [musicas leges violare ceperunt ipsi poetæ:] qui ingenio quidem valebant, sed quod iustum atque legitimum in musica es- set, non satis obseruabant, debacchantes ut- que, & voluptati magis quàm oportuerit in- dulgentes. Hi sanè & lugubria hominis, & di- thyrambis prænas coniunxerunt, tibiarum- que sonos & cantus, citharæ cantibus imitari- sunt, omnibus omnia commiscentes. Qui & imprudentes ob inscitiam contra musicam men- titi sunt, asserentes eam quidem nullam rectam in se normam habere, sed audientis voluptate, siue probus ille vir sit, seu contra rectissi- me indicari. Cum igitur huiusmodi poemata componerent, & talia vulgò dicerèt, iniquum adeò & audax aduersus musicam vulgus ho- minum reddiderunt, ut se planè posse senten- tiam de musica ferre crederet. Hinc theatra frequenter exclamare ceperunt, cum silere antea consueuissent, quasi quid pulchrum in Musis, quid non, acutè sentirent: atque ita ex optimatum potestate, in prauam theatri po- tentiam res ipsa desiluit. Si enim popularis po- tentia solùm liberorum hominum extitisset, nullum utique magnum incommodum faisset. Nunc autem ex musica nobis incepit om- nium ad omnia opinio sapientiæ, præuicacitio- que secuta est & libertas. Intrepidi enim e- rant, quasi scientes: hæc licentia impudentiã peperit. Nempe si melioris opinio propter

audaciam non timetur id ipsum penè perniciosa est impudentia. quæ à libertate quadam temeraria proficiscitur. MEG. Verissima loqueris. ATH. Hanc libertatem ea licentia sequitur, quæ facit ne magistratibus subesse velimus. Ex hac originem habet & illa per quam patris matrisq; & seniorum seruitutem & præcepta contemnimus. Cumque [ad extremum audaciæ accedunt homines legibus parere recusant: ubi verò ad extremum peruenerunt iusiurandum fidem & omnino deos negligunt.] Vnde ad præscam illam Titanicamque reuoluti narrantur, eadem illa iterum patientur, duraque secula rursus degent, nec malorum finem vllum reperient. Sed cur hæc nobis dicta sunt? mihi videtur sermo velut equus vni dignaque restringendus, ne tanquam os habens effrene, impetu abreptus, ab asino iuxta prouerbum excidat. Interrogandum est igitur, cuius causa hæc dicta sunt. MEG. Est utique. ATH. Hæc ergo illorum gratia diximus. MEG. Quorum? ATH. Diximus nempe ad tria quædam esse latiori legum respiciendum, ut ciuitas quæ legibus instituitur libera sit sibi ipsi amica, & mentem habeat: hæc dicta sunt, an non? MEG. Dicta profusus. ATH. Propterea duas gubernationum species in medium adduximus, vnam in qua arctissima seruitus, alteram in qua soluta libertas. Considerauimusque vtra rectè gubernaretur. Perspeximus autem medio critate alteri dominandi, alteri libertatis addita feliciter valde vtraque se habuisse: infeliciter verò cum seruitus in altera, in altera libertas ad extremum vsque peruasit. MEG. Vera narras. ATH. Atqui huius quoque ipsius gratia Dærici exercitus constitutionem consideravi.

a Cœclasio & breuis recapitulatio eorū quæ trib. primis dialogis tractata sunt: cui adiungitur præpositio eorū quæ sequentibus libris tractanda sunt.

mus, & radices montium Dardani, habitatio-
 nemque maritimam, primos præterea illos,
 qui à vastitate diluuij relieti fuerant, horum-
 que causa de musica, de ebrietate, deque prio-
 ribus etiam habita nobis oratio est. Hæce-
 nim omnia ob eam causam dicta sunt ut intel-
 ligamus, quomodo optime gubernari ciuitas
 possit, & quo pacto priuatim quisque optime
 suam vitam disponat. Si verò quicquam ope-
 rapretij fecimus [quomodo nos ipsos reprehē-
 dere poterimus?] **CLIN.** Ego mihi hospes vi-
 dere quædam videor. Peropportune superio-
 ra omnia nobis dicta videntur. His enim e-
 go quodammodo indigebam. Commodum-
 que ambo, tu dico & Megillus hic, me reperi-
 stis. Neque celabo vos quod mihi accidit. Qua-
 si enim augurio his sermonibus confirmatus
 sum. Maxima profectò Cretensium pars colo-
 niam deducere quandam cogitat, ac Gnostis
 eius rei curam committit. Gnostiorum verò
 ciuitas mihi aliisque nouem viris id mandat
 curandum. Leges autem ponere iubet, & quæ
 nobis ex Cretensibus placeant, & quæ aliunde
 colligi possint. Edicitque nobis ne pere-
 grinas leges horreamus, modò probentur.
 Nunc igitur & mihi & vobis hanc gratiam
 præbeamus. Collectis vndique legibus, ora-
 tione condamus ab initio ciuitatem. Sic enim
 & illud quod à nobis quaeritur, diligentius
 considerabitur, & mihi forsitan disputatio
 hæc ad futura ciuitatis constitutionem con-
 feret. **ATHEN.** Non bellam indicis, ô Clī-
 mia. Quare nisi id Megillo incommodam,
 mea quidem pro viribus tibi parata sunt.
CLIN. Probè dicis. **MEGIL.** Ego quoque præ-
 ratus sum. **CLIN.** Optime ambo disistis.

Quare conandum est primum oratione civi-
tatem condere.

DIALOGVS

QVARTVS DE legibus vel de legumlarione.

Marsilij Ficini Argumentum.

Quartus hic dialogus, quemadmodum & tres
superiores a se am pari quinq; primis in-
pso conditorum legum consilio efficitur, & versatur. Hu-
ius vero consilium circa civitatis materiam atque
firmam. Materiam inquam, situm, & compa-
sitionem, dispositionemque Urbis. Formam vero
modum publicae gubernationis & ordinem. At quo-
niam forma hae formosa esse nunquam potest, nisi
civium animi sint firmi, idcirco in formandis a se-
vera etate, perque omnem vitam futurum civium
animi leges in vigilare iubetur. Materiam igitur
civitatis pauca expediat verba, formam vero eius
& animorum ipsorum formationem accuratissime
trahat, utpote qui pro animorum dignitate cre-
tiora omnia quamvis amplissima videantur, nihil
pentis. Profecto Plato nosset si corporum esset me-
dicus, in eligenda ad aere saluberrimo ad firmam va-
lidamque corporis habitudinem conferente incum-
beret diligentius. Sed qui in eligenda pro se Acade-
mia in salubri loco, non corpori sed animo moribus-
que consulit, is nimirum in urbe condenda non ad-
modum accuratus apparet: in formandis vero una
cum etate moribus tanquam medicus animorum,
ut ita loquar, curiosissimus. Praeterea si tanti for-
tuna foret bona, quanti ceteri solent, certe agrum
& finem & moenia ad civitatis curam, & ad

amplius audiendumque imperium commodissimum di-
 ligenter exquireret. Contra verò facit omnino. Sit
 ergo urbs procul à mari atque portu, non mercatu-
 ra praesertim cauponaria dedita, non luxuriosa, non
 diues sit temperata ciuitas & sobria, & pudica.
 Praeter cetera verò pia. Quidnam aliud mandatum
 putas sanctum aliquem religiosa vita pontificem in
 adificandi templi habitaculisque sanctorum, quam
 quod Plato nosse iubet in urbe condenda? Et qui
 pauca hic de urbis corpore verba facit, idem in bea-
 ta illa Republica decem Dialogis expressis nullum
 de urbe condenda fecit verbum, neque id quidem
 iniuria. Illam namque reliquit caelo, hanc in terra
 edificat, ad exemplar illius quoad fieri potest i-
 maginem. Propositum igitur erit legi iusque praeter
 animi bona sunt, praeter boni animi parus facere,
 in omni que eius institutione ad vniuersam virtutem
 tanquam ad signum intendere. Ideo que nihil, vel
 in ciuitate, vel circa urbem permittere, unde ciues
 malis aliquando moribus assuescere possint, niam
 si inde vltoria multarum gentium, potentiaque am-
 plissima & copia rerum omnium abundantissima co-
 sequatur. Lex enim non extra animum, sed in ani-
 mum ipsum aciem suam dirigit omni ex parte perfi-
 ciendum. Itaque iubebit ne ciues habeant summo in
 pretio falsa huius vitae salutem. Neque tam in fiant,
 sa' i que sint, procurent, quam ut quando sunt, et-
 primi sint. Ad vniuersam verò legi fieri institutum
 perficiendum tria in primis conducere arbitrat,ur,
 Deum videlicet fortunamque, & artem. Quae
 tria humana omnia gubernare dicuntur. Et quòd si
 faciliora quam cetera auctor legum molitur, eo ma-
 iori ab his tribus quam ceteri indiget patrocinio.
 Quod autem Plato dicit Deum, & fortunam atque
 artem, simul curi Deo humana omnia gubernare,
 breuiter sic exponit. Deus in omnibus per omnia mo-
 uet

ut omnia. Mouet mundi sphaeras. Quarum concurr-
 si fitum quidem alicubi, sed hinc fortuna libentius
 nominatur. Hinc casus varij circa externa corpora
 que preueniunt. Mouet & animas, lumen mentibus
 inspirando, unde ars non speculandi solum accen-
 ditur, sed agendi. Ab arte tandem dispositio ex-
 ternorum & corpora proficiscitur. Quamobrem à
 Deo quatenus cuncta dependent. Verum ab ipso Deo
 alia quidem per fortunam procedunt alia uerò per
 artem. Quò sit ut neque fortuna, neque ars aliquan-
 do Deo ualeat aduersari. Quippe quum semper ab
 ipso utraque moueamur. Inter se uerò duo hæc i-
 ta se habent. Aut enim consentiunt inuicem, aut
 fortè dissentiunt. Si dissident aut fortuna superat ar-
 tem, aut ars fortunam. Ad autem accipe hæc exem-
 plo. Dum mouet Deus sphaeras interdum per for-
 tunam in mari commouet tempestatem. Tempestas
 quatit nauem. Interea mouet Deus idem eandem
 nauem per animum quoque gubernatoris, ad est per
 artem ipsam à Deo continuè dependentem. Quando
 igitur ars nauem ad certum dirigit portum, atque
 ad eundem tempestas quoque uelit tunc ars simul
 cum fortuna consentit. Quando uerò aliò quidem
 impellit uentus: aliò uerò ars certat ducere, tunc
 ars & fortuna dissentiunt, ac tandem uel ars cedit
 fortuna, uel arti fortuna. Interim prouidentia Des
 utrobique agit utriusque ad finem sibi soli notum,
 cui nihil unquam dissimulat cuncta uidelicet in uni-
 uersam sui corporum harmoniam occultis modis con-
 temperanti. Caterum illa ipsa concursuum cele-
 stium dispositio, quando talis prouenit, ut artem
 necessario superatura sit, Fatum dicitur potius quàm
 Fortuna: quando uerò talis ut exuperare incertem
 possit, & superari ab arte, Fortuna potius nomina-
 tur. Neque dissidas artem quandoque vincere pos-
 se fortunam. Ut enim fortuna, sic & ars procedit

ex Deo. An: aduerte Verò tibi Plato de necessitate diſſipatatis quam vir magnus non ac conditum leges exoptet, ad id magnopere oportum misit illius anni nomine inuicentem Dionysium significare ipsum Verò sub appellatione legisferatque indicare feris: em fortune sibi integrum desuisse. Item Platonem in Sicilia apud Dionysium quendam harum legum promissa inchoasse, ut ex epistola intelligi potest. Opus Verò id legum expulso Dionysio profectum. Denique per hac dicta reditum in Siciliam sicut ab infamia vindicasse. Scito autem Platonem in eo itinere atque reditu nihil aliud contendiſſe quam ut salua Dionysij prorsitate, uolentia tyranni in regnum moderatum conuerteretur. In hac autem tibi de temperantia & prudentia principum loquitur in mento Platonem, mediocrem quidem temperantiam a prudentia distinguere, mediocrem quoque prudentiam a sapientia simili ratione discernere, confirmatam Verò temperantiam saepe appellare prudentiam, absolutam quoque prudentiam non nunquam sapientiam nominare. Quid quidem in Phidone, & tertio Legum, & hic, & alibi saepe patet. Adducit praeterea naturales quasdam ingenij dotes, uirtutibus quidem similes sed tunc demum, quando rectè fuerint excultas ad uirtutum uicinia conducentes. Quas quidem de re latine in Republica diſſipat: Mandabim interea memora quales sunt principum mores, tales quoque sicuti ciuium reliquorum. Neque ulla de causa uiores ciuium sicut illius cuiusque quam ex hac uitari posse. Item beatura esse prudentem & temperatum doctorem populi, beatum quoque populum qui audit uerba ex ore doctoris eiusmodi profluentia. Praeterea neque Rempublicam felicem fore, neque leges bonas exorituras, prius quam in gubernatoris potentia una cum sapientia temperantiaque con-

curat. Proinde diuinum ad ciuitatem constituenda auxilium inuocandum. Hactenus quorundam liberalium in legibus circa materiam ciuitatis, & formam communem pertraxerunt. Pergis uero deinceps ad figuram minora hactenus d'furdione, quare uis uirtus ciuitatis forma regnum esse debeat an optimatum senatum, an potentia paucorum, an populari. Quomodo uero nihil inter homines hominum reuera dici potest, nisi aduincum inuicem homines, non inuisa forma prius diuina gubernationem exponit, quam ex hactenus gubernationibus alia aliam alleborat: videlicet diuina similitudo an absque contrarietate cetera profertur. Probat autem gubernationem diuinam esse regnum, ipsi ad hunc senatum, ego conuincitum. Censeat ex omnibus ciuibus illi eligendos esse ad gubernandum, quoscunque sunt qui tantum cetera prudentia & temperantia praestant, quantum uiri uerbo praestare solent. Atque si qui inter electorum numerum similitudine interuenio ceteros antecellat, regem esse conueniendum. Id uero iam ex praesenti daturum mysterio, tum ex simili quodam in Politico, tum ex epistolae & republica potest esse perspicuum. Ceterum ut praesens Saturni mysterium apertius intelligi possit, memisse oportet, Platonicos coniectare mundum a uita quadam & anima contineri, & que ducit, ex tribus potissimum argumentis, ex firma videlicet a uersarum mundi partium copula, ex mirabili motu caeli, ex perpetua rerum generatione sub caelo. Coniectare rursus mundum a mente reos ex triplici quodam ordine, scilicet ex ordine qui & in ipsa partium mundi copula, & in sphaerarum motu, & in rerum generatione conspicitur. Vtrunque uero, scilicet animam atque mentem, Platonistae ille nosse breuiter comprehendit, Spiritus inuisibilis, totumque infusa per aerem. Mater agit atque

le. Coniectare tandem & animam & montem ab ipso bono unoque dirigi ad regendum, ex eo praecipue quod & connexio partium motusque & generatio & omnia horum trium ordo in unum tendit, bonumque dirigitur. Quamobrem sub ipso bono regum geminam continetur, intellectus videlicet atque anima. Illud quidem Saturni, hoc autem Iovis regnum omnium appellat antiquitas. Qua Iovis idcirco fingit Saturni regnum occupavisse, quoniam virtusque ad regnum proprium vocantibus animas, scilicet illinc ad intelligibile, hinc ad sensibile bonum, paucissima quaedam anima ad intelligibile Saturni bonum contemplationemque se conferunt, quam plurima vero ad sensibile Iovis bonum actionemque quotidie fluunt. Tradunt antiqui animas quondam beatas sub Saturni regno vixisse, duobus id modis intelligentes. Primum quidem dum inter divinas angelicasque mentes vivebant, antequam in corpora laborerentur. Deinde etiam quibus & quocumque voluptuifam quidem vitam negligentes, ad vitam vere pariter admodum diligentes, contemplativa vita ardentissimo amore se adunt. Utrunque vero accipitur, in vita intellectuali, beatae in animalis sunt misera. Accedit quod sub hac miseria ita saluntur, ut cum duo in eodem planeta sint, primus quidem superioris Saturni nuncius, secundus autem nuncius Iovis superioris, laudent quidem Iovis stellam, Saturni vero vituperent, cum tamen hac quidem ad temporanea magis provocet bona, illa vero revocet ad aeterna. At quoniam homo gregabile animal à communi hominum commercio segregatum, mediocrem vivendi habitum servare non potest cogiturque ut ita dixerim, vel infra hominem descendere, vel ascendere super hominem, factum est ut Saturnus hominum segregator crimen & infamiam apud infanos reportaverit, eorum videlicet culpaque vel

vel mixtione quadam ineptiori, vel educatione per-
 uersa tales euadunt, ut quando à Saturno extra ho-
 minem seuocantur, descendant ab homine potius, &
 ascendant. Verùm de his alibi diligentius reuertamur
 ad argumentum. Addit Plato Saturnum quondam
 homines distributes in greges custodia demonum cõ-
 mendasse. Id autem pluribus modis exponitur. Primò
 quidem diuinari mentē animas hominū, ut Timaeus
 ait in varios ordines ab initio diuisisse stellarum, ani-
 marum numerum comitantes. Differentiam verò
 nostrarum inter se animarum, alij inter Platonicos
 numeratam tantum esse putant, alij etiam specialem
 et unum animarum nostrarum sit genus, in eo multa
 animarum species, sint etiam multa sub eadem spe-
 cie. Utrunque verò distribuuntur, diuersis non solis
 stellis, sed demonibus etiam accommodari dicuntur.
 Alioque modo exponi potest mysterium, ut videli-
 cet vel ab orbis initio, vel statim post diluuium ru-
 diiores homines diuina providentia angelorum, siue
 demonum meliorum minister erit, donec paula-
 tim facti peritiores ipsi se regerant. Rationi verò cõ-
 sentaneum est rectius felicisq; a superiorum quam à
 se ipsis homines gubernari. Exponitur in super tertio
 hunc in modum, ut quotidie quicumque uitā ratio-
 nem eligunt, ab alijs quodammodo segregatam: ritè
 etque educati fuerint statim in contemplatum be-
 atumque Saturni regnum commigrare dicuntur.
 Sed quatenus sub contemplationis officio in ritus va-
 rios discernuntur, catenus & in multes greges secer-
 ni videntur, & alij atque alij pro vita simila-
 dine inspirari numinibus atque regi. Multo in-
 praesentia multas praestantium philosopharū scholas,
 quasi greges sub Saturno pastore mirabiliter congre-
 gatos. Sub Saturno inquam, tribus praecipue modis. Sub
 mente diuina & angelica primū, & inde sub a-
 ma planetae primi eius, sphaera, tertio sub ipsius pla-

net a corpore. Sed mēs ipsa facit, anima conficit, p' an-
 ta portendit, portendit inquam, quando in magnis Sa-
 turnum cum Ioue cō uictionibus, Saturnus ipse vel ex-
 altatione sua, vel domicilio gaudet, & tanquam con-
 iunctionu dominu. fouetur quidem ab Ioue, uirtus &
 solis Mercurij & Venere beneficio. Sic Magicam
 Zorostru e u' que scēlatorum peperit seu portendit
 potius discipulan, Trismogisti quoque theologia, Or-
 phique myseria, arcana Pythagora, Socratica san-
 ctimoniam, Platoniam maiestatem. Ita esse mani-
 festu quibusdam argumentu compertum habemus.
 Hinc & Plato in p'asenti libro Saturnum esse affir-
 mat dominum eorum qui mentem habent. Guberna-
 tionē uerō eiusmodi sub Saturno regiā optimatūq; ce-
 litū s' de mōstrat. Si quidē genus humanū ab ipso deo
 tanq; rege per electos optimosq; demones asserit gu-
 bernatum. Hos multi angelos appellaret, & Plato in
 Critia uocat deos facultatēq; gubernationū & his in-
 dicat & in Critia dicēs occulta quadā p' uisionū in-
 spiratione s' homines gubernatos, gubernantes quo-
 que similiter, quos ab inferiorib; uacā. es motib; se s'
 superu subiecerint perducēdos. In hu Plato monet pri-
 mo diuinā prouidentia nunquā desse hominib; mēdā
 sibi ipsi nō desit. Deinde humanū ingeniu in summa
 rerū licētia potētiaq; lasciuū superbiūq; euadere. Ter-
 tiosicut bestia nō possūt à bestijs absq; humano quadā
 pastore sic neq; homines ab hominib; absq; duce deo
 optimē gubernari: & quādiu mortaliu aliqui sine deo
 dominabuntur, tādū laboriosā miserāq; uitā fore, qua
 si frustra uigilaturus sit quilibet ciuitatu custos, nisi
 deus ipse custodierit ciuitatē. Quarto ipsā mētu di-
 strictionē esse legē, ei que in omni & priuata & pu-
 blica gubernatione semper obtemperandū, ut per no-
 stram mentem feliciter à diuina mente ducamur.
 Quinto nullas cōstitutiones appellā deos esse leges, nisi
 cōmune ciuitatū totius bonum procurant. Sexto qui
 obser-

obseruantium parent legib. his magistratus maximèq.
 diuini cultus munera cōmitti debere. Septimo, inter-
 tum curati paratum esse, in qua nō leges magistra-
 tib. sed magistratus l. g. b. dominantur. Octauo, iuue-
 nes quidem ut plurimum hæc obtusè videre, senes au-
 tem acutè prospicere, nisi fortè quandoque deus vel
 iuuentem probet pietatem, vel senilem repro-
 bet impietatem. Multa iam verba Plato facit ad
 ipsum leg. statorem pro suo officio instruendū. Nōnudā
 facit deinceps ad populum leges eiusmodi suscepturū,
 ut & accipiat libentius & seruet impensius. Cōher-
 tatur autem ad sacras leges in primis, perque illas ad
 humanas a diuinis inuentas & confirmatas. Sed v-
 nā cum exhortatione venerat onem terrorēque cō-
 misit, dicens deum mundi totius artificem, totum in
 seipso complecti, vidēque inspicere singula, ne quis cō-
 fidat per auaricando posse latere: perque omnia cir-
 cumuolui, ne qui speret manus eius post delictum sub-
 trahi, zere posse. Hunc esse ostendit: legum omnium fun-
 datorem, ubi ait, Recta definit & peragit, id est, re-
 cta quadam legū regula determinat singula. Deter-
 minat inquam, primo singulū naturā suā modum,
 quā, quāuisque, quantūque sint, & ubi, & quando,
 & quomodo moueantur. Deinde animū quid agen-
 dum sit, quid ue cauendum. Determinationem eius-
 modi legem esse cōstat rerum omnium penes deum
 omnium autorem, eāque eodem actu ab ipso deo
 sanciri, quo & omnia ab eo intelliguntur & fiunt,
 actu scilicet circulari, quem Timæus ait esse diuinā
 intelligentiā naturalem, ex seipsa videlicet seipsam
 respiciens, sed respiciendo omnia semper conspi-
 cienti: Forsan verò vitrò vitra circulare, ut ita
 dixerim, motum deo intimum, subinsinuat motum
 quoque rectum, id est, rerum à deo processum deig.
 per res omnes influxum: idēō recta dixit & pergit.
 Et motum rectum à circulari pendere signauit. Item

ubi ait deum verum principia & fines & media con-
 tinere, intellige deum esse causam verum efficientem
 atque finalem, seruare omnia, omnibusque adesse.
 Ac ne qui putet irritam legem, addit hanc semper
 iudicium comitari, quo & perspicaciter seruatores le-
 gi prauaricatoresque discernantur, & efficaciter op-
 potissimum debeatui cuique decernatur. Quod quidem
 iudicium, quoniam potenter & discernit, & decer-
 nit, ineuitabilis sequitur ultio peccatorum, & pra-
 mium obseruantium. Seruari verò maxime diuinam
 inquit legem ab his, qui humillime certicem suam de
 uina legi iugo subijciunt, quorum pramium futura
 beatitudo censetur: respu verò maxime à superbis,
 qui mox sicut dei legem dereliquerunt, ita deseruntur
 à deo. Deserti autem & peccant atrocius & mi-
 serabilius cruciantur. Quod autem mysteria hac au-
 tiquo ait sermone constare, possumus de Mercuriali
 quodam & Orphico, apud quos eiusmodi multa per-
 legimus, & illa quidem euidentissima: qua recensere
 grandius iam prohibet argumentum. At si Orphicos
 de Ioue, de lege, de iudicio & iustitia & Nemese hy-
 mnos legeris, hac ad verbum inuenies omnia. Post
 hoc Plato populum exhortatur, ut unusquisque ma-
 gnopere studeat in eorum numero esse qui deum sequun-
 tur, cõtendens in omnib. placere deo, atq; ut id conse-
 quatur similem deo se reddens, similem inquam per tem-
 perantia puritatem, qua tanquam regula & amissi-
 sua oia metiatur. Siquidem mensura quod & Pytha-
 goras inquit, omnium optima iudicatur, simillimum-
 que deo efficit animum. Quippe cum deus omnium
 sit mensura, precipue nobis, qui videlicet eatens vel
 prosiqui vel fugere debemus singula, quatenus diu-
 ta menti voluntatiq; vel consonare vel dissonare
 censentur. Hinc illud in Platoni epistola: Sapienti
 quidem vero lex deus est, insipienti vero libido. An-
 dignus verò hinc legitur textus. Aubi enim legitur

et traduxi. Quibus verbis Plato videtur Protogorā
 cōsutare, dicentem rerum mensuram hominem esse.
 Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur.
 Alibi verò legitur non quam quiniū homo, sed si quis
 homo, hunc in modum: Deus omnium nobis est mensu-
 ra, multo que magis si quis, ut ferunt, homo est. Tu hāc
 particulam si quis, ut ferunt, homo est: exponere po-
 tes, si quis homo mensura est, multo magis deus est mē-
 sura non n. nobis, sed deo per quē vivimus, debemus
 vivere. Posses forsā exponere: si deus aliquis homo
 est, id est, si quando fiat homo: ut ferunt, id est oracu-
 la prophetarū, qua quidem expositio utinam quā pia
 est apud multos, tā accepta foret apud Platonicos. Ut
 autē appareat quanti fructus sit observatio legū sub-
 dit sōi harum observatoribus licere atque expedire
 vota dēi sacrāque facere: Ceterorum verò preces &
 munera a deo respici. Hoc ipsum verò quod est plāce-
 re deo, dicit esse signum, quo singulae vitæ actiones
 quasi sagittas debemus intēdere, Sagittas autē in hāc
 ipsam dei gratiam attingendam, esse ait sedulum
 religionis cultum, in quo eustem disponit gradus, quos
 & in carminibus Pythagoricis legimus. Iubet enim
 hic sicut & ille ut caelestes primū oēs colamus deos,
 illos præcipuē quibus patria quasi patronū est dedi-
 cata, deinde sequentes sub cælo deos. Quos omnes ter-
 restres appellat. Mos enim Platonū est, & si omnia
 sub cælo elementa ponit, omnia que in cælo modo cæ-
 lesti, tamen oīa sub cælo appellatione terra cōprehē-
 dere, omnia item in cælo cæli ignisque nomine. Cæle-
 stes quidem deos, tum angelos intelligit superiores,
 tum sphaerarum cælestium stellarūmq. animas. Deos
 verò terrestres, tū inferiores angelos, tū elementorum
 quatuor animas. Tertio mandat coli demones, scilicet
 ceti puriores, quasi deorum ad nos interpretes. Quar-
 to heroes, id est hominum animas deo acceptorum à
 corpore separatas. In his omnibus ita distribuī prae-

capit cultum, ut maioribus muneribus maiora mino-
 ribus minora, aequalibus aequalia munera confertan-
 tur. Quintò non tam coli & adorari, quam ornari &
 quodammodo honorari deorum patrium statuas
 imperat, legibus consecratis. Quoniam verò omnem
 ad diuinum cultum exhortationem ab uno inchoante
 deo, euidenter ostendit cetera numina neque per se,
 sed participatione primi dici deos neque prop. ex se,
 sed illius gratia esse colenda: praesertim cum vnuer-
 sam eiusmodi cultum, duntaxat v. illi vnico placeas,
 dicat suscipiendum. Sextò parentes quasi dei vica-
 rios praecipit venerari. Septimò propinquos generes
 & familiaritate coniunctos: & hospites peregrinosq;
 ex diuino iussu amare charitate non ficta. Hu autem
 praecipit inferitur euangelicum, vanorum scilicet
 verborum exactam rationem diuino iudici esse red-
 dendam: cuius angelus nobis praestit quasi superioris
 iudicij vicarius & minister, ut nos à turpibus reuo-
 cet, prouocet ad honesta: & consentientes quidem trā
 quillitate conscientia nutriat & delectet, dissentien-
 tes verò perturbatione conscientia vexet. Vos dele-
 ctat, ab antiqua gratia nominatur: ubi vexat, furia.
 Et gratia quidem triplex, quoniam praeteriti, praesen-
 tis, & futuri gratia bonos oblectat. Furia quoque tri-
 plex, quia malos similiter cruciat. Et utrobique Fa-
 tum, & Parca triplex cognominatur. Dicitur &
 Nemesis, praesertim ab Orpheo, ubi in superbos a-
 nimaduertit. Profectò veteres ut iudicarent super-
 biam Deo maxime omnium dissonare obedientiam
 humillimam ex genti, dixerunt superbos non so-
 lum diuina censura, ut cetera vitia, sed etiam
 indignatione puniri, propriamque ad punitionem
 eiusmodi numen introduxerūt, Nemeseos nomine nun-
 cupatum, quod quidem facit potentiam in brachijs
 suis, d. Sp. rgitque superbos mente cordis sui. Collige
 e multis omnibus praecipue quatuor, legem, in-
 dicitur

dicium, iustitiam, Nemesim. Horum exemplum accipe in teipso. Habes in mente legem, quid agendum sit, quid non, communi uorma dictantem, & honestum quidem prosequendum esse, turpe uero vitandam. Habes & in ratione iudicium distinctiori quadam argumentatione discursione discernens, id quod in hac uel illa actione positum est, honestum esse uel turpe. Habes in uoluntate iustitiam, eligentem ita profecti, ita fingere, ut ratio per mentis leges prosequendum indicauit uel fugiendum. Habes in imaginatione eiusque affectu, Nemesim turpibus actionibus uel iis quo succensentem atque legitime indignantem. Similiter in Deo lex iudicium, iustitiaque, & Nemesis sed modo diuisa. Distinctius autem in Deo lex angelisque superioribus. In anima uero mundana ratione, iudicium. In eiusdem uoluntate iustitia. In angelis inferioribus seu demonibus medijs Nemesis. Utiunque distribuas hac omnia diuina legi mirabili quadam connexionem subserviunt ad uirtutum premium, & supplicium peccatorum.

De loco ad
ciuitatem
condendam
opportuno
differitur, in
primis illud



A G e iam quamnam fore ciuitatem cogitare debemus? Neque uero nunc de praesenti eius nomine, aut de futuro interrogo. Id enim forsitan aut ipsa colonia deditio dabit, aut locus, uel etiam fluminis, aut fontis, aut deorum qui in ea regione sunt alicuius cognomen tum ciuitati noua fama sua nomen imponet. Sed illud potius quaero, utrum maritima esse, an mediterranea? C L. Distat ferè hospes, à mari haec de qua loquimur, ciuitas stadiis octo et triginta. A T. Portus uero suntne propè? an mare iudicium mi illud penitus importuosum? C L. Portuosa est, & litarem pro hospes, ce regio, quam maximè fieri potest. A T. fit rei naris P apa: quid ais? Ager autem ille fert omnia? an ea scientia.

aliquorum indigus? **CLIN.** Fer penè omnia.
ATH. Ciuitas verò aliquāne illa proxima?
CLIN. Non valde, atque idcirco habitatores il-
 luc conducere cogitamus, prisca enim quadā
 hominū inde facta propulsione, magno tēpo-
 ris spatio iacet regio desolata. **ATH.** Quò ad
 cāpos autē montesq; & syluas pertinet, quo
 pacto disposita est? **CLIN.** Similis est reliquæ to-
 tius Crete naturæ. **ATH.** Asperā igitur ipsam
 potius & syluestre quàm cāpe istrem esse dicis?
CLIN. Aio equidē. **ATH.** Nō est igitur ad acqui-
 rendā virtutem incōmoda. Nam si mari pro-
 xima esset & portuosa, nec ferret omnia sed
 multarum rerū egeret, maximo sibi salutis fun-
 datore opus esset, diuinisque legumlatoribus,
 ne multos ac varios mores, simulque prauos
 huiusmodi regionis natura contraheret. Nunc
 verò iuuat, quia stadiis octoginta remota est
 à mari, propinquior certè quàm oportet ma-
 ri, eo fermè quòd portuosior est, vt ais. Satis
 tamen & hoc esse videtur. Profectò mare ciui-
 tati proximum quotidiana quadā iucunditate
 eam afficit. Verumtamen vicinitas ea nimis re-
 uera salsa est atque amara. Nam cū mercibus
 & pecuniis cauponando ciuitas repleatur,
 dolosi animi instabiles & infidos mores parit.
 Vnde parum & ipsa ad seipsam & ad gentes
 alias fidem & amicitiam colit. Aduersus
 hæc tamen illud habet remediū, quòd omnia
 fert. Cūque syluosa sit & aspera, licet o-
 mnia ferat, non tamen abundè omnia. Nam
 si esset ad omnia ferax atque fecunda, multū
 aurū atque argenti ex emissionē rerum colli-
 geret. Quā vna re nihil, vt breuiter dicam,
 perniciosius est, si vnū vni conferas ad gene-
 rosos iustosque mores, vt in superioribus quo-
 quò

que si recordamur, est dictum CLI. Recordamur quidem. Et illa tunc & nunc ista rectè dicta concedimus. ATHEN. Materia verò ad fabricandas naues, nunquid illic abudat? CLI. Neque illic abies est mentione digna, nec arbor picea. Cupressi itè copia parua, pinumque & platanum illic rarà inuenies. Quibus necessario fabri nauium ad interiores nauium partes vrantur. ATHE. Atque in his etià non malè se habet regionis ipsius natura. CLIN. Quid ita? ATHENI. Quoniã operæpretiũ est, vt ciuitas facile imitari hostes improba imitatione non possit. CLI. Cuiusnã supradictorũ potissimum gratia ista dicis? ATHEN. Obserua me vir præclare. Nepe illius gratia quod est ab initio de Cretensium legibus dictũ, quas vos ad vnũ aliquid, id est bellum respicere dicebatis, eas ego, quoniã ad virtutem quodãmodo referrentur, probè positas esse dixi: quoniam verò non ad vniuersam, sed ad virtutis partem feruè, equidè non valde laudabã. Nunc igitur me quoque vos in præsentì legulatione diligenter obseruate, siquid aut quod ad virtutem nõ pertineat, aut quod ad partem solũmodo, legibus sancio. Eũ quippe solũ rectè ferre leges existimo, qui veluti sagittarius illuc animũ semper intendit, vnde continuò aliquid sempèrque sequatur eorum quæ bona sunt, cætera verò relinquit, siue diuitias, seu huiusmodi aliud quod à virtutibus sit separatũ. Imitationem verò hostium improbam tunc fieri dicebã, cum iuxta mare quispiã habitans, lædatur ab hostibus: Quare illud fuit. Dicam enim, non tamen præteritæ iniuriæ cõmemorandæ studio. Minos olim nuali copia fretus, crudele Atticæ tributũ impo-
 suit. Athenienses verò nondum naues vt nunc

ad bellum paratas habebant, nec illa in regio-
 ne arborum copia erat, vnde naues facile fa-
 bricarentur. Quare non potuerunt rerū imi-
 tatione naualiū ipsi quoque nautę facti, statim
 hostes tunc suos vlcisci. Meliūsque secū actum
 esset, si sæpius septem adolescentes amississent,
 quàm quod illis accidit perpeti. Nā pro terre-
 stribus firmisque copiis, nauales factę consue-
 uerunt cursim naues insilire ac citò decedere,
 nihil turpe facere arbitantes, si minus audeāt
 hostium impetū expectare, ac mori, sed præ-
 textū habent leuē, vt armis amissis, minime, vt
 aiunt, turpiter fugiant. Huiusmodi verò ex na-
 uali bello voces audire contingit, non laudi-
 bus ingentibus, sed vituperatione summo pere-
 dignas. Nunquā enim malis moribus, præser-
 tim optimā ciuium partē assuefacere deest. A-
 pud Homerum nauīū refugium hoc reproba-
 tum videtur. Vlyssēs nanque Agamemnonem
 reprehendit, qui prælio Græcis apud Troia-
 nos occupatis naues in mare deducere iube-
 bat. Quod molestè terens Vlyssēs ait: *An iubes*
instante belli turbine bene tabulatu instruitas naues
in altum deducere, vt Troiani ad vorū curia suc-
cedant, nos autē perniciosa strages elatesque sequa-
tur? neque enim graui sese pugna committent, quum
naues mari ad fugam paratas aspicio, sed ne-
glecō bello cedent, atque inde volabunt. Vbi quale
consiliū hoc tuū fuerit, apparebit. Patet igitur Ho-
merū quoq; sensisse, obesse triremes ad pugnā-
tū fugā paratas. Quippe vel leones his morib.
vī ceruos fugere consueferent. Præterea ciui-
ratū potentia quæ naualib. copiis freta salutē
consequuntur, honores optimæ bellicorū rerū
parti haudquaquā retribuunt. Nā cōm arte gu-
bernatoria, & quinquaginta virotū principatu
 &

Iliad. 5.

& remigio, virorumque & villium hominum ^a *Navalis*
 opere res navalis geratur, non potest quispiam ^{anterrestria}
 recte honores singulis reddere. Quomodo ve- ^{prælia tēpo-}
 rō recte se habere civitas potest, si hoc ipso pri- ^{re expeditio-}
 uata fuerit? *CL I.* Fermē impossibile. Verunta- ^{num Persica}
 men hospes, nauale apud Salaminā Græcorū ^{rū in Gra-}
 aduersus Barbaros præliū vniuersam nos Cre- ^{ciā, Græciā}
 tentes Græciā seruasse putamus. *ATHEN.* Atqui ^{seruarint.}
 multi istud tā Græcorum quā Barbarorum ^b *Quoniam*
 affirant. Ego autē, o amice, & hic Megillus, ^{ex colonia}
 pedestrem, in Marathone & in Platais pugna, ^{deducta pro-}
 alteram principium salutis, alteram finē fuisse ^{ponitur con-}
 dicimus: & his quidem pugnis meliores Græ- ^{denda ciui-}
 cos factos fuisse, aliis non meliores, vt ita de ^{tas, quaritur}
 præliis quibus tunc pariter seruari sumus, di- ^{virū præstet}
 camus. Bello enim apud Salaminam gesto, ^{ex vno gene-}
 illud addo quod in Artemisio commissum ^{re hominum}
 fuit maritimum. Verū spectantes nunc ci- ^{et vna ciui-}
 uilis disciplinæ virtutem, & regionis naturam, ^{tate coloniā}
 & legum ordinem consideramus. Non enim ^{deduci, an}
 seruari ac esse solum, hominibus summo in ^{ex multitu-}
 pretio habendū existimamus, vt vulgus putat: ^{dine variis}
 sed vt quādiu sunt, optimi sint. Quod & in ^{ex locis &}
 superioribus, vt arbitror, à nobis est dictum. ^{popula cor-}
CL I. Dictum planē. *ATHEN.* Id itaque tantum ^{flata & col-}
 animaduertamus, an secundum eandem pro- ^{lecta: utrūq;}
 grediamur viam, quæ ciuitatibus optima sit in ^{habere suas}
 constituenda habitatione legibusque ferendis, ^{d fficitates}
CL I. Mirum in modum *ATHEN.* ^b Dic ergo ^{ostenditur,}
 quod sequitur, quæ multitudo habitatura co- ^{et hoc quidē}
 loniā sit. Verū quicumq; velint ex tota Creta, ^{ad nouas le-}
 quasi magna in singulis ciuitatibus turba su- ^{ges condita}
 perfluat: An ad ipsius agri vires & fertilitatem ^{ciuitati im-}
 ponēdas prodisse, sed cōcordiā ciuū ^{bisse, illud verō,}
 diā ciuū possit impedimento esse quominus facili ^{ut ad cōcor-}
 recipiat condita ciuitas. ^{diā ciuū possit impedimento esse quominus facili}
 nouas leges

electi? Non enim volentes ex Græcis omnes colligitis, etiam nonnullos video ex Argis & Aegina aliisque Græciæ partibus regionem hanc habitare. Sed in præsentem mihi dicas, unde futura sit vobis horum nunc civium multitudo. CL I. Ex vniuersa Creta futura existimo, & inter Græcos alios, qui ex Peloponneso venient, maximè ut opinor, recipietur. Quòdve modò dicebas, verum est, ex Argis scilicet istos esse. Etenim quod maximè modo hinc genus laudatur, Gortynicum est, quod ex ipsa Peloponnesiaca Gortyne huc migrauit. ATHEN. Sed non æquè facilis ciuitatibus illa in vnum commigratio solet fieri, quando non examinum more sit, ut genus vnum amicū inter se ab amicis veniens ex vna quadam regione, aut agri angustiis pressum, aut alia huiusmodi necessitate coactum in aliena commigret. Quandoque verò accidit, ut in ciuitate seditionibus agitata aliò civium pars vna secedat. Vniuersa etiam ciuitas bello victa quòdque simul fugisse reperitur. Hæc autem omnia partim facilia sunt, ut noua in habitatione disponantur, & legibus denuò positis gubernentur: partim etiã difficilia. Nam quod genus vnū est vnius lingue eorūdemque legum cum factorum & huiusmodi omnium communionem habeat, amicitia quidē inter se aliqua copulatur, sed leges alias, gubernationisque modum à pristino discrepantem non facile suscipit. Quod verò propter Legum suarum improbitatem seditionibus concitum fuit, cum primos illos propter consuetudinem quibus corruptum est mores desideret, durum se & inobediens gubernanti legesque ponenti præbet. Quod autem ex variis confluit generibus, libentius fortassè nouas leges audiet: sed

*a Gortynū q
sunt in Cre-
ta deducti,
fuerunt ex
Peloponne-
siaca Gorty-
ne.*

arduum est omnino, & longo tēpore indiget, ut conspirare, & tanquam sub vno iugo equi, vnum idēque, ut dicitur, * coeſſare poſſint. Sed enim legum ſanctio ciuitatiſque conſtitutio eſt ad virorū virtutē omniū perfectiſſima.

CLIN. Probabile id quidem, ſed clariuſ expo- ne quorſum id dixeris. ATHEN. Dum conſi- derare ō bone, legumlatoreſ & laudare vellē, ad vile quid dictu videor lapſuſ. Quod tamen ſi oportunē dicatur, nihil negotij dabit. At quid ego conturbor, cū omnia humana ferē ita ſe habere videantur?

CLIN. Qua de re dicis. ATHE. ^a Dicturus eram nullum vnquam hominum aliquid lege ſancire, ſed fortunaſ caſuſque varioſ incidenteſ, legeſ nobiſ per omnia ferre. Aut enim imminentiſ violentia belli, priorē peruertit republīcā, legeſque mutat: aut ſumma quādam penuria. Mori quoque multa innouare compellunt. Peſtiſ etiam diutina, multorūque annorū incō- moda, & importuna tempeſtaſ. Hæc ſiquiſ animaduertat, non verebitur idē quod ego nunc, exclamate, mortaliū neminē legeſ con- dere, ſed humana omnia fortunis agi. Quod ſiquiſ in nauigatione, gubernatione, medicina, militari imperio affirmauerit, rectē videbitur dicere. Sed tuſ & iſtud ſimiliter de iſiſ ipſiſ bene dicitur. CLIN. Quidnā? ATHE. ^b Deum

quidem omnia, & fortunā, opportunitatē- que ſimul cum deo cuncta humana governa- re. Mitiuſ tamen concedendum tertium ſu- periora, artem videlicet, ſequi. Tempeſtate enim imminente multum intereſſe arbitror, gubernatoriā habere artem, necne. Aut quomodo dicendum? CLIN. Ita proſuſ. ATHE. Nonne & in aliſ eadem ratio? Atqui

* Erazm^{us}
Coaleſcere.

^a Quam va-
ria ſint legū
condendarū
& mutanda-
rum cauſa,
& occaſio-
nes.

^b In reb. hu-
mani Deū
& fortunam
opportunita-
tēque cum
Ea governa-
re, artem ſe-
qui affirmat
Plato.

& legumlationi idem est tribuendum, ut concurrentibus aliis quæcunque ad felicem regionis habitationem conducunt, legislator veritatis compos civitati ipsi non desit. CLIN. Vera loqueris. ATHEN. Nonne qui in lingulis illorum artem habet, precari poterit ut aliquid à fortuna tibi feliciter adsit, nec alia te tamen præterquàm artificio opus habeat? CLIN. Valde. ATHEN. Ceteri quoque omnes quo modò diximus, si quis quæserit, suas preces votaque sperient. An non? CLIN. Planè. ATHEN. Idem & legislator, ut arbitror, faciet. CLIN. Sic puto. ATHEN. Age itaque sic eum interro-

*a Qualis sibi
dari civita-
tem legibus
instruendam
optare de-
beat legisla-
tor.*

gemus. ^a O legislator, qualem tibi civitatem tradi desideras, ut ipse ex reliquis postea sufficienter eam disponere possis? Quid rectè deinde dicetur? An legislatoris responso afferri debet? CLIN. Vtique. ATHEN. Tyrannidi subiectam mihi tradite civitatè, dicit. Tyrannus autem iuvenis sit memoria valens, acutus, fortis, naturæque magnificus. Et quod in superioribus omnes virtutis partes sequi debere dicebamus, id animo quoque tyrannico insit, si quid modò cætera profutura sint. CLIN. Tèperantiã mihi videtur hospes, ò Megille, dicere tyranni animo inesse oportere. Nonne? ATHEN. ^b Popularem, ò Clinia, dico, non tèperantiã illã quam extollens aliquis prudentiã appellandã esse monstraret, sed eã ipsam affectionem quæ in bestiis & pueris illicò apparet innata, ut alij ad voluptatè proniores, continentiores alij nati esse videantur. Quam quidem continentiam à bonis aliis separatã, parvi faciendam esse duximus. Tenetis quod dico? CLINIA. Maximè. ATHENIEN. Hanc ergo naturam ad superiores illas naturæ qualitates tyrannus

*b αρεστών
ἀπλῆν.*

tyrannus habeat, si debet ciuitas celeberrimè
 & optimè, prout possibile est, eam gubernationè
 attingi, quæ felicissimè viuat. Nulla enim
 velocior, nulla melior dispositio ciuitatis
 aut est, aut esse potest. C L I N. Quomodo
 verò & qua ratione hospes id asserens aliquis,
 rectè dici sibi quispiam suadebit. A T H. Facile in
 intellectu est, ô Clinia hoc ita natura esse. C L I.
 Quid ais? Nunquid esse illud asseris, a si tyran-
 nus iuuenis sit, tēperatus, ingeniique acumine
 & memoria pollens, fortis, magnificus, atque
 felix? A T H E N. Adde nihil aliud, nisi vt tēpo-
 te ipsius laude dignus legislator reperiatur, &
 fortuna quædā eos in idē cōducatur. Hoc enim
 si accesserit, omnia fermè Deus dederit, quæ
 dare solet, quoties ciuitatē aliquam felicē ma-
 ximè vult fore. Deinde si duo tales princi-
 pes sint. Tertio loco si tres. Et successionis ea-
 dem ratione seruata eò difficilius, quò plures:
 atque contrà, quò pauciores, eò facilius. C L I.
 b Ex tyrannide optimā fieri rempublicā affir-
 mare videris, cū summo certè legislatore, mo-
 destoque tyranno facillimè & celerimè ex
 illa in hanc mutationē fieri. Secundo ex pau-
 corū potentia. Tertio ex populari. An non ita
 A T H. Minimè. Sed ex tyrannide primo. Dein
 de ex regia gubernatione. Tertio ex quadam
 populari potentia. Postremo paucorum po-
 tentia optimæ reipublicæ generationem diffi-
 cilimè suscipit. Plurimi enim in ipsa poten-
 tia sunt. Tunc verò hæc fieri dicimus cū verus
 natura legū conditor inuenitur, & ei potentia
 quædā cōmunis cū illis contingit, qui plurimū
 in ciuitate possunt. Vbi autē paucissimi quidē
 numero sunt, potētia verò summi, quod in ty-
 rannide accidit, ibi celer & facilis fieri mutatio

^a Hæc duo cō-
 currant oportet, vt felix
 reddatur ci-
 uitas bonus
 legislator &
 princeps ta-
 lus, qualis
 hic describitur.

^b Nihil esse
 offenditur
 quod plus
 possit ad
 Remp. bonis
 moribus im-
 buendam
 quàm princi-
 pu si vnus
 sit, summa
 potentia pra-
 ditus & exi-
 miū virtuti-
 bus ornatus,
 exemplū &
 quo paucio-
 res qui qui-
 dem sunt e-
 iusmodi Rē-
 pub. tenent
 eo facilius
 ciuitatē con-
 stitui posse,
 quo plures
 difficilius.

solet. CLIN. Quo pacto? Non enim intelligimus. ATHE. At verò non semel id à nobis sed sæpius, ut opinor, est dictum. Vos autè forsasse ciuitatem tyrannide pressam nunquam vidistis? CLIN. Ego quidè spectaculum istiusmodi videre minimè cupio. ATHEN. Atqui quod modò diximus, in ea inspicias. CLIN. Quidnam? ATH. Quòd non multo labore nec longo tēpore tyranno opus sit, ciuitatis mores mutare volenti. Nā siue ad virtutis officia, siue contra ciues perducere velit, ipse primus viā per quā sequatur ceteri, ingrediatur oportet, omniāque in seipso primū expressā præscribat agendo, alia quidè laudans atque honorans, alia verò vituperans, & eos qui non obediunt in singulis actionibus semper dedecorans. CLIN. Et quomodo reliquos ciues citò secuturos esse putamus, cum qui ita suadet & cogit? ATH. Nemo vobis persuadet, o amici, aliter vnquam citius & facilius quàm principium exemplo leges in ciuitate mutari. Neque aliter aut fieri nunc existimetis, aut futurum. Profectò hoc nobis neque impossibile est, neque factū difficile. Sed illud difficile factū est, raròque longo in tēpore factum, quod si quando contigerit, innumera ciuitati cui eueniet & immensa bona efficiet. CLIN. Quid illud? ATH. Si quando diuinus amor temperatè iustèque agendi magnæ potentie innascatur, quæ aut in vnius sita sit potestate, aut in plurium principatu diuitiis vel nobilitate generis excellentiū: aut si quando naturā Nestoris quis reduxerit, quem & dicendi facundia, & temperantia vitæ multò magis, omnib. excelluisse ferūt, qualis quidè vix Troiæ temporibus fuisse dicitur, nostris autem mi-

*Rara autem
in terris, bo-
nus princeps
& virtutib.
omnib. pra-
ditus.*

nime: si inquam talis quandoque vir fuit, aut erit, aut nunc inter nos est aliquis, & ipse beatè viuit, & illi quoque beati sunt, qui fluenta ex ore modesto audiunt verba. Eadè quoque de vniuersa potentia ratio est, quòd videlicet cùm in eodem homine bene cum prudentia & temperantia simul potentia summa conuenierit, tunc demum gubernationis optimæ, optimarumque legum elucebit origo, aliter autè nunquam. Verum hæc, tanquam fabula quadam, oraculorum ritu dicta sunt ostensumque sit partim difficile esse ciuitatem bonis fundari legibus, partim verò si contigerit id quod diximus, longè omnium facillimè & breuissimi tēporis opus. CLIN. Quo pacto? ATH. Sed conemur iam ciuitati tuæ rem omnem accommodantes, tanquam seniores puerum, leges oratione fingere. CLI. Aggrediamur iam id sine mora. ATH. Deum in primis ad ciuitatis cōstitutionē inuocemus.

Qui vtiā audiat, exaudiensque propitius & benignus nobis adueniat, vnā nobiscū ciuitatem & leges exornaturus. CLIN. Veniat opto. ATH. Sed qualēnam politiam id est Rempub. ciuitati tradere volumus? CLIN. Declara si placet, quid dicere velis, vtrum populi potestati, vel paucorum, vel optimatum, vel regnum. Neque enim tyrannidem te dicere arbitramur. ATH. Age iam vter vestrum prior

mihī respondere vult, quænam ex his suæ patriæ respublica est? MEG. Num par est, quia senior sum/vt ipse prior respondeat? CLIN. Formam tibi dabo. Cum Lacedæmonicā hospes tempore reuoluo, non faciliè tibi possum dicere, quomodo sit appellanda. Etenim tyrannidi similis esse videtur. Nam Ephororum

Lacedæmoniorū Resp. omnium Resp. formam speciem aliquam habuit.

potestas mirū in modum ibi tyrannica. Nonnunquam tamen præ cæteris ciuitatibus populari gubernationi apparet similima. Negare autē eam esse optimatum rempublicā, omnino absurdum. Regnū quoque in ea perpetuū, quod omnium antiquissimum, tam à cæteris hominibus, quàm à nobis ipsis esse dicitur. Quare ita subito interrogatus, reuera, ut dicebam, non possum in præsentia tibi distinctè quæ illarum sit respondere. CLIN. Mihi quoque Megille, perinde ac tibi cōrigisse videtur. Nescio enim quam illarum potissimum Gno-
 siam esse affirmē rempublicā. ATHEN. Veræ enim, ô viri optimi, reipublicæ vos participes estis. Quæ autem modò nominatæ sunt, non reipublicæ, sed vrbiū habitationis quædā sunt, in quibus pars vna seruit alteri dominanti, & à partis dominantis potentia, totā nomē accipit gubernatio. Oportebat autē si hoc modo nominanda sit ciuitas, Dei ipsius nomine nuncupari, quo illorū qui mentis compotes sunt verus est dominus. CLIN. Quis autem iste Deus? ATHEN. An fabula paulisper vterdū, si volumus cōmodè quod modò quæsitum est, declarare? An non sic faciendū? CLIN. Sic omnino. ATHEN. Multò antè habitationis vrbiū, de quibus in superioribus facta nobis mentio est, principatus quidā & gubernatio sub Saturno valdè felix fuisse dicitur. Cuius imitationē quandam habet, quæ nunc ab optimatibus gubernatur. CLIN. Attentius ergo de ipsa, ut videtur, est audiedum. ATHEN. Mihi quidem ita videtur, propterea quæ in medium eam modò produxi. MEG. Rectè tu quidem, ac probè facies, si sequentem fabulam quatenus conuenit, expoſueris. ATH.

*a Solana ve
 re Resp. est,
 qua ex om-
 nibus guber-
 nationis cius-
 li generibus
 mixta est.*

Faciam

Faciam ut dicitis. Fama profectò beatæ illius
 vitæ ad nos vsque peruenit, copiosa ipsam o-
 mnia, suâque sponte parata habuisse. Cuius
 rei causa fuisse hæc traditur. * Cùm intellige-
 ret Saturnus, quæadmodum ipsi narrauimus, *no regendus*
 nullam hominis naturam res humanas ita *hominibus*
 gubernare posse, ut si omnibus arbitrato suo *et ciuitati-*
 dominetur, lasciuiori superbia iustitiâque nō *bus profectè*
 repleatur: cùm hæc inquam non ignoraret, *erant damo-*
 non homines sed diuiniore præstantiorisque *nes.*
 generis demones, ciuitatibus nostris reges
 principisque præfecit, quod nos in ouium gre-
 gibus aliorumque cicurum armentis faci-
 mus. Non enim bobus boues, nec capris ca-
 ptas præficimus, sed nos ipsis genus melius
 dominamur. similiter Deus homines amans
 genus demonum generi nostro præstantius
 nobis præfecit, quod summa tam sua, quàm
 nostra facilitate nostrarum rerum curam ha-
 bebant, pacemque & pudicitiam, libertatem &
 iustitiæ copiam præbens, procul à seditione, ac
 felix hominum reddebat genus. Hic utique fer-
 mo veritate vsus asserit, ciuitatibus omnibus,
 quibus non Deus, sed mortalis aliquis domi-
 netur, nullam unquam malorum laborumque
 fore quietem. *b* Sed omni studio imitari nos iu-
 bet vitam, quæ sub Saturno fuit, & quantum
 in nobis est immortalitatis, ipsi obtèperâtes,
 priuatim & publicè domos ciuitatesque gu-
 bernare, ipsam mentis in qualibet re dispensa-
 tionem, legem nuncupantes. Nam si homo vnus,
 aut paucorum, aut etiam populi potestas, vo-
 luptati, & cupiditati deditum animum habeat,
 hisque repleti desideret, cùmque id minime
 assequatur, inexplibili inextinguibili que ardo
 re & insanibili morbo vexetur, dominetur

b Gubernationem eam
 qua sub Sa-
 turno fuit v-
 naqueque
 ciuitas, &
 vnusquisque
 imitans de-
 bet ei quod
 in homine
 est immorta-
 le, hoc est me-
 ti & rationi
 et cuius ius-
 sa pro lege
 sunt habenda
 parere.

autem ciuitati aut priuatis nonnullis, statim
 spectis legibus non est, vt modò dicebamus,
 spes vlla salutis. Considerare decet, si Clinia,
 vtrū huic rationi credendum sit, an aliter fa-
 ciendū. CLIN. Necessē est vt credamus. ATH.
 Pespicias tot legū species, quot & gubernatio-
 num à quibusdā existimari. Gubernationū ve-
 rō species, quot multi ponunt, paulò antè nar-
 rauimus. Neque de re vili nunc, sed de re ma-
 xima nobis esse quæstionem existimes. Nam
 quo iustum & iniustum respicere debeat, rur-
 sus in ambiguitatem incidit. Nec enim ad
 bellum, nec ad omnem virtutem referri leges
 debere aiunt, sed ad illud potius quod con-
 stituta reipubl. conferat, quæcunque illa sit
 vt dominetur semper, nec pereat. Iusti que de-
 finitionē sic natura optimè se habere conten-
 dunt. CLIN. Quo pacto? ATH. Quod poten-
 tiori confert. CLI. Apertius dicito. ATH. Sic

** An leges
 sint referen-
 da ad com-
 modum &
 amolumentū
 duntaxat e-
 ius, vel eorū
 qui verū po-
 tiuntur in ci-
 uitate.*

accipe. Leges vt aiunt, semper in ciuitate po-
 nit, quod dominatur. Nonne? CLI. Vtiq;. AT.
 Nunquid existimas, inquiunt, vel populū supe-
 rantē, vel aliam quāpiam rempublicā, vel ty-
 rannū, ad aliud potius spontē leges laturum,
 quā ad utilitatē suā, hoc est sui principatus
 stabilitatē? CLI. Non ad aliud. ATH. Si
 quis autē huiusmodi leges trāsgrediat, iam
 positas, vt iniquus punietur ab eo qui has in-
 stituitiones induxit, iustasque appellat. CLI. N.
 Sic apparet. ATHE. Sic itaque iustū se sem-
 per habebit. CLI. N. Sic sanè hæc asserit ratio.
 ATH. Vna profectò hæc iniquitas ex illis est,
 quæ de principatu sunt. CLI. Ex quibus. ATH.
 Ex his inquā, quas supra narrauimus, quos qui
 bus imperare oporteat, exponētes. Diximus au-
 tem parentes filiis atque nepotibus, seniores
 iunioribus,

junioribus, generosos ignobilibus dominari debere: & alia quædã, si tenetis, quorũ aliis alia impedimẽto sunt, ex quibus vnũ hoc erat. Adiecimũsque Pindarũ existimare, secundam naturam ac iustum imperium esse, vt potentiora imbecillioribus dominantur. CLIN. Hæc certè tunc dicta fuerunt. ATHEN. Con sidera iam quibus nostra ciuitas cõmittenda. Millies nanque in ciuitatibus nõnullis id contigit. CLIN. Quidnã? ATH. Cũ de principatu certatũ esset, qui vicerunt, ad eò ad se solos tẽ contraxerũt, vt nullũ victis eorũque postetis magistratũ concesserint, cauentes semper ne quis ex victis potentiam adeptus, insurgat priorum memor malorũ. Hæc quidẽ nos negamus esse respublicas, neque censemus a re-
 ctas esse eas leges, quæ non sint cõmuniter totius ciuitatis gratia positæ. Qui autẽ aliquarũ partiu gratia leges condũt, eos nõ ciues sed sediciosos putamus, & iura sua frustra sic ab eis vocari censemus. Hæc autẽ eam ob causam dicimus, quia nos tua in ciuitate non id eò magistratus alicui dabimus, quod diues sit, aut huiusmodi quicquã possideat, vt robur magnitudinẽ, generis claritatẽ. ^b Ei verò qui positis legibus parebit maximè, & hac re cæteris in ciuitate præstabit, deorũ quoq; cultũ & ministerium dabimus, maximũ quidem primo, secundũ verò illi qui secundo loco excellet. Eadẽq; ratione sequentibus singula pro dignitate distribuemus. ^c Magistratus autẽ legũ ministros appellauimus, non quia innouare vocabula cupiã, sed quia putẽ salutẽ hinc maximè ciuitati fore, & contrarium ex contrario. Interitum enim paratum illi ciuitati video, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præsent, salutẽ

^a Et leges nō sunt rectæ qua non respiciunt cõmune totius ciuitatis cõmodum & emolumentũ.

^b Sacerdotũ summus honos, in Rep. illis distribuendus qui virtute cæteris omnibus antecellunt.

^c Magistratu legũ ministri.

verò illi, vbi lex feruentibus magistratibus
 dominatur. Cuncta certè bona, quæ diuini
 civitatibus præbent huic affore cerno. **CLIN.** Per
 Iovem hospes acutè, vt ætas tua postulat, per-
 spicis. **ATH.** Iuuenis enim hæc obtusè admo-
 dum, senex acutissimè cernit. **ML.** Vera loque-
 ris. **ATH.** Quid verò deinceps? Nõnne venis-
 se iam ac decesse colonos arbitrari debemus,
 reliquumque ad eos sermonem peragere? **CL.**
 Quid prohibet? **ATH.** Sic itaque ad eos dica-
 mus, Deus, ò viri sicut antiquus quoque ser-
 mo testatur principium, finem, & media rerum
 omnium continens, recta peragit secundum
 naturam procedens. Hunc temper iudicium
 comitatur, eos qui à diuina lege desciverint
 puniens. Cui quidem iudicio quicumque fe-
 lix futurus est adherens, humilis subleui-
 tur atque compositus. Qui autem superbia e-
 latus est quòd pecunia vel honoribus anteeel-
 lat, vel corporis forma polleat, qua cum iu-
 uenilis animus dementia simul ardeat & pe-
 tulantia, quasi nec principe nec duce vllò in-
 digeat, sed aliorum ipse sufficiens ductor sit,
 is penitus à Deo deseritur. Desertus autem &
 alios huiusmodi nactus, exultat omnia si-
 mul perturbans, multisque videtur minimè
 contemnendus: breui tamen postea inculpa-
 bili dei punitus iudicio, seipsum, domum
 suam, civitatèmq; vniuersam simul evertit.
 Cum hæc igitur ita disposita sint, quid face-
 re & cogitare, quidue cauere prudentem o-
 portet. **CLIN.** Nemini dubium quin cogita-
 re quisque debeat qua ratione ex eorum nu-
 mero sit, qui deum sequatur. **ATH.** Quæ-
 nam igitur actio à Deo amat, Deumque
 sequitur? vna certè, rationem vnã antiquã
 ha-

*Quib. civi-
 tatis vs le-
 gib. morige-
 ros & obse-
 quentes se
 præbeant, o-
 pinionib. de
 Deo e. h. q.
 vindicta er-
 ga scelera-
 tos, cõtra au-
 sã gratia, fa-
 uore & bene-
 uolentia, er-
 ga sibi simi-
 les, sint im-
 duendi.*

*Deo simili
 est homo tẽ-
 perans & mo-
 deratus.*

habens atque præcipuam, quod simile simili, quod moderatum sit, amicum est. Immoderata verò neque inuicem, neque moderatis sunt amica. Deus profectò nobis rerum omnium maximè sit mensura, multòque magis quàm quiuis, vt ferunt, homo. Qui igitur huic tali amicus fore studet, eum necesse est, vt quàm maximè pro viribus talis efficiatur. Atqui secundum hanc rationem quisquis hominù temperatus est, Deo est amicus. Similis enim. Intemperatus autem, dissimilis, differens, & iniustus: ceteraque similiter secundum eandem rationem se habent. Sed intelligamus ad hęc rationem illam sequi omnium rationum, vt arbitror pulcherrimam atque verissimam.

Quod bono quidem viro, diis sacrificare & cù ipsis conuersari, illòsque prosequi orationibus, muneribus, aliòque cultu diuino, pulcherrimum, optimam & commodissimum est ad beatam vitam, idque præ cæteris est decorum. Malo autem contrà contingunt omnia. Impurus enim mali est animus, boni autem purus. Ab impuro autem capere munera, neque bonum virum, neque Deum decet. Frustra itaque circa deos prophani laborant, quod opportunè faciunt omnes sancti. Atqui signum quidem hoc est, quò aciem debemus intendere. Sagittæ verò ad illud, & quasi ipsarum impetus, qualèsnam dici possunt, quæ rectissimè illuc ferantur? Principio post cœlestium ciuitatùque præsidentium decorum honores, si quis terrestribus diis paria, secunda sinistra munera tribuat, rectissimè signum ipsum pietatis attinget, ita vt his qui supra hos sunt, imparia & contraria iam ante relatis tribuit. Post deos istos dæmoni-

a Boni viri cū Deo, precibus, & sacrificiis communiunt.

b Qui diu superu, qui inferu in dæmonibus honoris & cultus tribuendi, sicut heroibus post diu patris.

bus vir mentis compos sacrificabit, herouibusque post demones. Sequuntur statuta patriorum decorum propria secundum legem constituta. ^aDemum uiuentium cultus parentum, quibus fas est prima & maxima debita omnium antiquissima debitorum persolueri: putare enim quisque debet, omnia quae possidet, eorum esse qui genuerant & educarunt, ita ut illis haec omnia pro uiribus ministrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremo [debita animi persoluat, hoc est curas & sollicitudines, quas sibi iuueni foenerati sunt, reddat ipsis in senecta tunc quum maximè illis indigent.] In uerbis quinetiam per totam uitam ^aparentes uenerari maximè decet. Leuium enim uolatiliumque uerborum grauissima imminet poena. Nam omnibus proposita est nemesis iudicij nuncia huiuscemodi omnium consideratrix. Oportet itaque iratis animumque exlentibus cedere, seu uerbis siue rebus id faciant, non ignorantes patrem iure admodum filio ualde succensere, siquando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. ^b Mortuis uero parentibus monumenta decentissima, quae temperatissime structa. Neque consuetam magnitudinem oportet excedere, neque minora illis facere, quae maioris genitoribus suis struebant. Annuas quoque curas defunctorum, quae ornamentum afferunt, instaurare decet, & noua quotidie repetita memoria semper parentes summopere honorare [& impensas moderatas pro ratione factatam suarum in uita sanctos facere.] Si haec seruabimus, uitamque semper ita agemus singuli, digna à diis ceterisque natura nostra superioribus omnibus praemia reportabimus.

^aDe libero-
u erga parē-
tes honore.

^bParentes
uel uerbis
ladere ca-
ueat liberi.

^cQuibus offi-
cys mortuos
parētes de-
beant prose-
qui liberi.

plurimū bona cum spē viuentes. Quæ verò er-
 ga filios & nepotes, consanguineos amicos, ci-
 ues, peregrinos deorum cultus, & horum om-
 nium conuersationes operari quisque debeat,
 atque ita vitam suam secundam legem illu-
 strare, legum ipsarū tractatio demonstrabit,
 partim quidem suadendo, partim verò durio-
 res mores vi supplicioque cogendo: atque ita
 ciuitatem nostram fauentibus diis, felicē bea-
 tamque efficiet. Quæ verò rursus oportet ne-
 cessariumque est, vt legislator, qui eadem quæ
 & ego agitet, edisserat, neque tamen sub ipsa
 legis forma commodè dicuntur, horum exem-
 plum in primis, tam ipsi legislatori, quam
 his qui lege instituendi sunt arbitror afferen-
 dum: deinde legum positionem incipiendam,
 reliqua omnia pro viribus discutendo. Talia
 verò quomodo maximè habeant, haud sanè fa-
 cilè vna quadam formula, velut typo, cōpre-
 hendi potest. Sed ita de ipsis modum aliquem
 capiamus, siquid de ipsis asseuerare possumus.
 c. Dic age, quem modum? ΑΤΗ. Vellem e-
 quidem eos ad virtutis officia persuasos maxi-
 mē & obtemperantes esse, idque legislator
 facere vbiq; conabitur. c. Quidnis? ΑΤΗ.
 Quæ igitur dicta sunt, nonnihil ad illud con-
 ducere mihi videntur, vt si non crudus om-
 nino audientis animus sit, mitior beneuolen-
 tiorque in audiendis præceptis efficiatur, be-
 neuolentior verò factus, facilius perdiscat:
 quod si non omnino peragatur, aliquo saltem
 modo factum, satis esse putandum est. Non e-
 nim magna est eorum copia, qui optimi quā
 maximè, & celeritè conentur euadere. He-
 siodum verò sapientem multi prædicant: cum
 dicat viam ad vitia planam esse, ac sine sudore

*^πππππ
 πππππ

In lib. 1. Ep-
 707.

peragitur brevissima sit. Ante virtutem verò, inquit, sudorem diu immortales posuerunt. Ac via qua ad eam ducit, longa, ardua & aspera primum: sed postquam ad summa fastigia peruentum est, qua ardua via fuerat facilem præstas callem. CLIN. Bene dicere videtur. ATH. Ita certè est. Verum quò sermonis spectabat progressio, volo in medio vobis proponere. CL. Ponas. ATH. Orationem ad legislatorem sic vertamus. Dic nobis, ô legislator, si scires quid agendum dicendumque nobis sit, nonne diceres? CL. Necessariò. ATH. An non paulò antè dicentem audiui non debere legislatorem poetis permittere, ut quæcunque sibi placent, effingant? Non enim intelligunt, quæ dicta contra leges noceant ciuitati. CL. Vera loqueris. ATH. Si de poetis hæc ad eum dixerimus, eruntne nobis modestè dicta? CL. Quænam hæc? ATH. Vetus, ô legislator, fabula passim à nobis fertur, atque à cæteris omnibus confirmatur: poetam quando in musæ tripode sedet, non esse mentis compotem, sed quàm fontem fluere, & quæcunque influunt, prorsus effundere. ^aCumque ars eius imitatio quædam sit, & contrarios affectus hominum exprimat, sæpe cogi poetam sibi ipsi contraria dicere, neque scire vitrum hæc an illa vera sint. Legislatori autem non licet duò quædam diuersa de vno in lege loqui, sed vnum debet semper nunciare de vno. Id autem ex his quæ modò dicebas: animaduertes. Cum sepulchrorum alia excedant, alia deficient, alia medium teneant, mediocritate simpliciter laudasti, fierique sola iussisti. Ego autem si vxor mihi ditißima esset, iuberetque vt eam magnificè sepelirem, in poëmate excedens sepulchrum laudarem: pauper

^aPoeta, licet aliquando, cõtraria dicere, non item legislator.

autem vir atque auarus, deficiens. Qui verò mediocres diuitias possidet, & ipse quoque moderatus sit, medium laudabit. Sed tibi non ita dicendum, sicut dicebas modò, vt scilicet mediocre solummodo dicas, sed quid quantumque mediocre sit exponendum. Aliter ne putes orationem huiusmodi legem esse. c l.

Vera loqueris. A T H. Virum qui legibus con-

Quãtopere sint necessaria proemia in legibus, quo preparatur hominẽ animi ad se ipsis non vti sed sponte suoyciendũ.

dendis incumbit, nihil tale in legum exordio dicit, sed statim qui faciendum sit, & quid non, exponet, multãque imposta ad aliam se legem vertet, nulla ratione ad exhortandũ persuadendũque allata? Afferamus autem in mediũ modos medendi duos, quibus alij medi ci aliter curare consueuerunt, vt quemadmodum pueri medicum orant, vt modo quã facillimo eos curet, ita & nos legumlatorem. Quod vt fiat apertius, nõne dicimus quosdã medicos esse, & quosdam medicorum ministros, quos etiam medicos appellamus? c l. Sicombiao. A T H. Siue liberi sint, siue seruis qui dominorum iussu consideratione, vsu & experientia artem possideant, non autem secundum naturã, sicuti liberi, qui & ipsi sic didicerunt, & suos filios instruunt. An ponis duo hæc genera medicorum? c l. Quid prohibet? A T H. Num igitur intelligis cum serui & liberi in ciuitate agerent, seruos à seruis plerunque curari? Qui & in medicorũ officinis versantur, & omnia circumeunt, nec rationẽ vllam de singulis seruorum morbis, aut reddunt, aut accipiunt sed quæ vsu prodesse videntur, quasi exactẽ scientes, tyrannorũ instar superbe & pertinaciter imperant, atque uã seruo ad seruum medentes transuolãt. In quo sanẽ ad curantes ægrotantes domino facilita-

tem parant. Liber autē medicus liberorū vt plurimum morbos curat atque considerat: ita vt à principio morbi naturā perquirat, cōmuniterque cū ægrotante atque eius amicis versetur, tū discendo ab illis non nihil, tū quoad fieri potest docendo, nec antē imperat quicquā, quā persuaserit. Atque ita persuadendo semper mansuetē ad sanitatē perducere ægrotantes conatur. Vter melior est & medicus & exercitator, qui sic, an qui modo illo medetur, atque exercet? Qui videlicet dupliciter vim vnam perficit, an qui simpliciter, & eū qui deterior ex duobus atque atrocior modus est, exequitur? c. l. Multū præstat hospes, qui hoc dupliciter peragit. A T H. Vis ergo duplex hoc atque simplex, quomodo in legibus ferēdis fiat, consideremus? c. l. Volo equidē. A T H. Dic ægēper deos, quā legis conditor primā legē conscriberet? An non secundū naturā primū generationis in ciuitate principiū ante omnia legibus exornabit? c. l. Planē. A T H. Principiū autē generationis omnibus ciuitatibus nuptiarum conuentus atque cōmunio. c. l. Vtique. A T H. Quare si nuptiales primū leges ponantur, bene ad omnē ciuitatē rectē constituendā poterit videbuntur. c. l. Sic est omnino. A T H. Simpliciter ergo primū dicamus, quæ sic se forsitan habebit. Vxorē quisque à trigésimo anno vsque ad trigésimūquintū ducat. Sin minus, pecunia mulsetur atque dedecore: pecunia quidē tanta vel tanta, sedecore tali autē quodā vel tali. Et simplex quidem lex de nuptiis talis sit, duplex autē talis. Vxorē ducere quisque debet cū annos habet triginta, cogitans quod naturā quodā humanū genus quodāmodo immortalitātē consequitur. Cuius rei quisque natura

*Exēplū legū
quæ cauet pro
cōmunio, & eius quæ
habet pro
miseriam.*

semmopere cupidus est. Nemo enim est, qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere. Genus itaque hominum immortale hoc modo in sempiternū perdurat, quòd filiorū filios relinquendo, vnū & idē semper per generationē immortalitatem adipiscatur. Nefas autē est immortalitate seipsum sponte priuare. Hac verò vtrò ille se priuat, qui filios & vxorem negligit. Quicumque legi huic obtemperauerit, indemnis esto. Qui verò non paruerit, & quinque ac triginta annos natus vxorem non ducit, ne *solitariā vitā lucro sibi & voluptati fore censcat, tanta in annos singulos mulctetur pecunia, neque eorū particeps honorū sit, quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibent. Duabus his legibus inuicē cōparatis, de singulis iudicare licet, vtrū oporteat eas duplices longitudine quā breuissima conscribere, vt persuasiones simul interponantur & minæ: an minis vti solū, & simplices longitudine leges condere. MEGIL. Laconici moris est, hospes, breuiora semper eligere. Si quis autē in his me iudicē faceret, vt eligere mihi liceret ex his vtram velim legem in ciuitate, longiorē eligerē: in ceterisque legibus omnibus, si duo hæc proponantur, ad hoc ipsam exēplat idē facerē. Oportet tamen præsentēs leges & Clinia huic probari huius enim ea ciuitas est, cuius vsui leges hæc conduntur. C. L. Probè tu quidem Megille. ATH. De prolixitate quidē vel breuitate scribendū curare nimis ineptū est. Non enim breuissima aut longissima, sed optima sunt, vt arbitror, eligenda. Atqui & in legibus paulò ante propositis, non duplicitate solum altera magis quā alterā ad virtutem confert: sed quod

de duplici medicorū genere dictū est, rectissimè est appositū. Quod quidē legislatorē nullū vnquā cogitasse videtur. Nā cū liceat duobus quibusdā ad ferendas leges, vi peruationē; vti, ad turbā disciplinæ expetere, quoad possunt altero solū vtuntur. Non enim persuasioni minas coniungunt, sed vim purā solūmodo inferunt. Ego autē, o vir beate tertium quiddā etiā faciundū in legibus video, quod fieri nusquā videmus. **C L. Quidnam? A T H.** Quod per ea de quibus disseruimus nobis Deo quodā aspitante factum est. Manē enim disputare de legibus cœpimus, & iam meridies est, & hoc amœno in loco cōmodissimè requiescimus, de legibus solummodo disputantes. Et nunc primū tractandarū legū principiū facere mihi videmur. ²Superiora verò cuncta exordia legū erant. Quorsum hæc? quia volebā dicere quod sermōnū omniū cæterorūque quibus vocis imitatio est, exordia sunt, & quasi quædā præludia, quæ artificiosam aliquā & vtilē ad rem dicendā tractationē habent. ³Nēpe illis quæ citharædi cantus leges vocātur, & reliquæ musæ præcœmia mirè adiuuenta præponuntur. Verarū autē legū, quas ciuiles esse dicimus, nemo vnquā præcœmiū aliquod aut pronunciauit, aut conscriptū in lucē protulit, quasi nullū natura sit. Nobis autē mora hæc & disputatio nostra esse aliquod significare videtur. Leges autē quæ modò duplices appellatæ sunt, non duplices sunt simpliciter, sed duo quædā, lex, ac legis exordiū. Atque ea quæ tyrannico & medicorū seruiliū imperio comparauimus, lex mera est. Quod verò antè positum fuit, ab hoc persuasoriū dictū, reuera ad persuadendū spectat quidē, sed vim habet exordij. Nā vt bene-

2 Ea qua superioribus libris & isto huc vsq; continetur, sunt instar exordij & præcœmij ad sequentē legū tractatum.

3 **ἡμετέρας** quæ de re propriè dicatur.

nevolentius audiant legislatoris imperiū, quæ
 lex est, & propter hoc facilius suscipiant ciues,
 idcirco tota illa oratio habita est, quæ ad per-
 suadendū est inducta. Quapropter ut mea sen-
 tentia fert, non legis ratio, sed præmiū, totū
 hoc meritò appellabitur. Post hæc autē quid
 insuper addi desidero? hoc sanè, Oportet legis-
 latorē exordiū semper omni legi præponere,
 & in singulis in quo à seipsis differant, quate-
 nus dux illæ, quæ modò relatæ sunt, differe-
 bant. c. i. Ego quidē nunquā aliter virū harū
 rerū peritū leges ferre desiderarē. Α Τ Η. Pro-
 bē mihi, ō Clinia, eō dixisse videris, quòd om-
 nibus legibus præmiū quoddā præerit, &
 quod oportet in omnis legum cōscriptionis
 principio, omni sermone præponere exordiū
 legibus singulis accommodatū. Non enim parū
 est quod postea dicitur, nec parū refert cla-
 réne an obscure talia cōmemorentur. ^a Si autē
 magnarū paruarūque legū exordia similiter
 cōfici iubeamus, non rectē iubebimus. Non
 enim in omni cantu, neque in omni sermo-
 ne id faciendū. Nā etsi possit in omnibus inue-
 niri, non tamen omnibus vtendū est. Id autem
 ip̄i rhetori, cantori que, & legū conditori sem-
 per est concedendū. c. i. Vera loqueris hospes.
 Sed ne vterius immoremur, imò verò ad ser-
 monē propositū iā reuertamur, & ab illis inci-
 piamus, si tibi placet, quæ suprā haud quasi
 præmio vtens dixisti. Quare iterū vt iuden-
 tes aiunt, meliora ab initio secunda resuma-
 mus, quasi certū præmiū, non quemlibet ser-
 monem, vt nuper tractantes. ^b Incipiamus i-
 taque, & exorditi profiteamur. Ac de honore
 quidem deorum maiorūque nostrorum cu-
 ia satis sit dictum: cetera transigere annita-

^a Nō eiusdē
 modi omni-
 bus legibus
 præmia sicut
 præfationes
 sunt præponē-
 da.

^b Propositis
 dicendorum
 sequēti libro

mur, donec tibi videaris sufficienter totum
 procerium absoluisse. Denique post proce-
 rium leges aggredieris. ATHEN. Cum de
 diis deoque sequentibus, & parentibus siue
 viuentibus siue defunctis satis per exordium
 dixerimus, vt nunc affirmamus quod testat,
 vt tu iubere videris, in lucem est educendum.
 CLIN. Prorsus quidem. ATHEN. Post illa
 verò quæ ad animos, quæ ad corpora, quæ
 ad bona pertinent, quo studio colenda sint
 communiter differendo, ita determinare o-
 portet, vt & dicentes & audientes discipli-
 nam pro viribus consequamur. Hæc ego
 post illa nobis reuera dicenda audiendaque
 sunt. CL. Rectè admodum loqueris.

D I A L O G V S
 Q V I N T V S D E L E -
 gibus, vel, de legumlatione.

Marfilij Ficini Argumentum.

*Mirabilia quotidie fieri videmus à magne in
 ferrū, à succino in paleas, à fulguribus in solida,
 ab ignito sulphure in bombardam, à tota natura
 vel in motu cœli, vel in artificiosa rerum qua gi-
 gnuntur, formatione. Causas quidem ignoramus,
 neque tamen ob causarum ignorationem negamus
 effectus fieri quos videmus. Mirabilia nosse fieri
 nonnunquam ab animis nostris in oraculo cæcis
 que prodigii testis est non solum omnis historia, sed
 autoritas etiam Mercurialis & Pythagorica atque
 Platonica. Et si stupendorum nostra mentis operum
 variationem certam facile omnes assignare non possu-
 mus,*

mus, negare tamen opera vel facta fuisse, vel posse fieri, non debemus. Videmus ignem quo caelo similior est quam cetera elementa, eo mirabilius agere, ut brevis ad suam trahat formam, & quae cetera tempore rix longissimo trahunt, neque mixtionem perperantur. Et cum videtur diuidi dimidat, longiusque admodum quam cetera suum protendat effectum, & lo-
 gissime per lumen agit atque momento. Verum habet hoc à caelo & caelum imagine sui agit, id est lumine, quae ignis vix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitat caelestia per radios suos tam nobis occultos, quam manifestos ab ipsis velut imagines proflicite in uere inferiora semper atque formare? firmè non aliter, quam vultus speculum, & speculum cœcauum materiam siccam positam è conspectu. Sed age iam in hoc speculo & superos in animam speculemur. Quanto efficacior est ignis ceteris elementis, & igne caelum, tanto efficaciores caelo sunt spiritus, qui vel viuificant, vel mouent caelum, vel viuificantium & mouentium sunt consortes. Spiritus ergo superiores in nostros vipote consortes, imaginum duntaxat suarum influxibus operantur, quemadmodum vultus in speculum, atque agendo in eas formant similitudinesque efficiunt: usque ad id ut anima sepe tam firmè mirabiliter, quam caelestes solent, operentur. Quemadmodum verò speculum ad imagines à vultu suscipiendas quinque modis præcipue præparatur: primo quidem natura vitrea, deinde perspicuitate, tertio lenitate, quarto resistentia, quinto positione: sic & anime nostrae ad influxas num. num. præparantur. Primo quidem, quod intellectuales naturae sunt sicut & illa: Secundo, quando per intellectum, si illi hærant indubia. Tertio, per voluntatem amare in illa sese ardentissima transferunt. Quarto, totam illam firmiter memoria sperant. Quinto, si corpus habeant, & natura illi accommodatum, & diligentia præparatum.

iure in mentes nostras à superioribus ita labuntur insensibiliter, ut à filiis lyrae in fides similiter temperatas. Tunc prodigia somniarum ut in aracula veniunt. Mitto quod Iamblichus Pyrophyrusque narrant, oracula quadam per aquam fieri solita, quadam per aerem, quadam verò per ignem: fortè quia à demonibus, vel aquis, vel aëribus, vel ignibus mittantur. Fortè etiam quoniam locis & temporibus alijs atque alijs, per occultas causas contigerit mentes humanarum assuetas ad superiora converti, conversasque inde formari. Præsertim nostra mentes in variis modis distrahuntur. Verum si quando integra virtute sua ad certum opus utantur, sicut & ignis tota intentione natura comburit, & caelum toto regit influxu, tunc Plato non dubitat mirabilia à nostris mentibus quam ab igne vel caelo, facillime proveniura. Non dubitant & Avicenna Azar et alique, nescio qua sorte saepe Platonici. Sed de his in Theologia latius disputamus. Quibus evangelicum illud de fide mentes permutatura, maxime confirmatur confirmatur & plurima quæ Plato in libro superiori & hoc quinto, imò & in sequentibus omnibus de oraculo asserit, aded ut non aliter, vel verbis dispositio, vel reipublica forma, vel sanctio legum sese habeat, quam per oracula comprobetur. Verum quamvis oracula tria commemoret, tamen ceteris in super vaticinijs quæ veriora forsitan reperiri possunt, auctoritatem suam ad idem manifestè concedit. Sed iam ad argumentum quinti proprium veniamus. Cum igitur animus noster speculum sit divinorum, merito post divinorum cultum in quarto descriptum, mox in exordio quinti animum ipsum iubet colere, quæ si rem sacram: & quæ in superioribus Pythagoreæ carmina est imitatus in presenti quoque animi cultu libenter Pythagoræ sicut sequitur præcipiente: Post hoc maxime omnium reuerere te ipsum. Quamvis enim

momenti sit eiusmodi reuerentia ad obseruantiam legum, explicare non possem. Sed facit hac, ut summa tua dicam ut quisquis animi sui quasi numini respectum assiduum reueretur, iudicem habeat intra seipsum, ad cuius legem, vel absque legibus scriptis vitam suam perfectissime dirigat, ac tandem facile naturalis legum amore faciat, quæ ceteri vix scriptarum legum formidine faciunt. Proinde dum colendo anima disputat, omnia de officij præcepta tradit, eum ad seipsum, tum ad alios ad omnesque virtutes priuatum & publice pertinentia que discere quisque debeat atque ediscere. Post hæc finem imponit exordio legum, ubi apparet totam de legibus disputationem in tres præcipue partes esse diuisam. Primò quidem in proœmium, ab initio libri primi ad hanc usque partem quæ productur. Deinde in ipsam legum disputationem. Et primò in leges ad rempublicam maximè, atque potissimum pertinentes. Deinde ad singulas spectantes ciuium actiones. Meminisse verò te arbitror singulas præterea leges, singula habere præmia. Principio legis purissimos pro viribus colonos eligit, atque pastorum more pueros segreget ab impuriis. Lustret quoque ciuitatem, ac nisi summa cogat necessitas, non inferat violentiam. Adæquet census pro viribus, ne alij ditissimi sint, alij verò modici. Cauet ne qui iniuste diuitias cumulet. Neque luculentissimam conetur ciuitatem reddere, sed iustissimam. Prædicet veritatem & apud homines, & apud deos esse maximè omnium venerandam. Itè in peregrinos hospitalitatem, in supplices indulgentiam. Moneat unumquemque animam erga seipsum amore falli, atque peruertere solere. Præcipiat, ne qui abundans ipse, patiatur proximum esurire. Collocet urbem si potest in media regione, singulas circumspiciens commoditates. In duodecim partes urbem diuidat, totamque similiter regionem. Sed cur in partes duo-

decim? Ut intelligas molem tantam tamque laborio-
sam vniuersi ipsius auxilio indigere, quod est in sphe-
ras duodecim distributum. Item ciuitatem ad magni-
tudem regni celestis esse petendam. Celestem autem ci-
uitatem in signa duodecim, quasi duodecim tribus esse
distributa. Nec ab re dixi duodecim ciuitatem com-
mendat, siquidem dixi duodecim, signis cæli duode-
cim præesse dicuntur. Imò verò dixi sex, sexque dea.
Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Verusque; Mars
Mercurius, Iupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.
Præpone singulas singulis membris quidem nostris si-
gnis. Signis præterea deos. Arieti quidem & capiti
nostro Palladem. Tauro verò & nostræ cervicis Ve-
nerem, Gemini & humani brachij Apollinē. Can-
cro pectusque Mercurium. Leoni humerum, Iouē. Vir-
gini utique, Cererē. Libra & natibus, quod honestè ad-
ditum sit, Vulcanum. Scorpio & pudibundū Martem.
Sagittario faciemque Dianam. Capricorno & geni-
bus Vestam. Aquario cruribusque Iunonē. Piscibus
pedibusque, Neptunum. Intellige per hæc ciuitatem to-
tam non aliter vnum ex ciuibus multis, quam vnum
corpus ex multis membris esse debere. Alia verò nu-
minis masculina, alia sceminina idcirco dicuntur, ut
cognoscas & quæ ad materiam passionisque, & quæ
ad formas actionesque pertinent, à superis gubernari.
Verum cur Plato præcipuam verbum arcem, Vestam, Io-
nem, & Palladii consecrat? Intellige in diuinis tres om-
niam fontes existerē. Vestam quidem essendi fontem,
Iouem viuendi, Minervam intelligendi. Atque in
hinc omnibus auxilium à superis obsecrandum. Vbi
verò Plato commendat partitionem domiciliorum a-
grorumque in quinquies mille & quadraginta, ostē-
dit eiusmodi numerum commodissimum in se multisque
deinceps distributiones paruum continere. Quod quo-
dem & in sequentibus paulatim aperietur & vel me-
diocris arithmetica potest esse perspicuum. ubi

ubi de communi civium vi a differt, preceptum de
evangelica dilectione & charitate mirandum. Item
patriam magni quam matrem esse colendam. Quod
ne patriam inquit mortalem deam esse vel de
divina terrent erit anima, vel de numine pa-
triae patrona, vel de caelesti patria dictum
puta.



Vbi iam reliqua quicun-
que paulò antè de diis charissi-
misque genitoribus audiebat.
Cuiusque enim animus, omniũ
vatum rerum post deos, cū sit
maxime ius, divinissimus est. Quæ verò sua
sunt, bifariam dividuntur. Et potentiora qui-
dem ac meliora dominantur, imbecilliora ve-
rò deterioraque serviunt. Profectò quæ domi-
nantur, præ illis quæ serviunt, semper sunt ho-
noranda. Quapropter meritò post dominan-
tes deos eoque qui illos sequuntur, animum
nostrum colendũ, secundòque loco habendũ
iubeo. Nemo aut, vt breuiter dicã, rectè animũ
suum honorat, quãuis videatur. * Diuinũ e-
nim bonum est honor. Malorum aut nihil est
honorandum. * Quisquis igitur putat, vel ser-
monibus quibusdam, vel muneribus vel obse-
quiis animũ suũ posse extolli, si meliorè ipsum
ex deteriore nõ reddit, quanquã honorare vi-
detur, minimè tamẽ id facit. Nã statimã pueri-
tiã unusquisq; sufficientè ad oĩa cognoscẽda se
putat, & honorare suũ animũ opinatur laudã-
do, permittendòque quicquid libuerit agere.
Nos autem dicimus eum qui hæc agit animũ
non honorare, sed ledere, quem tamen se-
cundo loco post deos dicimus honorandum.
Sed, neq; ille eum honorat, qui peccatorum

* Secundum
Deos, &

qui eos proxĩ
mò sequun-
tur d'amo-
nas & he-
reas proxĩ-
mè colendæ
& honoran-
dæ cuique
est suus ani-
mus.

* Deior d'ya
Dov eos ti-
mẽ.

b Animum
suum dede-
corãdi modò
octo recen-
sentur.

1.

2.

suorum, plurimorumque & maximorum scelerum, non seipsum sed alios causam ducit. Qui sane seipsum semper excusans honorare videtur animum longè tamen abest, cum ob-
 3. sit. 3 Neque etià cum præter rationem laudè-
 que legumlatoris voluptatibus quis indulget, animū suum honorat: deicit enim ipsū, cū
 4. malis & pœnitentiā repleat. 4 Neque etiam tunc honorat, quando labores lege laudatos, metusque ac dolores ferendos nō suscipit, sed cedit atque succumbit. Hæc enim agens omnia animum suum decorat. 5 Sed nec quando hanc vitā summum bonum censer, imò tunc etiam vituperat. Nam anime existimanti omnia apud inferos mala esse, proinūs assentitur neque resistit, docens ipsū atque redarguens, eo quòd ignoret, vtrum contra que apud deos inferos sunt, omniū bonorum nobis maxima sint. 6 Præterea qui virtuti formā corporis anteponit animā verè penitusque dedecorat, nēpe corpus anima venerabilius arbitratur. In quo certè venementer errat. Nihil enim terrenū rebus cœlestib. venerabilius est. Et qui de animo aliter sentit, quā mirabilem rē negligat, prorsus ignorat. 7 Nec rursus qui pecuniā iniuste cupit, aut possidens iniuste nō dolet: meritis animū suū exornat, sed ab hoc longissimè abest. Quod enim venerabile pulchrūque in animo est, paruo pro auro prodit, cum totū quod super terrā, quòdque sub terra est aurū, virtuti compensari dignè non possit. 8 Denique ut summam dicā, quicumque illa que legislator turpia malaque putat esse, omni studio non fugit, nec pro viribus sequitur ea que bona & pulchra statuit, nec videt in his omnibus quā turpiter & fœdè diviniissimū animum suum

scum afficiat. [^a Quæ enim à diuina iustitia ^b *Quamvis*
 pro maleficiis maxima vindicta rependatur *maxima ut*
 nemo ut vno verbo dicam reputat.] Maxima *tio à diuina*
 verò est, ut quis malis hominibus similis effi- *iustitia pro*
 ciatur, factūque similis bonos & viros & ser- *maleficiis*
 mones fugiat, seque ipsum ab eis seungat im- *rependatur.*
 probis autem adhaereat, & eorū consuetudinē
 amplectatur. Eū verò qui se his immiscuit, ne-
 cesse est eadem pati & agere, quæ tales agere
 & loqui inter se cōlueverunt. Ac passio quidē
 huiusmodi iustitia nō est. Iustitia enim & iu-
 stū, honestū est. Vltio verò passio iniustitiæ se-
 quax: in quā & qui non incidit & qui incidit
 malus miserque est: ille quoniā nō sanatur, hic,
 quoniā ut multi feruētur, ipse perit. ^b Honor
 aut est, ut torū simul cōplectar, meliora sequi,
 & ex peiorib. quæcūq; meliora fieri possunt,
 optima quoad fieri potest, efficere. Homini
 profectō nihil animo aptius & sagacius est ad
 fugiendū malū, & ad inuestigandū eligendū.
 que quod est omnīū optimū, eique per omne
 vitā humiter adhaerendum. Idcirco illi secun-
 dō statutus est honor. ^c Tertiū deinde hono-
 rē secundū naturā quiuis intelliget corpori cō-
 uenire. Considerare oportet qui veri honores
 sint quæ adulterati, quorū differentia à legis-
 latore declaranda mihi videret. ^d Vtputa ho-
 nore dignū corpus, esse non quod formosum
 aut robustū est, aut velox, vel magnum, vel sa-
 num, quamuis multis id videatur neque quod
 contrariis modis affectum. Nempe quæ mediū
 istorum omnīū habitū tangunt, ea longè mo-
 deratiora tutioraque censenda sunt. Altera
 enim inflatos, & audaces animos reddunt:
 altera deiectos atque illiberales. ^e similiter
 pecuniarum prædiorūque & cæsus possessio

^b *Quis sit ve-
 rus honor a-
 nimi.*

^c *Tertius ho-
 nor corpori
 habendus.*

^d *Medius
 corporis ha-
 bitus quod
 ad formam
 vires & va-
 letudinem
 attinet præ-
 ferendus ei
 qui ad ex-
 tremorum
 alterum de-
 clinet.*

^e *Mediocres
 facultates
 maxime pro-
 banda & re-
 linquenda
 liberi.*

se habet. Exceedens enim & privatim & in ciuitatibus inimicitias seditionesque parit. Desiciens autem ut plurimum seruitutem. Nemo igitur liberorum gratia pecuniis cumulandis incumbat, ut ditissimos eos relinquat. Neque enim ipsi, neque ciuitati id conducit. Sed census iuuentum tum adulationi non obnoxius, tum rerum necessariatum non indigens, omnium decentissimus & optimus est. Nam hic nobis ad omnia consonans accommodatusque, vitam a doloribus tutam reddit. Liberis ergo non auri, sed pudoris multum oportet relinquere. [Putamus autem nos impudenter se gerentes iuuenes increpando & obiurgando pudorem hoc pacto ipsi relinquentes: sed hoc non ita est, neque enim pudor ingeneratur, precipiendo quod nunc precipi solet iuuenibus, qui illis dicitur, oportere adolescentem in omnibus veterandum esse & pudore detineri.] Sapiens itaque legumlator senioribus precipiet: potius, ut iuuenes reuerentur, ac summo opere caueant nequis iuuenum eos aut videat, aut audiat agentes turpe aliquid vel loquentes. Nam ubi senes [sine pudore quiduis dicunt vel agunt,] necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse, praestans enim & iuniorum & seniorum disciplina est. non verborum increpatione, sed ut quae increpando quis diceret & mouendo, eadem ipse in omni vita facere videatur. ^b Quisquis praeterea cognationem & vniuersam sub eisdem penetibus generis communionem honorat & colit, hos deos merito propitios in liberis procreandis habebit. ^c Amicorum quoque & sodalium in vita consuetudine summam beneuolentiam consequetur, qui illorum in se obsequia maiora praestantioraque putabit quam illi, sua vero in

a Quomodo pudor ingeneretur animis iuuentum:

b quo praecipio Platoni comprobatur Satyrici dicitur hunc maxime debetur pro reuerentia.

c Cognatio generum maxime colenda

d Beneficentia erga amicos exercenda eo animo ut illorum erga se beneficentia quisque maxima putet & grato animo proficiatur, sua vero erga illos extenuet & parua dicat.

illos beneficia minora quam ipsi existimabit.
 * Atqui & erga civitatem ac ciues optimè ille
 se geret, qui omni-victoriae quae in Olympicis,
 aliisque tam belli quam pacis certaminibus com-
 paratur, illi gloriam anteponet, quam patris legi-
 bus ministrando nanciscitur: atque in hoc mi-
 nisterio ceteris omnibus per totam vitam praestare
 conabitur. ^b Cùm peregrinis verò sanctissime
 contractus esse servandos quisque cogitet. Fer-
 me enim omnia peregrinorum & contra pere-
 grinos à civibus peccata vitori deo magis cu-
 ra sunt. Nam cum peregrinus amicis cognatisque
 careat, maiorem & apud deos & apud
 homines meretur misericordiam. Quare qui
 magis ulcisci potest, is ad ferendum auxilium
 est paratior. post autem maximè hospitalis
 cuiusque daemon ac deus, hospitalem secuti
 Iovem. Diligenti igitur cautione cogitandum
 cuique, cui nonnihil est consilij, ut innocens
 ab iniuria in peregrinos semper vivat. ^c Sed
 omnium tam in peregrinos quam in ciues pec-
 catorum maximum est, quod in supplices est
 commisitum. Deus enim teste adhibito con-
 ditiones est supplex consecutus, diligentissi-
 mus eius est custos. Quare non inultus pa-
 tietur quicquid pertulerit illas assequutus.
 Hactenus officia cuiusque in parentes, sei-
 psum, sua, patriam, amicos, cognatos, pere-
 grinos, atque colonos penè omnia exposui-
 mas. Qualis verò quisque quo ad seipsum
 esse debeat, qui optimè vivere velit, nunc iam
 exponamus, ut non lex, sed laus & vitupera-
 tio singulos docens, refrenet magnis, & ob-
 temperantiores ferendis legibus faciat. Atque
 haec nobis deinceps dicenda sunt. ^d Veritas pro-
 fectò tum diis, tum hominibus dux omnium est

^a Quod legi
 bus patris
 et sequi ex
 hietur om-
 nis virtutis
 anteponen-
 dum.
^b Erga pere-
 grinos quo-
 modo se ge-
 rere oport-
 teat.

^c Maximè
 ab iniuria
 erga suppli-
 ces abstinen-
 dum.

^d Veritatis
 unusquisq.
 debet esse
 studiosus.

bonorum. Cuius qui felix beatúsque futurus est, statim ab initio particeps esse debet, ut in veritate plurimum tempus vitam agat. Fidus hic certè est: infidus autem qui sponte mentitur: qui verò non sponte, amens. Quorum neutrum optabile est. Nam & infidus & amens ab amicitia admodum alienus: ac procedente tempore cognitus in tantâ in odiosa senectâ vitæque termino solitudinem incidit, ut seu viuans, siue decesserint amici ac filii, pe-

a *Honore dignus est, qui nihil iniuste agit, sed maxime is qui alios ab iniuria inferenda prohibet.*

ne similiter orbâ vitâ miserè agat. *a* Honorandus certè est qui nihil iniuste agit. Qui verò nec alios id facere patitur, & duplici honore imo etiam magis est honorandus. Ille enim vno, hic multis hominibus præstantior est, cum principibus ceterorum iniuriam indicet. Qui autè vnâ etiam cum magistratibus iniuriam quoad potest vlciscitur, is magnus perfectúsque in ciuitate vir præconio prædicetur. Nam virtute cunctis excelleret. Eadè quoque temperantiæ & prudentiæ laus est. Et qui aliis bonis abundat, quæ in alios quoque transfundi possunt, si ceteros participes efficiat, quâ vitâ summus est honorandus. Qui autè id facere vellet quidè, sed non potest, secundo loco habendus est. *b* Inuidum verò qui sponte nihil boni amicitia causa ceteris conferat, vituperare debemus, nec propter hominem qui malè possideat, rem ipsam vituperare, sed eam pro viribus adipisci. *c* Ceteret præterea apud nos quisque de virtute absque inuidiâ. Qui enim sic agit, ciuitatem suam amplificat, cum ipse quidem contendat, & alios calumniis non detineat. Inuidus verò dum ceteris derogando putat præstare, & ipse nunquam rectè ad veram tendit virtutem; & conceitatores

b *Inuidia dâ natur.*

c *Honestâ emulatio cõmendatur.*

ista vituperatione tardiores efficit. Ideoque
 vehemens acquirenda virtutis studium è ciui
 tate tollens, ipsam pro virili parte gloriæ am
 plitudine priuat. ^a Oportet præterea vnum
 quenque animosum esse, ac maximè mitem.
 Nam aliorum iniurias quæ vel difficile, vel
 nullo modo sanari possunt, non possumus a
 liter effugere, quàm pugna, defensione, victo
 ria, & nullius poenæ remissione, quod absque
 animositate facere nemo potest. In iis autem
 iniuriis quæ tales sunt vt sanari possint, vobis
 in primis oportet, ^b nullū iniustū, sponte iniu
 stum esse. Nemo enim vnquā maximorū ma
 iorū aliquid alicubi vellet habere, multoque
 minus in his quæ sibi præstantissima sunt. Est
 autem animus vt diximus, reuera in omnibus
 omnium præstantissimus. Quapropter in eo cum
 maximè sit honorandus, nemo sponte summū
 accipiet malū, volētque per totā vitā id possi
 dere. Porro miserabilis omnino est iniustus
 omnis, & qui mali quicquam habet. Misereri
 autem decet eorū qui sanabiles sunt, & cōhi
 bere iram, ne aduersus eos muliebri iracundiæ
 feruore animus efferatur duriūque iniustat.
 Qui autē ita sunt flagitiosi vt incurabiles sint,
 eis ira vehementius immittenda. Propterea
 diximus animosum, id est, generosæ iracundiæ
 non expertē, ac simul mitē bonum virū sem
 per esse debere. ^c Omnium verò maximū quid
 dam malum in multorū hominum animis est
 innatum. Cuius quidem cum facile sibi igno
 scant, remedium nullū excogitant. Est autem
 hoc quod dicere solent, quod natura sibi quis
 que amicus est, rectēque est ita id se habere. Sed
 reuera nimis in seipsum amor omnium peccato
 rum omnib. semper est causa. Obreatur quippe

^a Iniuriæ ab
 aliis illata si
 sunt incurra
 biles para
 & supplicio
 sunt ioceren
 da, si sunt sa
 nabiles ven
 ia & cōdo
 natione det
 gna.

^b Nullus spō
 te malus.

^c Amor sui
 immodera
 tus magnū
 malum, &
 multorum ma
 lorum causa

circa amatum qui amat. Quapropter qui seipsum magis quam veritatem honorandum putat, quid iustum, bonum, pulchrum sit male iudicat. Decet sane eum qui magnus vii futurus est neque seipsum, neque sua diligere, sed iura semper siue à seipso, seu ab alio quouis gerantur. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus, ut ignorantiam suam esse sapientiam opinentur. hinc fit, ut quatinus nihil ut ita dicam sciamus, scire tamen omnia arbitremur. Cum verò nec aliis permittamus facultatem agendi quæ ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errore compellimur. Quamobrem nimium sui ipsius amore fugere quisque debet, & meliores se sequi, nullo rubore verecundia impeditus. Sunt & alia nonnulla, quæ & minora his sunt, & sæpe dicuntur. Sed cum nihil minus vitia sint, ea quoque sibi ipsi in memoriam reuocando dicere oportet. ^a Semper enim quasi aliquid effluat, contra aliquid oportet influere. Recordatio verò est prudentia deficientis influxus. ^b Perfectò à risu nimio & lacrymis abstinendum, omnibusque est ab omnibus præcipiendum ut lætitia nimia tristitiaque cõpressa honesto in habitu se contineant. ^c Cum autè circa felicitatè dæmon cuiusque consistat, & circa fortunæ casus, tanquàm ad ardua difficiliaque operationibus quibusdã dæmones aduersantes insurgant, sperare semper boni viri debent, dum bonis quæ Deus largitur, graues labores inciderint, ipsum leniores eos facturum & præsentia in melius cõmutaturum. Circa bona verò his contraria, omnia vnà cù bona fortuna sibi affore. Hac spe singuli vivant, & semper tam ioco quàm seriò, & se & ceteros ad frequentem horum commemorationem sedulò & accuratè

^a Recordatio est prudentia deficientis influxus.

^b A risu nimio & lacrymis immodicis est abstinendum.

^c In reb. affli-
ctis meliora
sunt semper
speranda.

accuratè adhortentur. Sed ià quæ facere vnusquisque debeat, & qualis esse, quò ad diuina spectat officia, dictū est. ^a Humana verò nondum explanauimus. Dicenda autè sunt. Homi- nibus enim, non diis præcipimus. Sunt porro natura maxime humana, voluptates, dolores, cupiditatè que. Ex quibus necesse est mortale omne animal quasi pèdere & maximo quidem cū studio. ^b Laudanda certè honestissima vita est, nò solùm quia gloriæ habitū superat, verum etià quia si quis velit gustare, nec inde statim à iuventute fugere, eo quoque superat, quòd omnes expetimus, vt per totam vitā lætemur magis quàm doleamus. Quod verò erit ita, si quis rectè guster, facile valde que patebit. Quò autem pacto rectè id fiat, ratione iam considerandum est: Voluptatem adesse nobis volumus. Dolorem verò nec eligimus, neque volumus. Medium autem statum pro voluptate nequaquam volumus, doloris tamen loco accipimus. ^c Dolorem etiam minorem maiore cū voluptate volumus. (Voluptatem minorem cum maiore dolore nequaquam.) Pari autem modo vt unque horum habere nos nolle, possumus declarare. Hæc omnia multitudinè, magnitudinè, intensiōne, æqualitate horumque contrariis ad electionè singulorum voluntatemque, & differunt, & non differunt. Cùm hæc necessariò sic se habeant, eà quidem vitā, in qua cū vtraque multamagna, intensaque sunt voluptates, tamen excedens volumus. Eà autè in qua contraria, nolimus. Atque eam rursum, in qua licet vtraque parua, remissa sunt, molestia tamen superant, nolimus, sed eà in qua contraria volumus. Si autè æqualia sunt, de æquali vita vt

^a *Transitio ad describēdū voluptatū legitimū usum & delectum.*

^b *In honesta vita plurimum est voluptatis.*

^c *Ad Voluptatē & dolorem quomodo se habeat homines.*

diximus cogitandū. Volumus enim quæ illo
excedunt quod nos diligimus, & nolumus
quæ contrario superant. Considerare oportet
quemadmodū omnes vitæ nostræ in his con-
nexæ naturaliter sunt, & quas uarta uelimus.
Siquid autē præter hæc uelle nos dicimus, igno-
rantia quadā imperitiæque uitarū id dicimus.

*Quatuor
uitæ genera
laudabilia
proponit, to-
tidemq; con-
traria vitu-
peratione dis-
gna: atque
inde efficit
eū in lauda-
bilib. a vo-
luptatib. do-
lores superā-
tur illa esse
præferenda,
quæque ad
cōtraria ali-
quid retinet
id eū facere,
vel ignorā-
tia vel inco-
nscientia, vel
utroque si-
mul.*

*Quicumq;
est intempe-
rans inuitus
est talis.*

Quamā igitur & quot vitæ sunt in quibus nos
se oportet quod nolendū, quod uolendū, quod
sponte fieri, quod contra uolentibusque cogni-
tionis legem sibi ipsi præscribere, atque inde
quod sibi amicū sit simul & iucundū & opti-
mū pulcherrimūque eligere, ut quis quoad
homini licet beatissimē uiuat. Temperatā uitā
vnā esse dicamus, prudentem alterā, terriam
fortem, sanam denique quartam. Et quatuor
his alias contrarias quatuor statuamus, im-
prudentem, ignauam, intemperatam, agrosan-
tem. Quisquis uitam temperatam recte no-
uerit, mitem in omnibus & moderatam dicet
quæque dolores quietos, voluptates remissas,
molles cupiditates, amores minime furiosos
habeat. Intemperatam uero in omnibus a-
crem, quæ doloribus uehementibus & uehe-
mentibus voluptatibus, cupiditatibus ardenti-
bus furiosisque & insanis mirū in modū amo-
ribus agitur. Sed superant in uita quidē tem-
perata voluptates, dolores autē superantur. In
uita intemperata contra voluptates a doloribus
superantur magnitudine, multitudine atque
frequentia. Quod sit ut necessariō altera nobis se-
cundū naturā uita iucundior sit altera tristior,
& uolentē iucundē uiuere, sponte intemperan-
tēque uiuere non permittat, constat enim, si
quod nunc dictū est rectē est dictum, quod
necessē sit intemperatum omnem iucundū esse

talem. Quippe vel per ignorantiam, vel incon-
 lineantiam, vel utranque omnis humana turba
 expert temperantia viuit. Similiter de sana &
 agrotante vita est cogitandum: quod & dolo-
 res & voluptates habeant, sed in sanitate volu-
 ptates excedant, in agrotatione dolores. No-
 sita verò voluntas in deligendo genere vitæ, nõ
 est vt dolot superet. Vbi autẽ superatur, eam
 vitam iucundiorẽ iudicauimus. Tẽperatus igitur
 intemperato, prudens imprudente, fortis igna-
 uo, vtiq; pauciora, minora, ratiõraq; ha-
 bet & alter voluptatibus, alter doloribus su-
 perat ita vt fortis ignauum, prudens amẽtem,
 temperans petulantem, sanus agrotantem volu-
 ptate superet. Vtq; in summam redigãtur,
 quæ vita virtutis corpore aut animo particeps
 est, ea est iucundior improbitatis particeps &
 aliis: præterea pulchritudine, rectitudine, po-
 tentia & gloria præstat: ita vt qui in ea consti-
 tutus est, felicius contrario in omnibus viuat.

a Quicunq; est intẽperãs inuitus est talis.

Verum exordium legum iam finem accipiat.
 Post exordium, legem sequi necesse est. Imò
 verò leges deinceps reipubl. reuera conscri-
 bendæ sunt. Quemadmodum igitur quæ-
 cunque texuntur, non ex similibus omnino
 trama staminẽque texuntur, sed staminis
 genus robustius atque firmitus est, trama
 mollius vt facilius cedat: ita homines qui
 magistratus gesturi in ciuitate sunt eodẽ
 modo discerni semper oportet, eos qui in le-
 uiori quadam facultate experimentum sui de-
 derunt. Duæ verò sunt in repub. species. Alte-
 ra magistratuum cõstitutio in singulis: altera
 leges magistratib. attributæ. Ante verò hæc
 omnia ita cogitandum est. Cũ pastor atque
 bubulcus, equorũq; curator, cæteriq; huius-

*a De duplici ciuitate par-
 tatione,
 qua mœora
 ciuitati cor-
 rupta & sa-
 bida à sano
 & integro
 separantur.*

Vel eiusmo- di itaq; pur- gatio adhi- benda ut pu- blica & cor- rupta mem- bra planè sunt rescen- da ex ciuita- te morte aut exilio quod fieri non pe- test nisi cum ij qui sunt euicendi pau- ci sunt, vel ij qui rerum potiuntur ab- soluta pote- state sunt pãti ut ty- rãns, vel tã- ra est ciuiũ morbidorũ multitudos ut nõ nisi vo- luntaria ipso- rum in col- niam profe- ctione possit euacuari & expurgari ci- uitas qua- quidem le- uior & mi- nor est pur- gatio.

modis greges & armenta susceperint, non ma-
 tea curant, quàm singulis convenientem pur-
 gatione adhibuerint, potro sanis ab agrotan-
 tibus, generosisque ab ignauis segregatis, illa
 quidẽ in greges alios mittent, hæc verò cura-
 bunt, non ignorãtes aliter frustra se tã pro cor-
 pore, quã pro anima laboraturos. Nepe nature
 & educationis prauitas, ita corrumpit, ut nisi
 quis segreget sanorũ integrorũq; morũ ac cor-
 porũ genus, in singulis contagione interimãt.
 Sed de cæteris quidẽ animalibus minor cura,
 & exempli causa solum eorum mentio facien-
 da. De hominibus verò maximum studium
 legislator habebit, ac diligenter rimabitur o-
 mnia, ut singulis contentanea scribere queat,
 tum de lustratione, tum de cæteris omnibus
 actionibus. Sic igitur ciuitatis lustrationes se-
 habet. Multa. n. sunt, & alia leuiora graui-
 ora alia. Ac si quis tyrannus simul legisque la-
 tor sit, difficilibus & optimis lustrationibus
 uti poterit. Legis autem latori, absq; tyrãide,
 qui leges nouas atque Reipub. fundabit, satis
 erit factum, si purgatione mitissimã adhibue-
 rit. Nam exactissima, purificatio, quemadmo-
 dum medicina quæ validior corporibus adhi-
 betur, doloris plena est, & cũ vltione iusta pec-
 nam inferet, morte peccantẽ, aut exilio dam-
 nans. Eos enim qui maxima peccata patrarũt,
 si insanabiles sint, quoniam ciuitati maxime no-
 ceant, remouere omnino solet. Minor verò
 purgatio huiusmodi nobis est. Qui enim ob
 inopiã victus duces quæruunt, hincque sponte se
 offerunt secutari, ipsi non habentes necessaria
 in ea loca vbi illi, si ppetunt, hos tanquã mor-
 bũ, qui ciuitate labefactet summotionis nomi-
 ne in gratiorum coloniarum nomen commutato,
 quam

quàm benignè expellit. Hęc omni legumlatori quodammodo à principio, vt diximus, faciendâ, Nobis autè difficiliora quædâ in præsentia euenerūt. Nâ neq; coloniâ, neq; delectũ aliquẽ purgãdi gratia ad præsens excogitare oportet, sed quãsi ex multis fontib; torrentib;sq; aqua ad lacunas eadẽ confluat, necesse est obseruare vt qui vndiq; cõfluit humor, partim exhauriendo effundendõq; partim derivãdo atq; diuertendo quãmundissimus sit. Labor autè, vt videtur, & periculũ est in omni cõstitutiõne ciuili. Quoniã verò non re nunc, sed verbis agitur, perfectus iam nobis sit delectus, sitq; vt desideramus facta purgatio. Nâ malos qui hãc ciuitatẽ adire gubernaturi contẽdent, cũ satis longo tẽpore examinauerimus, omni persuasione accedere prohibebimus: probos autè pro viribus benèvolos propitiõsq; facientes alliciemur. Sed neq; latere debet, quã feliciter nobiscũ actum sit. Quippe quẽadmodũ Heraclearũ coloniam, felicẽ fuisse diximus, quoniã diuidendorũ agrorũ in nosãdarũmq; tabularum graue & periculofam contentionẽ effugit, ita sanè in ciuitate cui necesse sit de agrorum diuisionib; leges condere, nec fieri potest vt ex veteribus dominiis nihil moueatur rursumque non ita facile est quidpiam mouere: ideoq; votũ solũ nobis relinquitur, & exigua duntaxat, & ea quidẽ cautè & circũspectè admodum adhibita mutatio, ita vt longo tempore spatii exiguum aliquid mutetur. At mutatio eorũ qui omni tẽpore mouet, est eorũ qui agros abundè possident, & multos ipsi debitores habent, & volũt tamen aliquo modo humaniter cũ egenis cõmunicare partim remittentes, partim distribuẽtes, colẽres mediocri-

Quid in mutatione dominiorum circa agros & possessiones sequẽdũ sit in Rep. dicit Plato: in summa vult omnem circa illas res mutatiõnẽ si aliquã fieri oporteat, exiguã sensim & multo tempore fieri, si uero fuerit, & si uero tantã esse, dicitur sponte agrum suũ partem aliquã tenuioribus concedentibus, & debitorum remittentibus.

*a Paupertas
vera non in
diminutione
pecuniarū,
sed in acqui-
rēdi insatia-
bili cupidita-
te consistit.*

tem, existimātēsq; ^apaupertatē non in dimi-
nutione pecuniarū, sed in acquirendi insatiabili
cupiditate consistere. Hoc. n. ciuitati maximū
est salutis initiū, super quo quasi stabili funda-
mento, ædificate postea quicquid ciuitati de-
corū, & huic constitutioni congruū sit facile
quisque poterit. Sed si eiusmodi mutatio male
se habuerit nulla ciuili actio prosperē dein-
de succedet, quam nos quidem vitiosam mu-
tationē vt diximus fugimus, aut si minus fugi-
mus, tamen verbis quo pacto fugiendū sit o-
stendentes, dicimus nullā esse aliā aut latā aut
angustā fugiendi viā, nisi vt colamus iusticiā,
neq; acquirendi cupiditatē sequamur. Atque
hoc iā nobis quasi quoddā ciuitatis sustēta-
culū & præsidium sit fundatū. [Nulla. n. inter ci-
ues esse oportet ob possessiones iurgia aut si
fuerint iis non sublatis & cōpositis frustra in-
ter eiusmodi ciues qui cā ob causam veterib.
& dōmesticis cōsecutionib. laborāt si quispiā
mentis & prudentiæ aliquid habuerit conabi-
tur vltius progredi in reliqua Reip. constitu-
tione.] Illi autē quibus Deus dedit quēadmo-
dum & nobis nouæ ciuitatis constitutionē, in
qua nullæ inimicitia sunt, si propter habita-
tionū agrorūmq; distributionē inimicitiarū
sibi causas dederint, non humanæ cuiusdā sed
peſimæ ignorantia crimine notabūtur. Quis

*b. Quonā sit
legitima &
ad concor-
diā alendā
inter ciues
agri diuisio
in ciuitate
que noua
conditur.*

erit igitur recte distributionis modus. ^bPrimum
quidē, quantū esse oporteat numerū, consti-
tuendū censeo. Deinde assuevandū, per quot
qualēsq; partes distributio sit ciuib. faciēda:
postemō agros habitationēsq; ipsas æqualiter
quā maximē diuidendū. Quanta autē multi-
tudo sufficiens sit nō aliter recte dicitur quā
agrorū vicinarūmq; ciuitatū collatione. Ager
quidē ~~terrus~~ sit, vt tot moderatis hominib. suf-

ficiat, neq; maiori opus. Tot verò esse debent, vt iniurias vicinos possint depellere, & iisdem iniuriâ patientibus auxiliari. His inspectis, & agrû & vicinos & re & verbis definiem*. Nunc verò exempli descriptionisq; causa vt res ipsa perficiatur, ad ferendâ legem sermo descendat. Quinquies mille & quadraginta sunt ob cōmoditatē numeri huius agricolæ, quiq; pro finibus depugnent. Ager autē & habitationē similiter in partes eadē distribuantur, vt vir & portio distributione conueniāt. Et in primis duas in partes totius numeri partitio fiat, deinde in tres, licet & in quatuor, & in quinq;, & vsq; ad decē deinceps. Oportet certē omnē legislatorē tantū denumeris intelligere, vt quis qualisq; numerus singulis ciuitatibus cōmodissimus sit, nō ignoret. Dicamus autē eum numerū aptiorem esse, qui plurimas & præsertim deinceps ordine dispositas in seipso distributiones recipit. Neque enim omnis numerus omnes in omnia sectiones habet. Sed quinquies milliū & quadraginta numerus, & ad bellū, & ad pacem, ad cōuenta omnia, societates, tributa, distributiones non in plures quàm vna minus, sexaginta partes incidi potest. Ab vna autē ad decē vsq; continuas. Verū per otium hæc illis solidè percipiēda, quibus lege res ista cōmissa sit. Atque hæc non aliter quàm ita se habet. Dicēda hæc sunt huius rei gratia illi qui ciuitatē cōdit. Nepe siue ab initio nouā fundet, seu veterē dissipatamque restituat, circa deos & sacra quæcunque singulis in ciuitate constitui decet, & à quibuscunque diis vel dæmonibus nominari, nemo mentis compos innouare illa conabitur, siue ex Delphis aut Dodone aut Amomone accepta sunt, vel priuā quadam fa-

^a Numerus

5040. in sexaginta vna minus partes diuidi potest.

^b Circa deorum sacra cultum & religionē nihil inuouandum, siue noua colonia deducatur cōdatur ciuitas siue vetus instauratur: patrum dij antiquo ritu semper colendi, nec noui inuocendi.

ma per visiones inspirationesque deorum sunt asserta: quibus approbatis veteres sacra solennitatibus mixta constituerint, siue ab indigenis orta, siue Tyrena dicantur, siue Cypria, siue vndeunque volueris: & his sermonibus famam traditam simulachraque consecraverint: aras quoque & templa sacrosque horum singulis lucos statuerint. In his omnibus nec minimum quid legum conditor innovabit, sed Deum partibus singulis vel demonem vel herodem aliquem tribuet. Et in agrorum distributione primis delubra eximia, & cōsentanea omnia assignabit, & ut singularem partium cœtus

*¶ Ciues simul
convenerint
dies festos
unicuique
mini quod
in ea regio
ni parte
quam quis
que habitat
colitur conse
cratos obeun
do & quam
utilitatē ha
beāt eiusmo
di cōsensus.*

statutis facti temporibus, & facultatem sui facilius ad quolibet usus exhibeant, & sacrificando alter alteram benigne accipiant: vnde & de mestici fiant inuicem, sequi cognoscant. Quo quidem nihil civitati melius, quam videlicet ut ciues inuicem, sequi cognoscant. Vbi enim non lux inter ciues est in eorum moribus, sed tenebræ, ibi nec honores pro dignitate, neque magistratus recte dabuntur, neque ius suum cuique tribui poterit. Nihil est autem, si vnum vni conferas, in quo maius studium in omnibus civitatibus ponere quisque debeat, quam in hoc, ut nec ipse adulterinus esse unquam cuiquam videatur, sed simplex semper ac verus: nec alius ipsum talis fraudet. Verum iactus qui modo sequitur in ipsa legum positione, sicut in testibus, ut proverbium habet, a sacro, cum insolitus sit, forte primum mirari auditorem faciet. Cogitanti tamen atque experto videbitur, secundo loco optimè sic civitas institui. Fortasse quispiam ipsam non suscipiet, quia non sit assuetus legislatori qui in ferendis legibus non agit tyrannum.] Recte sanè ageretur, si optima respublice

blica & secunda & tertia proponatur, [atque
vbi ex proposita fuerint detur optio ei qui
nouam ciuitatem condit, quamcunq; velit de
tribus eligēdi.] d nunc similiter nos agamus.

• Et cum primam virtute repub. secundamq;
& tertiam exposuerimus Clinix optionem
demus, & cuique volenti [moribus suis con-
uenientem Reip. formam eligere eamque pa-
tria sua tribuere.] ^b Prima igitur ciuitas est
& repub. legēq; optimā, vbi quā maximē per
vniuersam ciuitatē priscū illud prouebiū lo-
cum habet quo fertur verē, Amicorum omnia
esse cōmunia. Certē in hoc praeipue virtutis
erit terminus, quo nullus poni rectior poterit,
si alicubi videlicet aut sit istud, aut vnquā fiet,
vt cōmunes mulieres sint, cōmunes & liberi,
cōmunis quoque omnis pecunia. omniq; stu-
dio quod proprium dicitur, vndique ē vita re-
motū sit: vsque ad eō vt ea etiam quae propria
singulis natura sunt, cōmunia quodāmodo
fiant, vt & oculi, & aures, & manus cōmunem
in vsum cernere, audire, agere videantur, lau-
dētq; & vituperent eadem similiter omnes,
eisdem rebus gaudentes eisdemque dolentes,
ac denique pro vitibus sub his legibus viuant,
quae vnā quā maximē ciuitatē efficiunt. Ta-
lem vtiq; ciuitatem siue dij alicubi, siue deorū
filij vnā plures habitent, ita videntes, eamque
seruantes, omni certē referti gaudio viuunt.
Quapropter Reipub. exemplar non alibi con-
siderare oportet, sed hac inspecta, talem ma-
ximē pro vitib. quaerere. Ea verō quā hīc nos
aggressi sumus, si fiat, proximē quodāmodo ad
immortalitatem accedet. Et ea quidem secūdo
loco est. Sed de tertia postea si voluerit deus,
determinabimus. Nunc verō quānam haec sit,

*Tres for-
mae Reip.*

*proponit Pla-
to vt quisq;
quam volue-
rit & maxi-
mē probarit,
eligat.*

*Ex tribus
Reip. formis
quas se pro-
posuerūt pro-
fectissimā et
primam eā
esse dicit in
qua omnia
sunt cōmuni-
a.*

*In secunda
Resp. forma
quã pponit,
ita vult v-
nũquemque
ita proprias
& priuatas
habere pos-
sessiones, vt
qua possidet
ita comunia
ducat pa-
triae: vt eius
vsus & neces-
sitatibus si-
mũltũ deorũ
cultus prom-
pta & expõ-
sa habeat.
b Sortium in
quas totius
regionis a-
ger sit diuisus:
saber
debet esse i-
dẽ numerus
quod quomo-
do fieri pos-
sit, & debeat
ostenditur.*

& quo pacto talis fiat consideremus. **a** Pri-
mum igitur domos agrõque sortiantur,
nec agros communiter colant. Nam ma-
ius hoc est, quam hæc generatio nutritio-
que & educatio ferre possit. Sed hac men-
te ita distribuant, vt putent singuli sortem
agri sibi assignatam toti ciuitati esse com-
munem. Quippe cum ea regio patriæ sit,
magis eam colere debent, quam filij tan-
trem. Hæc enim cum dea sit, domina
mortalium est. Idem quoque de indige-
nis tam diis quàm dæmonibus est cen-
dum. **b** Sed vt hæc sic omne per tempus
durent, danda opera est, vt quot nunc fo-
ci numero distributi sunt, totidem semper
futuri sint, neque plures vnquam, neque
pauciores. Quod ita firmiter in omni ci-
uitate fiet si sortem nactus quisque semper
vnum de filiis suis tantum quem malis
domus ipsius hæredem relinquat & suc-
cessorem, cultoremque deorum & ciuita-
tis & generis & viuentium & defuncto-
rum: & reliquis autem filiis, si plures v-
no sibi nati sunt, fœminas quidem secun-
dum legem qua sancietur, collozet: ma-
res autem ciuibus illis, quibus filij non
sunt, adoptione committat, maximè qui-
dem per gratiam. Si verò gratia quosdam
deficiant, aut si plures, vel mares, vel fœ-
minæ singulis nascantur, aut contra si pau-
ciores, cum mulieres fortè secunda non
fuerint, de omnibus istis maximus & maxi-
mè honorandus, qui à nobis positus fue-
rit, magis quid fieri oporteat, diligenter
consideret: viamque omnino inueniat, si-
ue abundet filiorum scriptura, siue deficiat.

vt quinquies mille & quadraginta habitaciones solummodò semper maneant. Multæ autem sunt viæ, nam & prohiberi procreatio, quibus nimis affluit, potest: & contrà cum opus est, vt augeatur, curari: ac vel honore vel dedecore, monitionibusque senum ad iuuenes, licet ad eam homines adhortari. Denique hinc omnis defectus oritur & inopia, cum quinque milliam & quadraginta domorum numerus non seruatur.

^a Quòd si ob nimium in procreandis liberis studium hæc aucta sit ciuitas, vt numeri modum excedat, atque ita inopia rerum preuiatur, vetus illud reperatur consilium, quod sæpe iam dictum est, vt colonia mittatur chara à chatis, quò commodius agi posse videbitur. Si verò contrà morborum lues bellosissime calamitas veluti quadam illuione ita deuastauerit ciuitatem, vt multò pauciores statuto numero superstites sint, sponte quidem alicubi ciues aduletrina educati disciplina suscipiendi non sunt.

* Necessitatem autem nec deus, vt dicitur, coget. ^b Præsentem igitur orationem existimemus hunc in modum nostrorum auribus insonare. O virorum omnium optimi similitudinem, & æqualitatem, quòdque idem est & consentiens honorate secundum naturam: neque id vnquam transgrediamini, siue secundum numerum, siue secundum potentiam bonarum rerum atque pulchrarum. Et nunc quidem in primis per omnem vitam numerum quem prædiximus conseruate, De-

^a Quæ supra modum augeatur ciuitas, coloniã deducendo minuendus est ciuium numerus: contrà quæ supra modum deficit, quomodo supplendum.

^b Necessitate deus quidem cogit.

^c Oratio quæ superior omnèdanda est ciuibus.

inde census modum quem ab initio mediocriter
 sortiti estis, ne contemnatis emendo inuicem
 & vendendo. Alioquin neque deus ipse sortis
 distributor, neque legis conditor vobis faue-
 bit. Nunc enim primū refragantibus lex præ-
 cepit hoc prædicens, vt si arideat, sortiantur,
 sin minus, discedant, perinde ac si regio ipsa
 in primis, diis omnibus sit sacrata, deinde sa-
 cerdotes omnes tam mulieres quàm viri præ-
 caturi sint, primis in sacris secundisque & ter-
 tiis vt emptor & venditor domiciliorum &
 prædiorum quæ sortiti sunt, quæ in his perpe-
 ti conuenit, patiantur. Scribent autem in sa-
 cris ad posteritatis instructionem * cupressæ
 monumenta, præterea vt ista seruentur, eorum
 custodiam magistratui illi committent, qui a-
 cutissimè videtur inspicere, ne lateat eos, si qua
 forte præter rationem hanc commercia fiant,
 sed quicumque legi ac Deo non obtulerat pu-
 niatur. Atqui quantum bonum sit quod mo-
 dō præcipitur omnibus Rebus publ. si modō
 paruerint, [& quod ex isto sequitur institutū
 assumpserint,] secundū antiquū prouerbiū
 nullus vnquā prauus intelliget, sed expertus
 duntaxat, & æquis moribus præditus. * [Pe-
 cuniæ quærendæ in hoc modo constituta ci-
 uitate non valde dabitur opera: ex eiusmodi
 enim constitutione ciuitatis consoletarium est
 vt in ea neque oporteat, neque liceat cuiquam
 illiberalem vllam quærendæ pecuniæ rationē
 exercere] neque mechanicum illud & infame
 quætere lucrum, quod mores generosos in-
 quinat, neque existimare vllō pacto vilibus
 ex rebus & turpibus pecunias cumulandas.
 Accedit ad hæc & alia lex, quæ iubet ne quis
 priuatus vel aurum habeat vel argentum. ^b Sed
 quia

* Cupressæ
 monumenta.

^a Quærendæ
 pecuniæ im-
 modicū stu-
 diū. ^c In ge-
 nere omnis
 turpis qua-
 situs abest à
 ciuitate, quæ
 vt modō di-
 ctum consti-
 tuta est.

^b Nūmi tam
 domestici
 quæ peregrini
 qui vsus
 in ea ciuitate
 re.

quia nummis opus est quotidiana commu-
 nationis gratia, quæ inter artifices & huius-
 modi ferme est necessaria cum mercenariis &
 feruis & colonis merces aliqua debeatur, id-
 circo nummos habere concedimus tales, ut a-
 pud eos quidem habeantur in pretio, à cæte-
 ris vero gentibus contendantur. At vero cum
 bella sæpe gerenda sint & peregrè proficiscen-
 dum, quando ad externas gètes legati nuntii-
 que mittuntur, necesse est ut ciuitas semper
 cõmunem Græciæ monetã possideat. Si qua ve-
 rò necessitas priuatum peregrè proficisci coe-
 gerit, magistratum venia proficiscatur. Re-
 uersos autem si peregrinis numis abundat, eũ
 ciuitatis nummis eos cõmutet, ciuitatiq; re-
 stitua. Quod si quis occultare eos, & in pri-
 uatum vium convertere deprehensus fuerit,
 publicum fiat quod occultabat. Conscij autẽ
 qui non accusauerunt, maledictis atque op-
 probriis vnã cum illo subiiciantur, atque etiã
 non minore multa puniantur, quã alla-
 tus peregrè nummus fuerit. Nemini præte-
 rea aut dare dotēs aut accipere liceat, neque
 pecuniã deponere, apud eum cui non sicut,
 neque fœnerate: liceatque si quis in fœnus
 acceperit, nec usurã nec sortẽ reddere. Hæc au-
 tẽ ciuitati optima esse, sic recte quispiã iudi-
 cabit, si ad præcipuam ipsam recti legulatoris
 semper referat voluntatem. Nam viri ciuili-
 mentẽ habentis non ea voluntas est, ut nos as-
 serimus, quã in legum latore optimo esse de-
 bere multi affirmant, ut quã maximã & di-
 uitiã esse velit ciuitatem, auro & argento
 refertam, ac terra magis plurimum domi-
 nantem, quibus addunt, ut quã optimam etiã
 ac felicissimam esse velit, si recte leges laturus

involucris

*Dotēs nec
 danda nec
 accipienda.*

*Non fœne-
 randum.*

*Ciuitas si-
 mul beata*

& diues non

potest effici

legislato-

ri debet esse

beatã & ho-

nã simul esse

c at.

est. Sed horum quidem alia fieri possunt, alia minime. Possibilia igitur volet fundator legum, im-
possibilia nec volet (nam vana esset cupiditas)
neque aggredietur. Felices ergo & probos esse, quae
simul necessario ferme fieri solent, volet quidem.
Diuites autem valde simulque probos esse impossi-
bile. Dico autem diuites, ut multi existimant, asse-
rentes eos esse diuites, qui pauci est multis pecu-
nias plurimas possident, quas etiam possit malus
quilibet possidere. Quod si ita est, nunquam ego
his concedam, diuitem teuera esse felicem, ni-
si etiam bonus sit. fieri vero non potest ut di-
uitiis aliquis simul praestet & probitate. Cur
ita [forte quispiam dixerit. Quia, dicemus, ac-
quisitio tam iniuste quam iuste facta, plus quam
duplo, eam superat, quae solummodo iuste fit. Et
impendingia quae nec honeste, nec turpiter im-
duntur, duplo minora sunt illis quae honesta sunt,
honestaeque impediuntur. Nunquam igitur illo qui
duplo plus acquirit & dimidio minus erogat,
ditior is erit qui contra facit. Est autem alter isto-
rum probus, alter non malus quidem. quando dura-
xat parcus est, nonnunquam vero malus om-
nino, bonus autem ut modo diximus, nun-
quam. Nam qui & iuste pariter & iniuste pec-
cunias cumulat, neque iuste impendit neque
iniuste, diues fit quando est parcus. Sed qui
omnino malus, quoniam ut plurimum nepos
& prodigus est, valde pauper fit. At qui hone-
ste expendit, & iuste solum acquirit, neque fac-
ile diuitiis excelsit unquam, neque premetur ino-
pia. Recte itaque sermo noster asserit, valde
diuites bonos viros non esse, quod si boni non
sunt, felices quoque non erunt. Nobis autem
legum propositum huc respicit, ut felicissimi
ciues sint, ac maxime inter se amici. Qui sane
ami-

*a Fieri non
potest ut qf
pia simul sit
valde diues
& bonus.*

*b Diuites q.
da non mali,
qui parsimo-
nia dunta-
xat, opes ac-
quirunt, ne-
mini nocen-
tes, sed val-
de diues ne-
mo unquam
bonus.*

amici nunquã erunt, si mutuis iniuriis vexati
 plurimis litigando vti cogantur iudiciis, sed
 si quã minima hæc sint atque paucissima.
 Quapropter oportere dicimus nec aurum nec
 argentum esse in ciuitate, neque quantum
 iniuper multum in mechanicis operibus cau-
 pationibusque & fœnore nec ex pecoribus
 tur piter, sed ab his quæ agricultura offert ac
 præbet, atque hoc ita, vt quæstus non cogat
 ea negligere quorum causa quærentur pecu-
 nia, hæc verò anima & corpus sunt, qua ab-
 que gymnastica, & alia disciplina nullius pre-
 tij vnquam erunt. Quare pecuniarum cura,
 vt sapius iam dictum est, vltimum honoris
 teneat locum. Quippe cura tria sunt omnia in
 quibus homines studium ponunt, vltimum ac
 tertium est, si recte habeatur pecuniæ studiũ,
 medium corporis, animi primum. Atqui hæc
 ipsa, quã nunc condimus respublica si hono-
 res ita distribuit, recte disponitur. Si qua au-
 tẽ quæ in ea statuitur lex, aut tẽperantiæ sani-
 tatẽ corporis, aut sanitati & tẽperantiæ diui-
 tias anteponit, non recte posita esse videtur.
 [Sæpius itaque legislator profiteri debet, quid
 sibi velit, & si mihi hoc contigerit, consequar,
 quod volo, sin minus, futurum est vt aberrarem
 à scopo: atque is fortassẽ hac ratione minus
 aberrabit à scopo suo, aliõsq; minus aberrare
 parietur: aliter verò nequaquã.] Qui ergo par-
 tem suam sortitus est, eã qua diximus condi-
 tione possideat. Probẽ autẽ fieret [vt & alia o-
 mnia æqualia habens vnusquisque, ita veniret
 in coloniam.] Cum autẽ fieri id non possit,
 sed alius veniens plus habebit pecuniæ, alius
 minus, cũ multorum ciuitatis temporum, tum
 æqualitatis causa, opus est vt inæquales in ea
 census constituentur: vt magistratus, colla-

a Tria sunt
 in homine bo-
 norũ genera,
 Bona animi,
 bona corpo-
 ris, tũ bona
 externa, quæ
 singula suo
 ordine sunt
 curanda &
 honoranda.
b Legislator,
 vt facilius le-
 gi obtemperan-
 tes habeat eĩ
 ues debet
 subinde mē-
 tẽ & scopum
 suum incul-
 care.
c Multũ in-
 terest tempo-
 rũ Reip. vt
 quãdoquidẽ
 opibus æqua-
 les esse non
 possũt ciues
 omnes nõ sũ-
 tã secundũ
 virtutẽ, sed
 etiam ratio-
 ne habita cũ
 sus, munera
 publica di-
 stribuantur.

riones, distributionesque secundum dignitatem
 singuli, non solum suæ maiorumque virtutis,
 aut formæ, aut virium corporis, verum etiam se-
 cundum diuitiarum & paupertatis usum quoad
 fieri potest æqualiter, videlicet inæquali qui-
 dē porzione, sed faciliē cōquabili accipientes,
 nequaquā contendant. Horū causa quatuor
 magnitudine differentes bonorum census fie-
 ri oportet: Primos, secundos, Tertios, & Quar-
 tos, aut quibusuis aliis nominibus appella-
 tos: ut alij eodem in sensu permaneant: a-
 lij ditiores pauperioresve facti, in censum si-
 bi conuenientē transeant. Ad hęc legis figurā,
 quæ sequitur, ego ponā: Nepe oportere dici-
 mus, ut in ciuitate quæ summi morbi experta
 futura sit, quod diuidiū aut seditionē rectius
 appellari, nec extrema in aliquibus ciuium
 inopia sit, nec ingentes diuitiæ. Nam utraque
 illa ab utriusque his patitur. Quare oportet
 ut à legistatore utriusque terminus statuatur.
 Sit itaque paupertatis terminus census sortis,
 quā stabilē esse oportet, quā uel minorem a-
 licui esse nec magistratus ullus patitur, nec a-
 lius quisquam, cui curæ sit virtus. Cum le-
 gillator his mensurā suā præscripserit, duplum
 ad hanc & triplum & quadruplū haberi per-
 mitteret. Plura uerò si quis habeat siue reperta,
 seu donata, siue quaestu parata, seu quauius alia
 fortuna huiusmodi cōparata, si omne quod
 superest ciuitati & diis ciuitatis uecoribus de-
 derit, indemnitas & laudabilis sit. Sin autem legi
 non obtemperauerit, quisquis hoc detulerit,
 dimidium consequatur. Ille autē æquali suo-
 rum bonorum parte mulctetur: pars autem di-
 midia deorum esto. Quæcunque uerò possidet
 ultra sortem agri sibi assignatā apud magistra-
 turam

a Extrema
 diuitia &
 extrema
 paupertas,
 parant ut
 flinas in ci-
 uitate sedi-
 tiones.

b Cuius qua-
 tuor gradus
 proponuntur
 ita obseruā-
 di, ut neque
 primo mi-
 nus, neque
 quarto &
 summo cui-
 quā plus li-
 ceat posside-
 re.

tom horum custodē à lege constitutum aper-
 te scribantur, ut omnia de pecuniis iudicia fa-
 cilia sint, & valdè clara. Post hæc vrbis pri-
 mum in medio regionis quoad fieri potest cō-
 statur in loco qui cætera quoque ciuitatis ha-
 beat commoda: quæ nec intellectu nec dictu
 difficilia sunt. Deinde in partes duodecim par-
 ticio fiat. Ut Vestæ prima Iouique & Palladi
 consecratur, eaque pars circulo circumduca-
 tur: à quo & vniuersam regionem & urbem
 partes duodecim partiatur: quæ quidem ita
 æquales sūt, ut agri fecundi minores sint, in-
 fecundi maiores. Sortes quinquies mille &
 quadraginta sciendatur, quarum bipertitò que-
 libet diuidatur. Consortiri quoque oportet
 portiones duas, quarum vtraque remotioris
 & propinquioris sit particeps, ita ut pars vbi
 proxima cum remotissima parte fors vnà sit
 secunda quoque ab vrbe cum secunda à remo-
 tissima, cætera que omnia eodem pacto. Danda
 etiā opera est, ut in geminis his partitionibus,
 quod modò de fecunditate regionis & infec-
 unditate diximus, pergatur, ut videlicet in eis
 multitudine, & paucitate distributionis æ-
 quatio fiat. Quinetiam diuidere in partes duo-
 decim viros oportet, quemadmodum & cæte-
 ra bona, omnium prorsus æqualitate seruata,
 omniaque describere. Deinde duodecim sor-
 tes, diis duodecim attribuere, & partem quã-
 libet sortis participem suo consecrare Deo, tri-
 bũmque ipsam vocare. Sed & duodecim vrbis
 mēbra, sicut in reliqua regione factum est, si-
 gillarim in habitationes duas diuidenda sunt,
 vnã quidem circa medium, circa extremum al-
 terã. Et habitationis quidē ordo hunc habeat
 finē. Illud autem cogitare omnino debemus,
 quod ea que dicimus, nunquã talē opportu-

*a De situ vr-
bi.*

*b Obiectio
aduersus rã
accuratã re-
gionu & re-
tine agri di-
uisione pro-
positã, quod
observari nõ
possit, ac pro-
inde inutili-
ter proposita
videtur.*

nitatē nacta omnia ita concurrunt, ut quæ ad-
modum descripta sunt, fiant, & viri habitatio-
nē huiusmodi non ferant molestē, sed æquo
animo patiantur: pecuniāsque statas & me-
dioctres habere velint per totā vitam filiorum
præterea generationes ita singulis sint ut di-
ximus, ac auro & argento careāt, & cæteris o-
mnibus quæ legislator ex supra dictis dictu-
rus esse videretur: ad hæc regionis & urbis me-
dio & in extremis sicut ordinauimus vbique
habitationes: quæ quidē omnia quasi somnia
quædam à nobis dicuntur: ita ut ciues & ci-
uitas quasi ex cera à nobis fingi & formari vi-
deantur. * Hæc utique modo quodam non
malè dicuntur: sed *a quoque repetenda, num
legislator nobis hoc diceret? Ne ignorare me
existimetis amici, quod modò dictum est, ve-
rè quodāmodo dici. Sed par est, ut arbitror, in
singulis, ut is qui exēplar proponit, ad cuius si-
militudinem opus fieri debeat, nihil omnino
prætereat, quod ad verissimā eius conueniat
pulchritudinē. Siquis autem ex his nonnulla
imitādo assequi nequit, quæ supra vires sunt
prætermittat: & quod his proximum est eo-
rūque quæ fieri conuenit cognatum maxi-
mè, omni studio prosequatur, permittatque
legislatorē voluntati suæ finē imponere. Quo
facto cōmuniter cū illo consideret quid ex di-
ctis conferat quidue ferendis legibus aduerse-
tur. Nā opus vndique sibi ipsi consentiens, ar-
tifex omnis vbique agere debet, etiā in re mi-
nima, si modò sit laudem consecuturus. Nunc
iā post duodecim partium distributionem a-
nimaduertendum est, quod cum duodecim
partes hæc plurimas in se portiones portioni-
būque connexa & orientia ex connexis ha-
beant

** Responso
ad desectio-
nē licere le-
gislatori ma-
ginem Reip.
quoad eius
fieri potest
perfectissimā
etiā minutis-
sima quæq;
cōplectendo
describere:
ut si tota vi-
sa & morib.
nō possit ex-
primi ad eā
tamē omnes
quā proxi-
mè accedere
conentur.*

beant vsque ad quinque millia & quadragin-
 ta, vnde & tribus & gentes & vicos habeant,
 & ad rem bellicam ordines atque ductus, nū-
 mos præterea & mensuras siccorum atque hu-
 midorum & pondera similiter, hæc omnia cō-
 mensurata, & consona inter se à legillatore
 ordinari debent. Præterea timendum non est
 ne existimemur minuriora & parua nimium
 considerare, si quis iubet vt vasa & suppellecti-
 lia ciuium omnia mensurā habeant suam, nul-
 lumque sine certa mensura possideatur: & cō-
 muni ratione censeat ad omnia perutiles esse
 numerorum partitione varietatēque secundā
 quas & ipsi inter seiplos variij sunt, & in lon-
 gitudine & profunditate ac vocibus varietatē
 accipiunt: in motibus quoque tam recto mo-
 tu ascendendo vel descendendo, quā circui-
 tu. ^a Ad hæc omnia ita respicere debet legis-
 lator, vt ciuibus omnibus præcipiat, ne ab hu-
 iusmodi numerorum ordine quoad possunt,
 discedāt. Nulla enim alia vna pueritiæ discipli-
 na, ad rei familiaris gubernationem, ad Rēpy-
 blicā, ad artes denique vniuersas tantā habet
 vim, quantā huiusmodi numerorum cognitio
 quōdā maximum est, somnolentos etiā, & na-
 tura rudes exsuscitat: & dociles, memores so-
 lertēque facit præter naturā suam diuina arte
 proficientes. Quæ quidem omnia si modō le-
 gibus aliis atque officiis illiberalitas & auari-
 tia eorum animis extirpata sit, qui ea sufficien-
 ter & vtiliter suscepturi sunt, bonæ institutio-
 nes, & commode fuerint. ^b Sin minus, malitia
 hinc potius quā sapientia clām originē tra-
 het: quod Aegyptiis & Phœnicibus multisque
 aliis gentibus nunc videmus contingere, pro-
 præter cæterarum artium facultatūque illibe-

^a Artium nu-
 merandi v-
 sus quā latē
 pateat, &
 quā sit vtilis
 ostenditur.

^b Numerorū
 sciētia, mali-
 tia & frau-
 di potius in-
 strumentum
 est quā sa-
 pietia, nisi e-
 ius vsus bo-
 ni legib. &
 recta institu-
 tione ciuium
 circūscriba-
 tur.

ralitatem: siue quis iudis legumlator id fecerit, siue fortuna infensa, siue alia huiusmodi quedam natura. ^a Nec enim illud, o Clinia, & Megille nos fugiat, magnam esse locorum ad ferendos meliores priorisque homines differentiam: quibus diuersa prout expedit legibus scienda sunt. Quippe alij varietate ventorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas: alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. ^b Maxime autem loca regionis differunt, in quibus inspiratio quaedam diuina est, & que demones sortiti sunt, qui habitantes, propitij, vel contra suscipiunt. Quibus pro humano ingenio consideratis, mentis copos legum conditor, se ad leges ferendas conuertet. Quod & tibi est, o Clinia faciendum: Prius enim hae tibi animaduertenda sunt, quam habitari facias regionem. ^{ci}. Egregie, o Atheniensis hospes, hae abste dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

Magna locorum ad ferendos meliores seu deteriores homines differentia.

Maximum est momentum ut regio possit praclaras ad virtutem ingenia ferre, in eo positum ut propitios & bonos nactus sit demones praesides.

D I A L O G V S

S E X T V S D E

legibus, vel, de legumlatione.

Marsilij Ficini Argumentum.

Tria sunt genera ea sanum, quibus diuersa diuersis in locis hominum ingenia fiunt. Quae quidem tria genera Plato in superioribus libris sine breuiter comprehendit. Ego vero opere pressum fore arbitror, hac ipsa materia quasi quocumque modo sextum cum quinto ligare. Sit ergo plurimum in locis differenti-

minis ad meliores deterioresque homines generandos.
 Causa verò sit vel humana, vel naturalis, vel diuina.
 Humana quidem, lex, educatio, consuetudo diuer-
 sa. Naturalis autem, elementorum alimentorumque
 diuersitas. Diuina verò, ut cælum quoque diuinum
 vocem, siderum vnumquodque potestas. Siquidem Pla-
 to indicat quemadmodum alia cæli plagæ alijs re-
 guntur stellis, alijsque dijs, id est superioribus angelis:
 sic alias terræ plagas, alijs quoque demonibus infe-
 rioribusque angelis gubernari. Accedit ad hæc a-
 stronomorum sententia, & plagæ terræ cæli plagæ,
 & vrbes ascendentes signa accommodant. Mitto in-
 præsentia quantum ingeniorum discrimen afferat fa-
 miliarum cuiusque hominis varietas demonum.
 Quod autem spirituum superiorum vires nostris quo-
 modocumque id sit spiritibus influant, negare non
 possumus, quando manifestè videmus corpora nostra
 corporibus superioribus agitari: assidueque ab aere
 aliter permutari. Quod si spiritus illi in nostros agunt
 spiritu, agunt insuper & in corpora. Passio verò cor-
 porum humanorum siue à spiritibus illis, siue à corporibus
 superioribus inferatur, eatenus redundat in animas
 quatenus tam comparato, quàm naturali affectu animus
 sese mergit in corpus. Verùm hoc interest, quod cor-
 pora illa per corpora nostra mouent animas: spiritus
 autem tum animas per corpora mouent, tum per a-
 nimas, tum etiam per illum spiritum, quem phy-
 sici sæpe nodum animæ inuicem corporisque cogno-
 minant. Memento verò vim omnem atque motum
 à superioribus in nos descendente, semper ad bonum
 suapte natura conducere, quandoquidem & cælestes
 influxus semper ad bonum. Sed neque tu hic vel ri-
 gidiorum hominum tristitiam & parsimoniam rei-
 cie in Saturnum, vel temeritatem ferocitatemque
 in Mariem: vel fraudulentam malitiam in Mer-
 curium: vel lasciuos amores in Venerem. Quid verò si

Saturni grauitas in nobis complexione natura nutri-
 tionisq; & educationu vitio, in simile quiddam gra-
 uitati vitium conuertatur: similiter magnanimitas
 Martia in audaciam magnam in tota quodammodo
 frailem, Mercurialiu industria similiter in malitiam,
 Venerea charitas in libidinem? Nonne sub solu ra-
 dijs, qui natura sua ad videndum conferunt & vi-
 uendum quotidie accidunt, alios vident, alios vitam
 amittere: & quidem aere libere salubriter calfaciunt
 in concavi vriti? Quemadmodum vero sub benefi-
 cio radorum influxu ob inferiore naturam rursus ad
 alicui malum, non vniuerso: sic sub stellarum virib.
 natura bonu atque sub numerum muneribus spiritum
 potest interdum inferioru vel natura, vel consuetu-
 dinis vitio, vitium vel corporu, vel animi suboriri.
 Nihil vero vniuerso vitium aut malum: quemad-
 modum in concentu secunda vel septima vox: qua
 seorsum audita dissonat, interius coniuncta ceteris
 consonat vniuerso. Solent vero Platonici infimes
 demones malos aliquando nuncupare, quoniam ad
 infimum generationis & sensibile bonum suo quodam
 vt aiunt, officio nos alliciunt: diuertere aut a summo
 bono ad minimum, comparatione summi malum in-
 re censetur. Missum facio in presenti quod aiunt su-
 premos demones ad contemplationis, medios ad altius
 nis, infimos ad concupiscentie bonum ducere: quodue
 his omnibus & vti possumus, & abuti: & vrentibus
 quidem bona contingunt, abutentibus vero mala.
 Appellat vero Plato demones & deos indigenas pa-
 tria, non quia inde geniti, sed quia ciues inde genitos
 peculiari quadam cura custodiunt. Dicit patria
 beatam ciuitatem a dijs deorūque filijs coli, intel-
 ligens partim quidem caelestem Hierusalem, ab an-
 gelis purisque animis habitatam, partim quoque fe-
 licem illorum vitam, quos in Phadone inquit editis-
 sima ac terra partem involere naminum familiaritate
 beati.

hates. Descendit post hac in sexto ad magistratus
 constituendos, scilicet quòd esse oporteat, & quo pa-
 tto creari, quidque magistratus cuiusque sit officium.
 Inquit autem diligentiam in his creandis tantum esse
 momenti, ut vel bonarum conditio legum absque
 magistratibus bonis, non modò minime profutura sit
 civitatibus, verum etiam plurimum nocitura. Oportere
 verò aut tam eos qui magistratus electuri sunt, quàm
 qui eligendi, esse ab adolescentia probatissimos, ma-
 ioribusque probatissimis genitos, & qui concivium
 mores perfectissime calleant. In his notabis miram
 Platonis prudentiam in ordine magistratuum co-
 rumque officio in rebus humanis & sacris, bello &
 pace, in urbe atque agris. Cognoscisque & probabis op-
 timam gubernationem, aliquid regij, necnon popula-
 ris habentem, & quodammodo inter unum & popu-
 lum mediam constitutam. Animadvertes in civilibus
 muneribus distribuendis servandam semper aequali-
 tatem, non arithmetica quidem per quam numero
 vel etiam mensura & pondere paria singulis tribu-
 untur, qua sepe iniustissima est: sed geometricam
 potius, per quam considerantur merita singulorum:
 atque ea ratione singuli distribuuntur, ut qua pro-
 portio meritum est ad merita, eadem quoque mu-
 nerum sit ad munera: neque aequalia sint munera mu-
 neribus, sed munera meritis. Geminam ergo conside-
 rabis aequalitatem, tum muneris ad munus, tum mune-
 rum ipsius ad meritum. Et illam quidem saepe noxiam,
 raro utilem, & tunc demum utilem si fiat sorte. Hanc
 verò quotidie necessariam. In hac utique totam
 consistere iustitiam rationem. Atque hanc ipsam in
 Iouis iudicio esse positam, & usque notionem homini-
 bus vix paucisque tribui, sed quantacunque nobis
 adsit per hanc solam curam servari. Nec immerito
 aequalitatis huius officium supremi iudicis ascribit iudi-
 cio. Qui cum solus secreta omnium penetret, ideo quo-

merita perfectè cognoscant, nimirum solus perfectè potest merita aequalia reddere. Idque ita fieri in celsis primum, deinde in vniuerso, ut hac sola pro cuiusque nature capacitate ubique distributione fieri cuncta atque seruari, & ab antiquis probatum, & in Gorgia fuerit comprobatum. Sed inter hæc Plato iterum qui mos eius est frequentissimus pueri educandi incumbens, peculiarem ad id procreat magistratum eumque haberi vult omnium in ciuitate summorum magistratum præstantissimum: existimans absque solenda pueriliu sementis prouidentia, totam ciuitati culturam fore vanam. Aduertes hic humanum ingenium bene quidem cultum, tandem mansuetissimum diuinissimūq; euadere: contra verò, si contra. Sed curram humanum ingenium ferocius euadere posse dicit quàm ferarum? Quia quod maximã vim habet ad bonum, maximam quoq; habere potest ad malum. Item optimum quando deprauatione sui vertitur in oppositum, fit pessimum. Quod quidem in republica disputat. **P. A** crea ferocitatem in homine deprauato auget machinatio verisimilissima mentu ad malum. Adde quòd subtilitas spirituum humanorum in ira, conuertitur in furorem. Accedit & quorundam dæmonum irritatio, quod Plato in epistola ad Syracusanos significat, & Homerus ex Ægyptiorum sententia frequenter usurpat, Heroes inducens à dijs, id est, dæmonibus ad iras & sanguinem animatos. Commendat iterum numerum illum qui quies mille & quadraginta, in magistratuū, domiciliorum agrorū partitione omnium commodissimum: utpote qui in multas deinceps portiones integras diuidatur. Sanè si vniuersum hunc numerum in duas diuiseris partes, pars dimidia duo millia continebit, quingentæque & viginti. Si verò in tres, pars tertia, mille sexcenta octoginta. Si in quatuor, quartas quilibet, mille ducenta sexaginta. Si in quinque,

quinte

quinta qualibet mille cōmōbit atque octo. Si in sex, sexta omnis velt ngenta, & quadraginta. Si in septē, septima, septingenta viginti. Si in octo, octava, sexcenta triginta. Si in nouem, nona, quingenta atque sexaginta. Si in decem decima, quingenta & quatuor. hucusque partes omnes sunt integra. Sed si in undecim, undecima, quatercenta quinquaginta & octo, atque insuper duas undecimas portiunculas. Quod si in duodecim, duodecima, quatercentū atq; viginti. Hic sīte pedē. Ac quoniam nobis sexaginta cōmōrit si vniuersum illum numerum in sexaginta partes diuiserit, pars sexagesima octoginta & quatuor comprehendet: ac si cōuersione quadam in partes octoginta quatuor que seueru, pars quaque sexaginta tenebit. Vadetur autem Plato plurimi sacro, quod ille numerus duodecies diuidatur in quatercentum atque viginti: quodue hic rursus duodecies in triginta quinque. At verò hīc duodecies in duo atque insuper undecim duodecimas vnus partes. Atqui & ipse numerus quatercentū atq; viginti multiplicatur ex numero vigesies viginti & vno. Nam viginti numerus vigesies semel que replicatus, quatercentum viginti que complet. Laudat duodenariū numerum: & vniuersum illum, qui duodenario prorsus accommodatur, propterea quod duodecim sint apud eum mundi sphaera: & signa duodecim in zodiaco, & partes duodecim in elementis. Si quidem quodlibet ex quatuor elementis in tres diuiditur regiones in summam & infimam, atque mediam: non solum situ, sed virtute etiam differentes. Adde elementorum alterum duodenarium. Quo & substantia elementorum quatuor & qualitates octo comprehenduntur. Qualitatum verò quatuor quidem mascula sunt scilicet calor, frigus, leuis atq; & grauitas. Quoniam primae dua, alterationis principia sunt, sequentes dua principia motionis ad locum. Quatuor verò sex-

mina sunt, quae passioni magis subijciuntur, scilicet dū
 morsificat aurarūque & densum. Haec verò A-
 gyptiorum mysterijs contineri Lamblichus affirmat.
 Accedit quā duodenario mensium numero Sol do-
 minus planetarū & cursum peragi propriū, &
 vario producit effectus. Denique singulas vult ciui-
 tatis partes Deo cōsecratas existimari, propriē verò
 dñs duodecim; id est duodecim sphaerarum animab.
 Itē dñs duodecim Zodiaci signa regētib. Rōsus de
 decim ordinib. demonū caelestia signa sequentium.
 Quā verò dicit partes vrbis duodecim sequi circui-
 tū vniuersi, forte etiā intelligit totum octaua sphaera
 circuitū triginta sex millib. annorum perficiendum.
 Qui sanē numerus tribus annorum mille duodena-
 rijs perfectō completur. Ad eō ut in primo mille an-
 norum duodenario intelligas ex antiquorum senten-
 tia iuuenilem mundi totius habitum: in secundo vi-
 rilem: in tertio verò senilem. Verū de hu oportu-
 nius in Timaeo. Conuenit hu, quod in Phaedro inquit:
 acorum demonūque exercitum sub duce Ioue in
 duodecim ordines esse dispositum. Concludit hic ci-
 uitas aut partes, partim quidem per duodenarium tri-
 butum templūque numerum, partim verò per di-
 uinum cultum hu quolibet duodecim mensium solen-
 niter instauratum, sic ad dei munera praeparari, ut
 dñs ipse quasi infidelibus gubernentur. Hu autem
 instaurari praecipua vult publicag. solennia quo &
 duodenario tribuum, & ciuitatis reliqua agrique
 duodenario satisfut. Quod autē sacra iubet fieri dñs
 acorumve filijs, deos quidem intelligi vult sphaerarū
 animas: filios autem, demones puriores. Cuncta ve-
 rò haec Iouū vniū omnium principū gratia iubet fi-
 ri. Neque verò silentio praetereundum est: duodena-
 rios quos pertinentes ad vniuersum commemorau-
 mus, a duodenario cuiusque hominis propria, quasi
 representari. Qui sanē ex quatuor corporis humori-

bu totidem sensus ipsius perturbationibus, ac totidē
 virtutibus constare videtur. Post sacra deorum ad-
 nuptiarum sacra descendit. Vbi leges ritūsque nuptia-
 les & exhortationem ad matrimonium: officia viri
 & uxori tua inter se, tum erga liberos & generā-
 los & educandos considerabit. Notabit autē omnia,
 non decere in ebrietate, vel alia mentis perturbatio-
 ne procreandū liberū operam dare. Atque ob huius-
 modi delictum filios quotidie nasci tam animo, quā
 corpore aegrotantes. Mandabit quoque memoria my-
 sterium, vbi ait, Principium & numen hominibus
 insitum, si conuenienti sibi honore à singulis munere
 ipsius. utentibus afficiatur, omnia seruat. Quid ergo
 principium? quid numen insitum aut insidens? Prin-
 cipium quidem idea est formationis humanae princi-
 pium. Numen verò familiaris daemon, daemon quoque
 generationis principis saepe sub nomine Lucina signi-
 ficat. At cur insitum, aut insidens, aut incubans? ut
 intelligas numen non adesse solum, sed inesse assidue
 atque fauere. Praecipue verò fauere, & fauendo ser-
 uariis gratè colatur ab his qui munere eius utun-
 tur. Post mutua viri uxorisque officia, consequenter
 ad mutua dominarum seruorumque descendit. Offi-
 cia. Post haec soluta quadā arte redit ad mœnia, tē-
 plā palatia, quae ante nuptias tractanda fuisse dicit.
 vbi notabit in primis curias iudicū magistratūque
 palatia, idcirco tenet pl. proxima coll. cari, quo huma-
 ni iudices semper iudicādo meminerint se a Deo, dū
 iudicāt homines, iudicari, meminerint quoque custo-
 des urbi, nisi custodiente Deo custodire non posse. Itē
 nihil in ciuitate vel minimū sine certo quodā ord. ne
 esse debere. Siquidē quod caret ordine, alia in super
 ordinata cōsuetudine. Maxime verò ordine & cōtinua
 cura muliebria māgere. Alioquin si mulierū res ne-
 gligatur, duplo plus, mod. & supra duplū detrimētū p-
 uenit ciuitati, q̄ si virorū negligētia res fuerint. Inter
 illi.

hæc ubi mundi antiquitas repetitur: quod dicitur per
 sum generationum principia nos inæstimabili temporum
 magnitudine præcessisse, intellige si obseruas Mo-
 sem, inæstimabili ætatem horarumque numero. Ci-
 clude librum ea sententia, ut triplicem impetum,
 scilicet ad cibum, potum, coitum, nequando præci-
 pitemur, ut triplici e hibemus freno, timore scilicet,
 atque lege, nec a que ratione præterea moderato hi-
 nestorum ludorum a pueritia vsu. Quo per honesta
 sobria reuocemur a turpibus, & ad secula paulatim
 fada prouocemur.

POST omnia quæ hactenus dixi-
 mus, ferme iam magistratus in
 ciuitate constituendi videtur.
 CLINIA. Ita certè. ATHÈ. Dux
 profectò hæc species in ornatu
 reipublice sunt. Prima magistratum con-
 stitutio, quos oporteat, & quo pacto consti-
 tui. Altera de legibus magistratui attribu-
 endis, quæ quot, qualésque sunt singulis accõmo-
 dat. Sed paratè antequàm magistratus eliga-
 mus, commemorati nonnulla ad ipsorù electio-
 nem pertinentia declaremus. CLIX. Quæ-
 nam? ATHÈ. Hæc. Audi iam. Nemini du-
 bium est, quin cum magna res legumario sit,
 siquis ciuitati per leges benè paratæ non ido-
 neos magistratus constituat, quâuis leges be-
 nè positæ sint, tamen non modò id nihil pro-
 derit ritumque mouebit, verum etiã damna &
 calamitates maximas ciuitatibus pariet. CLI.
 Planè. ATHÈ. Hoc itaque considerandù, ami-
 ce, quemadmodù in hac tua ciuitate republi-
 cæque contingit. Vides enim eos, qui rectè ma-
 gistratus accepturi sint, oportere primò satis
 ab adolescentia probatos fuisse tã ipsos quàm
 suos.

*2 Sine recta
 magistra-
 tum cõstituti-
 one nihil
 prodest bo-
 nas leges ha-
 bere.*

suos, vsque ad ipsam electionem. Deinde eos
 etiam qui suffragia laturo sunt, legitimis esse
 moribus educatos: ut [probantes vel impro-
 bantes, possint rectè eligere vel repudiare eos
 qui sunt digni alterutro.] At verò qui nuper
 conuenerunt, cum nec se inuicè satis cognos-
 ceant, neque adhuc instituti sint, quomodo re-
 ctè vnquà magistratus eligere poterunt? **CLIN.**
 Nullo ferme vnquà pacto. **ATHEN.** Sed enim
 certamen (ut aiunt) excusationes non facile
 suscipit. Hoc autè & mihi nunc, & tibi facien-
 dum est: postquam & tu ciuitatis Cretensibus
 instituendæ officiũ libenti animo suscepisti,
 ac dicimus eis in hoc opere, ut ipse dicis: &
 ego tibi auxilium præsentis colloquio affecte
 promittit. Quare sermonè hunc nostrũ sine ca-
 pite & mutilũ esse non patiar. Nã si vagaretur,
 deformis omnibus appareret. **CLINIA.** Opti-
 mè dixisti hospes. **ATHENIE.** Imò etiam sic
 pro viribus faciam. **CLIN.** Faciemus sic pro-
 fas ut diximus. **ATHEN.** Faciamus utique, si
 deus voluerit, & tantũ senectutis obtinueri-
 mus. **CLIN.** At deum velle credendum est.
ATHEN. Credendũ profectò. Quare ipsum se-
 quentes hoc etiã dicamus. **CLIN.** Quidnã? **A-**
THE. Quàm audacter simul atque periculosè
 ciuitas hoc nobis tempore constitueret. **CLIN.**
 Quorũ hæc? **ATHE.** Quia facile & intrep-
 idè rudibus hominib. leges damus, vique ipsas
 suscipiant, iubemus: cũ omnibus ferme ò Cli-
 nia, etiã non multũ sapientibus, perspicuũ sit,
 neminè leges nouas facile suscepturũ. Si verò
 tam diu expectaremus, donec [pueri degusta-
 tis legibus, ipsisque sufficienter enutriti, &
 assueti suffragia cũ vniuersa ciuitate ferre pos-
 sint, atque id pro viribus rectè fieret, certè &

tunc & in posterum certū spem id allaturum
existimo fore ut hoc modo statim à pueritia
gubernata ciuitas diu stet incolumis & per-
maneant.] CLIN. Sic ratio monet. ATHE. Per-
spiciamus ergo si modū quendam ad hæc cō-
modum inuenire possimus. Gnosios oportet,
ô Clinia, præ cæteris Cretensibus, non solum

* ἀγορῶν τε
δου.

a De modo
creandi, &
initio quom
conditur ci-
uitas, & post
ea quæ iam
cōstituta &
confirmata
est, eum ma-
gistratū qui
legum custos
futurus est,
& consistere
debet 37. ut
rit.

* leui opera defungi in constituenda ciuitate,
quā nunc condere cogitatis, sed omni studio
prouidere, ut quā tutissimè atque optimè pri-
mi magistratus constituantur. In aliis quidem
constituendis opera breuior: * legū autē custo-
des ante alios creare summa diligentia neces-
sariū est. CLIN. Qua via istud ratione que fa-
ciemus? ATHE. Hac, ô Cretenses, in quā. Opor-
tet Gnosios quando multarū ipsi ciuitatū pri-
mi sunt, cōmuniter cū his qui in eandē conue-
nere coloniā, & iēipsis & ab illis septē & tri-
ginta viros eligere Decē & nouē quidē ex eo-
rum numero qui coloniā habitabunt ex Gno-
sio ipsa reliquos. Hos utique Gnosij tūc dent
ciuitati, te quoque ipsum, ut huius coloniæ ci-
uē & vnū de octo decemque viris, sine id per-
suadendo aut vi mediocriter cogendo faciāt.
CLIN. Quid ver? nōne & tu hospes & Me-
gillus hic Republic. hanc nobiscum partici-
patis? ATHE. Plurimum sibi, ô Clinia
Athenienses, plurimum quoque Lacedæmonij
tribuunt, & procul utrique incolunt. Tibi
autem omnia cōmodè se habent: & habitato-
ribus aliis similiter secundū ea quæ de te mo-
dò dicta sunt, & quæ tibi atque illis hac tēpe-
state convenientissimè fieri possunt, exposita.
Progressū autē temporis & republi. permanen-
te huiusmodi magistratum designatio fiat.
Quicumque suo equites, siue pedites, arma tu-
lerunt.

lerunt, & iusta stipèdia meruerunt,] bellisque
 tum, cū etas ferret, interfuert, suffragiū in-
 eant in principū electione, comitiāque in tē-
 plo habeantur, quod maximè honorandū ciui-
 tas duxerit. Vnūquisque autē vndecunqve ve-
 nerit, in ara dei nomen suū & patris & tribus
 & gentis in tabula scriptū deponat. liceātque
 cuique si velit, quancunqve tabulā non rectè
 scriptā suspicabitur auferre, & in loco publico
 ponere, vbi non minus quā triginta dies per-
 maneat. Trecentāque tabulas sic approbatas
 vniuersæ ciuitati magistratus ostendant, quæ
 quos velit de istis iterū & accipiat & reiciat.
 centūque ita secundò delecti rursus omni-
 bus ostendatur, tertio verò nominet de centū
 viris quilibet quēcunqve voluerit. Septē autē
 trigintāque viri, eos qui pluribus delecti suf-
 fragiis sunt, magistratus declarent. ^a Quinam
 igitur, & Clinia Megillēque, hæc omnia de ma-
 gistratibus eorūque probatione in ciuitate
 constituent? Nū intelligimus in ciuitatibus sic
 primū constitutis, esse quosdā oportere? Qui
 verò sint? ante omnes magistratus, nulli sunt.
 Cū tamen eos esse oporteat, non viles quosdā,
 sed summos viros atque præstātes. ^b Principiū
 enim dimidiū totius operis esse, prouerbio di-
 citur: atque eū qui bene cœpit omnes ubique
 laudamus. Mihi autē hoc plus quā dimidiū
 esse videtur, rectūque principiū nunquā sa-
 tis ab aliquo laudatū fuisse. CLIN. Rectè lo-
 queris. ATHEN. Quare cū nos id non la-
 teat, ne silentio prætereamus: sed quomodo
 fiat perspicuè declaremus, quamuis ego nihil
 in præsentia nisi hoc vnū necessarium atque
 perutile habeam dicere. CLIV. Quidnam?
 ATHEN. Equidē ciuitatis huius quā conditū-

^a Quinā cō-
 stituet pri-
 mis magi-
 stratib. cui-
 tate qua mo-
 do conditur,
 præsse de-
 beat.

^b Sub. magi-
 stratibus.
^b Prouerbiū
 Principium
 est dimidiū
 totius operis.

sumus, neminem aut patrem aut matrem esse aio, præter ciuitatem illam quæ coloniã mittit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias, à ciuitatibus quæ miserunt, diffidio distractas. Quemadmodũ verò erga parentes legitur filius, qui quãuis aduersaturus illis quandoque sit, in ipsa tamen pueritiæ indigentia genitores diligit ac vicissim diligitur, & ad suos semper refugiens in his solis præsidium repetit: ita quoque nouã arbitror ciuitatẽ erga curatores eius Gnosios, & Gnosios erga ciuitatẽ nouã affici. Repeto igitur quod modò dixi. Non enim nocet bis dicere, quod benedicuntur. Oportet vt Gnosij horũ omnium curã suscipiant, & de colonis viros seniores atque optimos non pauciores quàm centũ deligant, de quẽ ipsi Gnosios alios centum. Quos in nouam ciuitatem profectos oportere dico operã dare, vt magistratus secundũ leges constituantur, & statuti cõprobentur. His factis Gnosium Gnosij redeant: noua verò ciuitas seipsam seruari ac feliciter viuere conetur. ^a Qui autẽ in septẽ & triginta virorũ numero cõputati sunt, & nunc & postea semper istas res curent. Primò quidẽ legũ custodiã habeant: deinde etiã tabularũ, vbi cuiusque magnitudinẽ sui census conscripserit. ^b Sitque maximus census minarum quatuor: secundus triũ: duarum tertius: quartus vnius. ^c Quòd si quis plus quàm in tabella scriptũ dederit, habere deprehendatur, quod superest publicum fiat: præterea reus sit volentis eũ tanquã infamẽ accusare, quando propter lucrũ spernere leges inueniatur. Atque eum quicumque voluerit, turpis lucri nomine, apud legum custodes accuset. Et qui damnatus erit, publicarum possessionum sit expositus,

^a Magistratus eius qui sit legum curas quodnam munus & officium.

^b Quẽ maximum censum velit esse Plato.

^c Quæ poena aduersus eũ statuitur, qui censum suũ non tantum profiteatur, quantum est.

expets, ac si qua bonorum in ciuitate distribu-
tio fiat, nihil præter sortem primã assequi pos-
sit: damnatumque ipsum esse quandiu uiuit,
ibi scribatur, ubi quicumque uoluerit, possit le-
gere. ^a Custos autem legum non plus quã ^a *Custodes*
annos viginti hunc habeat magistratũ, nec pau- *legum qua*
iores natus quã quinquaginta eũ gerat. Ac *atate capes-*
si sexagesimũ ætatis annũ agens magistratum *tere, & q̄*
hunc nactus est, solum prælit decennium: *diu gerere*
hac utique ratione, ut qui septuagesimũ annũ *magistratũ*
excesserit, tantum magistratum non teneat. *illũ debeant*

Hæc igitur tria de legũ custodibus præcepta
sunt, proficientibus verò legibus quiuvis pote-
rit his uitis præcipere, quorum maximè curã
præter ea quæ modò diximus, habere eos oportet.
Nunc verò nos deinceps de aliorum
magistratuum delectu dicamus. ^b Post hæc ^b *Duces e-*
duces exercitus eligendi sunt eorumque mi- *xercitus &*
nistri in bello, magistri equitum, tribuni mi- *in genere*
litum, perditumque ordinatores, quos meritò *belli curato*
multorum more præfectos ordinũ nuncupa- *res quomodo*
bimus. Igitur ipsi custodes legum duces fu- *debeant eli-*
turos exercitus aliquos ciuitatis huius ciues *gi.*
producant, ex propositis autè ius eligendi ha-
beant, quos ipsis visum fuerit is omnes qui
bellis in ætate conuenienti interfuerunt, aut
adhuc intersunt. Quod si quis aliquem eo-
rum qui propositi non sunt, propositorum
alicui præstare existimet, ei liceat loco illius
nominare ac proponere alium, si modò prius
quod ita iudicet, iureiurando confirmauerit.
Et nominatus maiore suffragiorum numero
deligatur. Tres autem qui plura suffragia tu-
lerunt, duces exercitus, bellicarumque rerũ cu-
ratores quæ admodũ custodes legũ cõproben-
tur, qui præfectos ordinũ duodecim, unũ cur-

libet tribui nominent. Nominare autem non nominatum, eumque nominato præponere ita liceat hic quoque, ut de exercitiis ductibus diximus. Comitia verò in præsentia antequam creetur conciliū & præfecti concilio deligantur custodes legū in sanctissimo commodissimoque loco habeant: ubi seorsum pedites & equites sedeant, tertioque deinceps ceteri, quicumque in armis versantur. Et in eligendis quidē ductoribus & magistris equitū, omnes suffragiū ineant: in præfectis ordinū, solummodo qui scuta ferunt: in tribanis militū, equites omnes. Ac leuis armaturæ aut sagittariorū ceterorūque huiusmodi præfectos, ipsi duces exercitiis sibi constituent. Restat magistrorum equitum designatio. Hos igitur illi nominent qui ductores etiā exercitiis nominantur: suffragiūque feratur similiter similitur quoque alterius pro altero propositio. Ferant verò suffragium præsentibus pedibus equites: Atque duo qui maiori suffragiorum numero delecti sunt, omnibus præhiant equitibus: disceptationes autē de suffragiis his fieri liceat. Tertio si quis dubitet, illi suffragia iudicent, qui comitorū modum in singulos statuere ius est. Conciliū triginta cōstet duodenariis. Nā distributio huic per sexaginta trecentosque viros convenit. Et in quatuor partes per nonaginta distribuatur: ita ut à censibus singulis cōsiliarij nonaginta ferantur. Et primum quidē necessariō proferant omnes qui maximo censu sunt: & qui supersederit, pro arbitrio cōdēnetur: postquam verò delati sunt, cōscribatur. sequenti die à secundo censu eodē pacto ferantur. tertia à tertio feratur quicumque velit. Necessariū verò sic hoc triū censū viris. quartus autem minimusque census à pœna sit

*Conciliū
quot homini
bus debeat
constare, &
quomodo eli
gendum.*

sic liber, si quis eorum ferre noluerit, quarta
 die ex quarto minimoque censu omnes ferat,
 hac conditione, ut si quis ex tertio vel quarto
 censu non tulerit, minimè damnetur. Sin ve-
 rò quilibet primi secundive census ferre ne-
 glexerit, condemnetur: ita ut qui secundi cen-
 sus est, in triplo primi damni condemnetur,
 qui verò primi est, in quadruplo. Die quinta
 magistratus ad omnes ciues descripta effe-
 rant nomina: de quibus omnes ferant, qui no-
 luerit, primo damno condemnetur. Eorum
 verò qui ex omnibus censibus electi fuerint,
 dimidium, hoc est centum octoginta, sorte ad
 annui senatus ordinem comprobetur. Sic uti-
 que magistratuum creatio facta inter vnus &
 populi potestatem erit media. ^a Quorum me ^a *Remp. bene*
 dium tenere semper oportet reipublicam, *constitutam*
 serui enim & domini amici nunquam erunt *medium te-*
 Nec prohi & improbi, si æqualibus affician *neve oportet*
 tur honoribus. Inæqualibus enim æqualia *inter vnus*
 inæqualia fiunt, nisi mensuram accipiāt. Nam & *populi po-*
 propter hæc vtraque seditionibus replentur *testatem.*
 respublica. Verus enim prisceus ille sermo, ab
 æqualitate amicitiam procreati, rectè admo-
 dum & concinnè fertur, quoniam verò non
 satis apertum est quænam sit æqualitas qua id
 efficitur, idcirco nos valde turbamur. ^b Dux ^b *Æquali-*
 quippe sunt æqualitates eodem quidem no ^{tas} *Resp. cõ-*
 mine appellatæ, sed effectum in multis penè *times, sed dis-*
 contraria: & alteram omnis ciuitas legum *plex est. a-*
 que lator sorte disponendo potest in distri- *qualitas. A-*
 buendis honoribus adhibere, eam dico quæ *rithmetica*
 numero, pondere, & mensura est æqua *& Geome-*
 lis. Sed verissimam optimamque æqualitatem *trica.*
 non facile quis perspiciet: Iouis enim iudi-
 cium est, & hominibus quidem pauca sem-

per suggerit : quatenus autem suppetit, rã priuatis quã ciuitatibus bona omnia affert. Hęc sanè maiori plura, minori pauciora tribuit, vtrisque videlicet secundum eorum naturam moderata. Atqui & honores virtute maioribus, semper maiores: minoribus autem virtute & disciplina, minores: & vtrisque secundum rationem, quod decet, impertit. Ea enim certò nobis est ciuili iustitia, hanc & nos appetere debemus: atque ad hanc ipsam, ò Clinia æqualitatem respicere, dum hanc nouam condimus & disponimus ciuitatem. & quisquis aliam instituit eodem debet in legibus ferendis aspicere. Non autem ad paucos tyrannos, vel ad vnum, vel populi potestatem, sed ad iustitiam semper inspiciendum. Ea est quam modò diximus, æqualis ipsius secundum naturam quotidie inæqualibus distributio. Veruntamen necesse est, [vt præter has duas æqualitates alias duas* cognomine afanes adhibeat, si se prorsus velit ab omni seditione immunem seruare : æquitas enim illa quæ condonat & remittit aliquid de perfecto & accurato, à iuris recto tramite aliquantulum abhæret ideoque necesse est interdum adhibere æqualitatem sortis, ad multorum offensiones vitandas. Deum & bonam formam precibus inuocando, vt sortem ad id quod iustissimum est dirigant] sic igitur necessariò vtrisque æqualitatibus vti debemus: sed in rebus admodum paucissimis, ea æqualitate cui fortuna opus est. Hæc ita ob hanc causam, ò amici, necesse ab ea ciuitate quæ salutem sit consecutura, seruari. Quæ admodum verò nauis in medio pelago die nocteque custodibus semper indiget: ita quoque

* *ægru-
puit.*

*2 Quomodo
per viros in
ter Senato-
res distri-
buenda sit
& partien-
da custodia
& cura pu-
blica ciuita-
tu, quod atti-
net ad nego-
tia qua sub
inde se offe-
runt vel gra-
uiora vel le-
uora.*

que

que ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu posita, variis subiecta seditionibus ac semper captiuitatis periculo proxima, perpetua eger custodia Propterea & die in noctem, & ex nocte in diem succedere sibi inuicem magistratus & custodes oportet, vt tradentium suscipientiumque custodiam successio nunquam desinat. Quorum nihil multitudo celeriter facere potest. Est autem necessarium, vt maxima senatorum pars plurimum tempus permittatur in priuatum suarumque rerum administratione versari: duodecima vero pars eius, in menses duodecim distributione facta, alia post aliam segillatim custodiat. Quæ unicuique, siue ex ciuitate ipsa siue aliunde ueniendi parata sit, se exhibere seu nunciare quicquam, seu interrogare quispiam uelit de his rebus, de quibus ciuitatem oportet vel respondere cæteris ciuitatibus, vel ab eis interrogationum responsiones accipere. Nouarum etiam gratia molitionum quæ sæpe fieri solent, maximè quidem ne fiant, ac si acciderint, vt quàm celestimè sentiat ciuitas, & remedium afferat, quod per cœtum ciuitati præsentium fieri semper oportet, vt & quæ legibus, & quæ ciuitati repente difficultates accedant, dissoluantur. Hæc omnia curet duodecima concilij pars, quietem in menses undecim habitura. Quam quidem custodiam hæc concilij pars communiter cum aliis magistratibus in ciuitate semper agat oportet. Atque urbana quidem probe hoc pacto ordinata erunt. Totius autem reliquæ regionis quæ cura, quis ordo? An cum ciuitas tota, & uniuersa regio in partes XII. sit diuisa, in ciuitate quidem ipsa viatum, habi-

tationum, ædificationum, portuum, foris-
fontium, factorum, locorum, templorum, cæ-
terorumque huiusmodi omnium constituere
curatores oportet? CLIN. Cur non? ATHEN.
Dicamus igitur templis ædituos, & sacerdo-
des tam viros quàm mulieres præfici oportere.
Ad viarum autem ædificationumque exor-
mandarum curam, ne aut homines iniuriam
inferant, aut ipsæ feræ noceant, sed ut tam
in ipso urbis ambitu quàm in suburbiis, ciui-
tatis consentanea quæque geratur, tres sunt
magistratum species eligendæ. * Et rerum mo-
dò dictarum curatores, appellentur urbis cura-
tores. Qui verò fori venditionisque curam ha-
bebunt, * rerum venalium curatores. Sactorum
autem, sacerdotes. * Et sacerdotia quidē quæ
à parentibus, per successionē seu viris siue mu-
lieribus tradita sunt, nequaquam mouenda.
Si verò aut nullis, aut paucis aliqua huiusmo-
di sunt, quod accidere potest illis qui in no-
uæ ciuitatis habitationem conueniunt, ubi
hæc defunt, sacerdotes tam viri quàm mulie-
res & æditui constituendi sunt. Quæ omnia
partim electione partim sorte fieri oportet.
Atque in omni regione ciuitatēque plebs cum
illis qui extra plebem sunt, per amicitiam con-
iungenda, ut maxima sit in omnibus his con-
sentio. Et quæ ad sacerdotum creationem at-
tinēt, deo committenda sunt, ut quemadmo-
dum illi placet, ita diuina fortuna cui tribu-
tum id sit, sortes ferat. In eorum autem qui
sortis suffragium assecuti sunt, examinatione,
ille est comprobandus, qui integer sit, atque
legitimus, deinde à domo quàm maximè munda:
expers quoque cædis, omniumque huius-
modi, quæ aduersus diuinam rem commit-

tuntur

* ἀστυνόμοι.

* ἀγορανό-
μοι.* De Sacer-
dotibus.

tuntur: cuius & pater materque similiter vixerint. Leges autem de rebus diuinis à Delphis petantur, constituenturque illarum interpretes, atque his vtendum. Sacerdotiũ non diuturnius sit quàm annuum. Nec pauciores annos quàm sexaginta natus sit, qui secundũ sacras leges res diuinis sufficienter est tractaturus. Eadẽmque de mulieribus factis, quæ & de viris statuta intelliguntur. Interpretes autẽ ter quatuor ferant tribus ipsẽ quatuor, ex earum ordine vnaquaq; tres ac tribus probatis, qui maiori suffragio delecti sunt, reliquos nouem Delphos mittat, vt ex quaq; trinitate vnus auferatur. Cõprobatio ipsorum ætatisque talis, qualis & sacerdotum dicta est. Hi per totam vitam interpretandi & exponendi habeant potestatem. Et in defuncti vicẽ quatuor tribus inde aliũ eligat, vnde prior ille defecit. Quæstores & asseruatores sacre pecuniar in templis singulis, qui lucorum agrorumque; ipsiõs dedicatorũ & fructuum cõductionumque & locationum domini sint, tres de maximis censibus pro templis maximis elegantur, duo pro minoribus, pro mediis maximẽque concinnis vnus. Qui non aliter quàm duces exercitus elegantur & cõprobentur. Atque hæc in rebus sacris vt diximus, peragantur. Dauidã verò opera est vt quoad fieri potest, nihil sine custodia sit. Ciuitatem quidem curret exercitus duces, ordinum præfecti, magistri equitum, tribuni, concilij principes, ædiles, atque rerum venalium curatores postquam electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiatur. Duodecim in partes, quoad fieri potuit, æquales regio tota diuisa fuit. Vna itaque tribus partibus cuilibet sorte data, quinque in annũ quatuor

*A Delphis
leges de rebus
diuinis
accipiendæ*

*b Quæstores
pecunia &
redituũ Sa-
crorum.*

*c Quæ ratio
seruanda in
custodia si-
nium, in cu-
randis vitis
publicis om-
nibusque in
genere com-
moditatibus
regionis, vt
tuta sit ab in-
curtionib. ho-
stium & ma-
ximẽ sit ex-
posita: fibus
amicorum.*

agrorum curatores tribuūque principes deli-
 gat, quorum quisque sua ex tribu duodecim iu-
 uenes habeat, non minoris aetatis quam quin-
 que & viginti annorum, neque maioris quam tri-
 ginta, his singulis singulae regionis partes per
 sortem mensisuo tempore tribuantur, ut totius re-
 gionis omnes peritiam habeant. biennio autem
 imperandi & custodiendi curam habeant, prin-
 cipes & custodes. Cum primum partes custo-
 diendas sortiti sunt, per menses singulos loca
 permutent: ad proximum quemque locum, & ad dex-
 teram primum circulariter custodiae principes du-
 cant: dexteram vero plagam appello quae solem
 orientem spectat. Deinde in altero anno ad sini-
 stram commutentur, ne regionis quod ad v-
 num anni tempus solum periti sint, sed & quid
 in quolibet tempore in quacunque regionis
 parte contingat, agnoscant. Tertio autem anno
 quinque alij agrorum & custodiae in prin-
 cipes a primatibus tribuum deligantur ipsorum
 duodecim curatores. Cura vero & opera sin-
 gulis in locis talis sit. Primum ut quam maxi-
 me aduersus hostium impetum regio munita sit.
 Foveis ubicunque opus sit effosis turribusque
 & claustris pro viribus circumductis, nocere vo-
 lentes arceant. Ad haec utique facienda iumen-
 tis seruisque indigenis utantur, quando mini-
 me in suis operibus occupantur: nonnullos ipsi
 praeficientes loca omnia ita disponant, ut per
 ea difficile transire inimici possint, amici vero
 homines, pecudes, iugalia, facile: quibus maxi-
 me peruia regio fiat. Diligentissime procurat,
 ut pluuiales aquae non solum regioni non no-
 ceant, verumetiam conferant ab altis mon-
 tibus cavae in valles fluentes, ubi foveis patie-
 ribusque stagnare eas cogant, ut illic atque plu-
 uiales

giales aqua combibita, inferioribus locis agrisque omnibus scatebras fontesque aquarum efficiant, locaque isto modo siccissima humore multo salubrique irrigent. Fontes autem & fluuios arboribus ædificationibusque ornent. Lucos quinetiam iugi irrigatione & dedicatos diis agros aquis immixtis pingue facere curent, & metallis humorem scatebrarumque adhibeant. Atque ita & abundantia omnia, & templa decorum reddant ornatiores. Vbi que autem in his gymnasia iuuenes tam sibi comede quam senibus præparent, calidis balneis constitutis, & copiose siccis appositis lignis, ut & remedium ægotantibus & lenimen labore defessis agricolis beneuolè afferatur, quæ sanè curatio longè melior est, quam medici parum periti medela.

Quæ sexaginta viris custodibus finium & totius regionis curatoribus tribuatur potestas & iurisdictio, suis terminis circumscripta & rationibus reddendis oritur.

Hæc omnia ceteraque huiusmodi his locis ornamento utilitati, ne sunt, grato quodam cum ludo. Summatim autem circa hæc studium huiusmodi sit. ^a Sexaginta viri singuli ascriptum sibi locum custodiant non hostium causa solum, sed eorum etiam qui se amicos dicunt. Et si quis inter vicinos ac ciues seu seruis siue libet alieni iniuriam inferat, iudicent in paruis quidem ipsi quinque principes: in maioribus autem decem & septem viri unam cum duodecim, usque ad minas tres de quocunque aliter de alio conquiritur. ^b Nemo autem iudex magistratue sit, qui gesti officij sui rationem reddendam non sit obnoxius præter eos qui regum instar finibus imponunt. Atque & agrorum curatores, siquid aduersus eos quorum habent curam, contra meliore gerant, inæqualiter onera inferentes, aut vi aliquid ab agricolis accipientes, aut adulatorum largitionibus, quibus iudicium corripatur: muneribus quidem adulationibusque

capti, opprobrio per vniuersam urbem afficiantur: in aliis autem iniuriis vique ad minam sponte sua vicinis colonisque dent mulctam. Quod si nolant in maioribus vel minoribus iniuriis quod debent, persolvere, quia sperent, eum de loco ad locum per singulos menses trahant, iudicium ac poenam effugere: in communi iudicio accusentur, & qui damnabitur duplum reddat ei quem iniuria oppressit. Viuant autem tam principes quam ceteri curatores agrorum duos annos hoc pacto. Primum quidem omnibus communia singulis in locis habeantur conuiuia: qui vero vno die nocteue aut abfuerit aut alibi edierit, cum nec principes ita ordinarint, neque necessitas vlla coegerit: si quinque vii cum damnent, scribantque in foro deseruisse custodiam, magnis afficiatur opprobriis, utpote qui quantum in se est, rem publicam prodidit. Et à quocunque obuiam facto, volenti que cadere, impune excludatur. Omnes autem sexaginta vii obseruent, ac de principibus aliquis quicquam tale committat: & qui sensit audiuitque si non accusauerit, similiter eademque lege reus sit, quia qui peccauit: ac acriori iuuenum censura punitus in omnibus iuuenum magistratibus contemnatur. Atque hæc quidem omnia custodes legum diligenter animaduertant: primo quidem ne fiant, deinde ut facta, prout ius postulat, puniantur. * Existimare de omnibus hominibus id quisque debet, quod qui nunquam seruiuit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Ideoque gloriari quemque oportet magis quod bene seruerit, quam quod bene fuerit dominatus: primum quidem legibus, quibus qui seruiit diis seruit, deinde senioribus

Qui nunquam seruiuit
 & laude dignus
 dominus esse nunquam
 poterit.

bus qui honestè vixerunt. Postremò totum hoc biennium custodes agrorum humilimum tenuissimùmque victù vsurpent. Itaque duodecim viri cum quinque illis congregati secù sic reputent se tanquam seruos omnium, non posse vti aliis vt famulis & seruis. Nam agricolis quidem colonisque non in proprio ministerio, sed in publico solum vtantur. In ceteris sic cogitent, oportere vt sibi ipsi proprio ministerio & opera victum parent: & state p̄terea atque hyeme serper armati regionem omnem perlustraturi, vt custodiât diligentius, dum loca omnia nouerint: [haud alia enim fortasse maioris momenti cognitio esse videatur, quàm vt omnes accuratè cognoscant suâ regionem.] Atque huius gratia nò minus quàm voluptatis utilitatisque alterius[que in his rebus contingit] adolentes alendis canibus, & reliquæ venationi dare operam debent. [hos igitur ipsos, & ipsorum studium seu manus siue quis *ἡγεμῶνες*, id est quasi absconditos à latendo appellat, siue *ἀγροκόμους*, hoc est agrorum curatores siue quoquo alio nomine velit quis appellare hoc genus vitæ, illud inquam gnauiter curet & exerceat, quisquis vt par est volet suam ciuitatem per se saluam & incolumem esse.] Sequitur vt de ædiliū p̄fecto-
 rùmque vr̄bis electione dicamus. Sexaginta illos curatores agrorum tres sequuntur p̄fecti vr̄bi, tripertitò duodecim partes vr̄bis complexi, qui sanè illos imitantur: viarum vt bis curam habent, vulgariùmque itinerum, quæ à regione in vr̄bem tendunt: ædificati-
 onum quoque vt secundum leges omnes fiant. Aquarum p̄terea, quas custodes deduci in vr̄bem curant, vt in fontes quàm liquidissi-

*De ædilib.
 quos vocat
 ἀγροκόμους
 & vr̄bis p̄-
 fectus, quos
 vocat ἀστυ-
 κόμους crea-
 tione.*

ma sufficientesque ducantur ac civitatem in-
 nent pariter exornent. Oportet hos esse tales,
 ut intermissa suorum cura, otium habeant ad
 publica procuranda. Quapropter quisque à
 maximo censu quem velit præfectum futurum
 nominet. Et de sex qui suffragio ceteros supe-
 rabunt, tres sorte deligant, quibus curam hæc
 sint. Denique comprobati, magistratum se-
 cundum præscriptas sibi leges peragant. Fi-
 diles deinceps, rerum venalium curatores, à
 primo secundoque censu quinque deligantur.
 Eorumque electio eodem ferme modo quo
 præfectorum urbi transigatur. Quippe de de-
 cem, qui ceteros suffragio superaverint, quin-
 que sorte designentur, & comprobati mag-
 istratus declarentur. ^aNominet autem quem-
 libet unusquisque. Qui autem nollet, si ad prin-
 cipes accusabitur, drachmis quinquaginta da-
 mnetur, atque etiam iniquus existimetur. Co-
 mitia communemque certum quicumque ve-
 lit ingrediatur: atque ad id primi secundi-
 que census omnes cogantur. Porro qui de his ab-
 fuerit, decem damnetur drachmis. Tertij ve-
 rò quarti que census homines non cogantur.
 Idcirco qui non interfuit, indemnus sit: nisi
 forte principes urgente quadam necessitate,
 adesse omnibus eduxerint. ^bEst autem adi-
 lium officium, fori ordinem legibus statutum
 servare. Fontium quoque & templorum que
 in eo loco sunt, curam habere, ut ne quis il-
 lic inintiose quicquam agat, & si fecerit ser-
 uus quidem & peregrinus verberibus & vin-
 culis pœnas luat. Cuius autem ab illis drach-
 mis centum condemnentur. Maiori verò mul-
 ta usque ad huius duplam isti, nisi præfecti
 urbi quoque ad sint, condemnare non possint.

Eadem

^a Necessitate
 unicuique in
 e mitiu ma-
 gistratum, no-
 minandi quos
 iudicet ido-
 neos, in suf-
 fragia seren-
 di, unicuique
 imponit Pla-
 to: comitium
 aut aut qua-
 vit de causa
 convocato con-
 cilio publico
 ut perpetuo
 interfuit, pri-
 mi & secundi
 census civis
 vult cogi.
^b Adilium
 que cura &
 qua potestas
 in multum
 imponenda.

Eidem quoque præfectis vrbi in proprio magistratu mulctandi & puniendi conditio sit. Nā usque ad minam condemnandi ipsi habeant potestatem. Ad duplam verò mulctam & dissiū simul autoritas requiratur. Post hæc musica & gymnastice magistratus duplices vtriusque facultatis constituantur: alij disciplinæ, alij exercitationis causa. Qui disciplinæ præfunt gymnasiarum doctrinarumque ornatum & discendi ordinem curent: operamque dent vt tam mares quàm femine in adolescentia honestè ad ista proficiantur: honestè etiam commorentur. Exercitationis curam habeant in gymnastica, & musica ipsi qui munera imponunt atque declarant athleticis, ipsis scilicet certatoribus. Atque hi similiter duplices esse debent: circa musicam alij, alij circa gymnasticam: & in gymnastica quidam iidem pariter in hominum equorumque certaminibus: in musica verò alij in monodia, id est cantu & oratione funebri & imitatione ipsa sicut rhapsodorum, eorum scilicet qui decantatorium componunt carmen, citharistarum, tibicinū, ceterorumque talium: alij in chori cantu. Primum igitur in chori ludo, vbi viri, pueri, & puellæ tripudio ceterisque musicæ modis exercentur. principes eligendi. Vnus autem illi sufficit princeps, non pauciores quàm quadraginta annos natus. Vnum quoque in monodia sufficere arbitramur qui triginta annos expleuerit, qui & introducat homines in certamen: & de iisdem sufficienter cognoscat & iudicet. At verò principem ordinatoremque chori, sic oportet eligere. Qui huic rei vacant, in concilium proficiantur multa imposita, nisi accesserint: huius rei legum custodes iā-

De præfectu circa gymnasia tam ea in quibus excolitur animus quàm illa in quibus corpus exercetur: & reliqui magistratibus, qui ad eas disciplinas pertinent, eorumque creatione.

dices sint : ceteros si nolint , nemo cogat
 [& nominatio quidem ab his ad quos ea
 pertinet facienda de illis qui eius artis sunt
 periti : atque hec vna sit inter alias cau-
 sa reiiciendi vel approbandi nominatum ,
 quod sit peccatus , vel sit imperitus .] Qui
 verò ex designatis decem , ceteros suffragio
 superauerit , & deinde comprobatus fuerit ,
 vnus annuo tempore choro secundum legem
 præsit . Similiter etiam in monodia & tibicino
 designatio fiat , electioque & comprobatio , &
 qui affectus fuerit , eodem modo à iudicibus
 confirmatus , anno præsit . Deinceps autores
 declaratoresque munerum in exercitatione
 gymnastica tam equorum quam hominum à
 secundo tertioque censu ita constituantur . Co-
 mitia ingredi trium censuum homines com-
 pellantur , minimus autem census libe- sit . Et
 de viginti qui præ ceteris suffragio designati
 fuerint , tres ante alios sorte electi , principes
 declarentur , quos comprobantium suffragiū
 confirmauerit . In cuiuscunque autem magi-
 stratus sorte atque iudicio si quis reprobus
 & repulsus fuerit , alius loco eius eodem or-
 dine designetur & comprobetur .^a Restat prin-
 ceps , qui totius disciplinæ in his quæ narraui-
 mus tam feminarum quam marium curam ha-
 beat . Vnum quoque hunc secundum leges
 principem esse volumus non pauciores natū
 annos quam quinquaginta , qui legitimos ha-
 beat filios vtriusque sexus maxime : si verò mi-
 nus , alterius .^b Cogitare debet & qui elegit &
 qui eligitur , hunc magistratum omnium in ci-
 uitate summorum magistratum esse admo-
 dum præstantissimum . In omnibus quippe
 viuentibus prima ipsa germina si aptè cerpe-

^a De creatio-
 ne eius qui
 disciplina &
 institutionē
 iuuenis su-
 pra omnes
 alios mode-
 rari debet :
 item de ma-
 gistratus il-
 lius neces-
 sitate .

^b Quam pe-
 re sit neces-
 saria in Rei.
 rell. a institu-
 tio & educa-
 tio iuuenis .

sint ad naturæ suæ virtutem vim habet sum-
 mam ad finem debitum sibi imponendum.
 Quod & in plantis euenit, & in brutis tum syl-
 uestribus tum etiam mansuetis, & in homini-
 bus. Hominem autem mansuetum animal ef-
 de dicimus. Porro si cum natura felici tectata
 quoque disciplinam fuerit assecutus, in diui-
 nissimum mansuetissimumque animal solet e-
 uadere: si verò non satis aut non bene fuerit e-
 ducatus, ferocissimum omnium quæ in terris
 nascuntur animal redditur. Quamobrem non
 debet legum conditor rem summopere ne-
 cessariam pueritiæ educationem postponere,
 sed operam dare in primis, si rem hanc dili-
 genter est curaturus, ut omnium civium ad
 officia quæque optimus vir eligatur. qui quæ
 maximè pro viribus educandis pueris præpo-
 natur. Omnes igitur magistratus præter sena-
 tum & quaestores in Apollinis templum pro-
 secti, suffragium clam legum custodibus in-
 eant, deligentes singuli quem optimè puero-
 rum disciplinæ existimant præferunt: &
 qui suffragio superabit, à magistratibus qui
 delegerunt, exceptis videlicet legum custodi-
 bus, comprobatus, quinquennium præsit. Et
 in sexto anno alius princeps similiter statua-
 tur. Si quis autem in magistratu publico con-
 stitutus pluribus quàm triginta diebus ante-
 quam munus suum peragat, è vita decesserit,
 illi quibus id curæ est, alium similiter eligant.
 Sin autem orphanorum tutor mortem obie-
 rit cognati atque affines ex utrisque paren-
 tibus usque ad consobrinos & patruales, qui
 præsentibus sunt, alium intra dies decem consti-
 tuant: alioquin drachma quotidie multentur
 singuli, quousque orphanis tutore præ-

*De suffici-
 do statim tu-
 tore orpha-
 nis, in locum
 desinens.

*a Iudiciorū
& fori ratio.*

b Arbitri.

*c Magistra-
tus omnis iu-
dex non ta-
men contra
iudex Sta-
tum est magi-
stratus.*

ficiant. *a* Sed nulla civitas reuera civitas erit, nisi debito ordine iudicia fuerint constituta, iudex autem mutus, qui nec instar arbitri aliquid plus quam litigantes dixerit, in causis discutiendis, nunquam ad ius declarandum sufficiens erit. Quapropter nec si multi sint, facillè unquam bene iudicant, nec si pauci & ignavi Oportet autem semper, ut quod queritur ab utrisque declaretur. Tempus autem & mora frequensque inquisitio, ad aperendam controversiam conferunt. *b* Iudicēs, qui litigant, ad vicinos primum & amicos, & maximè rem de qua queritur cognoscunt adeant. Quod si per eos non sufficienter fuerit iudicatum, ad aliud iudicium proficiantur. Tertium verò, si per duo superiora reconciliati non fuerint, finem imponat. Profectò iudiciorum constitutiones quodam modo magistratum electiones sunt. *c* Omnem namque magistratum necesse est quorundam etiam esse iudicē Non tamen iudex omnis necessariò est magistratus & princeps: quanquā iudex ea die qua iudicium peragit, quodammodo magistratus est non vilis. Igitur quasi iudices ipsi magistratus aliqui sint, de his iam qui quarumque rerum & quot in vnaquaque re esse debeant, disseramus. Augustissimum certè iudicium sit quod sibi met aliqui praefecerunt, communi consensu iudices eligentes reliquarum rerum iudicia deo sint. Alterum quando privatus iniuriam à privato pati conquisitur, eumque in iudicium trahit. Alterum quando reipublice iniuriam à civium aliquo fieri arbitratus aliqui communibus rebus auxiliari conatur. Dicendum est igitur, quos & quales iudices esse oporteat. Primum

iudicium commune omnibus priuatis qui ter-
 tio inter se litigent, ita fiat, Omnis magistra-
 tus tam annui quam maioris temporis pridie
 calendas mensis illius, quo * post æstiuum
 solstitium nouus incipit annus, in templam
 vnam conueniant. Vbi iureiurando interpo-
 sito ex singulis magistratibus veluti quasdam
 deo primitias offerentes, vnum iudicem de-
 ligant, qui optimus esse, & optimè atque
 sanctissime iudicia illo anno redditurus ciui-
 bus videatur. Ac postquam iudices designati
 sunt, ab eisdem qui designarunt, singuli cõ-
 probentur. Et si quis reprobatus fuerit, alius si-
 militer eligatur. Comprobari, illis qui per
 præcedentia reconciliati non sunt, iudicia red-
 dant, & apertè suffragium ferant, audienti-
 bus spectantibusque necessariò consultoribus,
 reliquisque magistratibus qui eos declarau-
 erunt. De cæteris autem iure sit pro arbitrio
 quisque. Quod si quis aliquem iniustam spon-
 te sententiam tũ ille incuset, apud legum cu-
 stodes hoc faciat. Et qui damnatus fuerit,
 dimidiata damni partem iniuriam passò per-
 soluat. Si autem multa dignus maiore videat-
 ur, iudices ipsi, qui condemnarunt, quid aut
 pati aut reddere debet vel reipublicæ vel in-
 iuriam passò, cognoscant. * In publicis au-
 tem accusationibus necesse est in primis mul-
 tudinem iudicij participem facere. Nã quan-
 do aduersus ciuitatem peccatur, omnibus in-
 fertur iniuria. Ideòque meritò grauer pati-
 tur, nisi ad iudicandũ ipsi etiam admittantur.
 Sed & principium iudicij huius & finis defer-
 ri ad populum debet, examen autè & appro-
 batio ad tres maximos magistratus, de quibus
 conueniant litigantes, ac si conuenire ne-

* Post solsti-
 tium æstiuũ
 an nō inceat
 Plato.

* Penes quos
 debeant esse
 iudicia pu-
 blica.

a Priuatorū
iudiciorū, om-
nes quoad
fieri potest
participes ef-
se oportet, q̄
enim à iudi-
candi potesta-
te remoue-
tur, à ciui-
tate se pror-
sus existi-
mat alienū.

* ἢ ἄλλοι
ἢ ἄλλοι
ἢ ἄλλοι
ἢ ἄλλοι.

b Transito,
superiorū cū
sequētib. cō-
nectiōne in-
dicans.

queant, concilium ipsum electionem veriū-
que cognoscat, & iudicet. * Oportet præterea
priuatorum iudiciorum omnes pro vicibus
participes esse. Nam qui à iudicandi pote-
state omnino repellitur, is à ciuitate se pror-
sus existimat alienum. His de causis per ipsas
quoque tribus necesse est iudicia fieri, iudi-
cēsque sorte statim incorruptos precibus iu-
dicare. Et demum iudicium illud cuncta def-
niat, quod intemeratum omnino quoad hu-
manis in rebus fieri potest, esse debere dixi-
mus ad eas lites determinandas, quæ nec per
vicinos, neque per contribules dirimi potue-
runt. Verum de iudiciis quæ magistratus es-
se nec affirmare, nec negare facile sine contro-
uersa quisquam poterit hæc quasi exterius
circunducta descriptio nonnulla complexa
est, nonnulla etiam reliquisse videtur. Nam
iudicialium legum exacta positio atque par-
titiō longè rectius in calce ferendarum legum
locabitur. Quare ad idem tempus has differa-
mus. Cæteri autem magistratus maxima iam
ex parte dispositi sunt. [Quod verò pertinet
ad ordinationem siue vnus alicuius rei, siue
eorum omnium quæ ciuitatem & ciuilem sci-
tiam spectant planè & accuratè explicari non
poterit, prius quàm ipsa tractationis series à
principio secunda, mediā, atque adeo omnes
suas partes complexa ad finem perducta fue-
rit b quæ quidem in præsentia vsque ad ma-
gistratum creationem progressā, vt antec-
edentium finis sufficiens est, ita ferendarum
legum principium, nec moram aut legitimum
amplius patitur. CLIN. Quamuis superiora om-
nia ex animo meo dixeris, hospes, multò
tamen gratus in præsentia mihi id contigit,
quod

quòd cum dictorum exitu, dicendorum ini-
 tium iunxisti. ATHEN. Bellè igitur prudens
 seniorù ludus hucusque nobis sit perlusus. CL.
 Pulchrù sanè studiù virorum significare vide-
 ris. AT. Consentaneum est. Verùm animaduer-
 tamus, si hoc tibi quoque vt mihi videtur. CL.
 Quòdnam? & quibus de rebus? AT. An nescis
 idem in hac re quod in pictorum facultate cõ-
 tingere? Illa quippe nullum in pingendis ani-
 malibus terminum habere videtur, sed semper
 inumbrando, & deumbrando, vel quomodo-
 cunque aliter à pictoribus id vocetur, exor-
 nare conatur, nec cessat vnquam. Non enim
 potest fieri, vt ad pulchriora expressioraque
 incrementum non habeatur. CL. Intellego fer-
 mè audiens quæ dicis. Nullum alioqui huius
 artis vsum habeo. ATH. Nihil tibi id obfuit.
 Sed hac fortè nobis oblata similitudine sic v-
 tamur. Si quis pulcherrimum animal pingere
 voluerit, quod nõ ad peius, sed ad melius futu-
 ro semper tẽpore progrediatur, nõne vides cù
 mortalis sit, nisi aliquẽ artis successorẽ relinque-
 rit, qui siquid vel tẽpore ex animali abolitum
 fuerit, instaurare, vel per imbecillitatẽ artis ab
 artifice prætermissum adiicere possit, atque ita
 fulgentius in dies animal reddere, laboriosum
 illud opus pauco tẽpore duraturũ? CL. Pro-
 fus. ATH. An non legislatoris voluntas hæc
 tibi esse videtur? Principio quidem vt leges
 sibi sufficienter & exquisitè pro viribus con-
 scribantur: deinde procedente tempore, & pe-
 riculo rerum factò, putàsne sic amentem le-
 gislatorem aliquem esse, vt ignoret necessa-
 rium esse talia sibi multa relinqui, quæ emen-
 datione successoris alicuius indigeant, ac pe-
 ior quidẽ, sed melior respublica semper orna-

*Elegantè
 admodũ le-
 gũ ferenda-
 rũ opus pi-
 ctura cõpa-
 ratur, qua
 non statim
 aut ab eodẽ
 pictora persi-
 citur & in-
 choatur, sed
 tẽporũ pro-
 gressu nec so-
 lũ ab eo ab-
 soluitur à
 quo incepta
 est, sed ab a-
 liis succeden-
 tibus, qui si
 operi vti-
 accedat ve-
 parat, si quid
 item desit,
 adiiciunt.*

tiorque efficiantur? CLIN. Probabile est.
 Nam quomodo nolle id poterit? ATHEN.
 Quocumque igitur via poterit, tam te quam
 verbis alium siue maiorem, siue minorem
 docere quomodo conseruanda & corrigenda
 leges sunt, nequaquam in his dicendis de-
 fatigabitur, priusquam ad finem perduxerit.
 CLIN. Ita tene. ATHEN. Nonne id mihi &
 vobis in presentia faciendum? CLIN. Quid
 ais? ATHEN. Quoniam leges latari iumus,
 & legum custodes creati sunt, nos autem ad
 oceanum vitæ appropinquamus, & custodes
 isti nobis iuniores sunt, oportet nos, vt dixi-
 mus, leges ferre simulatque hos tam legum-
 latores quam custodes quoad possumus face-
 re. CLIN. Quidni? dummodo id satis face-
 re possimus. ATHEN. Veruntamen impen-
 sius annitatur. CLIN. Nihil prohibet. ATH.
 Sic ergo ad eos dicamus: O amici legum con-
 seruatores, per multa in singulis nos qui leges
 posuimus, necessariò relinquemus. CLIN.
 Necessè equidem. ATHEN. Quæ tamen non
 patua erunt, imò & rem omnem pro virtutis
 exteriori quadam circumscriptione signifi-
 cabimus, quam quidem impleri à vobis oport-
 tebit. Quò verò id facturis vobis respiciendū
 est: audite. Megillus, egoque & Clinias hæc in-
 ter nos sæpenumero diximus, & probè nos di-
 xisse conuenimus. Vosque rogamus vt & in-
 dulgere nobis, & discipulos præstare velitis,
 ad ea ipsa respicientes, ad quæ legum custo-
 diæ & latari respiciendum concorditer nos cõ-
 sentimus: huius consensionis vnum est caput,
 vt homo bonus efficiatur, habens virtutem
 animi hominis propriam, studio aliquo par-
 tam, aut vsu, aut certa quadam adeptione, vel

* *desiderat*:
 hinc potest fa-
 cile intelligi
 quid sit
 * *desiderat*.
 Hic debet
 esse scopus &
 positus legis-
 latori vt ci-
 ues virtute
 & recte de
 officio erga
 patriam ad ci-
 uitatis bene
 cõstituta ita
 tum conser-
 uandū sentē-
 tiam imbuat.

cupiditate, vel opinione, vel aliquo genere do-
 ctrinatum, seu masculus sit, siue femina, siue
 iuuenis, seu senex. Atque ad hoc ipsum quod
 dicimus quisque per totam vitā omni studio
 tendat, cetera quæ impedimento huic rei sunt
 negligens. Pro patria præterea, si necesse est,
 mori paratus sit, antequā velit aut euerſam vī-
 dete ciuitatem, iugō que seruitutis subiectā à
 peioribus gubernabit fuga ipsam deserere.
 Quippe extrema omnia subeunda sunt potius,
 quam in eam gubernationem ciuitas commu-
 tanda, quæ peiores solet homines facere. In his
 iam pridem nos consensimus, & nunc vos ad
 hæc vtraque respicientes, laudate leges & vi-
 tuperate. Eas in quā vituperate, quæ hæc assequi
 minimè possunt, eas quæ possunt, amate: liben-
 tēque illas amplexi, in ipsis vitā agite. Cetera
 verò studia quæ aliò tendunt, & ad vulgaria
 bona respiciunt, spernite. Sed initiū sequentiū
 legum, hoc nobis sit à factis exorsum. * O-
 portet primum repetere, quod numerus quin-
 que millium & quadraginta partitiones com-
 modas habuit, atque habet, tum totus ipse
 numerus, tum qui per tribus ipsas porrigitur,
 quem totius partem duodecimam posuimus, ** Repetitur
 quæ supe-
 rius de ciui-
 tatis diuisio-
 ne proposta
 sunt.*
 vnam & viginti vigesies rectissimè natam.
 Atque vt totus numerus duodecim constat
 partibus, ita tribus ipsa in duodecim scin-
 ditur. Proinde de vnā quaque parte ipsam
 sacram esse dei munus existimare debemus,
 cum & menses & circuitum vniuersi sequa-
 tur. Quapropter & ciuitatem omnem ducit,
 quod ipsis innatum est, ipsasque sacras facit.
 Alii forsan rectius quàm alii partiti sunt, ac
 diis partitiones suas feliciter dedicarunt. Nos
 autem nunc rectissimè arbitramur quinque

millium & quadraginta numerū elegisse, qui omnes ab una vsque ad duodecim diuisiones habet, vndecimo numero solum excepto, qui minimo quo iam remedio redintegratur. Restituitur enim, si duæ ad alteram partem domus accesserint. Hac vera esse sermo nequaquā prolixus in otio demonstraret. Credentes igitur presenti sermōni & rationi, eam distribuamus, & unicuique patri Deum vel deorum filium inuocantes, atis ceterisque huiusmodi dedicatis, in sacrificiis conuentus duos singulis mensibus faciamus, vt duodecim singularum tribuum, & duodecim ciuitatis distributioni accommodentur. Hæc deorum primò diuinorumque colendorum gratia ita fiant: deinde amicitie quoque & cognitionis mutue, & cōmunis denique consuetudinis gratia, quæ ad matrimonia conficienda summopere necessaria est: vt sublata ignorantia, nemo in his quoad fieri potest decipiatur: sed quisque cui collocat, & quam & à quibus ducit, agnoscat. Necessariè admodum huius rei gratia, in di etiam chorique puerorū & puellarū simul fieri debent, nudatis corporibus quatenus modestus pudor patiat, vt cū ratione in ætate conuenienti, conspiciant alterutrū atque conspiciantur. Quæ quidem oīa curent, oriētiq; chori principes, & cum legum custodibus cōditores, vt à nobis relicta suppleant. Necessè nanque, vt diximus, in his præsertim quæ multa parsque sunt, nōnulla in prima positione legum prætermitti, quæ magistratus sequentes vsu rerum commōiti, quotannis mouebant & corrigent, donec tempus illud adueniret, quo instituta hæc discussa & approbata sufficienter fuille videantur. Tempus aut ad hoc

a Unicuique
partis ciuita
tu Deus ali
quis præficiē
dus.

b Cur bñ sin
gulis mensi
bus in numi
nis in cuius
tutela est
tribus ali
qua solenni
bus sacrifici
ijs tribuē
omnium con
uentus fieri
velit Plato.

c In legibus
de rebus le
uioribus in
terpolandis
mutādo aut
addendo ali
quid quous
que progres
diligeat. Et
vbi pedem
figere oport
eat.

periculum faciendum, moderatū & sufficiens
 decennium erit, quoad sacra & choreas ad om-
 nia denique atque singula. Quæ quidem per
 experientiam emendatio, viuentē legumlatore,
 cōmuniter cū illo fiat. Si decesserit, singuli
 magistratus ad legū custodes de sui magistra-
 tus defectu referant, emendentque donec ap-
 probationi finē suū nacti singula videantur.
 Tunc demū ratas has leges habeant, eisque vnā
 cum aliis quas ab initio legislator conscripserit
 vtantur. In quibus nihil vnquam sponte mo-
 uebunt. Si qua verò necessitas aliquando vrge-
 re videbitur, de hoc vnā consultant magistra-
 tus omnes, & populus vniuersus, & omnia
 deorum petantur oracula. Si horum omnium
 vnus erit consensus, moueant: aliter verò nū-
 quam, sed qui prohibet, vincat secundum
 legem: **Q**uandocumque igitur aliquis quinque
 & viginti annos iam natus alios aspiciens, ab
 aliisque aspectus adiuuenisse sibi credit conue-
 nientem animo suo, atque decentem societate
 ad cōmunionem generationemque liberorū,
 intra quinque & triginta etatis annos vxorem
 ducat. Quo autem pacto decorū illud & aptū
 querendū sit, in primis audiat. Oportet enim,
 vt ait Cilius, ante leges proptium singulis ex-
 ordium ponere. **C. L.** Opportunē meministi
 hospes, tempusque cōmodū orationi cepisti.
A. T. Probē loqueris. Dicamus itaque sic: O
 fili, qui ex bonis parentibus ortus est, eas nu-
 ptias contrahere debet, quas prudētes viri ho-
 nestas ducunt. Qui sanē monerent, nec paupe-
 rum fugere, neque diuitum affinitatem sectari
 præcipue affinitatem oportere, sed cæteris pa-
 ribus pauperiore semper honorare cūq; in so-
 cietate inire. Nā & ciuitati & familiis quæ iun-

* Ne lex rata
 moueatur,
 sub.

a *Præmium
 legu de ma-
 trimonio,
 quod quidē
 præmium
 continet ex-
 hortationem
 ad miscēdas
 & temperā-
 das cōgiu-
 dā similes &
 ingenys &
 opibus perso-
 natis monō a
 loquingent
 conueniat.*

gantur, id conducit. Quippe quod moderatum est & mediocre, immoderato & excedente mirum in modum ad virtutem præstat. Ergo quicumque vehementioris velociorisque quam oportet ad agendum animi sibi conscius est, is det operam oportet, ut quam quietissimorum parentum filiam ducat: & qui contra naturam affectus est, contrariam sibi asciscat affinitatem. Sed una tandem sit communis ratio nuptiarum, ut quisque non iucundissimum sibi, sed civitati utile ineat matrimonium. Etenim singuli semper ad sibi simillimum natura feruntur. Unde civitas tota & diuitiis & moribus inæqualis quam maximè redditur, ex quibus quæ minimè nobis euenire vellemus, maximè civitatibus plurimis accidunt. Sed si hæc per rationem lege lanciremus, ne diues diuitis, aut potens potentis societatem admittat, cogere mique velociores animo cum tardioribus, & tardiores contra cum velocioribus copulari, non modo ridicula nostra oratio videretur, sed & iram permultis concitaret. Non enim intellectu facile est, quod civitas [debeat esse] mixta & temperata instar crateris, de quo vinum furens effusum, bullit, castigatum verò ab altero deo sobrio, atque ita pulchre societatis particeps bonum & moderatum potum efficit.] Quemadmodum verò id in mixta filiorum procreatione fiat, nemo, ut breuiter dicam, potest conspiciere. Quò obrem non lege cogendi, sed persuasionem inducendi ciues, ut æqualem temperatamque liberorum suorum generationem pluris faciant, quam opulentissimæ affinitatis æqualitatem: & eum qui in connubio pecuniis inhiat, non lege scripta coercere debemus, sed opprobriis & increpationibus abstergere. Ad nuptias igitur ut de

Civitas debet esse mixta instar crateris.

et celebrandas & hæc exhortatur, & illa quæ
 in superioribus diximus, ^a assentes oportere
 filiorum filios relinquendo, nostros videlicet in
 diuino ministerio successores, naturam asse-
 qui sempiternam. Hæc omnia atque etiam plu-
 ra quis de nuptiis ineundis exordiendò rectè
 diceret. ^b Si quis autem sponte non pareat, &
 alienus ab hoc consortio uiuat in ciuitate, &
 sine connubio quinque & triginta egerit an-
 nos singulis annis, si de maximo censu est, dra-
 chmis centum mulctetur: si de secundo, septua-
 ginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto, trigin-
 ta. Quæ quidè pecunia deæ Iunoni consecran-
 da est. Si quis autem singulis annis non per-
 soluerit, decuplum debeat. Cuius pecunia ex-
 actor sit dæ ipsius quæstor: ac nisi exegerit ip-
 se debeat, atque hoc in rationes proprias re-
 ferre teneatur. Sed pecuniis quidem qui nolit
 uxorem ducere, ita mulctetur, honore autè sic:
 Primum honores nullos à iunioribus conse-
 quatur, nec iuuenem ullus aliqua in re sponte
 ipsi obtemperet. Deinde si aliquem cedere au-
 sus fuerit, quilibet aduersus ipsum insurgat, &
 ei auxilium ferat, qui accepit iniuriam. Si quis
 aut præsens hoc non fecerit, timidus malusq;
 ciuis à legibus habeatur. ^c De dote verò dictum
 est prius & modò rursus dicatur, æqualia pro
 æqualib; esse, siquidè neq; qui acceperit, neque
 quid dedit, pecuniarum inopia cõsentescet. Necessa-
 ria enim in hac ciuitate abudè omnib; sunt.
 Mulieribus præterea contumeliosus fastus mi-
 nor erit. Minor & uiris humilis illiberalisque
 seruitus. Qui paruerit, unum sanè hoc agat præ-
 clarè. Qui verò non paruerit, sed aut dederit
 aut acceperit quod quinquaginta drachmas
 excedat uelimenti gratia, alius minã, alius tres

^a *Præle reli-
 ta post se
 immortales
 quodammo-
 do reddun-
 tur homines*
^b *Qua pœna
 imponatur
 his qui legit-
 mo tempora
 nõ duxerint
 uxores.*

^c *Dos nulla
 nec danda
 nec accipien-
 da, qui secus
 fuxit multa
 dno.*

feminas, alius minas duas, & qui censum habet supremum tantundem rursus perfoluat & ratio, & quicquid datum fuerit vel acceptum, Ioui atque Iunoni consecretur. Huius pecunie exactores esse volumus horum deorum quaestores, quemadmodum modò dictum fuit, cum de his qui nuptias fugiunt, loqueremur, quod ab eis debetur, esse à Iunonis quaestoribus exigendum. Qui si neglexerint, de suo perfoluant. Fideiussio autem primum patris firmissima sit, aui deinde, tertia fratrum ex eodem patre natorum. Si nullus istorum superstes sit, nunc ex patre matris similiter fideiussio valeat. Sin autem insolita contigerit desolatio; propinquiores agnati atque gentiles unà cum tutoribus fideiubeant. ^a Si qua verò ^b sacra initiatio, aut diuina alia expiatio ad futura vel praeterita vel praesentia in nuptiis agenda videatur, diuinorum interpretes consulant, putentque si illis paruerint, moderatè singula se peregisse. ^b Ad nuptiale verò conuiuium non plures quam quinque amici & amicae quinque, ex latere paterno vocentur: ex cognatis & propinquis totidem. Impensa non maior quam secundum diuitias fiat. Ditissimus minam expendat, alius semiminā, deincepsque proportionè seruata, quo decreuit cēsus, decreuat similiter & impensa. Qui legi parei, laudetur ab omnibus. Sed eū qui nō obteperat, damnēt custodes legū, ^a tanquā à decore alienū, legi q; sponte saluū Musarū prorsus ignarū. ^c Bibere ad ebrietatē vsque, neque alibi vnquā decet, praeterquā in solennitatibus eius dei qui largitus est vinū, nec tutū est, maximè verò connubio coniūcti cum uxore sponfus & sponsa tunc mentis cōpotes esse debent, quando nō paruā ineunt vitæ mutationem

^a De sacrificijs qua ante nuptias ut faustum felixque sit matrimonium sunt peragenda.

^b Aegyptia.

^c Conuiuium nuptiale.

^a Aegyptia.

^c Bibere ad ebrietatem nunquam liceat nisi in festis. Baccho consecratis, sed maxime cauendum in nuptiis qui inebriatur, & ebrius cum uxore rem habeat.

qui inebriatur, & ebrius cum uxore rem habeat.

nem, præsertim ut ex quàm maximè modera-
 tis semper generatio fiat. Firmè enim incertū
 est quæ nox aut dies cum deo ipsam peragat.
 Quare ut solidus, stabilis, & quietus conceptus
 fiat, non oportet corporibus ebrietate diffusis,
 dare operā liberis. Qui autē vino refertus est,
 tam animæ quàm corporis rabie concitatus,
 quodvis & trahit & trahitur. Idcirco ebrius tā-
 quā mente captus ad serendū est ineptus: qua-
 se verisimile est eū fetus inæquales instabiles,
 obliquos tam membris quā moribus procrea-
 re. Quāobrem per totā quidem vitā, & maxi-
 mē quādiu generationi vacat, abstinēbit quis-
 que, cauebitque ne faciat, vel quæ suapte natu-
 ra & sponte morbos inducunt, vel quæ ad pe-
 tulantiā iniuriāque declinant. ^aHæc enim in
 animos & corpora nascentiū necessariō trans-
 lata, illic imprimuntur, peioresq; inde nascuntur.
 Sed præcipuè die illo ac nocte à talib; abstinē-
 dū. ^bPrincipiū nāque & numen hominib; insi-
 tū, si convenienti sibi à singulis munere ipsius
 ventibus honore afficiatur, omnia seruat. O-
 portet autē alterā ex duabus domib; quæ sor-
 te contigerunt, quasi ad pulloꝝ generationē
 educationēque destinatā, spōtum existi-
 mate, atque ibi separatū à parentibus nuptias
 celebrare, vbi sit eū liberis suis habitaturus. Nā
 si quoddā in amicitii desiderium inest, mo-
 res omnes quasi glutino quodam connectit
 & vincit. Consuetudo autem satura nec vllum
 habens per intermissionem temporis deside-
 riū alterum ab altero satietate disjungit. Quā-
 propter parentib; vtrisque; affinihusque relictis,
 seorsum quasi ad coloniā proficiscantur, ac vi-
 cissim seipsoꝝ visitates habitēt, liberos genera-
 do & educādo: & vitā quā ab aliis acceperunt

^aParentum
 mores & vi-
 tia in proli-
 animis &
 corporibus
 imprimuntur
^bPrincipiū
 rei cuiusque
 & numen
 ab hominib;
 honorandū

* Vitam à patribus acceptam quasi stipulam tradidit, patres liberis suis.

a Quomodo seruos tractare debeant domini res est qua dubitamus habet, non parum.

b Seruorum quorundam in dominos magna fidelitas.

* Seruus fideum non est.

à se quasi * lampada aliis tradant, deos semper secundum leges colentes. Post hæc considerandum est, quarum rerum maxime honesta possessio sit. In plurimis quidem seu cognoscendis siue comparandis & possidendis, nulla est difficultas. In seruis autem id omnino difficile: Causam verò, & rectè quodammodo & non rectè rursus de ipsis dicimus. ^a Nã & contra usum, & iterum secundum usum facimus ea quæ de seruis dicuntur. MEG. Quo pacto id dicimus? Non enim intelligimus hospes, quid modo dicere velis. ATH. Non iniuria, ô Megille. Ferme enim illa Lacedæmoniorum seruitus, quæ Hilotiæ vocatis, præ cæteris Græcis maximam dubitationem & contentione facit, cum aliis bene, aliis contra instituta videatur: Herclidarum verò minorem quam Mariandynorum disputationem habet: postremo seruilibus apud Thessalos turba est. Hæc utique & huiusmodi omnia respicientibus, quid de seruorum possessione agendum est? Hoc certè mihi nunc excidit, & tu meritò me interrogasti quid dicerè. Hoc autem huiusmodi est. Scimus profectò, quod fatemur omnes, seruos quædam beneuolentissimos atque optimos habendos esse. ^b Multi enim iam serui quibusdam meliores ad virtutem omnem quam fratres & filij, dominos eorum, bona & domos vniuersas seruarunt, Hæc de seruis prædicari non ignoramus. MEG. Certè. ATH. Contra etiã dicitur nihil in animo seruiète integrum inesse, nec quicquam seruorum generi esse credendum. Quod & sapientissimus poetarum testatur nobis, cum de Ioue sic loquitur: Dimidium mentis Iupiter illis aufert, qui seruitutis sorti subiecti sunt. Hæc itaque admodum diuersa de seruis homi-

nes cogitantes, alij nihil generi seruorum credunt, sed stimulis atque verberibus quasi ferarum naturam, non ter tantum sed saepius ministrorum animos seruiles efficiunt. Alij contra omnino faciunt. CLINIA. Ita est. Sed cum tam diuersa de seruis homines sentiant, quid nobis hospes hac in nostra regione de possessione castigationeque seruorum est agendum? ATHEN. Perspicuum mihi videtur, ô Clinia, quando difficile domatur homo, & ad necessariam distinctionem serui à libero & domino re ipsa deduci ægrè patitur, difficile possessionem hominem esse. Quod exemplo in crebris Messeniorum rebellionibus apparuit. & Ciuitates præterea quæ multos eiusdem linguæ seruos habent, planè fecerunt, quot quâque hinc mala sequantur. Piratarum quoque furta & latrocinia, quæ maximè circa Italiâ abundabant, hinc oriuntur. Quæ omnia si quis animaduertat, quid de his faciendum sit, dubitabit. Dux igitur solùmmodo restant viæ, vt qui facillè seruituri sunt, nec eiusdem patriæ sint, & quàm maximè fieri possit inter se dissoni. Educanturque rectè, non solùm ipsorum gratia, sed dominorum multò magis. Est autem recta horum educatio, vt nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriâque his multò minus, si fieri possit, quàm æqualibus inferenda. ^b Liquidò enim cognoscitur qui natura non fictè iustitiâ colit, oditque reuera iniquitatem, quum cauet ne iis iniuriam faciat, quibus facillè potest. Qui ergo circa mores actionesque seruorum nihil vnquam facit impiè, nihil iniquè, atque ita in his se seruat immaculatùm, ad producendas vitutis fruges erit aptissimus. Idè quoque de domino, & tyranno, omnique potentiore aduersus

*a Serui neq;
inhumanè
& crudeli-
ter tractan-
di, neq;
mol-
liter & fami-
liariter ha-
bendi.*

*b Is demum
verè, nec fi-
ctè iustitiâ
colere cogno-
scitur, qui er-
ga imbecil-
iores & de-
biliores ab
omni iustitiâ
abstinet.*

imbecilliores rectè dici potest. Castigandi ex-
dendique semper iure sunt serui, neque ita
monendi ut liberi, ne molliores fiant. Alloquu-
tio omnis ad seruos quodammodo, imperiū sit,
neque iocus ullus eū ipsis seu forminis siue ma-
seulis habeatur. Quod multi Naltè facientes,
dum delicatius eos nutriunt, difficiliorè vitam
& sibi ad imperandum, & illis ad obediendum
reddunt. C. I. Rectè loqueris. ATH. Hoc igitur
pacto seruos quisque & numero & facultate
ad singula vitæ ministeria aptos habeat.

*a De adibus
ram publicis
quàm priua-
tis.*

Verum post hæc habitationes oratione descri-
benda sunt. CLIN. Profus. ATHEN. Ad
nouam profectio civitatem, & antea nullis ho-
minibus habitatam, in primis ædificia procu-
randa sunt, & modus templorum mitorum-
que habendus. Quæ sanè nuptias præcedere
debeant, & Clinia. Sed quoniam verbis nunc
agitur, ita nimirum licet ponere. Quando verò
rè ipsa aggrediemur, hæc ante nuptias si deus
voluerit collocantes, reliqua deinceps omnia
peragemus. Nunc autem tanquàm in figura qua-
dam hæc breuiter percurramus. CLIN. Fiat.

b Urbis situs

ATHEN. *b* Urbs quidem tota in circuli in-
locis sublimibus deducatur, ut & munitior sit
& mundior. Tempia circa forum struantur,
iuxta hæc magistratum iudicumque palatia
in quibus quasi sacratissimis iustæ & accipient
& ferent sententiam, partim quidè tanquam
de rebus sacris iudicaturi, partim verò tanquàm
iudicantiū deorū ibi sint delubra. Ibi etiā iudi-
ciaria domicilia, in quibus de homicidiis cæte-
risq; capitalibus iniuriis iudicatur. *c* De muris
autè, & Megille, Spartiatis ego consentio, mu-
rosq; in solo iacere & nō extolli facilè patiar.
Probè enim poeticum illud laudatus, quo

*c An muris
elansam esse
civitatem ex-
pediat.*

*c Muri civi-
tatis debent
esse anei &
ferrei.*

æneos & ferreos magis muros quam terreos
 condere admonemur. Apud nos verò id insu-
 per valde ridiculū esset si singulis annis in a-
 grum iuvenes emittentes qui cancis, foueis, æ-
 dificiisque confectis, longe hostes à sibi ar-
 ceant: muros quidem circumduceremus, quod
 primum ad sanitatē ciuibz nihil confert: dein
 de animos ciuū emollire & eneuare consue-
 uit. Efficiunt enim, vt facillē intra eos se reci-
 pientes, hostes minimē fugent, putentq; se nō
 diurna nocturnaque custodia vigilantes, sed
 mutorū septo & vallo dormientes saluos fore,
 quasi ad desidā nati sint, ignorātes certe que
 tem à laboribus originē trahere, atque è turpi
 otio & negligētia nasci labores solere. Verūm
 si muris aliquibus muniti homines sunt, sic
 ab initio priuatæ domus quæque condantur,
 vt tota vrbs æqualitate & similitudine vnus
 sit murus, habeantque domus omnes sic tutū
 ad vias aditum. Quæ certē dispositio & intuen-
 tibus erit grata, cum domus vnus figuram to-
 ta ciuitas habeat, & ad custodiæ facilitatem
 & ad omniū denique conseruationē erit lon-
 gē omnium cōmodissima. Hæc ita à principio
 construi qui habitaturi sunt ciues maximē cu-
 rent. Ediles quoque prouideāt, & eos qui ne-
 gligunt, multa cōpellant. Curæque vt vrbs
 quā mundissima sit, nec à priuatis vnquam
 patiantur aut ædificando aut fodiendo publi-
 cū aliquid occupari. Aquarū etiam pluvialium
 vt abundē & facillē defluant, curā habeant: hæc
 omnium quæcunque vel in ciuitate vel extrā
 sunt habitāda. Sed hæc omnia & cetera quæ à
 legibz (quia nō omnibz prouideri poterat) præ-
 termissa sunt, legū custodes vsu docti ordinēt.
 Postquā verò hæc & circa forum ædificia &

gymnasia, & theatra spectantiū, & docentium
 discentiumque domicilia disposita sunt, ad ea
 quæ nuptias sequuntur, in ferendis legibus
 deinceps pergamus. **CLIN.** Sic est faciendum,
ATH. De nuptiis igitur ita ut diximus, **ô Cli-**
nia, res se habet: post quas viuendi regula quæ
 filiorum procreatione præcedit, non breuior
 quàm anni temporis sequitur. ^a Sed qua ratio-
 ne in præstantissima ciuitate sponsus sponsæ-
 que conuiuere debeant, cum prædictis quidē
 cohæret, sed facile dictu non est. Imò verò
 cum multa in superioribus difficultia sint, quæ
 de his dicenda sunt, difficilius cunctis vulgus
 accipiet. Quod tamen verum rectūque vide-
 tur, dicendū etiā, **ô Clinia.** **CL I.** Dicendū omni-

a Quomodo
 simul de-
 beāt viuere
 matrimonio
 coniugati.

b Non so-
 lam publica
 & commu-
 nia sunt ordi-
 nanda, sed
 priuatorum
 etiā vita cer-
 ta legib. mo-
 deranda est.

c Quomodo
 Quæ conui-
 uiorū publi-
 corū causam
 fuisse apud
 Cretenses sit
 verisimile.

no. **ATH.** ^b Quicumque itaque publica solū
 atque cōmunia censer legibus ordinanda, pro-
 pria verò etiā quæ necessaria sunt, non curat,
 ac licentiam singulis quotidie viuendi, ut vo-
 lunt, præbet, neque certo ordine putat omnia
 faciēda, sed priuatis neglectis, publica & cōmu-
 nia secundū legē gesturos homines opinatur,
 non rectē opinatur. Quorsum hæc? Nēpe quo-
 niā oportere spōsōs atterimus Reipub. nostræ
 nō minus nec aliter aliis tēporibus, quàm ante
 nuptias cōuiuuiis publicis viuere. ^c Mira quip-
 pe res quando apud vos primū cōuiuia pu-
 blica instituta sunt, visa fuit, quā vestri bello
 vel alia re quæ vim eandē haberet, in hominū
 paucitate coacti instituerunt: cūq; propter ne-
 cessitatē vñ fuissent, plurimūque ad salutem
 conferre res visa esset, legib. statuta est. **CL I.** Vi-
 detur. **ATH.** Mirū igitur id fuit, imperantique
 primò arduū. Quod nunc si quis ita lege sanc-
 ire aggrediatur, minus certē erit difficile factu.
 Verūm quod deinceps sequitur & dictu & fa-

At arduū est: quod quāuis nusquā fiat, tamen
 si alicubi fieret, rectē vtique fieret, sed tale est,
 vt in eius descriptione legislator sicuti luden-
 tes * ignem percutere, & alia quāuis impossi-
 bilia aggredi videatur. *CL I.* Quid istud est ho-
 spes, quōd dicere adeō formidas? *ATHE.* Au-
 diatis iam, ne longiore vos mora frustra deti-
 neam. Quicquid enim in ciuitate legis ordi-
 nisque est particeps, cuncta ex eo bona proced-
 unt. Quæ verō ordine carent, vel malē ordi-
 nata sunt, ea etiam quæ benè sunt ordinata, dis-
 sipant. Quod huic quoque rei accidit. Nam
 vobis, o Megille & Clinia, præclare, & vt dixi,
 mirificè ex diuina quadā necessitate [consti-
 tutū est vt viti publicè * simul cibum sumant *
 de fæminis autem non rectē illud institutum
 omissum iacet in tenebris.] Quod quidē genus
 aliud hominū est & differens, nobisque occul-
 tius & versutius natura est propter imbecillita-
 tē. Idcirco cessit legislator, neque rectē præter-
 misit. hoc enim prætermissio, multa vobis secus
 abeunt, quæ longè melius se haberent quàm
 nunc, si hoc ipsum fuisset legibus ordinatum.
 [neque enim duntaxat dimidium rei: vt quis
 forsitan possit existimare, fuerit peccatū, si ea
 quæ ad mulierū cultū & victū pertinent, in-
 ordinata negligantur:] sed quantō natura mu-
 liebris ineptior est ad virtutē quàm virilis, tā-
 tō excedit, vt plus quàm duplū esse videatur.
 Repetendū igitur hoc, & corrigendū, omniāq;
 fæminis cū vitiis cōmunia ad ciuitatis felici-
 tatē studia cōstituēda sunt. Nūc verō sic infeli-
 citer ad hoc institutū est humanū genus, vt nō
 sit prudētis, huius rei mentionē in aliis regio-
 nib. & ciuitatib. facere, vbi nunquā eiusmodi
 ratio publicè & simul cibū capiēdi probata est.

* sic xij
 & vter.

*Reprehen-
 dit hoc inter
 alia Plato
 in Cretensiu
 legibus quod
 fæminas, si-
 cut & viros
 publicè & si-
 mul vteri nō
 constituerint*

Vnde igitur quisquā non ridiculē ad manfē-
 stū cibī potūsque assumptionē muliere cogere
 possit: nihil est profectō quod molestū la-
 turum genus hoc videatur. Nā cum timidē &
 obscure degere consueverint, latronē legis in lu-
 cem conantē educere omni reluctatione repe-
 lent. Hoc inquam genus alibi quidē, quemad-
 modū dixis nec orationē ipsam rectē dicentis
 sine ingenti reclamatione audiet, hic autem
 forsitan sustinebit. Quare si vobis quoque vi-
 detur, colloquutionis gratia, ne disputatio de
 republica māca relinquatur, dicere vobis quā
 bona decēsq; res hęc sit. Si vobis placeat in-
 quā, aliter verō dimittā. CLIN. Mirū in modū,
 hospes, audire desideramus. ATHEN. Audiamus
 iam igitur. Sed ne admiremini, si rem altius
 repetere visus fuerit. Nā otio abundamus, ne-
 que aliud quisquā nos urget, quō minus om-
 nia vndique que ad leges spectant considerē-
 mus. CLIN. Rectē loqueris. ATHEN. Prima

*a Dubitat
 Plato an ho-
 minū gene-
 ratio ab æ-
 terno fuerit.
 b Vary va-
 rii seculū
 mores & in-
 stituta fue-
 runt, cum in
 aliis reb. tū
 maxime in
 vultu cultū
 que corporū.*

itaque repetamus. *a* Scire omnes oportet, ho-
 minū generationē vel nullū profut vnquam
 initium habuisse, neque terminū habiturū, sed
 fuisse omnino semper & fore: aut si cepit, in-
 æstimabili iā ante nos temporis magnitudine
 incepisse. CLIN. Planē. ATHEN. *b* Nōne per
 omnē terrā vires multas conditas arbitratur
 atque destitutas, & diuersa præcessisse homi-
 nū studia, partim cum ordine, partim etiā sine
 ordine? Cibi itē potūsque & vescēdi condiēdiq;
 vsus quā plurimos, & mutationes tēporum
 varias in quibus animalia diuersis modis trās-
 mutata fuisse credendū? CLIN. Nihil prohibe-
 bet. ATHEN. Quid poridē? Vires putamus cepisse
 olim, cum non essent: similiterque oliuas, &
 Ceteris atq; Proserpinæ munera, quæ Triptole-
 mus

mus aliquis ministraverit? Animalia verò, tem-
 pore quo ista non erant, nonne sicuti modò,
 alterù ab altero deuorabantur? C. L. Proculdu-
 bio. A. T. H. N. ^a At verò quod ad sacrificia per-
 tinet, nomine ab hominib. sacrificari apud
 multos videmus: contrariù etiã de aliis audi-
 mus, sicuti quando nec bouillas quidē carnes
 gustare audebamus, nec animalia dus immola-
 bamus, sed liba & fructus melie madentes. ex-
 terãq; huiusmodi sacrificia pura diis offere-
 bantur. Carnib. autem abstinēbant. Nam veisci
 carnibus, & deorum aras polluere sanguine
 impiù videbatur. ^b Ita Orphica quãdã vita tũc
 vigeat. Inanimatis quippe omnibus veiceban-
 tur, & ab animalibus omnibus abstinēbant.
 C. L. Feruntur hæc passim, vt dicis, & valdè cre-
 dibilia sunt. A. T. H. Sed quorsum hæc à nobis
 omnia dicta modò sunt, forsitan aliquis percon-
 tabitur. C. L. N. Probe, ò hospes, id coniecisti.
 A. T. H. Propterea, si potero Clinia, quæ sequun-
 tur deinceps, declarare conabor. C. L. Diciam.
 A. T. H. ^c Trina quadam indigentia, atque cupi-
 ditate omnia hominib. dependere perspicio, in
 quibus si rectè instituantur, virtus, sin contrã,
 vitium nascitur. Harum duæ sunt in animali-
 bus statim natis cibi potúsque cupiditates. Ad
 quæ cū omne animal innatũ habeat appetitũ,
 impetu rapiunt, nec verba illius auscultat, qui
 monet aliud agendũ esse, quã vt horã cupidi-
 tates voluptatèsq; expleatur, & dolores cõtra-
 rij deuentur. Tertia verò nobis indigētia in-
 digēs, & cupiditas acutissima, posteriùs quidē
 innascitur, sed ardentissimo furore & maxima
 petulãtia homines vitit, & agitãt, ea quæ ad pro-
 pagationem generis inest. Hi tres morbi ad id
 quod iucundissimum dicitur, rapientes, ab

^a Fuit tẽpus
 quum homi-
 nes non sacri-
 fi. arẽ sed lã-
 bu & placẽ
 tis, frugibus
 dumtaxat
 deos placã-
 rent.

^b Orphicã
 vita qualis.

^c Tr.ũ verũ
 nempe cibi,
 potus, & pro-
 lu generãdo
 vehemētis-
 sima sunt in
 homines cu-
 piditates,
 qua tribus
 magistris in-
 pe metu le-
 ge, & vera
 ratione sunt
 moderanda.

eo ad id quod optimum est, tribus maximis rebus vertendi sunt, timore, lege, vera ratione. Quibus cum Musæ & dii certaminū præfides adhibeantur, ut incrementū & affluxum huius cupiditatis extinguant. Procreationem quidē liberorū post nuptias collocare debemus. Post ipsam verò procreationē, educationē & disciplinā. Sic, n. forsan procedete oratione lex quæ que in priora progressa, ad hanc simul velle dī rationem perducetur, quando in cœtus & cōmuniones huiusmodi peruenerimus: atque verū viris solis, an etiā mulieribus hęc cōmuniones imperandę sint, tunc planius cōspiciemus, eum propius accesserimus, & quæ illas præcedere debent, necdū lege disposita sunt, suū digesta in ordinē ipsis præposuerimus. Ita sanē, ut modò dicebā publicū istum est cōmunem conuictum accuratius inspiciemus conuenientiorēque de illis leges trademus. C L I. Scitē loqueris. A T H. Teneamus itaq; memoria, quæ modò dicta sunt. Fortē. n. vsui nobis quādoq; erūt. C L. Quæ tenēda iubes? A T H. Ea quæ tibi, potus venerisq; vocabulis appellauimus. C L I. Fiet omnino, hospes, ut iubes. A T H. Præclare quidē. Sed veniamus ad rem sponsalē, & sponsum ac sponsam quomodo liberi procreandi sunt, doceamus, ac nisi persuaserimus, legū quæ runda positione minemur. C L. Quo pacto? A T H. N. Cogitare omnino sponsus & spōsa debent, quo pacto quā pulcherrimos & optimos ciuitati liberos poterunt procreare. Omnes autem homines qui cōmuniter aliquid operantur, quādo cūque & ad se inuicē & ad opus ipsum intēdūt animū, benē & pulchrē omnia faciunt. Si verò vel non habuerint mentem, vel non adhibuerint, contrā. Quare spōsus ad
sponsam

Quo tempore & quam diu maritatus debeant liberi operam dare, idq; se dulo agere.

sponsam procreationemque liberorum ani-
 mum vertat, & sponsa similiter ad sponsum,
 in eo tempore præcipue quo adhuc nõ genu-
 runt. ^a Harum rerum curã habeant mulieres
 siue plures seu pauciores, prout placuerit prin-
 cipibus electæ. Quæ quotidie in Lucinæ con-
 gregentur tertiam horæ partem cõmoraturæ,
 atque ibi aliis alia nuncient, siquidem virum
 mulieremve illorum qui matrimonij copula
 adstricti gignendi habent facultatem, aliõ in-
 tendere animũ videant, quàm ad ea quæ in sa-
 crificiis nuptiarũ iussa fuerunt. Procreatio au-
 tem liberorũ, & eorum qui illi vacant observa-
 tio decennium non excedat, quando adsit ge-
 nerandi fecunditas. Si quæ ad id tẽpus ince-
 cunda perseverauerint, consilio cum propin-
 quis & mulieribus harum rerum curatricibus
 habito, prout cõmodum utrisque est, disun-
 gantur. Siqua verò de utriusque cõmodis acci-
 derit altercatio, decem de legũ custodiis de-
 lecti quos ipsi voluerint, cognoscãt. Sed & mu-
 lieres ipsæ iuuenũ domos ingressæ, partim mo-
 nitis, partim minis ab inficitia ipsos & delicto
 depellant. Quod si nequeant, legum custodi-
 bus nuncient, atque illi id curent. ^b Qui si pro-
 hibere non potuerint, rem ad populum defe-
 rant, & scriptis peccantiũ nominib. iureiuran-
 do affirmet se illos meliores facere nõ potuis-
 se. Et qui scripto delatus est, nisi accusatores
 conuicerit, infamis sit: nec nuptiis procrean-
 disque liberis vterius det operam. Ac si id ten-
 tauerit, liceat cuilibet cedere ipsum impunè.
 Eadẽ sint & mulierum pœnæ. Expertes enim
 muliebrum degant honorum, nec ad nuptias
 partusque liberorum profectæ recipiant, si in
 iudicium arcessitæ damnatæ etiam fuerint. dari.

^a Adhiberi
 vult Plato
 mulieres
 quæ inspe-
 ctionem ha-
 beant in con-
 iuges utrius-
 libet simul
 consuescants
 & deni ope-
 ram proli su-
 scipienda tẽ-
 pore statuto
 & an rei a-
 pti sint, ut si
 minus aptos
 ei simul con-
 sentiẽtes vi-
 derint, illos
 si ita visum
 fuerit de co-
 gnatorũ sen-
 tentia sepa-
 rent.

^b Quæ pec-
 ca statuatue
 aduersus eos
 qui peccan-
 tes aduersus
 leges conu-
 gales nõ pos-
 sunt corrigi

*a Adulteriū
puniendum.*

a Si postquam secundum leges filios procreauerunt, aliena quispiam uxori coniungitur, vel mulier viro, illis scilicet adhuc generantibus, pœnis eisdem subiaceant, quibus & ipsi dum gignebant. Sed viri & mulieres post liberorū procreationem castè viuentes, in his omnibus summoperè honorentur: qui contrà, vituperentur. Si contigerit vt plures in rebus eiusmodi moderate se gerant, quæ præcepimus silentio sine scriptis legibus habeantur & fiant: si autem plurimi se minimè continebunt, legibus ista lanciantur, & ad eorum normam de singulis huiusmodi iudicetur atque agatur.

*b Quo quisque
anno natus sit, diligenter
scribendum.*

b Vitæ totius initium primus annus omnibus est, quem in facellis paternis vt viuendi initiū tam puero quàm puellæ, scriptum esse oportet. Adscribatur autem in pariete dealbato in vnaquæque tribu iuxta numerum prætorum à quibus anni denominantur: & cuiusque tribus viuentes homines proximè scribantur semper, & natura cedentes similiter deleantur. *c* Nuptiarum tempus puellæ sit à sextode-

*c Nubendi
tempus legiti-
mū femina-
nis, stern ma-
ribus.*

*d Quod Ma-
gistratus,
quod sit bel-
li legitimum
tempus.*

cimo in vigesimum, idque sit longissimū tempus ad hoc institutū. Masculo à trigésimo ad quintum & trigésimum. *d* Magistratus gerendi tempus, mulieri quidē annus quadragesimus: viro autem trigésimus quintus. Belli ab annis viginti ad sexaginta in viris: in mulieribus postquam filios pepererunt, vsque ad quinquagesimum ætatis annum. In quibus obseruandum est, vt ad eum belli vsum potissimum qui & possibilis eis sit & decens, accipiantur.

DIALOGO.

DIALOGVS

SEPTIMVS DE LE-

GIBVS, VEL DE LEGVM-
IATIONE.

Marfilij Ficini Argumentum.

Regreditur Plato in septimo rursus incōparabili
diligentia ad prima ætatis tenera rudimenta,
imò vero progreditur. Nunquam enim, ut ita dixe-
rim, ab hoc ipso digreditur, indicans totū reipublica
bonum aut malū, in bonis aut malis moribus, privati-
tatem, atque hos præterea omnes in bona vel mala æ-
tatis primæ educatione consistere. Præcipuè verò id
efficit in primis statim libris, atq; hoc iterū septimos
utrobique pictor diligentissimus. Sed ibi quidē adum-
brando: hic verò pictorum more dixerim, colorando.
Rursus ibi eiusmodi diligentiam præmium legum
vult haberi: hic verò figuram iure substantiam le-
gum antecedentem. Leges enim scriptas fore irritas
inquit, nisi eiusmodi præcesserit diligentia. Ibi præ-
terea simul & hic post puerilem ad iuuenilem dein-
ceps atque virilem progreditur disciplinā. Neque
ab re post nonnullas sacrorum leges in superioribus
ad nuptiales euestigiis processit leges quasi sacras,
ut diuinū animalis ortum auspicaretur à sacris. Mox
verò post connubia ad formandos pueros se accingit,
nec natos tantum, sed & nascentes, imò etiam na-
scituros, non minus in hac ipse seminis humani cul-
tura, sagax, prouidus & accuratus, quàm in frugum
seminibus agricultor. Quorsum verò spectare censes,
quod ait in re muliebri multò plus discrimini esse,
quàm viril? Item mulieres abstinere à vino oportere
qua melle generandi sunt filij, imò etiam & proxi-

mo precedenti tempore, & toto conceptionis anno ab
 omnibus antimum perturbantibus? Hac procul dubio
 eo spectant, ut nihil exaltissima cura ad humanam
 culturam spectanti pratermittatur. Animaduertes
 autem ex hu Platone existimauisse, non virum tan-
 tum, sed etiam mulierem in filius generandis vicem
 agentis cause obtinere. A quo quamuis quodam mo-
 do differens Aristoteles consenserunt tamen pluri-
 mi apud medicos probatissimi. Profecto si suum quis-
 que opus diligit, propterea que pater filium diligit
 magis quam diligatur a filio materque ardentius
 quam pater amat natum, coniectare licet causam
 esse una cum viro huius operis effectricem. Quod
 quidem hinc etiam confirmari potest, quod filij non
 minus, ac sepe etiam magis matribus similes sunt
 quam patribus. Similitudo vero tam propria tam-
 que frequens indicat factum substantiam non a patris
 tantum, sed matris etiam effectione suscipere. Omni
 enim cause conatus fertur ad simile producendum. De
 niq; cum speciei eiusdem sit mater & anima, vires ha-
 bent rationis eiusdem. Vtrinq; igitur efficaces ad for-
 mam eiusdem rationis, & si non pari, simili saltim ratio-
 ne perficienda. Sed hac ad leges minime pertinent.
 Tangit insuper questionem de atra bile non parua, cuius
 vitio infantes formidolosi sunt, difficilesq; & que
 vult. De hoc ipso humore eiusque cura, in libro. De
 curanda literatorum valetudine, diximus diligen-
 tius. Quantum vero ad presens pertinet institutum,
 humorem in pueris melancholicum non ex constitu-
 tione propria esse scito, qua quidem sanguinea est ma-
 ximeque atra: sed ex reliquis quibusdam materis
 menstruique sanguinis in puero putrefactis, & adu-
 rsione quadam in atram bilem deinde conuersis.
 Accedit ad puerile: formidines in causa, verum noui-
 tasque quidem facit, ut & audita voces quasi ter-
 roribus, & visa forma quasi larua & fulgura ter-
 reant.

reant. Ratio interea, quoniã nondũ expergessãta, i-
 magines à rebus ipsi nequaquã discernit, animam
 relinquit imaginationi pro arbitrio concitandã. Ex
 hac ipsa formidine perpetuò dolent querunturque in-
 fantes. Prasertim cũ facillimè & à tractant b. offen-
 dantur, & ladantur ab aere, & ab agitatione natu-
 ra plurimum in exordio laborantis agitentur ipsi
 atque vexentur. Quamobrem motu quodam fermò
 perpetuo atque numeroso in curandis infantib. ado-
 lescentib.que veti iubet. Primo quidẽ quia motu ge-
 viti seruantur & motu. Secundo, quia eiusmodi mo-
 tione vita moderata immoderata agitationi tam
 intrinsecus à naturasũ extrinsecus ab aere facta re-
 sistitur. Tertio quoniã motus calorẽ excitat natura-
 lem, corpusque totũ aque viuificat. Quarto nutri-
 mentum concoquit digeritque per membra. Quinto,
 superuacua excrementa fecerit. Sexto, obstrusa a-
 perit: & ad aquat humores. Septimo, cõducit ad aug-
 mentum. Octauo, mēbra apta simul reddit & solida.
 Non solũ verò moderatione quadã æqualitatis ve-
 rum etiã numeri cuiusdã proportionis, motũ nobis o-
 portet congruere. De musica quidẽ potentia, multa
 in multis epistolis diffirimus. Nunc verò satis intel-
 ligere, si per ipsam sãpe in cõtraria, scilicet tũ ad vo-
 luptatem, tum ad dolorem distrahatur animus, ni-
 mirum possẽ ab utroque ad habitũ quendã vtrius-
 que medium sãpe reduci. Ac si à motu corporis in
 quietem, & vicissim à quiete in motũ reuocatur a-
 nimus atque prouocatur, certè posse quibusdã mu-
 sica modulũ à motu ordinis experte ad ordinatum,
 atque hinc ad stabilẽ habitũ quandoque reduci. Quò
 quidẽ habitum & hinc & in epistola ad Diony-
 sium secunda inquit, & dei primum esse, & huma-
 na vita tur si mum. Vtrum verò voluptas ac dolor
 in motione quadã cõsistant, & quo pacto d. finiat,ur,
 in libro De voluptate, & in Poetib. Commentariis

latius disputamus. Satis in presentia factum fise-
rit, si concludamus hunc in modum. Voluptates quæ
sunt & tactus in restitutione quadam in habitum
corporis naturalis nasci videntur. Dolores vero
contra, in casu quodam ex habitu naturali. Sive
vtriusque euacuatione fiat, siue repletionem siue mo-
tu, seu quiete, vel alteratone aliqua qualitatibus.
Præterea voluptates odoris, & auditus, & visus,
in reditu quodam ad ordinem sensualem, à quo mut-
ari contingit hinc quotidie disturbantur. Deinde vo-
luptas imaginandi in regressione similiter ad ordi-
nem imaginalem, à quo deinceps perturbatio. Ordo
vero tam imaginalem quam sensualem in quodam spi-
rituum temperamento fundatur: cuius quoties cotem-
perata similiter admodum extant, fit voluptas in natura
quodam sensus imaginationi que cum rebus, quæ
influant congruitate resultat. Post hæc rationis la-
tuitia in reformatione quadam nascitur: per quam ra-
tio qua perturbatione corpore facta in formam suam,
vel deformis formatur pro natura sua, atque refor-
matur. Denique mentis gaudium reformatione
perficitur, per quam intellectualem quodam intuitu
reformatur aliquando in ideam, à qua acciderat
ob negotiosa vita turbulenta. Si inductionem hanc
rectè consideraueris, videbis humanam voluptatem
summam fieri in reditu quodam in habitum natu-
ralem: neque tam reditus ipsius, quam habitus gra-
tia fieri & optari. Igitur eiusmodi habitus si fieri
possit, perpetuo firmus maximè omnium esse optan-
dus. At cur cogitandi cuiuslibet occurrere videtur
optabilior oblectatio in motu perpetuo, quam sta-
tus ille perpetuus? Quoniam fallit nos imaginatio
& opinio anima mobilis coniuncta corpori per se, con-
iunctionem eiusmodi voluptatem mobilem appeten-
tis. Quam merito neglectura sit præ naturalis habi-
tus firmitate, si quando posita fuerit supra motum.

Si enim reuera gustaremus saporem ipsius habitus naturalis, extra quem in terra positi sumus, sicut motu ad ipsum vergentis saporem gustamus: proculdubio longo intervallo habitum regressioni proponeremus. Præsertim quemadmodum omnes bonorum gradus, meliori modo se habent in ipsa stabilisatione boni quam in materia mobili: sic expectandorum omnium rationes in ratione habitusque eiusmodi potius quam in materia mobili collocantur. Per hæc probatum sit proprium dei diuinorumque gaudium in statu quodam consistere incomparabiliter motibus cunctis iucundiore. Quem quidem prudentes & ipsi debent eligere & ceteri, præsertim iniuriis adhibere. Præterea cunctis persuadere, voluntatem qua sit ex motu, non solum breuem esse ac leuem molestiamque permixtam, sed etiam in multos & diuturnos ingentesque dolores continuo prelabi. Distinguit autem numerosum motum per quem & concinnos motus atque tenera moderantur, in duo genera, in musicam scilicet & gymnasticam. Prima enim spiritum atque animum, secunda vero humores membraque componimus. Sub nomine quidem musica non modò cantus & sonus, sed poësim etiam & qua ad figurarum ordinem pertinent, comprehendit. Sub nomine verò gymnastica, motus omnes corporum in præludiis ludisque certaminibus atque præliis. At choream saltationemque ex utrisque quodammodo mixtam intellige. Tum hæc omnibus quasi præludiis & sanctes, pueri, adolentes, tam feminas pariter, quam viros ad officia & belli & pacis diligenter erudit: eiusmodi verò rudimenta patrias appellat leges, ac reipublicæ vincula. Quibus subductis quasi columnis recta reipublica corruant. Inbet singula in hæc haud aliter fieri quam publicis regulis statuuntur: indicant à delictis eiusmodi, delicta omnia tandem in reipublica

prouenire, atque ex mutabilitate ludorum iocun-
 dūque & ornamentorum, mutationem quoque
 legum & reipublica perficisci. Notabis mutationem
 præterquam in malis, esse rerum omnium pericu-
 lissimam, adeo ut etiam si muteris in melius, saltem
 ad tempus sis periculum subiturus. Inter hæc sacri-
 ficandum in ludu ait dii & deorum filiis atque da-
 monibus. Dæmonibus inquam puri, ut deorum fi-
 liis nos concilient. Deorum verò filiis, ut deos nobis
 propicios reddant. Diis denique, quò summi Dei ma-
 neribus nos reddant paratiores. Sic utique præsa-
 consuevit religio quemadmodum de sphaera in spha-
 ram gradatim corpore pertransitur & visu, sic de
 propinquis numinibus ad remotiora demcepti suo
 quodam ordine progredi in omnibus, id præcipue
 venerans, quod splendorem summi præcipue refert.
 Neque verò ego nunc, vel de ciuili, imò pæbea,
 vel de poetica, imò verò insana superstitione laquor,
 sed de philosophico diuinorum cultu à præscis sapien-
 tibus, prout cognitus uniuersis ordo distauerat, mili-
 tatio. Quem solum ubique commendat Plato, reli-
 quos duos reuera deridens. Et ubi duos tantum com-
 memorat, id est deos deorumque filios, dæmones &
 heroes intelligit filios. Ubi verò connumerat deos, &
 deorum filios & dæmones, intelligit deos numina
 super sphaeras, filios numina in sphaeris, dæmones nu-
 mina infra sphaeras. Post hæc ubi legitimorum ludo-
 rum disciplinam commendat, ludos inquit studiosi
 gratiæ potius quàm contrarij esse constituendos. Ad-
 dit res humanas si comparentur ad diuinas, nullo
 studio dignas esse: id est, nulla existimatione, nul-
 loque amore, nec tanquam serias, sed tanquam
 nugæ esse censendas. Sin autem ad naturales, ma-
 gni faciendas esse consentit. Tum optimum ait homi-
 ni contigisse, ut ingenium sortitus sit aptum ludis,
 & deditum: scilicet tum ad laboriosa vita sola-
 men,

men, tum ad disciplinam paulatim per ludos congruos comparandam. Quod vero anima per varias viuendi formas circueunda, quasi chorea ludens efficiat, id vniuerso optimum esse putant. Rursus vniuersa quoque nature anima, videlicet: vt quacunque in eius potentia latent, vicissitudine quadam educantur in lucem. At cur non dicat cetera quoque animalia ludos esse deorum? Quoniam nec adeo diu familiaria sunt, vt cum hu illi ludant. Nec comparantur ad deos utpote qua seipsa Deo non comparant, neque diuina aliquando merentur, unde cogantur de illis sicuti nos mendari. Et profecto si dei ridere sit humanum rideat ludum conantem immensa metiri. Considerabis hic Platonis verba eiusmodi, scilicet, ea quae ab aeuera ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione narrauimus, praesertim quodammodo similia mihi videntur. In his significat omnia eius scripta in eam usque diem id esse senium, esse quodammodo diuinitus inspirata, atque poetica figura disposita, vt sine allegoricè plurimum exponenda. Idem quoque innuit statim post exordium Phaedri, vt sciamus: & quae in adolescentia, & quae in ultimo composuit senie, poesi maxime redolere. Ob id in epistolis ait, mentem suam vel à nullo, vel à quam paucissimâ, & vix tandem & quadam vaticinijs sagacitate posse comprehendendi. Praeterea contemplare hic quam diligenter Plato effrenem cohibeat pueritiam, quantum somnolentiam quidem detestetur, commendat vero vigiliam, quam opportuè sua cuiusque aetatis disponat officia, iubens inter ludendum primò quidem tradi literas. Deinde musicam. Tertio gymnasticam. Quarto arithmeticam. Quinto geometriam. Sexto astronomiam. In septimo vero loco dialecticam, id est metaphysicam, calleat in fine legum atque reipublica. Quoniam vero dicit Deus eum

diuina quidem necessitate pugnare nunquam, cum
 humana verò pugnare disingue necessitatem al-
 teram quidem esse in ipso naturali rerum ordine
 ta ut est diuinitus instituto, ut res tales sint & tut
 & tanta sic agant, sic moueantur, ha precedant,
 ha comitentur, illa sequantur, ad a simul sint, alia
 verò seorsum, atque ut sunt ita quoque sint iudican-
 da. Alteram verò necessitatem in casu quodam
 ab ordine naturali, ubi vel deforme, vel men-
 struosum, vel dissidens dissoluiumque videtur.
 Cum prima necessitate non pugnat Deus. Eius e-
 nim praecipua voluntate necessitas eiusmodi constat.
 Sed nunquid pugnat cum altera? Certè nusquam pu-
 gnat Deus quid enim repugnet omnipotenti? Ve-
 rumtamen ob id quasi pugnare fingitur, quod haec
 à diuina similitudine prolapsa longius in dissimi-
 limam Deo eandis deformitatem, quasi tam rebel-
 lantem, sed à Deo interim quasi repugnante atque
 expugnante miris modis in ordinem quandoque re-
 dactam. Animaduerte post hac non parui momen-
 ti dictum. Non est pessimum rerum omnium impe-
 ritia. Ac si precedentem quoque sententiam ani-
 maduerteris, qua hominem cognominat & Deum
 Et demonem atque herodem, cognosces qua ratione
 exponi possit Plato, ubi animam inquit humanam
 in varias species pertransire: sed hoc in theologia
 latius. Proinde ubi ad doctrinas mathematicae in-
 uenies adhortatur, reprehendit Græco: quod in geo-
 metria & astronomia omnes errauerint. In geo-
 metria quidem, quod dimensionem quamlibet cum
 qualibet commensurabilem esse putauerint. Quod
 quidem non posse fieri primum apud Barbaros est
 inuentum. In astronomia quoque quod errare pla-
 netas dixerint, cum tamen in diuinis nullus sit er-
 ror. Item motum velocissimorum, tardissimum
 nominauerint, tardissimumque velocissimum.

Mentiri vero contra decorum dignitatem per ignorantiam naturam ex negligentia iudicat non stultum solummodo, sed prophanum. Sed damnat plurimum Græcorum errorem contra diuinam providentiam voluntatem, dicentium non esse investigandum ipsum autorem mundi Deum, & mundi quæ ipsius originem, nec eorum quæ in mundo sunt causam, quasi inuestigatio hæc non pertineat ad pietatem: cum tamen maximè omnium pia sit, ut pote præcipuè cum diuina voluntate consentiens, quæ & vniuersum eod. sp. suis ordine, qui ad inuestigationem eiusmodi semper alliceret, & mentem ipsam inuestigationis huius audivissimam procreauit. Platonem vero ipsum existimare verissimam pietatem præcipuè in vniuersi dei cultu sitam esse, probauimus aliam, & per superiora eius verba in præsentia confirmamus. Nam & si in plurali numero sæpe ait deos colendos esse, concludit tandem numero singulari, & singulari cultu Deum ipsum esse omni beato studio dignum. Præterea in antecedentibus, iudices creaturæ congregauit magistratus omnes in templo & in ipso anni principio. Principium vero ab astiuo fecit solstitio. Neque te turbet, quod in calendis proximè solstitium sequentibus. Id enim certioris apud populum principij gratia dictum puta, verum autem initium apud eum in ipso proprio solstitio fieri. Quod quidem allegoricè sic exponatur, ut quando solis lumen, id est, dei lumen rectius vberius, quæ à nobis accipitur, tunc reuera sit principium viuendi & cogitandi atque iudicandi, & huius vniuersi gratia cuncti simul in vno templo, id est, vna religione colant quidquid colant. Lumen vero solis in libro de Republica inquit, vniuersi omnium patris imaginem esse, & quasi simulachrum eius in mundano hoc templo à patre omnium collocatum. Quid plurali vnum Deum in primis adorandum, cuius gratia cetera numina sint colenda.

alibi saepe docet, atque in epistola ad Dionysium, rursusque ad Hermiam, & in Parmenide quodotus agit de uno, & in Timaeo qui omnia producit ab uno, & in Philebo qui omnia metitur uno, & in Epinomide qui omnia reducit ad unum, man fuisse demonstrat.

2 An que ad rectam liberorum educationē pertinent, singulatim praescribi & legibus sanciri nec debeant nec possint, à legistatore, sed admonitionis gratia dūt axat suggeri.



ARTIS igitur de liberis tam masculis, quam foeminis: de ipsorum educatione & disciplina post haec nobis est dicendum. Quam silentio praeterire, plane impossibile est, ac si dicatur, admonitioni cuidam doctrinaeque potius quam legibus similis videatur. Quae enim priuatim & per singulas domos tum multa, tum parua & occulta quotidie fiunt, cum facile ex voluptate dolore, & cupiditate singulorum praeter consilium quod à legistatore suggeritur, varios & dissimiles mores ciuium reddunt: quae res ciuitatibus officit. Quum verò parua & frequentia sint, singulis multa impositae, ea legum positione vetare non satis honestum esset atque decorum. Quinetiam scriptis legibus id derogaret, cum in paruis & multis ad contēnendas leges homines consueuerēt. Quapropter & leges de his scribere difficile est, & silere impossibile. Sed conabor ostendendo quasi digito, quae dico in lucem efferre. Nunc enim obscurius dicta videntur. CLIN. Vera loqueris. ATHEN. Iam verò recte aliàs dictum est, existimandum esse, rectam educationem posse & corpus & animum quam pulcherrima & optima reddere. CLIN. Ita est. ATHEN. Corpora verò pulcherrima simpliciter ea fore censeo, quae rectissima in tenera &

tate concrefcunt. C L. Certè. A T H. Quid illud?
 Nõne intelligimus quàm maximum atque
 plurimum incrementi primi progreflum in o-
 mnibus animalibus effe? adeò vt contendendi
 anfas multis præbuerint, corpora huma-
 na à primis quinque annis in reliquis viginti
 in duplum non crefcere. C L. Vera itarras. A T.
 Quid ergo? Quando fine multis moderatiffique
 laboribus incrementum influat plurimum, an
 non multa hinc mala corporibus innafcutur?
 C L. Omnino. A T H. Pluribus ergo laboribus
 ipsis tunc opus eft, quando fummo opere affluit
 nutrimentum. C L. Quid ais hofpes? Nunquid
 ftatim natis & tenerrimis pueris labores plu-
 rimos afferemus? A T H. Non his primis, fed
 prius etiam illis qui adhuc in vtero matris a-
 luntur. C L. Quomodo vir optime, faciendum
 id iubes? Num ij qui adhuc in vtero paren-
 tis geruntur, laborabunt? A T H. Certè. Nec fa-
 nè mirum eft ii vos exercitationem tantillæ
 ætatis ignoratis, quam vobis licet videatur
 absurda, cupio aperire. C L. Omnino. A T H.
 Apud nos quidem huiusmodi quiddam ma-
 gis intelligi potèft, propterea quòd ibi non-
 nulli in ludis quibusdam magis quàm decet
 verfantur. Nam apud nos non pueri folum,
 verum etiam feniores aliqui auium pullos a-
 lunt, & ad mutuam inter ipfas aues pugnam
 exercent: ac longè abfunt, vt labores in qui-
 bus ipfas exercentes agitant, fatis effe ipsis pu-
 tèt: fed ipfas [sub pallio] minores in manibus,
 maiores in vlna gèftantes, non fuæ: fed harũ
 auium bonæ habitudinis gratia per multa ft-
 dia gradiuntur. In quo fanè homini intelli-
 gendi compoti fignificant, corporibus omni-
 bus motum agitationemque non laboriofam

*Corpora hu-
 mana à pri-
 mis quinque
 annis in ve-
 ligua vigin-
 ti in duplũ
 nõ crefcant.*

prodesse, siue à seipsis, siue in vehiculis, seu naue, siue equis, siue quomocunque aliter moueantur. Et propter hæc ciborum potusque alimentum moderantia sanitatem, pulchritudinem, & vires nobis præbere possunt. Quæ cum ita se habeant, qui posthac faciendum censemus? *

Agitationē corporis modo ea modo rata sit ad cōparandum bonū corporis cōfertur, imò uerū, statim atque ex utero matris prodierunt, imò uerò etiam in ipso utero: quomodo uerò agitari & gestari debeant à nutricibus præscribitur.

* Vultisne cum risu uerba faciamus, leges ponentes, ut prægnans deambulet: & natus quasi cera fingatur, quando tener est, ac ad biennium usque fasciis adstringatur? Nutrices præterea per leges imposita multa cogamus ut vel ad agros, vel ad templa, vel aliò ad suos, donec per se stare possint, pueros petferant? An etiam uideant ut cum stare cœperint, nec ponderis uolentia membra propter mollitiem distorqueantur, gestentque adhuc, quousque triennium infantes exegerint? Sin autem robuste quoddam fieri potest nutrices, nec una solum, sed plures. Et in singulis penam nisi fiant, scriptis legibus imponamus? Vel nullo modo sic agamus? Quod enim modò diximus, abundè nobis accideret. CLIN. Quidnam? ATH. Risum profectò in nos ingentem prouocaremus: præterquam quod mores nutrientium mulieres atque feruiles nobis obtemperare nollent. C. I. Cuius gratia igitur dicenda hæc putauimus? ATH. Quia domini & liberi ciuium animis forsitan cum hæc audiuerint, probè intelligent, quòd nisi priuata rectè administrantur in ciuitate, frustra res communes sperat quis firmitatem aliquam in legibus habituras: atque hæc intelligentes, his quæ modò diximus, tanquam legibus quibusdam utentur: quorum uis, & familia & respublica bene gubernata feliciter uiuent. C. I. Valde contentum

neum est quod dixisti. ATH. Ne desinamus ergo ab huiusmodi legumlatione ante, quam animorum quoque studia quæ ad teneros admodum pueros pertinent, describamus: & ita simili quoque modo, vt de corporibus incepimus, sermonem absoluaus. CLIN. Recte nimirum. ATH. Hoc igitur tanquam elementum ad vtriusque tam animi quam corporis infantium cultum accipiamus, perpetuâ die nocteque nutritionem agitationemque adhibitam, omnibus quidem conferre, maxime verò tenerimis, vt si fieri possit, sic habitent quasi perpetuò nauigarent. Quoniam autem fieri nequit, quàm proximè ad hoc in curandis infantibus accedendum. Quòd autem fieri oporteat, coniectare hinc licet, quòd experientia tam puerorum nutrices quàm quæ sanationibus Corybantum adhibitis quibusdam sacris dant operam] id esse vtile cognouerunt. Quodcumque enim matres cupiunt pueros ad somnum tardiores dormire, non quietè hoc, neque silentio, sed contrariis faciunt. In vlnis enim portant agitantque semper, & illos vocis modulatione tanquam tribicinio quodam mulcent. Et quemadmodum in debacchationum fureatium remediis fit, huiusmodi agitationis chorea nullaque vtuntur. CLIN. Quanam horum potissimum causa nobis est hospes? ATH. Non est valde difficilis cognitu. CLIN. Quo pacto? ATH. Vtræque hæ passionis in metuendo consistunt: sunt enim formidines quædam, propter malum aliquem animi habitum. Quando igitur ab exterioribus aliquis ad hos affectus agitationem infert, vincit exterior motus interioram illum terribilem atque furiosam. Cùm

Agitationē perpetuā, si moderata sit infantibus, ad cultū tā animi quàm corporis prodesse ostenditur.

Cur infantium difficilis somni affectus sicut olim Baccharum & Corybantum furorē curare credantur? strepitus & agitatio cum instrumentorum musicorum ut corporis.

que vicerit, tranquillam animo præstat quietem, saltu cordis aliquantisper sedato: atque ita aliis inducit somnum, alios vigilantes perterritiam & tripudium, cum auxilio deorū quibus supplices litabant, à furioso affectu ad sanæ mentis habitum reuocat. Atque hæc ut orationis huius breuitas fert, rationem aliquam probabilem habent. CL. Omnino. ATH. Si hæc igitur talem aliquam vim habent: hoc præterea cogitandum, animum omnem ab infantia in metu nutritum, magis utique quouis ferri per formidinem contuicere. Nec cuiquā dubium est, quin ad timiditatem ista, non ad fortitudinem exercitatio sit. CL. Ita profus.

ATH. Contra verò eum ad fortitudinem exercitari dicemus, qui à tenera ætate metus terroresque omnes vincere consuecit. CLIN.

Scitè. ATH. Vnum igitur hoc ad virtutis animi partem summopere conferre dicamus, exercitacionem corporum admodum pueriliū, quæ certis motibus & agitationibus fit. CL.

Maximè. AT. Atqui facilitas animi vel morositas, non parùm momenti habent, ad bonitatem animi vel prauitatem. CL. Est ita. ATH.

Est autem à nobis pro facultate dicendum, quo pacto utrumuis horum infantium statim animo innascatur. CL. Planè. ATH. Nobis

profectò videntur delicia, difficiles, motuos, iracundos, & leui de causa excitabundos iuuenum mores efficere. Contra verò nimia

seruitus atrox, quum abiectos & illiberales & hominum osore facit, ad humanam consuetudinem ineptissimos reddere. CLIN. Quo-

modo autem ciuitas vniuersa infantes qui nondum voces intelligunt, nec disciplinam aliam gustare possunt, ut iubes, crudiet? AT.

a Si quis facili sit commotus sue moribus aut minus non parum ea res momenti habet ad bonitatem vel prauitatem animi.

b Quomodo infans à patris matris debeat alere nutritrix ut eum liberali & facili natura præditum reddat.

Sic planè. Omne animal statim naturæ voce & clamore uti solet. Nec minus hominum genus, quod præ ceteris ad clamorem addit ploratum. CL. Sic est. A T H. Nutrices ergo quid infantes cupiant, volentes cognoscere, quod appeti credunt offerunt: si tacent, rectè: si clamant fletque, nō rectè se obtulisse his signis coniciunt. Argumenta sane in infantibus, quas res ament, quas oderint, clamor fletusque sunt, signa minimè fortunata. Huius rei tēpus triennio minus non est, quod spatium non est parva vitæ particula ad eā rectè vel contrā ducendam, si ipsum rectè vel contrā ducitur. C L I. Rectè. A T H. Nōne videtur vobis difficilis homo, nec vllō modo trāquillus, esse etiā querulus atque gemebundus vltra quā bonū virū deceat? C L. Mihi quidē. A T H. E. Quid igitur? Si quis omni ratione pro viribus conetur, ut in hoc triennio puer quā minimū dolore, metu, tristitiāque afficiatur, nōne pueri animus pacatior tranquilliorque reddetur? C L. Perspicuum est hospes, multoque etiā magis, si quis eum in multis voluptatibus educarit. A T H. Hoc ego tibi non concedam, ō mitissime Clinia. Nam talis educatio, cum in principio statim adhibeatur, omnium maxima pernicies est. Videamus igitur an quicquam dicamus. C L. Dic quid ais? A T. De re non parva à nobis agi nunc assero. Attende & tu Megille, ac sententias utriusque diiudica. * Mea quidem ratio rectam vitam censet nec voluptates sequi omnino, nec fugere omnino dolores debere sed medium potius illū habitum sequi, quē & ipse modò tranquillitatem vocabam, & omnes dei proprium esse, diuino quodam oraculo rectè conicientes fatemur. Hunc habitū

* *Medium inter voluptatem & dolorem status est, peius qui homini vitam, de iure similis reddat cuius abgēdat, & ex a p̄mis annu p̄io est assuetudine.*

sequi debet quisquis hominum diuinus est futurus ad eò ut nec ipse ad voluptates, omnino procliuus sit, alioquin procul à dolore non erit, nec alium quenquam siue senem, siue iuuenem, aut masculum, aut feminam indulgere voluptatibus patiatur, minimèque omnium statim natos infantes: firmissimi enim tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem innascuntur. Ego verò nisi vererer ne fortè iocari vobis videar, dicerem utique, grauidas etiam mulieres maximè omnium illo anno ita regendas esse, ut nec ad voluptates multas furiosasque ferantur, neque doloribus agitentur: sed tranquillâ pacatâque & mirè vitam agant. C L I. Non opus est hospes, ut Megillum interroges, vier nostrum rectius sit loquutus. Ego enim assentior tibi merè voluptatis merique doloris vitâ fugiendam omnibus esse, & mediam quandâ semper tenendâ. Quare & dixisti rectè atque audisti. A T H E. Rectè nimirum Clinia. Sed illud ad hæc simul omnes tres cogitemus. C L I. Quidnam? A T. Quòd quæ dicuntur à nobis, ea leges non scriptæ à multis appellantur, nec aliæ sunt quæ leges patriæ nominantur, quàm huiusmodi omnia. Atque quod paulò antè tetigimus, nec leges hæc esse vocanda, neque silentio prætereunda, probè dictû est. Hæc enim totius reipublicæ vincula sunt, mediûmque tenent inter scriptas scribendâsq; leges, videlicet tâquâ, patriæ præscq; omnino institutiones. Hæc si probè posita sint, seque in eis homines rectè assueverint, conscriptas leges stabili salute tutantur. Sin contrâ factû sit, contrâ continget quædamodû in ædificiis accidit, vbi si ædiû sustentacula subtracta de medio fuerint, considerare o-

*Et a qua de
recta in fan-
tium statim
ab ortu edu-
catione mo-
dè præscr-
pta sunt, dicit
esse leges
quasdam non
scriptas &
patria insti-
tuta, quorû
maximè ra-
tio sit habenda,
ut potè
qua sint totius
ciuitatis
vincula,
& legum
scriptarû fir-
mamenta a
deò ut illi
collapsis bo-
nas leges
scriptas conser-
uare neces-
se sit,*

omnia cogunt, aliáque ex aliis delicti, & quæ bene superstiti uicta sunt, diuinitis prioribus corrumpunt. Atque hæc quidem cogitantes nouam hanc tuam ciuitatem, ó Clinia, undique vincere debemus. nihilo profus relicto quoad fieri potest, quod vel ad leges, vel ad mores, vel studia pertineat: his enim omnibus ciuitas aëctitur. Alterum uero istorum altero permanere non potest. Quare non est mirandum, si quæ nobis multa simul & parua videntur, siue pro lege recepta, siue cõsuetudine inducta, affluxu suo longiores leges efficiunt. C. L. Rectè tu quidem, & nos similiter cogitabimus. AT. Si quis igitur ad eum qui tres agit annos excolendum seu masculũ sine fæminâ hæc diligenter adhibeat, ac sedulo supradictis viatur, nõ parua affertent nuper enutritis utilitatem. ² Atq; ³ Qualis à

id ingenio eorum qui tres & qui quatuor & ⁴ Tertio anno
qui quinque & qui sex agunt annos conueniẽs ⁵ usq; ad sex
erit, à quibus delicta remouenda sunt, & castigatio sine ignominia adhibenda. Ceterũ quæ ⁶ tum debeat
admodũ seruos diximus castigare siue contumelia oportere: ne in itacundiã effertantur: castigari tamen omnino, ne luxui & deliciis se ⁷ esse educatio
dedant: ita & liberos volumus. Horũ ludi qui ⁸ puerorũ tam
dem sunt ipsis quodammodo naturales, quos ⁹ maritũ quã
quãdo conueniunt, ipsi ferè excogitant. Cõgregandi hi pueri sunt à trienio ad sex usq; annos, singuli in suis tribus solennitate: quorum & adhuc tantillo rã nutrices modestiã incontinentiã nque obseruent, & cuique certui nutribusque vna quædã præsit de mulieribus duodecim annuo tẽpore imperatura, prout legum custodes ordinauerint. Has autem diligat mulieres nuptiarũ curatrices, ex quaq; tribu vnã aetate ipsis æquales. Quæ ad hunc magistratum

assumpta est, ita se gerat ut in factum quoti-
die proficiatur, semperque iniuria afficientē
puniat. Seruū quidē & seruā, peregrinū & pe-
regrinam ipsa per urbanos quosdā ministros,
civem autē cuius animaduersio in controuer-
sia sit, ad curatorum urbis trahat iudicium: de
quo autē non sit cōtrouerfia, eū ipsa civē pu-
niat. Post 2 annorum sex atq; scēminā à ma-
ribus discernantur, puerique deinceps cum æ-
qualibus maribus, & puellę eū scēminis æqua-
libus conuersentur. Et ad discendū vtrique se
vertant. Mares quidem ad magistros equorū,
arcuū, telorū, & fundę: scēminę quoque ad ea-
dē, si concedatur, ut discāt saltē, & maximē ad
armorum usum. Quo pacto autem nunc in his
se res habeat, penē ab omnibus ignoratur. CL.

*¶ Sexto anno
pueri mares
à scēminis se
parandi.*

*¶ Dextra &
sinistra ma-
nu quod ad
usum atti-
net, disci-
men, ut na-
tura nullum
ita institutio
ne tollēdam.*

Quid ais? A T. ^b Quod videlicet dextera à si-
nistris, quo ad manus pertinet, differre iam vi-
deantur in singulis operationibus natura. Pe-
des enim inferioresque partes ad opera nihilo
differre videntur. Manibus autē matrū nutri-
cūmque simul ignorantia quasi claudi facti su-
mus. Nā quum natura ferē ad utranque partē
æquē se habeat, ipsi per consuetudinem nō re-
ctē vtentes, differentiam fecimus. Et certē in
quibusdam parum id refert. Nihil enim inter-
est ad vitā, si lyra in sinistra sit, in dextera ple-
ctrum, in ceterisue huiusmodi similiter. Quo-
rū exemplo idē in reliquis omnibus non face-
re, dementia est. ^c Hęc ita esse lex Scytharū
ostendit. Non enim sinistra solum arcū, dexte-
ra sagittā tenēt, sed vtrisque similiter ad utrū-
que vtuntur. Multa exempla huiusmodi in au-
rigarum aliorūque operibus repertiuntur. Ex
quib. intelligere licet, eos qui dextris sinistra
imbecilliora reddant, præter naturā id facere.

*¶ Scythasunt
ambidextri.*

Quæ res, vt diximus, in corneis plectris, instru-
 mentisque talibus impedimento non est. Sed
 permultum interest, quando in pugna ferros
 arcu, hasta, cæterisque huiusmodi vti neces-
 se est, plurimum autem quando armis arma
 pelluntur. Differt autem multum qui didicit,
 ab eo qui non didicit: & exercitatus, ab eo
 qui minimè exercitatus est. Nam quemad-
 modum qui aut in pugili certamine aut lucta,
 aut vtroque simul perfectè se exercuit, potis
 est congregari à sinistris, & præstò se accom-
 modat, quando ad partem alteram transferre
 cogitur: id ipsum arbitror in armis ac cæteris
 rebus rectissimum esse. Quare oportet si duo
 quædam quis possidet, quibus defendat, & al-
 lios cædat: vt nihil horum pro viribus otio-
 sum in exercitatumque relinquat. Et si quis
 Geryonis aut Biatei naturam habeat, quum
 centimanus sit, centum oportet ab eo iacula
 mitti posse. Horum omnium curam habeant
 principes, tam mulieres quàm viri: & mulie-
 res quidem ludos alimentaque considerent;
 viri autem disciplinas, vt omnes pedibus ma-
 nibusque vtrinque æquè potentes facti, per
 consuetudinem naturæ non noceant. ^a Disci-
 plina verò duplici vti conuenit: & corporis
 quidem, gymnasticam: animi, musicam vo-
 cari. Sed ^b gymnastica rursus est duplex, sal-
 tatio & luctatio. Saltatio quoque alia musæ
 verba imitatur, magnificentiam ipsius libertatè-
 que obseruans: alia bonæ habitudinis, leuita-
 tis & formæ tum corporis ipsius, tum partiũ
 membrorumque eius gratia, aptè flectit ten-
 ditque singula: ita vt sufficienter motus har-
 monicus diffundatur, cõsequaturque vniuer-
 sum saltationis ordinẽ, luctæ aut modos illos

^a Institutio
 puerorum
 constat gym-
 nastica &
 musica.
^b Gymnasti-
 ca duplex.

a *Luctandi*
ars ab Au-
tao & Cer-
cyone tradi-
tanon proba-
tur, sicuti
nec ea qua
de pugilatu
ab Epeo vel
Amico con-
scripta sunt,
simplicior
verò & cū
ad sanitatē
tū ad robur
corporis ma-
giā conducēs
cōmendatur
b *Qua in*
choreis &
saltationib.
imitationes
exprimēda.

quod Antaeus & Cercyon in artibus suis sic
 utilis contentionis gratia induxerunt, vel quæ
 Epeus seu Amicus de pugilatu perscripserunt,
 cum nihil ad præliū conferat, digna mentione
 non sunt. Quæ verò in recta luctatione a col-
 lo, manibus, laterumque motu cū victori & stu-
 dio, honesto que habitu adhibetur, & ad sani-
 tatē virēsque cōducunt, quū ad oīa vitia sunt
 prætereunda non sunt. Sed discantibus docenti-
 busque simul præcipiendū, vt quando ad hoc
 in cōdendis legib. venerimus, alteri beneuolē
 hæc largiantur, alteri gratiose inscipiant. Nec
 verò omnes imitationes capellendæ, quæ in
 choreis sunt, sed hic quidē armatorū Curetarū
 ludi in Lacedæmone Castoris atque Pollucis.
 Apud nos quoq; non est negligendū, quòd Mi-
 nerua ludis choreæ delectata, nō nudis mani-
 bus ludendum censuit, sed armis tota ornata,
 saltandi officio est perfuncta. Quæ quidē ado-
 lescentulis sunt maribus & fœminis imitanda,
 dex munus ad vsum belli solennitarumq; or-
 namentū honorantibus. Pueros verò antequā
 prodire in bellū possint, armis eisq; oportet
 in deorum omnium pompis ornatos, modò
 velociōres, modò tardiōres in chorea & itinere
 ad deos deorumque filios supplicationes
 fundere. Ludi porrò atq; præludia si rerū ali-
 quarū gratia, nullarū certē nisi harū sunt adhi-
 benda. Hæc enim in pace & bello tā priuatim
 quàm publicè vitia sunt. Cæteræ verò corpo-
 ris exercitationes seu ludo, siue seriò fiant, &
 Clinia, atque Megille, non sunt liberales. Eam
 iam gymnasticam quam tractandam in primis
 sermonibus dixi, sermē peregi, atque hæc tota
 & perfecta est. Vos autem si meliorē habetis
 in medium proferatis. CLIN. Non est facile
 hospes,

hospes, bis neglectis, narrare alia de gymnastica & certamina meliora. AT. Reliquum est igitur, ut de Musarum Apollinisque muneribus disseramus, de quibus ita satis dictum esse putabamus, ut de gymnastica solum restare videretur. Nunc autem patet nonnulla esse relicta, quæ dicenda in primis sunt, quare deinceps illa dicemus. C L. Dicantur omnino. AT. Audiatis igitur, audiatis enim & in superioribus quamuis & in dicendo & audiendo, quod valde mirum est & insolens, cauere decet. E quidē in presentia nonnihil dicturus sum, quod dicere meritō vereri quis debeat: dicam tamē. C L. Quid illud est hospes? ATH. A nemine cognosci assero, quā magnā in omnibus ciuitatibus ludorū genus ad legum conditarū stabilitatē & mutationē habeat potestātē. Quippe si hoc ita ordinatum fuerit, ut iisdem ludis secundū eadē & eodē modo, iidē homines semper utantur & delectentur, leges quoque sententiō positas stabiles manere permittit. Sin autē mutetur id genus, nouique Iuli quotidie inducantur, semperque nouis delectetur iuentus, tum figuris gestibusue corporis, tum reliquo apparatus & suppellectili: ad decens & indecens in his rebus aliter in dies & aliter iudicent, atque inuētores nouarū rerū colorū scilicet & figurarum exterorumque huiusmodi semper honorent: pestē hac nullā ciuitati maioriē fore censemus, rectē admodū iudicantes. Mutat enim iuuentutis mores occultō, facitque ut prisca quidē vilia, noua verō digna honore videātur. Quæ oratione & opinione, nihil rursus assero perniciosius ciuitatibus esse. Sed audite quantum id malum esse censeo. C L. Vituperatine prisca malum esse in ciuitatibus asseritur.

*Subinde
mutari lu
du puerilib.
et noui indu
cti mutatu
& corrupun
tur mores ci
uitatis, qua
nulla maior
esse potest pe
fitu in Rep.
quod quomo
do fiat esten
ditur.*

ATHEN. Aio quidem valdè. CLIN. Non mi-
 los ad hanc orationem nos auditores habebis
 sed quantum fieri potest beneuolentissimos.
 ATHE. Consentaneum est. CLI. Dic iâ. ATH.
 Agite audiamus hæc diligentissimè, atque ita
 inter nos disseramus. * Mutatione omnibus in
 rebus præterquam malis esse periculosissimâ,
 in temporibus omnibus inueniemus, in ven-
 tis, in diæta corporum, in moribus animo-
 rum, & in omnibus simpliciter, præterquam
 in malis, vt modò dicebam. Corpora quidem
 cum primis cibis aliquibus & potibus labori-
 bûsque vtuntur, turbantur quodâmodo, dein-
 de ex diuturno harû rerû vû cõcrescunt, pin-
 guâque redduntur, atque huiusmodi victu vt-
 pote iâ consueto, familiari & amico, delectâtur
 admodû, & optimè valent: at si ex probabili a-
 liqua causa ad aliâ cogantur transire diætâ, in
 morbos initio conturbata incidunt, antequam
 nouo victui consuefcant. Idè quoque in cogi-
 tationibus hominû animorûmque naturis he-
 ri cogitandû. Carnes enim eas leges colunt, &
 innouate formidant, in quibus educati sunt,
 si illa diuina quadâ fortuna longis tẽporibus
 stabilitæ fuerint: adeò vt nullus aut recorde-
 tur, aut audierit eas vnquam se aliter atque
 hoc tẽpore habuisse. Quapropter excogitare
 debet legislator, qua via id in ciuitate quodâ-
 modo fiet. Hunc igitur ipse modum excogita-
 ni: adolescentum ludos quotidie variatos, vt su-
 præ diximus, existimant omnes nihil aliud esse,
 quàm negas, neque quicquâ ad officia vitæ
 habere momenti. Quare cedunt & mutatione
 hanc innouationemque fieri facilè patiuntur.
 Nec intelligunt, quòd necesse est pueros diuer-
 sè ac priores ludis gaudentes, diuersos disse-
 rentes.

* Mutationes omnes in
 si quæ res in
 malo posita
 ad bonû tra-
 duuntur, per-
 niti se, &
 maximè ca-
 uenda in Re-
 pub.

gentésque à prioribus vitos fieri: diuersos verò effectos diuersam quoque vitam quæsituros, atque hinc noua studia legésque deheraturos, hinc nemo formidat pestē quā dixi maximā ciuitati futurā. Sed cætera quidē, præsertim circa figuras mutata, minus nocēt. Crebra verò in laudandis vituperandisque moribus innouatio grauiissima etiā, vt arbitror, & plurimū formidanda. CLIN. Quidni? ATHE. An non superiorib. sermonibus credimus, in quibus diximus, quod rhythmī & cætera musicæ genera, imitationes quædā sunt morum, tum bonorum hominum, tum malorum? Vel quid dicemus? CLIN. Nullo modo aliter sentiemus.

ATHE. Omni igitur ratione conandum ne pueritia in cantibus & saltationibus noua vnam audeat imitari, neve vllus ad nouitatem pueros voluptatū blandimentis alliciat. CLINTIA. Optimè dicis. ATHE. Habētne quisquā nostrūm artē ad hæc Ægyptia meliortē? CLIN. Quam illam dicis? ATHE. Vt tripudij cantusque genera diis omnia consecrentur: & primum quidē festi dies singuli in certis anni temporibus diis singulis deorumque filiis, & dæmonib. statuuntur. Deinde quæ sacrificia, quibus diis offerenda sunt, ordinetur. Quive cantus, & choreæ quibus conueniāt sacrificiis distinguatur. Quæ postquam distincta sunt, cōmuni ciues omnes libatione, tū Parcīs, tū diis aliis sacrificent, certisque cantus & choreas, certis diis, eorumve filiis, & dæmonibus dedicent. At si quis aliter quàm constitutum sit, hymnis choreisque in deorum sacris v-tatur, sacerdotes tam viri quàm mulieres v-nā cum legū custodibus, eam sanctē & legitimē arceant: & qui repulsus erit, nisi libenter

Qua ad ludos publicos, cætu & choreas in deorum dieb. festis celebrari solitas perueniēt, nō sunt in cuiusq. arbitrio relinquenda, sed legibus, qua optime deorum honori & ciuitati institutiōni conuenire videntur, constituenta sunt, & se mel posita, seruanda.

obtemperauerit, per totam vitam volenti cur-
 que pœnas impietatis persoluat. CLIN. Probè.
 ATHE. Verùm quoniam huc oratione deue-
 nimus, ut nos deceat afficiamur. CLI. Quorsum
 hæc ATHE. Omnis non senex tantum, verum
 etiam iuuenis, quoties mirum quid, & insolens
 viderit vel audierit, non utique accurtat ili-
 cò, quòdque dubium est concedat: sed quasi
 ad trinium siue solus, siue cum aliis venerit,
 ignorètque viam, perquirat sanè, nec ulterius
 progrediatur, antequam certior fuerit, quò-
 iter ferat. Similiter nobis in præsentia facien-
 dum. Nam cum in sermonem de legibus mi-
 rum insolitum incidimus, diligentissimè cò-
 siderare debemus. * Non enim deceat subito
 tantos viros de re tanta ferre sententiam, &
 quasi planam protinus affirmare. CLI. Vera
 loqueris. ATH. Ergo tempus ad hoc assuma-
 mus, tunc demum affirmaturi, cum satis fuerit
 consideratum. Verùm ne frustra consequen-
 tem legum præsentium ordinè relinquamus, ad
 finem propositorum festinemus. Fortè nanque
 si deus voluerit, finem suum hæc tractatio
 consecuta, planè quod modò dubitatur ape-
 riet. CLINTA. Præclare loqueris hospes. Qua-
 re sic faciamus. ATHE. [Decernatur igitur hoc
 uti diximus insolens: Cantus nobis esse *ὄργανον*
 à leges: quomodo veteres hanc vocem *ὄργανον*
 ad cantus super cytharam cani solitos accòmo-
 datunt: ut meritò non procul abuisse ab eo
 quod à nobis nunc dicitur, videantur, inter dor-
 miendum verò aut etiam vigilans quispiam
 fortè esse ad quod reipsa est coniecit, & divi-
 nauit. Hoc igitur ita decernatur. Præter pu-
 blicos & sacros cantus, tum inuentuti præscri-
 ptum choræ modum, nemo magis, quam con-

** In reb. gra-
 uibus & ma-
 gnæ momenti
 non statim
 temerè &
 præcipitan-
 ter iudiciū
 suū quisquā
 proferrè de-
 bet.*

tra vllam aliam legē loquatur aut iusaltatio-
ne moueatur.] Qui parer indēnis abeat. Eū ve-
rō qui nō obteperauit, quemadmodum paulō
ante dictū, legum custodes sacerdotēs, iue tam
mulieres, quā viri puniant. Sed hęc quidem
ita se habeant. **CLII.** Ita prorsus. **ATHE.** Quo-
modo autem legibus hęc quispiā ita faciet,
vt ridiculus non videatur? Atqui ita confide-
remus. **ATHE.** Tutissimas ad hęc mihi modus vide-
tur. vt [¶] [imagines quasdam rudi forma.] cō-
tione fingamus: quarum vnā hanc esse dico,
sacrificiis factis, & victimis ex lege perustis,
accedat priuatum quispiam ad aram, sacerāque,
filius aut frater, qui miserabile prorsus & no-
xiā orationē fundat, nōne dicemus hunc pa-
tri & suis malē ominatū fuisse? **CLII.** Dicemus
sanē. **ATHE.** In nostris ciuitatibus fermē om-
nibus vt breuiter dicam, hoc ita fit. Nā postea
quā magistratus quispiā publice sacra fecit,
non vnus, sed multi solent chori conuenire.
Qui cum prope aras steterint, omne genus
contumeliosarum vocum super victimas ef-
fundunt. Quippe verbis, numerisque & con-
centibus flebilibus audientium inhiunt ani-
mos, & qui ciuitatē sacrificiis peractis ad lacry-
mas vehementius cōmouet, victorie prēmia
refert. Hanc nos legem nōne abrogabimus? &
si querulam orationem audiri à ciuibus quan-
doque oporteat non fastis diuinarū solemnita-
tum diebus, sed nefastis potius conuenire dice-
mus? Tunc eant si placet, prēmio cōducti cho-
ri externiq; cantores, quēadmodū in funerib.
feri videmus: vbi quidam mercede cōducti,
Caricę gentis instar misere defunctum ipsum
deplorant. [¶] Hoc certe huiusmodi cantibus cō-
uenire videtur, eosque cum flebiles mortūque
da, solas autē illis lacus & bens omniū r. s. p. andas esse.

Legem ge-
neralē de ob-
seruādo pro-
cū patriolē
gibūsq; pra-
scripto cāno
& saltatio-
numodo, am-
plificat ad-
ditis quibus-
dā appendi-
ciō. tanquā
formis qua-
busdā rudi-
bus & dū-
taxat deli-
neatu, sic e-
nim appel-
lat cūq;
yia.
causę iūta
nā dōu dōu.
quod verō
hic cūq;
iō appelle
paulō post
my appella-
bit.
a Prima legis
vniuersalis
appendix à
Decorum sa-
criū plāctus,
plo. aine, om-
nes denique
voces insau-
stas & malē
omniū, arcē-

sint, lugubris quoque vestis, ut breuiter dicam, non coronæ, neque ornatus aurei decent. Igitur à vobis ipsis hoc rursus exquirito, vtrū primā hanc imaginem placeat cantibus adhiberi.

CLIN. Quam? ATHÈ. Bonum, inquā, omen, ipsūmque cantuū genus semper in benedicendo & feliciter ominando versetur. An forte nihil interrogandum, sed id potius sanciendū?

CLI. Imò verò sanciendum prorsus. Cunctis enim hæc lex digna suffragiis. ATHEN. Quānā igitur post benedictionē, bonūque omen,

Secūda apud prædix preces adiungēdas esse latè in Deorū honorem acclamationibus.
Tertia apud prædix de precibus, ritè concipiēdu: ideo vult preces à poetis componi à iudicibus, ad id constitutis.

musica secunda lex erit? Nōne ut preces diis, quibus libamus, effundantur? CLI. Certe. ATH. Tertia verò, ut arbitror, erit lex, ut cum poetæ preces ipsas, petitiones hominum à diis esse non ignorent, diligenter animaduertant, ne mala quasi bona postulent. Ridicula enim nimīū illius conditio, qui ita precatur. CLIN. Præcūldubio. ATHÈ. Nōne suprā concessimus, non oportere in ciuitate aureas & argenteas diuitias esse? CLIN. Omnino. ATHEN. Cuius igitur exemplar sermonem hunc esse dicemus? Nōne huius? quòd videlicet poetarū genus non omne quæ bona sunt, & quæ minime, satis cognoscere potest. Quare si quisquā poetarū verbis aut cantu præter ipsam rationē preces non rectas nobis tradiderit, is contrariè in rebus maximis petere ciues faciet. Quo quidem errore, sicut diximus, non multos maiores reperiemus. Vnā igitur hanc quoque in musica legē formāque ponamus. CLI. Quā? Dic apertius. ATHÈ. Nemo poeta præter ciuitatis leges, & iusta, vel honesta, vel bona fingere quicquam audeat. Nec liceat quæ composuerit, vlli priuatorum ostendere, insequam constituit hæc de re iudices legūmque

custodes

custodes & viderint & approbauerint. Qui vero musica & disciplina præsideant, ferre ostensum est. Nunquid ergo, quod sæpe iam quæro, lex ista nobis formaque & imago tertia

fancietur? An aliter? **CL I.** Sanciatur omnino. **ATHE.** Post hæc rectissimum erit, ut hymni laudisque deorum precibus mixtæ canantur: deinde dæmonum heroûmque similiter, cum laudibus preces idoneæ. **CLIN.** Nil prohibet. **ATHE.** Ad hæc sequitur confestim hæc sine invidia lex. Decens est eos ciues laudibus exornare qui cesserunt è vita, si corporis vel animi viribus res arduas præclarasque gesserint, & legibus libenter paruerint. **CL I.** Quidni? **ATHE.** Viuentes autem adhuc, laudibus hymnisque honorare tutum non est, priusquàm vita functus quispiam finem viuendi præclarum fecerit. Hæc omnia vitis mulieribusque virtute insignibus cõmunia sũt. Cantus autem & saltationis modi ita constituentur. Multa præscorum sunt circa musicam antiqua poemata, & saltationis genera, de quibus decentia & cõmoda constitutæ ciuitati deligere, nulla inuidia est. Quorum electores, non pauciores quàm quinquaginta sint annos nati, qui quæ sufficienter in veteribus poematis dicta esse videantur, eligant; quæ verò improbè dicta, omnino reiciant. ^b Et quæ minus sufficienter, poetis viris musicisque; adhibitis corrigant & absoluant, atque virtute ipsorum poetica, nõ voluptatibus, neque cupiditatibus, nisi in paucis quibusdam vrantur, ita ut legulatoris exposita voluntate, saltatione cantumque & omnè choream prudenter ad eam dirigant. Omnis profectò ordinata Musa, quãuis suavis Musa non adiugatur, longè melior est quàm cum est sine ordine. Suauitas

^a Precibus ad-
iungẽdas hym-
ni in Deos
primũ, tũ in
dæmonas, ter-
tio in heroes,
quarto in v-
ros virtute
& magnis in
patriã meri-
tis olim infi-
gnes & iam
defunctos.

^b Ex veterũ
poetarũ can-
tibus optimi
quique, a viris
idoneis &
ad id dele-
ctis seligan-
tur & qui-
dẽ maximè
accõmodati
ad institutũ
legistoris
ut nõ habe-
atur ratio vo-
luptatis, sed
vilitatis
quã confert
ad virtutis
studium pro-
runt selecti.

autem atque iucunditas Musis omnibus est communis. Nam in quacunq; a primis annis, ad ætatem usque maturam versatus aliquis fuerit, eam iucundam arbitratur. Quippe si in Musa temperata atque ordinata fuerit educatus, contrariam cum audit odit, illiberalemque appellat. Sin vulgote incultamq; semper audire consueverit, huius contrariam rigidam, & asperam esse dicit. Quapropter, ut modo dicebam, iucunditatis & molestia in utraque pro consuetudine nostra par ratio est, sed emolumentum & detrimentum inpar. Nepe alicui meliores altera deteriores facit in ipsa educatus. C. I. I. Praclare. ATHEN. Præterea cantus, qui viris conveniunt & qui feminis, forma quadam distinguere debemus, & concentibus numerisque accommodare. Absurdum est enim concentui univerno vel numero dissonare, & his singulis non idonea reddere. Horum igitur forma necessatio legibus statuenda sunt, & utriusque convenienter attribuenda. * Et quid virum quidve mulierem deceat, ex ipsa utriusque naturæ differentia declarare. Porro quod magnificum est, & ad fortitudinem tendit, virile dicendum. Venustum autem molestumque magis, feminis esse accommodatius & ratione, & legibus sciendum. Atque ordo quidem hic sit. Deinceps declaremus quomodo hæc & quibus tradenda, operiendaque sint, & quando agenda. Quemadmodum vero navium faber carinulas primum ad navis formam supponit, sic ego mihi fieri videor. Nam dum vitæ conor figuras distinguere, secundum animorum naturales formulas quasdam quasi carinulas iacio, ut qua via & ratione, huius vitæ navem per hæc maria ducturi simus,

** Maribus alijs
fœminis ite
alijs carnis
assignandi.*

finus, rectè conspiciatur. ^a Humanæ quidè res
 magno studio dignæ non sunt: Serio tamen ^a Res huma-
 quæntiã agere necesse est, quod infortunatum ^{na non sunt}
 dixerim. Postquã verò hic sumus, si modo quo ^{magno stu-}
 dâ convenienti id fecerimus, satis forsân no- ^{dio digna.}
 bis erit factû. Sed quid dicam, rectè fortassis a- ^{b Homo est}
 liquis quæret. c. l. Rectè admodum. a. r. h. o. ^{Dei ludus}
 porter igitur, a. i. o. quod studio dignû est, stu- ^{tralyticy.}
 diosè tractare, non digna verò, nequaquã. Ac ^{c Reprehen-}
 deû quidè natura omni beato studio dignum: ^{duntur qui}
^b Homine verò sicut etiã suprã diximus, esse ^{ex stimant}
 fictû vt esset Dei ludus atque id verè ipsius o- ^{bellum serio}
 primû esse. Ita igitur affectos homines conse- ^{tractandum}
 quentur & mares & fœminas versari in ludis ^{pacis causa}
 quàm pulcherrimis oportere, cõtra quã mo- ^{que sit velu}
 dõ cogitantes. c. l. Quo pacto? a. r. h. Nunc cer- ^{ti ludus &}
 tẽ res serias ludorum gratia tractandas esse ^{recreatio}
 ducunt. Nam rem bellicam putant studio di- ^{quædam ho-}
 gnã pacis gratia bene disponendã esse, cum ^{minum: con-}
 in bello nec ludus melle solet, neque disci- ^{tra ostendi-}
 plina oratione digna fuerit vnquam, nec sit ^{tur, nihil ma-}
 modò, neque futura sit. Nos autem eam disci- ^{gu serio, &}
 plinam studio dignissimam arbitramur, qua ^{maiore stu-}
 homines institui quàm longissimè atque o- ^{dio tractan-}
 ptimè in pace vitam agant. ^c Quæ autem lu- ^{dum & cu-}
 dendi in vita recta sit ratio, & quales ludi in ^{randum esse}
 sacrificiis canendo saltandõq; adhibendi sint, ^{quã pacẽ,}
 vt & dij nobis reddantur propitij, & hostes ^{bellum neq;}
 fundantur in pugna, & quas potissimum res ^{rem seriam}
 cantu & saltatione imitati hæc vtraque con- ^{ess: neq; lu-}
 sequi valeamus, quibusdam quasi formulis ^{dum sed ma-}
 præsignatum est, & viæ per quas eundem, ^{lum prius}
 constratae sunt. Qua sane in re credendum est ^{necessa-}
 rium.

^a Ludorum qui pacis tempore in honorem deorum celebrantur
 quis finis esse debeat & cur nihil sit magis serio curandum.

poetam bene cecinisse. cum ait: *Telemache, alia quidem tu mente versabu, alia tibi demon suggeret. Non enim te puto sine numine diuorum genitum & nutritum.* Hoc ipsum alumnos quoque nostros cogitare oportet, & superiora quidem sufficienter dicta existimare, & si qua defunt demonum deumque sperare sibi suggesturum, quibus scilicet sacrificiis choreisque, & quando, & quæ numina ludendo placare debeant: secundum modum naturæ viuentes, cum ipsi sunt tanquam præstigiatorum miracula quedam, ut plurimum veritatis parum participes. *MEG.*

Quæstio.

Genus hominum hospes penitus parui facis. *ATH.* Nō mireris, sed ignosce, o Megille. Nam

a De gymna ad deum respiciens & affectu quodam erga sua & scho illū commotus hæc dixi. Genus ergo nostrum, si larum constru tibi sic placet, non vile, sed aliquo dignum studio sit. *a* Post hæc gymnasiarum, doctrinarumque *b* Omnes pue publica ædificia tripartito in media vrbe locari, tam macata sunt. Foris quoque equorum gymnasia in ves quæ suburbiis similiter tripartito, loca insuper ammina cogi de pla ordinata, vbi iuuentus ad arcum & telorum bent frequē iactum instruatut exerceaturque. Quod si in rare gymna superioribus non sufficienter de his est dictum, fia tam ea nunc & sermone dictum sit, & lege sancitum: in quib. cor- illorumque omnium peregrini magistri prepora exercē tio conducendi, qui illic habitantes, & ad tur, & stur- rem militarem & ad musicam, venientes india milita stituant. *b* Ac non illos tantum quos parentia docentur tes voluerint oportet discere, quos verò nonquam ea in luerint, disciplinas missas facere, sed ut dicitur, & am- tur, viri omnes quod fieri potest, & pueri, ut nis liberali- potē qui ciuitatis magis quam parentum libus discipli- beri sint, necessario discant. Eadem quoque nis excolun- de fœminis quæ & de masculis lex mea sanciet, eadem enim ab utrisque volumus exerceri.

ceri. Neque verebor dicere equestrē disciplinam atque gymnasticā ita mulieribus vt viris, honestā esse. Hoc enim ex veteribus audiri fabulis, fidemque adhibeo. Nostris etiam temporibus, non ignoro esse circa Pontum innumera mulierum millia, Sauromatidāque vocari, quibus non equorum modō, verum etiam arcuum ceterorumque armorū æqualis cura cum viris & exercitatio sit instituta. Sed rationem quoque ad hæc hæc habeo. Aio equidē, si hæc ita fieri possunt, stultissimum hoc in nostris regionibus esse vt nō iisdem studiis mulieres ac viri omni conatu consensūque dent operam. Fere enim ciuitas omnis hoc modo pro dupla dimidia sit, ex eisdē laboribus atque [muneribus.] ^bQuod sanē legistatoris peccatū est mirū. CLIN. Sic apparet. Verū multa nobis hospes præter rerum publicatū consuetudinē dicta sunt. ATHE. Totam primō disputationem decet percurrere, deinde quod potissimum videtur eligere. CLIN. Scire admodū modō dixisti, fecisti que vt in ipsum reprehendam, quōd illa dixerim. Quare deinceps, vt lubet dicas. ATHE. Hoc ipsum mihi placet Clinia, quod modō dicebā. Nam si re ipsa non satis pateret fieri hæc posse, contradici forsan nō nihī possiet. Nunc verō si quis legē hanc aspernatur, aliud certē querat oportet. Præceptū verō nostrū non cessabit aliterere, quōd oporteat doctrinā ceterorumque quā maximē mulieres cū viris participes fieri. Si enim de his considerate oportet. Dic age, si mulieres cū viris in omni vita participes non sint, an non necesse erit, ipsis alium quendā ordinem assignare? CLIN. Necesse. ATHE. Quē aliū eorū qui hunc sunt potius,

^a Sauromatidā
des mulie-
res circa bel-
lum militia
dant operā.

^b Studia mi-
litaria &
alia commu-
nia esse de-
bent fami-
nū cū viris.

*«Feminarū
varia apud
varios popu-
los studia &
negotia a-
pud Thra-
ces nimirum
Lacedamo-
nios, & A-
thenienses.*

*b Legislator
qui non ea-
dem prescri-
bit mulieri-
bus, qua vi-
ris studia u-
non perfe-
ctus sed di-
uiduus est
tantum le-
gislator.*

quàm nostræ cōmunionis ordinē quē modò
prescribimus assignabimus? Vtrū sicut Thra-
ces, multaq; aliæ gentes, agriculturā, bubulco-
rum, pastorūmq; officia, & reliqua opera ni-
hilo à seruorū ministeriis differētia mulierib.
tribuerimus? An quēadmodum nos, vicini que
omnes nostri, reconditis in vnam domum re-
bus, vt dicitur, omnibus feminis penus custo-
diam, radios, lanificiū, & similia cōmittemus?
Vel Laconicum, & Megille, quasi mediū elige-
mus? vt virgines quidē gymnasiis & Musicæ vz
cent, mulieres autē [à lanificio abstinentes] vi-
tam tamen non abiectā & tenuem, sed [alicuius
exercitij agāt.] Quinetiā domestici cultus,
custodiendæ penus, educandorūque libero-
rū mediam quandam curam suscipiant. Nec
bellis intersint: vt si patriam liberōsque tue-
ri necesse sit, nec sagittas emittere vt Amazo-
nes, nec cum reliquis ciuibus iaculationē sei-
tē obire queant: nec scuto hastāque sumpta,
imitati deam, ac pro patria obsessā generosē
resistere, vt si nihil aliud maius, terrorem
saltem in acie vixit hostibus ipsis incutiant.
Quippe si ita vixerint, Sauromatidas imitati
nunquā audebunt: sed apud ipsas mulieres,
illorū videbuntur viri. In his itaque vestra-
rum legumlatores probet qui velit. Ego pro-
fectō aliter nunquā dicam b perfectum nanq;
non diuidium tantū oportet esse legislatorē,
qui sinat diffuere deliciis mulieres, & marib.
solis attendat, atque ita pro felicitate ciuitatis
dupl'ci simplicem solum efficiat. MEG. Quid
hic agemus, & Clinia? An patiemur, vt Spartā
sic hospes laceret & proscindat? CLIN. Certē.
Nam cum dicendi libertas ei concessā sit, quo-
usque satis de legibus tractatum non fuerit,
intertur

interturbandus non est. MEG. Probè dicis. A-
 THEN. Meum igitur est quæ sequuntur expla-
 nare. CLIN. Proculdubio. A THEN. Quis igitur
 vitæ modus erit, quibus necessaria mediocri-
 ter sint præparata? Artes verò aliis relictæ, a-
 gricoltura seruis commendata, qui fructus ex
 agris reddant, qui satis sint hominib. modestè
 viuentibus, quibus præterea conuictus publi-
 ci sint instituta: virorū quidè seorsum & pro-
 ximè eorum qui ad ipsos pertinent, nèpe pue-
 rorū filiarūmq; vnà atq; matrū, hisque conui-
 uis principes quidā & viri & mulieres præpo-
 sitū sint: qui in eis obseruent quotidie animad-
 uertantq; singula: deinde cæteris ipsos dissol-
 uant, & postquā tam principes, quàm cæteri,
 diis ipsis, quibus dies illa vel nox dicata est, li-
 bauerint, domū proficiantur. His igitur ho-
 minibus sic institutis nullūmne erit reliquum
 opus necessariū ipsisque cōueniens? sed deditū
 ventri, more pecorū viuent? At verò nec iustū,
 nec honestū id ducimus. Neque possibile est,
 ita viuentē hominē in id tandē quod sibi con-
 uenit non incurrere. Cōuenit autē desid. obe-
 sōque per inertiam animali, vt ab alio labori-
 bus exercitaco & quasi extenuato fortique ca-
 ptum dilanietur. Hæc utique si sufficienter
 exacteque, vt modò videmur, perquiramus, rū
 vitæ quæ
 fortè nunquam fierent, donec mulieres & li-
 beri & domus & reliqua propria cuiq; essent.
 Si tamen, quæ secunda ad ea sunt & modo tra-
 ctantur, fierent, mediocriter certè fient. O-
 pus igitur ita viuentibus non patuum neque
 vile restare dicimus, sed maximum omnium à
 iusta lege mandatum. [Nam cum eius qui Py-
 thia vel Olympia vincere studeat vitæ ita
 sit huic studio occupata vt eum ab omnibus

aliis negotiis auocet & distrahat,] duplici, imò
 verò multiplici adhuc cura, vita illius plena
 est, qui rectè animi corporisque virtuti vacat.
 Nihil enim exercitationis corporeæ, nihil do-
 ctrinatum animi, morumque, propter alia ne-
 gotia negligendum est, [& obiter curandū nec
 ullū aliud negotiū his debet esse impedimen-
 to]. Fermè enim tota dies totaque nox ista di-
 ligenter curanti vix fatis est, vt ea prorsus as-
 sequatur. Cùm igitur hæc ita se habeant, ordo
 totius tēporis liberis hominibus ab ortu solis
 perpetuus ad alterum solis ortum est habend-
 us. Ridiculus fortassè legifflator habebitur, si
 multa frequentiaque & minima quæque de
 familiari administratione narrauerit, cum in
 aliis, tum etiam in nocturna vigilia, quam ne-
 cesse est vt conseruaturi ciuitatem exhibeant.
 Nam siue lex siue officium id appellandum
 sit quod modò præcipimus, certè omnibus
 turpè illud & illiberale videri debet, vt ciuū
 aliquis per totam dormiat noctē: nec primus
 excitetur & surgat, ita vt hoc toti familiæ pa-
 teat. Quinetiā vt domina ab ancillis, non an-
 cillæ ab ipsa primū excitentur, turpè dicendū
 apud seruos, & ancillas, pueros, & domū de-
 nique si possibile sit, vniuersam. Nocte igitur
 exurgant: & magistratus publicum aliquid,
 patres verò matrēsq; familiæ in domibus pro-
 priis rem suam curent. ^b Somnus enim mul-
 tus, nec corporibus, nec animis, neque rebus
 gerendis natura conducit. Nemo quidem
 dum dormit, alicuius pretij est, non magis
 quàm si non viueret. Quare quicumque viue-
 re & sapere cupit maxime, quàm longissimo
 tempore vigilet, sola sanitatis commoditate
 seruata. Ad hanc verò non multo opus est
 somne

*De vigiliis
 et pauca som-
 no quædam
 præcipiuntur.*

*Somnus multus
 eius fugiendus
 & c.*

somno, si bene afflaueris. Magistratus profecto nocte in urbibus vigilantes malis hominibus tū hostibus, tum ciuibus terrori sunt, amandi honorandique iustis & téperatis, sibi & ciuitati vtilis vniuersæ. Sed nos quidem ita peracta, ad ea quæ diximus fortitudinē quoque in animis ciuū creat. ^a Sole verò surgēte pueri ad magistros proficiscantur. Quoniam verò nec pecudes nec alia prorsus vlla sine pastore viuere debent. nec pueri etiam sine pædagogis sint, neque absque dominis serui. Est autē puer omni bestia intractabilior. Nam cū prudentiæ fontē nondū perfectū habeat, insidiosissimus est acerrimūque & petulantissimus omnium bestiarū, ideò multis quasi frænis vincendus est. ^b Et cū primum à matribus nutricibusque se iungitur, pædagogis eum ad puerilē lasciuia regendam cōmendare oportet: deinde his qui docent quæcunque tandē, & disciplinas, vt liberū: vt autem seruū castiget quicumque ex liberis fortē deprehenderit, puerū ipsum & pædagogū & præceptorē, si qua in re delinquere eos cōspexerit. Si verò præsens quis iure non castigauerit, maximo subiiciatur opprobrio. Rem hanc ille qui de custodibus legū ad principatum puerorum electus fuerit cognoscat: siue ille qui eos deprehendit non castigauerit cū oportet: siue non more castigauerit. Acute autē videat hic oportet, diligentissimēque educationē puerorum curet, naturas eorum secundum leges ac bonū ipsum diligens semper & conuerrens. Quomodo autē hunc ipsum nobis lex sufficienter erudiet? Nō enim satis, nec aperitē adhuc dictū est: sed alia tacta, alia prætermittā. Oportet autē pro vitis nihil relinquare, sed rationem omnem exponere,

^a Pueri ad
 scholam mis
 tendi.

^b Pueris pæ
 dagogi præ
 ficiendi, &
 in amborum
 mores inspe
 ctio & ani
 maduersio li
 beris homi
 nib. & senis
 rib. non solū
 permittēda,
 sed etiā pœ
 na imposita.
 si illi eam
 curam negle
 xerint, man
 danda.

*De libera-
lib. discipli-
no quid de-
beat degu-
stare inue-
ne pra cate-
ru de Arith-
metica & A-
stronomia in
in genere de
studiis litera-
ru quibus
quousq; im-
pertenda sit
etas illa in-
venit, pra-
scribitur.*

ut interpres hic alius & educator sit. De cho-
rez quidem, cantus, & saltationis forma dictum
est: quæ eligenda, corrigenda, deducenda sit.
De scriptis autem oratione soluta nondum
diximus, quænam horum, & quo ordine, &
optimè pueritiæ cultor, alumnis tradenda
sint, quamvis quæ in te bellica discenda exer-
cendaque ipsis sunt iam habeas. Etenim quod
percipienda sint quæ ad literas pertinent pri-
mum, deinde quæ ad lyram, à legislatore
dictum est. Præterea quæ ad computationem
numerorum spectant, quibus opus esse dixi-
mus; & omnino quæcunque ad bellum ac re-
familiarem publicamque conducunt. Item ea
quæ utilia sunt ex divinis, in circuitibus
astrorum, & Solis & Lunæ, quæ circa hæc
necessarium est disponere totam civitatem.
De quibus verò dicimus? De ordine dierum
in mensem mensiumque in annum, atque ita
tempora, solennitates sacrificia ut decet dis-
posita naturali quodam ductu, viam civitatē
vigilantemque reddant, & diis honorem tri-
buant, & homines ad hæc prudentiores effi-
ciant. Hæc tibi sic, & amice, à legislatore suffi-
cienter distincta sunt, sed quæ sequuntur ani-
madverte. Nam de literis nondum satis distin-
ctum fuisse dicimus: quoniam quatenus his
vacandum sit, non est declaratum: vtrum vi-
delicet exactè eas comprehendere debeant,
qui mediocres futuri sunt ciues, an nihil om-
nino. Similiter quoque de lyra. Ad literas er-
go decentes pueri proficiantur, triennioque
insistant. Et qui tres ac decem egerunt annos,
lyra similiter tres annos incumbant. Ne liceat
aut patri plus vel minus in his liberos detine-
re: aut liberis siue tradito affectis citra id tem-
pus, siue desiderio compulsis ultra, his rebus.

contempta lege, vacare. Siquis non paruerit honores qui pueris datur, quos postea natabimus, non sequatur. Sed quid in his annis docere magistris, adolescentisque discere debeant, audi. Literas donec legere scribereque possint, perdiscant. Velociter autem aut perpulchre faciant, necne, nisi natura constituto temporis spatio dederit, non est curandum.

*Monumenta verò poetarum in quibus *Quib. scri-
pta vel me-
tro vel pro-
sa oratione
cōposita ex-
ercendi sint
iuuenes, post
quā legere
& scribere
didicerunt.*
lyra non utuntur, partim metricè scripta, partim fine metro: quæ quidem rythmo harmoniæque carentia scripta dubia admodum & periculosa, sunt nobis à nonnullis huiusmodi hominibus tradita, qua ratione vsui dabitur, o omnium optimi custodes legum? Legam quod latorem, qualem istorum vsu vobis rectè tradat, dubitaturum arbitror. C. I. Quid hoc tibi tecum ita dubitasti? A. T. H. Rectè tu Clinia, sed ad vos qui de legibus communiter mecum consideratis, necesse est ut & quæ certa & quæ dubia mihi videntur aperiam. C. I. Quid ergo de his modo dicis? & quid te mouit. A. T. H. Dicam equidem. Profectò innumeris hominibus non est facile contradicere.

C. I. Nunquid patua & pauca de legibus iam dicta putas: multis contraria? A. T. H. E. Ve: è prorsus id dicis. Iubere namque videris, ut quamuis multis hoc iter arduum odiosumque sit, peragam tamen confidenter: perque legum semitam, presentibus sermonibus patef. Etiam nullo prætermissio progrediar: cum iter huiusmodi forsitan non paucioribus, & si paucioribus, non deterioribus placeat. C. I. N. Certè. A. T. H. Nihil igitur prætermittam. Dico equidem, poetas multos hexametro carmine, multos trimetro, aliisque generibus

metrorum scripsisse : ac alios seria, alios iocosa fuisse complexos. Quibus quidem scriptis innumeri facultatis huiusmodi professores, afferunt [adolescentes quos quis velit rectè instituere alendos & saturandos esse, ita ut multa lectione, & integros poetas ediscendo quàm plurima audiant & discant alij, summa quædam capita selecta & certos quosdam locos poetarum in vnum conductos memoriter ediscendos esse sentiunt, ei qui nobis ex multa experientia & multiplici cognitione vir bonus & sapiens sit euasurus.] Tu verò quid ab his rectè dicatur, qui contra, liberè à me nunc explicari iubes? **CLIN.** Quidni? **A. E.** Ego igitur quid potissimè de his omnibus vno verbo sufficienter dicam? hoc equidem arbitror, quod mihi ab omnib. concedetur. Multa à poetis probè, multa etiam contra esse dicta. Quod si ita habet, multorum ediscendorum studium iuuenibus periculosum esse assero. **CL I.** Quomodo ergo, & quid custodi legum præcipis? **A. T. H.** Qua de re dicis? **CL I.** Quoniam ipsi respiciendum quasi ad exemplar quoddam, ut alia perdiscenda iuuenibus, alia ne attingenda quidem iubeat, ne dicere id graueris obsecro. **A. T. H.** O bone vir Clinia, videor quædammodo fortunatus. **CL.** Qua in re maximè? **A. T. H.** Quod penitus exemplo non caream. Nempe cum ea quæ ab aurore ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione, ut mihi videtur, narrauimus: animaduerto, poesi quodammodo similia mihi videntur. Nec mirum est, si proprios sermones quasi simul omnes collectos respiciens, sic afficior, ut admodum læter. Omnino enim quæ aut poetice, aut soluta oratione dicta didici & audiui,

moderatissima hæc mihi instruendisque iuue-
nibus idonea maximè videntur. Quamobrem
quod melius exemplum legum custodi atque
dæctori proponam non habeo, quàm vt magi-
stros cogant pueris hæc exponere, & quæcum-
que alia his similia: siue poeticè, siue soluta
oratione scripta sint: siue simpliciter dicta
quidem, & huic disputationi consentaneæ:
quæ nullo modo prætermittat oportet, sed
opetam det, vt scribantur, ac primùm præce-
ptores ipsos compellat discere hæc, atque
probare: & eos qui non probent repellat: his
verò qui probant, erudiendos instituendos-
que adolescentes committat. Sed de literis, ea-
rumque magistris iam satis. **CL. A** proposito
quidem hospes, vt mihi videtur, non aberravi-
mus: sed vtum rectè totam rem, an con-
trà agamus, forsàn difficile dictu. **ATH.** Tunc
demum Clinia, id quoque patebit, vt decès
est, quando sicut sæpè numero diximus, legum
tractatio finem accipiet. **CLIN.** Rectè. **A-**
THEN. Verùm post literarum magistrum,
nõne de citharista dicendum? **CLIN.** Cur
non? **ATHEN.** Si superiorum memores eri-
mus verborum, citharistis congruum & do-
cendi & educandi, quantum ad sua spectat, vt
reor, officium dabimus. **CLIN.** De quibus
dicitis? **ATHEN.** Opètere diximus Dionýsiacos
cantores sexaginta annos natos rhythmorum
naturas harmoniarumque constitutiones acu-
tè sentire: vt in cantibus affectus animi imi-
tantibus, probi animi imitationes, ab imita-
tionibus improbi secernere possint: & has qui-
dem reiciant, illas in medium deductas, ado-
lescentum auribus concinant, trahantque eo-
rum animos imitatione quadam perductos ad

*Quid in mus
fica & arte
instrumento-
rum musicorū
pulsandorū
discendū sit
à iuvene tra-
ditur in sum-
ma præcipi-
tur vt cæcus
selecti & q̄
quidem gra-
ues, & bonos
animi affo-
ctus expri-
mētes fidē
lyra vel a-
liis instru-
mētū quom-
pulsabitur so-
nis accōmo-
detur.*

virtutis ipsius possessionem. CLIN. Vera lo-
 queris. ATH. Quapropter citharistam discipu-
 lumque eius oportet voce uti ut quid lyrae fi-
 dibus exprimat, intelligi possit, & vocibus
 voces consonas reddere. Diuersitatem verò
 varietatemque lyrae, quum alios fides modu-
 los reddit, alios poeta cantus ipsius autor,
 ut densitatem praeterea raritati, velocitatem
 tarditati, acumen grauitati, & omnino con-
 sonum simul & dissonum praestat, rythmo-
 rumque vniuersa varietas, lyrae vocibus ac-
 commodatur, offerre illis non licet, qui
 triennio utilitatem musicae sunt breui perce-
 pturi. Contraria enim cum se inuicem con-
 fundant, difficilè discuntur. Oportet autem
 ut facilè iuvenes discant. Nam nec parua nec
 pauca sunt, quae necessariò illis perdiscenda
 mandamus. Haec autem oratio progrediens cù
 tempore simul ostendet. Haec de musica do-
 ctiores procurent. Quae verò verba cantusue
 chorearum magistri docere debeant, ea nobis
 in superioribus distincta sunt, quae dedican-
 da commodè solennitatibus diximus, ut vnà
 cum felici oblectamento utilitatem quoque
 ciuitatibus praebeant. CL. Verè haec etiam di-
 stinxisti. ATH. Haec itaque verè distincta ele-
 ctus ad Musam magistratus suscipiat, curèque
 feliciter. Nos verò sicut Musicae docendi mo-
 dū qui restabat, adiecitimus, ita nunc saltatio-
 ni & vniuersae corporis gymnasticae, cū idem
 reliquum sit, idem quoque adiciamus. Pueros
 etenim puellasque oportet saltationem & gy-
 mnasticam discere. Nōne? CL. Sic oportet.
 AT. Saltandi igitur magistri pueris, ac puellis
 magistræ dentur, ut his aptè exerceantur. CL.
 Dentur profus. AT. Rursus virum illum plu-

*In saltatio-
 ne, arte item
 exercēdi cor-
 pora & mili-
 taribus exer-
 citiis, quo pa-
 eto sint eru-
 diendi iuue-
 nes.*

rima negotia subiturum, vocemus pueritiæ
 curatorem, qui cum & musicæ & gymnasticæ
 curam habeat, nunquam otio abundabit. C. L.
 At quo pacto tantam, cum senior sit, curam
 sustinere poterit? A. T. Facile, o amice. Lex enim
 ipsi concessit, concedetque, ut ad eam curam
 quos velit civium & virorum & mulierum
 accipiat socios. Ille autem qui deligendi sunt
 cognoscat, volentque socios probos deligere,
 cum magistratus ipsius magnitudinem prudenter
 & cognoscat & vereatur, nec ignoret quod
 si pueritia recte educata sit, educeturque omnis
 in vita recta sit navigatio: sin contra, quod
 contra sequatur, nec dictu dignum est. neque
 nos dicimus perniciosum in civitatem novam
 omen fugientes. Multa iam de saltatione, deque
 omni motu gymnastico diximus, Gymnasia
 enim omnes etiam exercitationes bellicas ap-
 pellamus, ut sagittandi, iaculandi, peltasticæ
 quoque, & omnes armorum dimitationes, ac-
 cierum ordinationes, ductiones exercitus, ca-
 strorum positiones, & quæcunque ad eque-
 strem pertinent disciplinam. Quorum omnium
 publicos oportet esse magistros à civitate con-
 ductos, qui pueros & puellas, viros & mulieres
 doceant, ut omnes qui in civitate sunt, hæc om-
 nia sciant. Et puellæ quidem saltare pugna-
 reque cum armis consuecant: mulieres autem
 castra movere, ordines struere, & arma sumere
 atque deponere, si nullius rei alterius gra-
 tia, autam si res cogat ut in militia viri omnes
 proficiantur, possunt ipsæ interim siquid aduer-
 si acciderit, civitatem defendere: vel si tanta ho-
 stium siue Græcorum, siue barbarorum multitudo a-
 gros invaserit, ut necesse sit mulieres quoque
 pro civitate arma capere, quorum nihil est, quod non

*a Cur mulie-
 res portent
 castra & ar-
 ma struere*

facile euenire possit. Magno certè reipubl. vitio dandum est, ita ignauè mulieres educari, vt nec veluti aues quidem pro filiolis contra feroces audeant bestias pugnare: morique potius velint, cunståque subire pericula, quam statim ad aras templaque confugere, opinioneinque de genere hominum dare, omnium ignauissimum animalium esse. CLIN. Per louem hospes, & dedecori hoc. & detrimento est ciuitati. ATHEN. ^a Legem igitur hanc sanciamus, vt rem bellicam mulieres non negligant: sed ciues omnes tam mulieres quam viri, illi dent operam. CLIN. Sanciamus. ATHEN. ^b De luctatione quidem partim nobis est dictum. Quod verò, vt arbitrator, maximum est, non diximus, nec facile dictu est, nisi quis verborum declarationi corporis gestus adiungat. Hoc ergo tunc iudicabimus, quando verba rebus coniuncta apertius aliquid etiam de ceteris significabunt, & luctationem maximè omnium motuum prælio affinem esse, & oportere non prælio huius causa, sed hinc gratia: prælij operam dare. c. 1. Probè id quidem. ATH. Sed de luctandi quidem facultate hætenus sit dictum. Ceteros verò corporis totius motus, quorum plurimi c. saltationis nomine rectè appellari possunt in duas species distribuimus. Nam alius quidem motus decetioribus gestibus corporis, honestum dignūque aliquid imitatur, alius contra indecentioribus, ad vile aliquid imitando deducit. Et vtriusque rursus dux sunt species. Honestus enim digniorque motus alius est, cum in bello violentis que laboribus egregio corpore fortique animo implicamur. Alius, dum animus in rebus secundis moderatè lætatur. Hanc

^a Lex sancitur, vt mulieres nõ minus quã viri vè bellicæ eurent.

^b De lucta.

^c De saltatione. & eius duab. speciebus militari & ea qua pacis tempore magis conuenit.

fiquis pacificum appellet motum, secundum naturam appellare videbitur. Illum verò à pacifico diuersum Pyrrhichen rectè quisque vocabit, qui imitatur flexus corporum, quibus tela plagæque vitantur, declinando, retrocedendo, exiliendo in altum, humique se summittendo: contrarios item gestus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tum in arcuum iaculationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarum impetitionibus simulacra pugnae student imitari, simulque rectitudinem, interim & robur bonorum corporum atque animorum, quoties fit imitatio, quæ adhibita plerunque confert ad corporis membrorum firmitatem, rectum quidem hoc: quod autem his contrarium, non vt rectum approbatur. Sed & paci conuenientem saltationem hoc pacto in singulis consideremus, vtrum rectè necne pro natura honestæ saltationis decenter quis in choreis optima lege eruditorum virorum versetur. * Primùm verò ambigua quæ in controuersiam cadit saltatio à non ambigua distinguenda est. Quænam igitur hæc, & quo pacto vtrique distinguenda est? Ambiguam arbitramur, quæ Baccharum, Bacchumque sequentium est: quos Nymphas, Pænes, Silenos ac Satyros vocant, quæ quidem vt aiunt, vinolentos imitatur, lustrationes & sacra facientes. Totum hoc saltationis genus, neque quòd bello conueniat, neque quòd paci, neque quid sibi velit, facile determinari potest. Rectissimum igitur mihi videtur id ita distinguere, vt seorsum à bellico, seorsum etiam à pacis saltatione id ponamus, negantisque hoc esse civile, atque

* *Tertium quoddam saltationis genus Baccharum & aliorum Bacchi comitum proprium proponitur, sed quoniam à duobus superioribus, qua sunt presentis instituti seculum est, velim quatur.*

a *Pacis conue-
niens salta-
tionis genus
in duo divi-
ditur, in con-
citatius &
moderatius:
quorū autē
utrumq; sit
declaratur.*

b *Saltatio
unde orta.*

* *ἰμμελωσ.
* πλινμημα-
σιωσ.*

* *πυρρῆχου.
* ἰμμελεταιν
* το ποιεσ ἕξ
γῆδωσ.*

ideò relinquentes, ab belli pacisque, saltationem sine controuersia ad nos pertinentem ià reuertamur. ^aGenus aut̄ illud Musæ, quo in pace & prosperitatis opinione utimur, deos deorūq; filios honorātes bipertitò distinguit. Alterū. n. quū pericula laborēsq; euasimus, & bona adepti sumus adhibetur, q̄ maiores cōtinet voluptates. Alterum prioribus bonis seruatis auētisque agi solet, in quo remissior est voluptas. In huiusmodi verò rebus, ex maiori voluptate concitatus, ex minore remissius quisque mōuetur. Modestior etiam quilibet, & ad fortitudinem exercitator pacatius mouetur. Ignauus contrā, & ad temperantiam minimè exercitatus, maiores vehementiorēsque mouendi permutationes agit. ^b Communiter autem seu cantu, siue aliter quis loquatur, quieto id corpore facere nequit. Quapropter verborum imitatio corporis figuris expressa, artem omnem saltatricem peperit, qua ^{*}concinnè nonnulli alij ^{*}inconcinnè mouentur. Cūmq; in aliis multis nominibus benè & secundum naturam positis laudanda antiquitas sit, in hoc quoque probanda est, quod saltationes cunctas moderatorum hominum in rebus secundis temperatè gaudentium, rectè admodum musicęque & secundū rationē concinnitatis, quisquis ille fuerit, nominauit: duāsq; honestę saltationis constituit species, & belli quidem ^{*}Pyrrhichem, pacis, commodè ^{*}concinnitatem vocauit. Hęc debet legislator ^{*}figuris quibusdam exponere: custos autem quarere, & inuenta cum alia musica coniungere, atque in solennibus sacrificiis distributa, singula singulis dedicare: & ita ordinata stabilire, vt nihil eorum post

ea nec in saltu, nec in cantu aliter fiat: sed in eisdem voluptatibus ciuitas eadem perseuerans, ciuésque iidem similes semper pro viribus permanentes, benè beatèque viuant. Sed iam de honestis pulchrorum corporum, generosorumque animorum choreis diximus. ^a Deformium verò corporum cogitationum motus, qui ad risum & comœdiam, verbis, cantu, saltatione omnibusque huiusmodi imitationibus spectant, considerare & cognoscere necesse est. Nam seria siue ridiculi, & omnino sine contrariis contraria cognoscere quidem impossibile est, si quis prudens est futurus. Fieri autem ambo minimè possunt, si quo pacto virtutis participes euasuri sumus. Sed hæc huius gratia cognoscenda sunt, nec propter ignorantiam ridiculum aliquid agatur aut dicatur, cum minimè oporteat. ^b Serui igitur & peregrini pretio conducti talia imitentur, studium verò ipsis à nobis nullum adhibeatur. Nec aded liber sic ciuis seu vir, siue mulier, qui discere ista cernatur, sed noua semper in his appareat imitatio: atque ita ad risum spectantes ludi, qui ^c comœdiæ vocabulo appellantur, ratione ac lege dispositi sint. Tragediæ verò poetæ qui res, ut aiunt, serias narrant, si nos sic interrogent: Licetne, ô amici, in regionem ciuitatè que uestram nobis venire, poematà que nostra ad vos perferre? An aliter vobis de re tragica visum est? quid ad hæc diuinis viris rectè nos respondebimus? Nam mihi quidem ita videtur. Nos verò, ô viri optimi, tragediæ quam pulcherrimæ & optimæ quoad heri potest, sumus poetæ. Nempe vniuersa respublica nostra pulcherrimæ optimæque vitæ imitatio est:

^a De deformi saltatione, & in genere de vitiosa imitatione aliquid dicturum. Plauto præfatur, cur de illa verba faciat

^b Serui permittitur scæda saltatio.
^c Comœdia sine excusatione, Tragedia autè cum aliqua excusatione eicitur è ciuitate.

quam rem nos certe tragediam verissimam
 arbitramur. Poeta ergo vos estis: poeta quo-
 que eiusdem poematis ipsi sumus, & quasi æ-
 muli ad opus pulcherrimum tragediæ con-
 tendimus, quod sola lex vera, ut speramus
 potest perficere. Verum nolite credere facile
 nobis admitti, ut scenas in foro constituatis,
 & clamorosos conducatis histriones, qui altius
 quam nos exclament: atque ita ad liberos no-
 stros, ad uxores, ad turbam vrbis omnem, de
 eiusdem rebus non eadem quæ nos sed con-
 traria sæpe concionemini. Insanitemus enim
 & nos omnino & ciuitas omnis, si antequam
 magistratus viderint quæ composuistis, &
 an populo proponenda sint, necne iudicave-
 rint, admiremini. Nunc igitur, ô viri optimi
 mollium musarum filij, istos cantus vestros
 cum nostris apud principes comparabimus: &
 si quæ dicentur, eadem aut meliora nostris
 esse videbuntur, chorum vobis dabimus. Sin
 verò aliter, ô amici, nunquam dare poterim-
 us. Hæc ita de omni chorea eiusque doctri-
 na legibus & moribus constituta sint, & ser-
 uorum quidem scortum à dominorum offi-
 ciis, si vobis quoque videtur. C. L. Videtur cer-
 tē. ATH. ² Sed liberis tres adhuc restant do-
 ctinæ. Vna computatio numerorum. Altera
 longitudinis, latitudinis, profunditatisque
 mensura. Tercia circuitus astrorum noticia.
 Quæ omnia non exactè multi perdiscunt, sed
 pauci quos ad finem progressi significabimus.
 Sic enim decet. Multitudini verò quæ necessa-
 ria sunt, rectissimeque dicuntur, turpe est
 nescire. Sed exquisitè cuncta perquirere, nec
 facile est, nec omnino possibile. Quod ex
 ipsis necessarium est, reici non potest. Imò
 verò

**De Arith-
 metica A-
 stronomia &
 Geometria
 scientiis qua
 ritur an sint
 necessaria
 omnibus in
 ciuitate, &
 quousque à
 vulgo perci-
 pienda.*

verò ad hoc ipsū respexisse videtur, * qui pro
 uerbio primus ira de deo est locutus, quòd
 nec deus vnquā cū necessitate pugnabit, quod
 equidem de diuinis necessitatibus intelligen-
 dū arbitror. Nā si hoc de humanis necessitati-
 bus dicatur, ad quas multi respirantes tale
 quid aiunt longè omniū stultissima erit ora-
 tio. C L. Quā nā igitur hospes non humanae,
 sed diuinæ doctrinarū necessitates sunt? A T.
 Illas arbitror, quas qui non discit vllō modo
 nec experitur, nunquā hominibus deus fit, nec
 dæmō, nec heros, vt curā hominibus studiosè
 habere possit: lōgè etiā aberit vt homo diuin⁹
 fiat, si nec vnū, nec duo, nec tria, nec paria om-
 nino atq; imparia potest cognoscere, si nec nu-
 merate nouit, nec dies & noctes dinumerare,
 nec solis ac lunæ ceterorūque astrorū cir-
 culationes accepit. Quæ si quis necessaria ne-
 get homini pulcherrimarum doctrinarum
 quamlibet percepturo, stultissimè cogita-
 bit. Sed qualia horum singula sint, & quot &
 quādo discenda, & quid cū alio, quid sine aliis
 solū, & quæ sit vniuersa istorū mixtura, rectè
 ante omnia est discendum. Deinde de his do-
 ctrinīs ducibus ad alias gradiendū. Sic enim na-
 tura necessitas ipsa obtinuit, cū qua deorū nul-
 lum dicimus aut pugnare nūc, aut vnquā pu-
 gnaturū. C L. Rectè hospes, ac secundum natu-
 rā quæ dicis ita dici videntur. A T H. Sic se res
 habet, o Clinia. Sed difficile est de his hoc or-
 dine propositis leges ferre. Quare in aliud tē-
 pus si videtur dilata diligentius hæc legib. san-
 ciemus. C L. Videtis hospes, nostram de his re-
 bus imperitiā formidare. Neque id iniuria.
 Veruntamen exponere conetis, nihil hæc de
 causa veritus, A T H. Formido equidem quod

* Prouerbiū,
 Cum necessi-
 tate ne Deus
 quidē pugna-
 uerit, expecta-
 tum.

Imperitia non est summum malū, sed lōgè grauius & perniciosius malū est, malū comparata multarum rerū peritia atq; notitia.
Arithmetica & Geometria tanquā per ludum à pueris, ut apud Egyptios factita, si solet discēda.

Græcorum ignorantia in Geometria taxatur.

dicissed multò magis eos perhorresco, qui has doctrinas gustarunt quidē, sed malè gustarunt. Non enim graue admodum quiddam est, & durum rerum omnium imperitia, nec summum malum, sed multò perniciosius est, malè comparata multarum rerum peritia atque notitia. CL. Vera loqueris. A T. ^b Operiet igitur liberos homines ea discere, quæ vnà cum literatura magna puerorum turba in Ægypto perdidit. Primum enim cōputationis doctrina sic est pro ingenio puerili excogitata, ut cōludo & voluptate percipiatur. Pomorum coronarūque pluribus paucioribūque distributio fit iisdem competentibus numeris. Pugilū quoque & luctatorum confessus, & cōsonii alternus & consequens ordo, ut fieri solet, digeritur, Phialas autē aureas, æneas & argenteas, similitēque alias ludendo immiscentes, vel totas alter alteri tradentes, necessarios, ut dixi, ludis numeros aptant: atque ita vtilitatē præbēt discēntibus ad exercitus ducendos, castrorū ordinem ad œconomiam, & ad reliqua omnia, vigilantiorēsque ipsos reddunt. Deinde cū natura ignorantia turpis atque ridenda de mensura longitudinis, latitudinis, & profunditatis omnes homines teneat, hac eos procul abducunt. CL. Quam igitur & qualem ignorantiam dicis? A T. H. O antice Clinia, ego etiam cū aliquando audiuissem, serò tandem hanc nostram ignorantiam miratus sum, nec hominū, sed suum pecorūque consideranti mihi visa est. Ideoque non mea solummodo, ^c verum etiam Græcorum omnium causa vehementer e-rubui. CL. Dic planius hospes, quid hoc est. A T. Dicā equidem. Imò verò iaterrogando aperiri. Responde quæso Longitudinē noli. CL.

Quidni?

Quidni? ATHE. Quid latitudinem? CLIN.
 Certè ATH. An quòd hæc duo sunt, & pro-
 funditas tertium. CL. Et hoc. AT. Videntur
 ubi hæc omnia inuicem posse commensurari.
 CL. Sane. AT. Longitudinem inquam, ad lon-
 gitudinem, & latitudinem ad latitudinem, &
 profunditatem similiter commensurari posse
 natura. CL. Vehementer quidem. AT. Quòd
 si aliqua neque vehementer neque remisse id
 possunt: sed alia possunt quidem, alia mini-
 mè: tu autem putas omnia posse, quomodo ad
 hæc es affectus? CL. Male. AT. Quid rursus
 longitudinè latitudinèque & profunditatè,
 vel latitudinè longitudinèque inuicè? non-
 ne Græci omnes opinantur quodammodo posse
 cõmensurari? CL. Omnino. AT. Quòd si nul-
 lo pacto possunt omnes autè Græci, ut dicebã,
 posse existimãt: nõnne par est nos omniũ cau-
 sa tubere cõmotos ad eos dicere? Hoc vnũ de
 illis est, ò Græcorum optimi, quæ ignorare
 quidem turpe esse dicebamus: nosse autem
 necessaria non admodum præclatum. CL.
 Cur non? ATHEN. Præterea alia quædam
 sunt his affinia, in quibus plerunque similiter
 erramus. CLIN. Quænam? ATHEN. Qua
 natura factum sit, ut alia inuicem commensu-
 rari possint quidem alia verò non possint, hæc
 sanè cognoscere necessarium est, vel om-
 nino inutilem esse illum qui ignorat. In his
 ergo inter se exercitium proponant ludo senũ
 talario longè iucundius, & in meditationibus
 eorum quæ his digna sunt, conuersentur &
 contendant. CL. Fortassè. Non multum e-
 nim tessera hæq; doctrinæ inter se distare vi-
 dentur. AT. Hæc ipse, ò Clinia, discenda iunio-
 ribus cæseo. Nã nec noxia, neq; difficilia sunt,

*a Longitudo
 cum longitu-
 dine, latitu-
 do cum lati-
 tudine sunt
 commensu-
 rabiles, ut
 non longitudo
 cum latitu-
 dine.*

& ludendo percepta, proderunt civitati, ob-
 runt autem nunquam. Attendendum est au-
 tem, si quis aliter dicat. CLIN. Quidni? A T.
 Si hæc ita habere se videbuntur, probabimus
 utique. Sin aliter, reprobabimus. CLIN. Ita
 certè. Nonne igitur hospes, hæc nobis tanquã
 necessaria doctrinã modò sciendã sunt, ne
 inanis sit nobis legum tractatio? ATH. San-
 ciantur quidem, tanquam pignora quãdam,
 sed ea conditione, vt solui à reliquo discipli-
 nã civilis ordine possint, si fortè nullo modo
 vel ponentibus nobis, vel vobis quibus posita
 fuerint, probabuntur. CL. Iusta hæc est con-
 stitutio. ATH. * Sed aduertamus nunc vtrum
 stellarum nobis doctrina placeat. CL. Dic mo-
 dò. ATH. Mirũ quid in his accidit, quod tole-
 rari minimè potest. CL. Quid illud? AT. Ma-
 ximũ deum, totũque mundum dicimus in-
 quirendũ non esse, nec rerũ causas multo stu-
 dio indagandas, nec pium id ducimus: quum
 tamen contrarium videatur rectè fieri posse.
 CL. Quo pacto dicis? AT. Nempe hæc aliena
 quidem à senioribus doctrina videbitur: sed
 quum probã, verã, civitatique vtilem ac deo
 ipsi amicã putem, silere non possum. CL. Cõ-
 sentanea loqueris. Sed nunquid circa stellas
 doctrinam talem reperiemus? AT. Mentimur
 nunc, ò boni viri, * de magnis diis, sole dico ac
 luna, vt breuiter dicam, Græci omnes. CL. Qua
 ratione mentimur? AT. Solem ac lunam nun-
 quam iter idem facere opinamur, & alias
 quasdam cum his stellas errare dicimus, quas
 planetas vocamus. CL I N. Per Iovem hospes
 verum est, quod dicis. Sæpe nanque ipse ocu-
 lis vidi Luciferum & Hesperum & alias quas-
 dam nunquam eundem facere cursum, sed o-

a *Astron-*
miam vel
ea de causa
discendam
esse ostendit
vt falsa opi-
nis de vago
& erroneo
planetarum
cursu, eò in i-
minimè sit
eiusmodi tol-
latur.

a *Solem &*
Lunam ma-
gnos deos ap-
pellat Plato.

mino errare : solem autem ac lunam errare
 semper, omnes cognouimus. **ATHE.** Hæc, ô
 Megille, & Clinia sunt, quæ iunioribus ciui-
 bûsque nostris de diis cœlestibus vsque ad eò
 discenda censeo, vt in eos blasphemû nihil lo-
 quantur, sed sacrificando pièque fouendo lau-
 dibus semper honorent. **CL.** Rectû quidẽ hoc,
 si modò possibile primû est, quod dicis perdi-
 scere: deinde etiã si minus recte de his non lo-
 quimur, postquam verò didicerimus, recte lo-
 quimur, si inquam, ita est, ego quoque talẽ do-
 ctrinam eatenus discendam esse concedo. Hęc
 igitur ita se habere, conate tu quidẽ diligenter
 exponere: nos verò audiemus atque discemus.
AT. Non est facile, quod dico, percipere, nec
 rursus omnino difficile, nec longo vt discu-
 tiatur, indiget tempore. Cuius signû est, quòd
 ipse nec nuper nec iam olim audiui, vt nunc
 breui tempore significare vobis possum. Quæ
 tamen si difficilia penitus essent, nec ego de-
 clarare nec vos percipere hac ætate possentis.
CL. Vera dicis, sed quænam hæc est doctri-
 na, quam mirabilem esse dicis, & iunioribus
 necessariam, nobisque ignotam? Conate a-
 pertissimè istud ostendere. **ATHEN.** Cona-
 bor equidem. Non est, ô viri optimi, veta
 hæc de sole & luna cæterisque stellis opinio,
 quòd vnquam pererrent, sed contra se res ha-
 bet. Eandem enim quoduis illorum viam, nõ
 multas, circumeundo peragit: quamuis videat-
 ur per multas ferri. Quod verò in eis velocis-
 simum est, non recte tardissimum, & contra
 contrarium iudicamus. Quæ cum ita sint nos
 autẽ aliter existimemus, si quidem in Olympi-
 co ludo cursu certantes spectaremus, & velo-
 cissimum tardissimè, tardissimum velocissimè

currere prædicaremus: laudibusque vicisse vñ
 etū caneremus: non placerent, vt arbitror lau-
 des nostræ cursoribus. Nunc verò eū de diis si-
 militer peccemus, nōne ridiculi sumus: simi-
 literque aberramus à recto? C. L. Ridiculi qui-
 dem. A. T. Nullòque pacto accepti diis, eū falsa
 de ipsi canimus. C. L. Si hæc ita se habent, ve-
 ra dicis. A. T. Atqui si ita habere se ostenderi-
 mus, discenda vñque eò hæc omnia. Sin mini-
 mē dimittenda: nobisque ita de his cōcessum
 sit. C. L. Profus. A. T. Sed instituta iā de doctri-
 narū disciplina finē habeāt. De venatu autē si-
 militer iudicandū, ac de huiusmodi omnibus.
 Videtur enim legumlatoris officiū non solā
 hoc esse, vt leges conscribat, sed etiā vt medio
 vtatur illo, quod inter admonitionem est &
 leges, quo & nos sæpius vñ sumus, præsertim
 cum de educatione infantium loqueremur.
 Nā in hac re multa esse diximus, quæ non ita
 dici possunt, vt leges de ipsis ponantur. idque
 tentare dementis esse. Ita verò cōscriptis legi-
 bus & republica cōstituta, nō est præstatis vir-
 tute ciuis perfectā laus, qua dicitur eū bonum
 esse ciuem, qui legibus quā optimē ministra-
 uit, & quā maximē paruit: sed perfectior illa
 est, eum esse talem, qui legumlatoris leges fe-
 rentis & laudantis vituperantisque scriptis o-
 mnino per totā vitā paruit. Hęc ciuis præcipua
 laus est. Nēpe oportet vt legis conditor leges
 non solūm conscribat, sed etiā declarationem
 quandā his adiungat, qua quæ honesta turpia-
 ue sibi videntur, significet. Ciuem quoque
 summum oportet non minus hæc, quā quæ
 multa imposita à legibus mādata fuerint ob-
 seruare. Ad hoc verò rem, qua de agitur, quasi
 testem adducimus. Magis enim quod volumus
 aperit.

*Repetitur
 quod iam su-
 pra dictum
 est nimirum
 quadam à
 legistatore
 proponenda
 esse qua me-
 dia sint in-
 ter leges scri-
 ptas & sim-
 plices admo-
 nitiones: atq;
 eiusmodi ta-
 men sunt vt
 i: u qui per-
 fecti sunt boni
 ciui laudē
 consequi ve-
 lit nō minus
 debeat pare-
 re quā i:
 qua lege san-
 cita sunt.*

aperit. Venatus enim res latior est, nomine vno comprehensa, alius aquaticorum, alius volatilium, alius pedestrium: nec ferarum solum, verum etiam hominum, horumque non bellicus tantummodo, verum etiam qui per amicitiam: & alius quidem laudem, alius vituperationem habet. Rapinae quoque latronum, castrorumque venatus sunt. Quamobrem qui de venatu leges est conditurus, nec illa praeter ire potest, neque singulis ordine certo atque multa, minaces leges imponere. Quid ergo de his faciendum est? Oportet ut legislator quae in venatione laudanda sunt, laudet: quae contra, vituperet, ad iuuentutis exercitationem. Iuvenes autem cum audiuerint, ita parere debent, ut nec labore, nec voluptate reuocati aliter faciant quam legislator consuluit. Imo vero magis honoret, quae cum laude dicta & exhortatio proposita sunt, quam quae minaci & vindice lege firmata. His ita propositis congrua deinceps laus & vituperatio venationis ceteri tibi potest: ut quae meliores animos iuuentum facit, laudetur: quae contra, vituperetur. Dicamus igitur deinceps ad eos sic, precibus interpositis. Vtinam vos o charissimi, nunquam marina venationis hauri que cupiditas capiat: nec omnino aquaticorum animalium die siue etiam nocte per otiosam venationem sagena capiendorum: nec piraticae amor, per maria venatores hominum iniquos atque atroces vos faciat. Furti vero latrociniique cupiditas in urbe, vel regione committenda nec in mentem quidem veniat vestram, nec volatilium iucunda venatio, seruilis magis quam libera. Pedestrium ergo venatio vobis sola relinquitur. Sed nec dormientium, quae vicibus quibusdam interpositis sit, nocturnaque; vocatur.

*Venationis
varia gene-
ra proponit
legislator, at
que ubi de-
clarauit
qua lauda-
bilis sint, &
qua secus,
de iis primam
in modum hor-
tantis & ro-
gantis preci-
pit, tandemque
legem subiicit.*

& otiosorum hominum est, laude digna habetur, neque etiam quæ in laboris remissione sit, & retibus laqueisque non constantis animi viribus ferarum domat atrocitatem. Sola ergo quadrupedum venatio illa restat omnibus optima, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscunque diuina curæ est fortitudo, ij quadrupedes omnes, cursu, vulnere, telisque manu propria venando vincere debent. Sed laus vituperatioque venandi ita distincta sit. Lex autem ista. Sacros quidem hos venatores ubicunque venari velint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus & canibus suis fidentem, nemo vispiam sinat venari. Auceps per incultos agros montesque vagari permittatur. A cultis locis sacrisque à quocunque pellatur. Piscator nec in portibus, nec sacris fluminis, paludibus, stagnisque venetur: in aliis liceat, dummodo succis venenatis aquas minimè turbet. Sed iam institutiones de disciplina finem habeant. **CLII.** Præclare loqueris.

D I A L O G V S

OCTAVVS DE LE-

GIBVS, VEL DE LEGVM-
LATIONE.

Marsilij Ficini Argumentum.

*Q*ua modò de præcipuo singularique vniui Dei cultu ex multis Platonis nostri testimoniis asseruimus, possumus præterea per Phædrum, Gorgiam, Protagoram, Politicum, Critiam, quare legum absque controuersia confirmare. In his enim vniuersam docerem, ut ita dixerim, synagogam, vniuo subdit

dit regi, prout vult singulis imperanti, aliâque aliis officia iuste dispensanti & humana per illos ordine dispensanti non quasi absente hinc illo sed vt apparet in quarto legum, potius ita volente. Iubet itaque Plato primum quidem deum propter se adorari. Sequentes verò qui participes eius dñ quoque dicuntur, amari tanquam illi similiore. Honorari etiam vt vicarios, imò & aduocari quasi conciliatores, audiri etiã vt diuina mentis interpretes. Exaudiri deniq; ceu maiestatis diuina pracones. Iubet & templum condiri in vrbe: & urbem ipsam quasi adem sacram in partes distribuit duodecim. Quemadmodum & deus templum sibi ipse construxit, mundum duodecim sphaerarum choris ornatum: Sacerdotibus quoque munitum, id est, spiritibus praeditis ratione, deum vbique laudantibus. Diuinum verò id templum Plato pro viribus imitans, & multos in suis templis admittit deos, quemadmodum deus ipse multos admittit in suo: & varia disponit simulachra: sicut & deus stellas locauit in caelo: quasi suorum statuas angelorum. Praeterea inter multas multorum aras altare primum consecrat primo, quemadmodum stellas inter peculiarem sibi statuam Deus elegit solem, vt in Republica Plato. De sacrificijs autem statuisque diligentius alibi pertractabitur: verum vt in praesentia summam dicam, primum deum utpote materia aut similis natura nihil habentem, vnica vult mente coli. Sequentibus verò numinibus hostias & sacrificia qua ratione lex patri iubet, adhiberi permittit. Hinc theologi gentium in numinum caelestium igneorumque sacris, figurat & lumina multaue ad visum spectantia inferebant. In sacris autem aereorum, musicos quoque concentus & odores vaporésque addebant. At in sacrificijs aqueorum atque terrestrium, is insuper quae ad gustum & soliditatem attinent, vtriusque,

Quamobrem nemini mirum videri debet, Platonem philosophum adeò gravem leges suas, omnes quidem, præcipuè verò sacras, non nisi consulto oraculo promulgare. Principio videbatur temporibus indulgendum. Necessarium quidem erat humana divino quodam consilio & autoritate firmare. Impossibile verò ea tempestate eos homines ita natos, & ita educatos, ratione vili à consuetis alienissima in diuina reuerentia conservare. Deinde Plato prudensissimus iudicabat: Et si possent impuri spiritus homines per oracula fallere, sæpe tam en abstracta ob diuinam reuerentiam à corpore mentes, quasi tan puras à puris subito numinibus corripit: & quemadmodum ligna qua casu exsiccavit ventus, sæpe mox natura ignis accendit, similiter posse animos ex religio quodam ritu, quamvis apud sapientes minus probato, perfuntios occulto modò meliori numine corripit: ut qui nescientes quomodo in mentem ipsam seorsim à sensibus ascenderunt, ex alto iam feliciter accendantur. Neque tam attendendum Plato vult, quo ritu colas diuina, quam cuius gratia colas. Si enim id summæ omnium regum gratia, æternæ quoque bonorum desiderio fueris, probabile est undecunque & quomodocunque cæperis, te quandoque per eiusmodi venerationem ad summum propius accedentem vel immerso illius lumine circumfundi, vel exuberanti saltem bonitate feruiri. Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus, de sanciendo legibus sacrificijs, oraculo consultit, præcipitque quotidie aliquem ex magistratibus sacra publicè facere: pro salute patriæ primum, deinde pro sua, atque suorū. Ex certo quodam ordine post iuuenili ætate rudimenta in septimo tradita, mox in octavo ad sacra descendit: ut ipse qui intelligi vult homines ob id ipsum rectè à primis annis instituit, ut ritè interesset sacra & uelint pariter atque possint. Si quis autem vel cavilla-

ter, vel meticulosus tot dñs demonibusque in civitate
 Platonica interesse formidat: hinc pariter adire
 licet urbem Peripateticam, non demonum demur-
 tantum, sed dei etiam vacuã. Sed pro effectu operæ pre-
 tium est superstitioso superstitio, stomacho que posito
 ex omnibus el gere potiora, pietatēque probare Pla-
 tonicam, neque exigere Christianum fuisse illum, quē
 solum temporis intervallum prohibuit esse Chris-
 tianum. Prima quidem sacra sunt duodecim, in mensū
 tale idē. Secunda, quoque duodecim, in medijs men-
 sib. Tertia sunt trecentum & sexaginta quinque, se-
 licet quotidiana. Fiunt autem precipua divi celesti-
 bus, terre tribus. Verò media, scilicet divi sub luna
 regentibus. Omnes enim sub cœlo terre tres appellat.
 Inferiora demonibus, Infima horibus. Oportere ve-
 rō putat sacra his omnibus duodecim distingui gene-
 ribus. Siquidem secundum sphaerarum signorumque
 duodenarium, etiam in qualibet sphaera demones,
 heresque duodenario distinguantur. Commemora-
 tionem verò solennitatum earūque distinctionem
 quot annis declarari populo iubet mense ultimo: quē
 more communi accipimus. Februariū precipue ve-
 rō Platónico more mensem ante æstivum, solstitiū.
 Visum mensem merito Plutoni dicant. Est enim
 Pluto providentia propriè & separans animas & in-
 dicans separatas. Inquit autem conjunctionem cum
 corpore anima non esse meliorem separatione. Intel-
 lige de corpore caduco, & quatenus caducum est non
 de cœlesti, vel cœlo simili: quali corpori coniungi
 præstat hinc autem quatenus caducum est non præ-
 stat. Ac si operæ pretium esse dicatur huic quoque
 coniungi: non propter hoc ipsam propriè, sed alterius
 sui gratia id dicendum. De his autem in Thea-
 logia diffusius. Sed nunquid demonibus etiam
 impurius Platonici litant? Nonnulli hinc insuper,
 partim quia naturalibus præstus officij partim verò

ne inuidia noceat. Plato verò id nequaquam concesserit. Quippe cum purganda mentis gratia primò que deo veneratione dumtaxat sacra iubeat facere. Affirmat autem civitatem legibus consilio diuino videntem fore felicem. Addit ad felicem tum civitatis civitatu vitam id maximè pertinere, ut nec aliis iniuriam inferat, neque afficiatur iniuria. Vtrunque verò virtute consequi posse. Ac ne civitas afficiatur iniuria, statuit sacrificia, in quibus & diuinitum auxilium impetretur, & ludii quidam solennes festinæque frequententur, bellicæ pugnas quàm maximè imitantes. Quibus exerceri vult ad pugnam tam feminas quàm mares: & in singulis quidem tam sinistram manum quàm dextram: ut & civitas ex utroque sexu a què utili integra sit: & quilibet ex utraque manu pariter utili, sit integerrimus. Inter hæc notabis quàm detestetur auaritiã, eam id maximè civitati noxiam, quòd propriis viliisq; lucris occupatos animos à publica salutis cura detorqueat. Notabis verum quanta cautione Musicam, choreas poesimq; in sacra bellicisq; ludii admittat. Deinde solum illud imperium legitimum esse pariter atque iutum, in quo volens volentibus imperat. At quoniam in iuueniliu iudorum cordibus sæpe amores incidunt, & y quidem turpissimè, idcirco hu diligentissimè præcipit occurrendam quamvis ex parte iam occurreret, ubi aurum & argentum civibus sustulit, & in laboribus assiduum educavit, & oculis iudicum mores ubique circumspicientium subiecit assidue omne, maximè innocentem. Quæ quidem tria esse remedia censet adversus lasciviam & petulantiam morbum admodum salutaria. Occurrit & quarto quodam presenti remedio: ut videlicet ab adiutoribus legum magistratibus fama quotidie divulgetur, per quam cuncti communi consensu consuecant existimare, concubitum contra naturam, non tantum turpe esse,

nec minori apud deum odio haberi, quam concubitu-
 tum inter filios & parentes. Puta Verò Plato com-
 muni fama consensum miram ad mores habere po-
 tentiam. In his audies feliciter eum vivere, qui su-
 perat voluptatem: infeliciter qui superatur. Au-
 dies & præceptum ad abstinentiam maximè sa-
 lutare, à Paulo apostolo summopere comproba-
 tum: ut si athletæ corporea victoria studio volu-
 ptatibus abstinent multò magis omnes gratia vi-
 ctoria ad animum pertinentis debeant similiter ab-
 stinere. Præterea geminam esse benevolentiam: alie-
 ram quidè morum similitudine: alterà verò ex qua-
 dam indigentia procreatà. Et utranque cum sit ve-
 hementior, amorem cognominari. Amorem quoque
 quantum ad propositum spectat triplicem. Aut
 enim pulchritudinem animi, aut corporis tantum,
 aut utriusque simul amari. In his considera quàm
 cautè in legibus ferendis incedat, ut qui nonnun-
 quam in dialogi honesto formæ corporea amatorè
 nonnihil indulserit, hic tamen non indulgeat. Nempe
 corporis solius amorem evidenter exterminat.
 Utriusque verò coniuncti quamvis moderatum, in
 legibus non audeat admittre. Solum denique erga
 animum solum manifestò approbare videtur. Tum
 verò homines depravata natura sui dominos esse
 negat, neque iniuria. Quisquam enim à ratione di-
 scedens, rationalem hominis amittit naturam, ni-
 mirum & libertatem qua rationis munus est, simul
 amittit: neque tamen amittit culpam dum quasi
 delinquit impulsus: quippe cum ipse met causam ne-
 cessitati eiusmodi dederit. Homines autem his contra-
 rios, id est, integra natura appellat eos, qui deum co-
 lunt, & inter humana maximè omnium timent infi-
 miam: nec corporis vilium scilicet vel sui, vel alieni,
 sed animi morumq; pulchritudinem diligunt. Quod
 autem in superiorib. dixit officium esse Dei eiusmodi

delictū obſistere ſi ab eo hac ordinari poſſent: ſic enim
 epe, ut dei naturalium ordinatum proprium ſit, que
 ab ordine natura collapſa ſunt, in ordinem reſtituere:
 præſertim cum multorum opinio ſit animam in
 cuiſmodi ſcœla non tam ſenſitua, quam dæmoniis,
 quibusdam intelligantibus, vel ab iniſto corruſſe. Ubi
 verò ait ſi ordinari à deo poſſent, non de divina po-
 tentia, ſed humana diffidit: poteſt quidem deus
 quantum in ipſo eſt, ordinare, ſed non tam facile or-
 dinari homo poſeſt. Poſſet & deus cogere, ſi modo
 vellet nec ſaris trahere, quem vult modo quadam
 libero ducere. Max e. tam de coniuij, qua in verſo-
 lœntia ſacræ ludôſque celebrantur, mentionem facit.
 Item ex coniuij de vultu legibſque ad hunc perti-
 nentibus. Opportunitè verò poſt educationem animi,
 legesque ad hanc attinentes, ad corporis nutrimen-
 tum leges, que cuiſmodi iam deſcendit. Tum de
 agris, terminis, aq̄ fructibus, pecoribus atque pa-
 ſcuis ſimilibſque leges tradit. Ubi verò de termi-
 nis loquens, præuaricatore terminorum puniri di-
 cit ab Inue contribuli atque hoſpiti, loe em vnum
 intellige contribulu pariter & hoſpiti curatorem. Ex
 quom in ſtatutos leges terminos præterire, & alie-
 num ſibi dominium uſurpare, ſuperbia proprium
 eſt: idcirco dicit louem ad hanc iniuriam uſurpen-
 diam excitari, atque inſurgere, cum prælijs inimi-
 ciſſimis: quaſi dicat Deum contra ſuperbus non
 tam ut iudicem, quam ut hoſtem ultorem inſur-
 gere. Poſt verò multas conſtitutiones inquit, ad
 ſeniorum philoſophum non pertinere, v. nimis quoſ-
 que leges accuratè deſcribere: præſertim qua ad li-
 res rerumque controuerſas pertinent. Sed de rebus
 quidem externis pauca quaſdam communis que le-
 ges adducere, qua in minima queque inu deri-
 uent interpretes: de moribus autem & animi diſci-
 plina ad unguem diligentiffimè pertrahere. Ac dñ

de variis officibus verba facit, tria de hū præcepta tradit admodum memoranda. Primum quidem nullum civem, id est publicis aliquando muneribus persoliturum, vltro debere officio recitari, neque etiam eius seruum. Quippe idem arte publica gubernanda lōga exercitatione multisque doctrinis indigens integrum sibi hominem vendicet. Secundum vero, neminem artes duntaxat vel studia exercere vel debere vel posse. Tertium denique, artificem non decere alterius artis officio præfidere. Vetat prudenter & exportare civibus necessaria, & importare superflua, & in primis cauponari præsertim quaestus gratia. Tum urbis partes vicōsque ac templa & fores duodecim digere, forōsque tam sobrias quā diligentes leges imponit.



EQVITVR a deinceps ut leges, *De diebus*
 [de diebus festis vnā cum ora- *festis.*
 culo quod ea de re Delphis ha-
 bebatur] sanciamus, quæ sa-
 cra quibusque diis sacrificanti

civitati melius futurū est. At quando, & quot numero sacra facere oporteat, fortē nostrū est nonnihil lege sancire. *ca. 1.* Fortassē numerū.

ATHENA. *b* De numero igitur primò dicamus. *b De numero*
 Quē ego trecentorū & sexaginta quinque esse *dierum fe-*
 oportere censeo: ut vnus aliquis semper ex ma- *storum.*

gistratib; deorū alicui, aut dæmonum, pro civitate, pro seipso, pro rebus suis sacrificet. Interpretes verò & sacerdotes tam viri quā mulieres, varēque vnā cum legum custodib; congregati, ea ordinent quæ in his legumlator necessariò omiserit. Nam omissorū cognitores istas esse oportet. Lex ergo constituet ut duodecim solennitates diis duodecim quibus singulæ tribus cognominantur, ciues

6 Plutonem Deum inferorum non minus colendum censet Platonem quam superioris deos: quia anima soluta a corpore cui ille praest conditio melior est, quam coniuncta cum corpore. peragant, diisque ipsis sacra per singulos menses faciant choros praeterea ludosque musicos & certamina gymnica, prout diis singulis & temporibus convenit. Erunt autem solennitates distinctae, ut constet, quas sine viris, & quas non agi oporteat. Terrestrium quoque caelestiumque deorum, caeterorumque qui hoc sequuntur solennitates miscendae non sunt, sed separandae in duodecimo mense, qui Plutoni dicatus est, ut legitime celebrentur. Non enim abiiciendus bellicosus hominibus is deus est, sed colendus, tanquam generi hominum semper optimus. Nam animae corporisque coniunctio, nullo modo melior est quam solutio, ut ego serio loquens affirmo. Praeterea quicunque sufficienter haec distincturi sunt, illud cogitare omnino debent, nostram hanc civitatem quod ad vacationem temporis & possessionem rerum necessarium attinet, tale esse qualis hoc seculo nulla reperiri possit. Verum oportet ipsam perinde atque hominem unum bene vivere. feliciter autem viventibus, hoc necessario inesse in primis oportet, ut nec ipsi aliis, nec ab ipsis iniuriam inferant. Quorum alterum non est admodum difficile alterum vero facultatem habere quod nulla possis iniuria affici, difficillimum: nec perfecte id quisquam aliter assequi potest, quam ut perfecte bonus efficiatur. Idem est & in civitate, nam si bona erit, in pace vitam agere sin autem prava, & intestinis seditionibus, & externis bellis assidue infestabitur. Cum haec ita ferme se habeant, non belli tempus expectandum: sed in ipsa pace civis ad rem bellicam exercendi. Ergo civitas prudentia praedita singulis mensibus bellicas vires experietur non minus vno die, sed pluribus, etiam prout magistratibus

Magistratibus ipsis videbitur, viri simul & mulie-
 res & pueri, nec hyeme, nec æstu vitato, ut pa-
 tati sint omnes, quando cunq; vniuersum quo-
 dā modo educere populū magistratib. vitum
 fuerit: ad idq; ludī etiā convenientes vna cū
 sacrificiis excogitandi, ut pugnae quædam so-
 lenne festiuaque fiant bellicas pugnas quā
 maxime imitantes: & victoribus præmia, lau-
 des: victis contra, vituperationes fiant, prout
 singuli in certaminibus, & in omni vita se ge-
 serunt. Sic optimus quisque laudibus effera-
 tur, & vituperatione contrarius deprimatur.
 Nec omnes harum rerum poetæ sint: sed pri-
 mum, qui non pauciores quā quinquaginta
 annos natus sit. Deinde qui non solū poeticā
 musam sufficienter possideant, verumetiam
 præclarum & insigne aliquid fecerint. Eorum
 ergo qui boni viri, honorēque digni sunt in
 ciuitate, & res præclaras gesserunt, poemata
 etiam si minus musica sunt, decantentur. Cu-
 ius rei iudicium, puerili doctrinæ præpositus,
 ceterique custodes habeāt legum. Hi probis
 viris hōnotem hunc tribuant, ut solis liber-
 tatem in musis præstent: ceteros verò pro-
 hibeam. Nemo igitur audeat musam horum
 iudico non probatam canere, etiam si Tha-
 myra Orphicæque hymnis sit suauior. Sed ca-
 nantur poemata sacra, quæ iudicio approbata,
 diisq; dicata sunt: virorum quoque bonorum
 poemata, quibus laudantur vituperanturque
 aliqui, & moderatē id facere iudicata sunt.
 Hæc eadem de militia & de libertate poetica
 iudico mulieribus & viris similiter faciendā.
 Sed oportet legislatorem secum ita pleraque
 loqui. Cedo, in ciuitate instituendā quales ci-
 ues educare studeo? An non certaminum

*militariū
 genere exer-
 ceant.*

*Ludos etiā
 multo diebus
 festis celebra-
 ri, sed adhi-
 bito eiusmodi
 poematis
 genere qua-
 le describit.*

maximorum Athletas, quibus innumeri sunt
 aduersarij: Prorsus ita rectè quilibet responde-
 bit. Si ergo pugiles, aut pancratiastas, aut alios
 similes educaremus, itane in ipsam certamen
 educeremus, vt cum nullo antea vquam pu-
 gnauerint? Vel si pugiles essemus, nonne plu-
 ribus ante dieb. pugnare didicissemus, omnia
 facientes quibus in vero certamine vbi ad vi-
 ctoriam contenditur, vt oporteat, quàm pro-
 ximè ad id quod simile est, accedentes, pro lo-
 tis cæstu orbibus ferreis indueremur, vt vul-
 nera & inferre, & vitare præmeditatione di-
 sceremus? Quòd si nulli quibus cum exerceri
 possemus socij nobis darentur, nunquid stul-
 torù veriti risum nos cõtineremus, quin ina-
 nime simulachrù ex aduerso ad quod exerci-
 tatio fieret, suspenderemus? Ac si nec animati,
 nec anima carentis aduersarij copia nobis ef-
 fet, nonne ipsi soli * ad vmbra propriam pu-
 gnaremus? An ad aliud quicquã * manu huc
 & illuc flexus, & præparatio huiusmodi excog-
 itata est? C. L. Ad nihil aliud fermè quã ad hoc
 ipsum, quod nũc dixisti. A T H. * Quid igitur ci-
 uitatis pars quæ militiæ studet? An peius quã
 certatores huiusmodi præparata audebit ad
 certamen maximum deuenire, pro vita, pro li-
 beris, pro rebus suis, pro patria pugnatura?
 Non ergo verebitur legislator, ne gymnasia
 hæc inuicem aliquibus ridicula videantur:
 sed lege statuet, vt res militaris agatur maxi-
 me quidem minori exercitatione sine armis,
 choros omnemque gymnasticam ad hæc in-
 ducens & concitans: maiorè verò non rarius
 quàm semel in mense, vt certet singuli ad ca-
 pienda vel retinenda loca, & infilias omnem
 que rē bellicā imitatur: & pila se exercent,
 vndique

* οὐκ αὐτῶν

ἔτι.

* τὸ ἄλλο-
 μῆν.

Exercitatio
 nũc eiusmodi
 bellicarũ in
 modũ & spe-
 cie vera pu-
 gna compa-
 ratũ, qua-
 que tempore
 factũ semel
 singulis men-
 sibus, exercẽ-
 tur vsque &
 vt litũ est
 distur.

vndique se vertentes: ac telis vsantur ad vera
 & periculosa tela quàm proximè accedentib.
 ne omnino absque timore ludus huiusmodi
 inter ciues agatur, sed formidinem infetat: at-
 que ita qui magno sunt animo ignauosque o-
 stendat, vt his honores, illis opprobria, vt con-
 uenit, tribuantur: & hac ratione ciuitas omnis
 per totam vitã ad verũ certamen vitiliter præ-
 paretur. Siquis autem cæde inuoluntaria in
 his certaminib. morietur, qui inter fecit secun-
 dũ legẽ expiatus mundus sit in posterũ. Puta-
 re enim debet legislator, paucis ita mortuis
 hominibus, ceteros non deteriores futuros.
 Timore verò in omnibus his extincto, nihil
 amplius se inuenturum, quo à deteriorib. me-
 liores discernat, quod ni fiat, multo maius ci-
 uitati malum est, quàm illud. c. l. i. Concedi-
 mus hospes ita hæc esse lege sancienda, & vni-
 uerse ciuitati agenda. A. T. H. Nunquid causam
 nunc omnes cognoscimus, ob quam modò in
 ciuitatibus chorea talis atque certamen nus-
 quam fermè nisi rarò admodum fiant? An pro-
 pter multitudinis legũque latorum igno-
 rantiam ita fieri affirmabimus? C. L. N. Fortè.
 A. T. H. Nequaquam, ó beate Clinia. Sed duæ
 huius rei sufficētes causæ sunt. C. L. Quænam?
 A. T. H. Vna quidem, quòd diuitiarum cupidi-
 tate cæteris omnia in omne tempus negle-
 ctis, solũmodo rem priuatam curamus: ad id
 incubens ciuium animus, nulli proffus nisi pe-
 cuniis quotidie cumulandis dare operam po-
 test. Nam artes & studia quæ ad lucrum con-
 ducunt, libentissimè complectuntur omnes,
 cætera spernuat. Hæc igitur vna causa est, ne
 ciues, id. aut aliud quicquã honestũ bonũq;
 officium curent, sed insatiabili auri & argenti

*2 Causa duæ
 adferuntur,
 cur in pau-
 cis admodũ
 ciuitatib. &
 prope nullis
 tempore pa-
 cis exercitia
 illa quæ ad
 bellum conse-
 runt excolã-
 tur nepe a-
 uaritia &
 opum cum
 laudari imo
 modicũ stu-
 dium, tũ cor-
 rupta Reip.
 forma qua-
 lis est in 17.
 ramide, pau-
 corũ vel po-
 puli domina-
 tu. Illi n. q.
 verum potius
 tur timentes
 sibi à subdi-
 tis carer ne
 illi arma
 tractare di-
 scant.*

cupiditate, & honesta pariter & inhonesta ar-
 tificia cōplectantur, & quiduis agant, seu fas,
 siue nefas id habeatur, vt pecunias cumulent,
 quibus subministrantibus veluti pecora vētri
 ac veneri seruiant. CLIN. Recte dicis ATHEN.
 Hęc igitur quā dīco, vna sit causa, qua sit vt
 nec aliud quicquam præclarè, neque rem bel-
 licam sufficienter cīnes exerceant: sed quia na-
 tura modesti sunt, ad mercaturam, navigatio-
 nem; viliāque ministeria conuertantur: qui vi-
 riles & generosi, ad furta, latrocinia, sacrile-
 gia, infidias scelerāque tyrannica, qui cūm be-
 ne à natura constituti fuerint, infelices tamen
 hac consuetudine euaserunt. CLI. Quomodo
 istud ais? ATHEN. Imò cur non eos omnino infe-
 lices appellem, qui fame coguntur per omnem
 vitam suam animam cruciare? CLIN. Hęc vti-
 que vna causa est: alterā verò causam hospes
 quam dicis? ATHEN. Rectè commouisti.
 CLIN. Ergo, vt ais, hęc est vna, perpetua & in-
 explebilis diuitiarum cupiditas: qua occupati
 singuli prohibentur rem bellicam vt decet, cu-
 rare. Sed alteram iam expose. ATHEN. Num
 vobis videor, quia ad alteram desit facultas, in
 hac nimium immorari? CLI. Non ita: sed odio
 percitus videtis hos mores hominū ad quos
 sermo hic incidit, magis quā debeat insecta-
 ri. ATHEN. Optimè, ò hospites, me nunc incepta-
 tis. Quare quod sequitur audietis. CLI. Dic tan-
 tum. ATHEN. Causam equidē esse assero gu-
 bernationū genera illa, à de quibus sæpe iam
 diximus popularē gubernationē, paucorū po-
 tentiā, & tyrānidē. Nulla certè eiusmodi Reip.
 forma, reipublica est: sed seditiones appellari
 omnes rectissimè possunt. Nulla enim volen-
 tibus volens, sed volens nolentibus semper vi-
 aliqua

Tyranniū,
 paucorum et
 populi domi-
 natu non
 sunt vera
 Reip. forma,
 sed deprava-
 ta, & ad se-
 ditionē pla-
 nā cōparata.

aliqua dominatur. In quib. cum princeps subditos timeat, nec bonos, nec diuites, nec robustos, nec fortes, nec omnino bellicosos sponte vnquam fieri patietur. Hæc duæ omnium quidē quodammodo horum certē præcipue causæ sunt. Quas vtræque respublica hæc cui nunc leges damus, effugisse videtur. Nam & in otio maximo est, & penitus libera: & ex his legibus homines pecuniarū cupidi minime fiunt. Idco verisimile est, vt hæc sola omnium quæ nunc sunt rerum publicarū disciplinam bellicam, ludūque simul de quibus rectē disseruimus, suscipere possit. **CL. Probè. ATH.** Deinceps de omnibus gymniciis possumus certaminibus dicere, vt his præmia ponantur, quæ ad bellum conducunt, cætera dimittantur. Sed quæ ista sunt, à principio recensenda sunt, & legibus sancienda, & primò quæ ad cursum velocitatemque pertinent. Nonne? **CL. Omnino faciendū. ATH.** Omnium igitur maximè agilitas corporis, altera pedum, altera manuum, ab bellum conducit, ad fugiendum quidē insequendumque, pedum, in pugnando autem luctandoque, manuum robore indigens. **CL. Certè. ATH.** Neutra tamen absque armis, magno vsui est. **CL. Verè. ATH.** Stadium ergo cursus, quemadmodū nunc in certaminibus fit, præco primū vocet ille verò cum armis ingreditur. Nā nudo absque armis certatori præmia nos minime ponimus. Primus igitur stadium cursurus, armatus ingrediatur. Deinde qui *δ'λαυ*, id est, qui stadium cursurus est, & recursum. Tertius, qui e quis. Quartus qui *δ'ολυξ*, id est, quatuor stadia cursurus est. Quintus qui leuiora armatura ornatus, quæ primū sexaginta stadiorum spatium ad aliquod templū Martis

a De gymniciis certaminibus quæ ad bellū conferunt, quæ quidem loco prima recensentur prima, quæ manuum & pedū agilitate inserviunt, & ea quidē vult ab armatis exerceri.

b De variis in cursu certaminibus.

** δ'ολυξ.*

** δ'ολυξ.*

perueniarum emittemus. Alius etiam grauiore armatus armatura, breuius ac planius spatium cursurus. Alius sagittarius omni arcuum ornatu munitus, centum stadia per montes variamque regionis naturam ad Apollinis Dianaque templum certans peruenias. Certamine igitur constituto, quousque veniat expectabimus, & victoribus singulis premia dabimus. *ο. l. Rectè. α τ η. ²* Tūperitō hæc certamina distinguamus. Vnum puerorum. Alterū imberbium. Vt orum tertium. Et imberbibus quidem duas cursus de tribus partes ponamus: pueris harum dimidias. Hi cum sagittariis cæterisque armatis concertent. *ο* Fæminis verò, puellis quidem nondum pubescentibus nudis stadiis ponemus, & *δ. l. α. η. ²*, & equestrem, & *δ. l. α. η. ²*, quæ in ipso cursu concertent: ultra verò tertium ac decimum ætatis annum donec nupserint, non longius vigesimo, nec breuius decimo atque octauo anno ad certamen cursus descendant: quæ quidem congruo videntur vestitu. Hæc de cursu & victorum & mulierum dicta sint. Ad robur verò augendam luctationis similitumque loco, quæ nunc habeantur, grauiora capiantur. Et vnus ad vnum, duorum ad duos, & ad decem vsque aduersus decem armis pugna fiat. Quæ verò quòtque facere aut non pati victorem oporteat, sicut modò in palestra determinatum est à præfectis luctationum, quod sit bene aut non bene luctantis opus: ita & in his armorum certaminibus peiiti inducendi sunt: vt lege sanciant, quid aliquis non patiens, aut quid faciens vineat, & victum similiter quisnam ordo discernat. Eadem hæc de fæminis quoque ad ætatem vsque nubilè lege

a *Modo oculi*
meratorum
certaminum
in cursu de
stributio si
secundæ va-
rias ætates
et sexus.

b *Fæminis*
et tū temp
si scribitur,
quāto & quo
vsq; debeat
se exercere
cursu.

c *In armato-*
rum pugna
quæ sit cōfer-
ri manibus
pores quos
iudicium es-
se debeat vt
storia statui-
tur.

lege sancita intelligatur. ^aPelastica verò uerba pugnae pancraticae opponatur: certeturque arcu, pelta, lanceis, lapidumque manus & funda projectione. Et qui se optimè in his quoque gesserit, huic lege honores victoriae tribuantur. ^bNunc de equorum certaminibus videamus. Equorum uis in Creta magnus non est. Quare necesse est studium in nutriendis equis, certandoque cum eis minori curae Cretenfibus esse. Nam curtus quidem nemo vestrum tenet: neque in hoc operam ponere praclarum esse ducitis. Cum igitur consuetum id non sit, certatores huiusmodi lege statuere, dementis esse videtur. Solis autem equis, illisque qui pullinos dentes nondum iecerint, pullis, & horum perfectorumque mediis, equestrem ludum pro regionis natura tribuere licet. Huiusmodi ergo certamen secundum legem sit: in eoque iudicium magistris equitum & tribunis tam de omni cursu equorum, quam de his qui cum armis descendunt, communiter tribuatur. Non armatis uerò, neque in gymnasticis ludis, neque hic certamen premiumque imponimus. Sed non est Cretae inutilis qui sagittam aut iaculum ex equo immitit. Quapropter in hoc etiam ludendi gratia contentio concertatioque habeatur. Ad haec autem legibus foeminae cogendae non sunt. ^aDe Musici certaminibus. ^bDe Musica in quibus praeter carminum exercitatione disciplinae gymnastica, siue quae in certaminibus exequimur, seu quae sub magistris quotidie exercemus, satis iam diximus. ^cDe musica etiam maiori ex parte. At se praescribitur.

^aπλυστικῶν,
& ἡ τῶν πάλ-
κων τῶν μὲν
οἰκονομῶν.

^bDe eque-
stri certami-
ne.

^aDe Musici
certaminibus.
in quibus praeter
carminum
exercitatione
disciplinae
gymnastica,
siue quae in
certaminibus
exequimur,
seu quae sub
magistris
quotidie
exercemus,
satis iam
diximus.

bus, de que his qui eos sequuntur, & de con-
 tentione chororum, quocumque necessario
 solennitatibus diis dæmonibusque constitu-
 tur statutis diebus mensibusque & annis, hæc
 omnia quomodo disponenda sint, & si per
 tres, aut etiã per quinque annos fieri debeant,
 consilio deorum intelligentur, agenturque.
 Tunc verò certamina musicæ vicissim fient,
 prout athlete ipsi præmiorum declaratores,
 & ductor iuuenum, legumque custodes qui
 in his ferendarum legum autoritatem habent,
 vnà congregati, hæc ordinauerint. Hi namque
 & quando, & qui, & quibus cum singula cer-
 tamina in omnibus choris choreis que exerce-
 re debeant, ordinabunt. Qualia verò singula
 hæc quoad orationem vel cantus, vel harmo-
 nias numeris saltationibusque mixtas, esse
 debeant, sæpenumero à primo legumlatore
 est dictum: quem posterius sequentes, vt sin-
 gulis sacris temporibusque conueniet, ita cer-
 tamina quæque distribuunt, festosque dies
 statuunt ciuitati. Hæc quidem & cætera talia,
 nec intellectu difficilia sunt, quo pacto sint le-
 gibus ordinandæ: neque si hoc vel illo modo
 commutentur, multum profunt ciuitati, vel
 obsunt. * Sunt autem nonnulla plurimi faci-
 enda, quæ persuadere ita difficile est, vt dei
 maximè opus hoc esse videatur si ab illo pos-
 sent constitui. Nunc autem audacis alicuius
 hominis opera indigent, qui libertate dicendi
 maximè fretus, quæ ciuitati ciuibusque opti-
 ma fore censeret, ita statuatur, vt corruptos ciuium
 animos ad decentem habitum legumque ob-
 seruatiõnem reuocet, dum ardentissimis eorum
 cupiditatibus aduersetur, omnisque etiam au-
 dè tolerabat, xilèo carens solam solus rationem secutus nõ

* Obscenos, il-
 licitos, atque
 adeo contra
 naturã amo-
 res phibitu-
 r? Plato præ-
 fatione v-
 titur, ob im-
 moraliã in o-
 mnib. serè ci-
 uitatib. Gra-
 cis consuetu-
 dinè qua il-
 los tolerabat
 & probabat.

veteratur. **CL.** Quídam dicis hospes? Hoc enim non intelligimus. **ATH.** Verisimile est. Verum conabor planius dicere. Nam cum ad ludum ratione venissem, viderémque adolescentes & adolescentulas inuicem humaniter conuersari, cum, ut par est, considerans quid fiet ei civitati in qua adolescentulæ adolescentulique delicati sint, qui non magnis durissimisque laboribus, quibus libido petulantiaque extinguitur, domiti sint: sed festis diebus sacrificiisque & choris omnes plurimum vacent. Quomodo igitur in hac civitate ab illis cupiditaribus abstinebunt, quæ multos in extremum duxerunt, à quibus ratio abstinere imperat lex effici nitens? Profectò si leges superiores, multas à nobis pellunt cupiditates, nihil mirum est. Nam institutio illa qua nimis diuitiæ prohibentur, non parum ad temperantiam confert, & disciplina illa omnis supra à nobis exposita leges ad hæc commodas habet. Præterea & principum oculi coacti nõ aliò intueri, sed semper adolescentes observare cæteris quidem humanis cupiditaribus modum adhibent: sed adolescentulorum adolescentularumque contra naturam amores, & virorum pro feminis & mulierum pro viris abusus, unde innumera hominibus & privatis & publicè mala secuta sunt, quomodo aliquid evitabit? & quod in singulorum periculis remedium inueniet? Omnino difficile id est, ô Clinia. Nam in cæteris quidem multis vniuersa Creta Lacedæmonaque nobis ad leges ponendas à multorum moribus alienas valde opitulatur, sed quod ad amores pertinet [in eo enim modo versamur] aduersantur discentiuntque omnino.

a Quonia dif- *a* Quoniam si quis naturam secutus illam qua
 ficile erat fuit ante Laij tempora legē posuerit, non per-
 primo ut lo- mittens maribus pro fœniniis abuti, testem-
 quatur ad- que bestiatum naturam citauerit, in quibus
 tu eiusmodi mares inter se Veneri operam non dent, quia
 infames a- secundum naturam id minimè sit, verisimili-
 mores lege forsan ratione utetur, vestrisque ciuitatibus
 prohibere pri- non consentiet. Præterea id quò diximus le-
 miū ostendit gilatorem semper debere respicere nequaquã
 facillè proba- cum huiusmodi consuetudine quæ apud vos
 ri posse natu- in vsu est consentit. Semper enim obseruari
 rã ab eiusmodi oportet quid ad virtutem conducat quod le-
 di amorib. ge sancitur, & quid non. Age verò si hone-
 abhorre: stum & minimè turpe esse concedimus, ut
 deinde eum id lege permittatur, quidnam ad virtutem
 qui ipsos le- proderit? vtrum in eius qui persuasus est, ut
 ge permittat rem in se turpem admittat, animo, fortitudi-
 non modo nõ nis habitum an in eius qui persuasit temperã-
 assequi sco- tiz speciem generabit. Vel hæc quidem nul-
 pum qui p- lus vnquam, sed potius horum contrarium
 positus esse credet? Quippe voluptatibus seruiens quis-
 debet omni que mollitiem vituperabit In eo verò qui fœ-
 legislatoris ut minas imitatur, nõnne muliebrem ipsam ima-
 virtutem in ginem quilibet improbabit? Quis igitur ho-
 animi cuius minum hoc cum tale sit, legibus sanciet? Fer-
 ingeneret, mē nullus qui veram in mente legem habue-
 sed contra- rit. Quomodo ergo verū hoc esse dicimus? *b* A-
 rium facere.

b Legē positurus, qua vetet illicitos & infames amores distinguit
 primo Amicitiam ab Amore, quē iegy. re appellat, & amicitia
 aliã dediscēs ex similitudine, aliã ex indigētia Amore obscœnum
 puerorū ex ambabus amicitia speciebus, & quidē ipsi pugnãtibz
 cupiditate nēpe ad corporis mixtionē stimulante, ratione verò re-
 uocante mixtū esse vult: eiusmodi igitur Amore damnandū A-
 micitiã verò illã simplicē qua ex similitudine Amãtu animus,
 animo amati cœcitatur aut pbãdã esse efficit affētiãe Megilic.
 micitiã

amicitiæ utique, cupiditatis amorumque naturam considerare necesse est, si quis hæc rectè sit perspecturus. Nam cum ipsa duo sint, & tertia ex ambobus species, vno comprehensa nomine, dubitationem omnem & tenebras faciunt. CLIN. Quomodo? ATH. Amicum enim simile simili virtute, & æquale æquali asserimus. Amicum rursus egenum diuiti, quamuis genere contrarium sit. Quando verò utrumque vehementius fuerit, ab ore nuncupamus. CLIN. Rectè. ATHEN. Amicitia igitur quæ à contrariis proficiscitur, dura est & aspera, & sæpe [mutua non est, nec re aliqua quæ sit inter amantes communis nritur.]

Quæ verò à similibus, placida, communisque per vitam. Vbi verò ex utrisque componitur benevolentia, primò non facilè cognoscitur, quid sibi velit qui tertio hoc amat amore: deinde ab utrisque in contraria tractus, & ipse quid faciat dubitat, cum ab altero, ætatis uti flore iubeatur, ab altero, præhibeatur. Nam qui corpus amat, eiusque formam quasi fructum quandam esuriens petit, is satiari duntaxat querit, nullumque animo amati præbet honorem. Sed qui minus de corpore curat, & animo considerat potius quam desiderat cum ipsum, ut decet, animum diligit, corporis usum petulantiam & contumeliam arbitratur, cumque temperantiam, fortitudinem, magnificentiam, & prudentiam vereatur & colat, cum casto amico castus vivere volet. Amor autem ex utrisque his compositus, ipse est quem modò loco tertio ponebamus. Cum ergo tres sint amores, utrum omnes lege pellendi sunt? An videlicet eum in civitate suscipiemus qui virtutem respiciat: &

adolefcentem fieri quàm optimum cupiatur
 duos autem alios, si fieri poterit repellentius?
 Nunquid aliter tibi, ò amice Megille videretur?
 MEGILLE. Probè admodum de his modò dixisti
 hospes. ATHEN. Non frustra, ò amice conii-
 ciebam te mihi adstipulaturum. Non oportet
 autem me nunc quid de his vestra lex sentit
 inquirere, sed quod admittis accipere. Cliniz
 verò postea id persuadere conabor. Quod à
 vobis datum est, modò accipiatur, legè que di-
 ligenter consideremus. MEG. Rectissimè lo-
 queris. ATHEN. Attenti in hac lege ferenda quã-
 dam habeo, partim quidem facilem partim o-
 maino difficilem. MEG. Quomodo istud? A-
 THEN. Constat nunc quoque plurimos ho-
 minum quamvis iniuri sint, bene, & diligen-
 ter, & non ingratis, sed admodum sponte à pul-
 chritum coniunctione sese abstinere. MEG.
 Quando id fit? ATHEN. Quando frater aut
 soror eximia pulchritudine alicui sit: à filio
 quoque filiãque lex eodem, quamvis scripta
 non sit, sufficienter repellit, prohibètque &
 manifestum & furtivum istorum concubitù.
 Imò verò facit, ut ne cupiditas quidem vlla
 rei huius vulgus aggrediatur. MEG. Vera nar-
 ras. ATHEN. Vnum ergo verbum atque bre-
 vissimum omnes huiusmodi voluptates exin-
 xit. MEG. Quid illud? ATHEN. Quod fas nihil
 horum esse dicitur, sed apud deum odio habe-
 ri, & turpius omnium esse turpissimum. Cau-
 sa autem nonne hæc est? Quia nemo aliter
 prædicat, sed statim ab ineunte ætate & ioco
 simul & serio dicta, & sæpius in tragediis
 hæc eadem audiuntur, quando vel Thyestæ,
 vel Oedipodas, vel Macareos quosdam qui
 rem cū sororibus furtim habuerant, conspe-

*Legi ponē
 de firmissi-
 mum funda-
 mentiū fore,
 si persuadea-
 tur omnibus
 natura con-
 trarios & à
 deo dānatos
 esse eiusmodi
 amores,
 ostēdit, ex eo
 quod similitu-
 ratio faciat
 ut omnes ab
 incestuosiss. cō-
 sūctionib. ab-
 horreant.*

aōs continuò mortem sibi, debitam sceleris
 pœnam, consciuisse narrant. MEG. Rectè istud
 dictum est. Miram enim famam potentiam no-
 uimus, quando nemo aliter quàm iubeat lex,
 ne respirare quidem audeat. ATHEN. An non
 rectè dictum est à nobis, quod volenti legisla-
 tori cupiditatem aliquam earum quæ vehemē-
 ter sibi subigunt homines, rationi subicere, fa-
 cilis cognitu modus est? Quippe si famam hu-
 iusmodi, apud omnes seruos & liberos, ma-
 sculosque & fœminas, & vniuersam ciuita-
 tem, quasi factum quiddam dicauerit, firmis-
 simam hanc legem efficiet. MEG. Ita prorsus.
 Qua verò ratione id assequi poterit, vt liben-
 ter idem omnes prædicent? ATHEN. Probè
 obicisti. ^a Ideò enim à me dictum est, artem
 me ad hanc legem habere, vt secundum natu-
 ram ad procreationem Venere homines vtan-
 tur. Abstinentum igitur à maribus iubeo. Nā
 qui istis vtuntur, genus hominum dedita ope-
 ra interficiunt, in lapidem seminantes, vbi ra-
 dices agere quod feritur nunquam poterit.
 abstinentum quoque & ab agro illo terrini-
 no, vbi semen germina nolit producere. Hæc
 lex si perpetuò in aliis sicut in concubitu pa-
 rentum conseruabitur, innumerorum erit bo-
 norum causa. Nam primò secundum naturam
 statuta erit. Deinde ab omni amorum rabe
 atque furore, adulteriis, potúsque & cibi ni-
 mio luxu repellet. Vxoribus quoque viros
 conciliabit, & alia plurima pariet bona. si a-
 pud quemque fuerit stabilita. ^b Sed forsàn si
 vehemens aliquis iuuenis multo spermate ple-
 nus hanc legem ferri audierit improbabit pro-
 cinus, & alta voce clamabit, impossibilia stul-
 tæque à nobis lege sanciri. Quod quidem

*a Rationes
 adferri quib.
 in vulgus su-
 cilè persua-
 deri possit,
 natura repu-
 gnare infir-
 mes pueros &
 alios simi-
 les amores.*

*b Offendit quo-
 mode ex par-
 te facile sic
 lata ea lex
 que prohibeat
 infans: illas
 libidines, &
 quemodo rur-
 sus ex parte
 nō sit facilis.*

cum considerarem, dixi artem me habere, quodammodo facilissimam, quodammodo etiam difficilissimam, ad legem hanc observandam. Facile namque intellectum est, quomodo id possibile est. Nam cum apud omnes legitima hæc sententia dedicata fuerit, animos omnes domabit, efficiatque ut metu legis pareant. Sed eò iam res peruenit, ut nunquam effici posse videatur: sicut nec communis convictus institutum] credebatur ab universa civitate perpetuò posse observari. Et tamen apud vos res ipsa fieri videtur, quod à mulieribus adhuc nec in civitatibus quidem vestris fieri posse putatur. Hac equidem ratione propter huius incredulitatis vim difficilissimè esse dixi hæc utroque lege servari. **MEG.** Et rectè quidem. **ATHEN.** Quòd autem supra vires humanas non sunt, sed fieri possunt, vultis ut verisimilem quandam rationem vobis exponam? **CLIN.** Cur non? **ATH.** Virum facilius quispiam à venereis abstinere, volentemque ordinem suis impositum moderatè servare, cum bene ex prudenti aliqua diligentia corpus affectum fuerit, an cum contra? **CLIN.** Multò magis quam bene atque ex arte. **ATH.** Num igitur de Tarentino leco non audimus: qui propter olympica aliàque certamina, artificioso circa hæc studio temperantiam simul & fortitudinem animi consecutus, nullam unquam in toto exercitationis suæ temperantiam dare oportere Venerem cognovit? Idem quoque de Crisone, Atyllo, & Diopompo aliisque quàm plurimis fertur. Quanquam, ô Clinia, multò peius animos bonis artibus excoluerant, quàm mei que civis, corporibus certè multò magis vigeant. **CLIN.** Vera narras quòd à patris

Exemplo Tarentini leci & aliorum quorundam athletarum, quæ certa quædam ratione vita corpus ita domuerunt, ut per totam vitam ab omni venere abstinerint, docet longè facilius iuvenes, si velut virtuti et temperantia serventur, dare oportere posse de mare usque nas illas & fidentes libidines.

ista ab athletis facta fuisse prædicantur. ATH. Illi igitur ut luctando & currendo cæterisque huiusmodi vincerent alios, ab ea voluptate quæ beata vulgò existimatur, abstinere voluerunt. Nostri adolescentes victoriæ causa longè præstantioris, non potuerunt? quam nos carnibus fabulisque & soluta oratione & cantibus esse optimam pueris statim à teneris occinemus, & ut verisimile est oblectando persuadebimus. CL. Quam victoriæ dicis? ATH. Ut voluptate inquam victa feliciter viuant, victi autem contrà. Præterea metus ille, ne quod minimè fas est, committatur, nonne ad idem potissimum confert, ut ea videlicet superent, quæ alij quamuis deteriores superassè dicuntur? CL. Consentaneum id quidem. ATH. Postquam huc in lege hac ferenda devenimus, & propter multorum prauitatem in dubitationem incidimus, audacter iam manifestèque dicamus, non oportere ut ciues nostri auius multique beluis sint peiores. Per multos enim greges ipsarum videmus integre atque caste, antequam procreandi tempus adueniret, viuere: sed cum hanc ætatem attingerint, mas feminae & femina mari coniungitur, iuste, sanctèque in prima perseverantes amicitia reliquam peragunt vitã. Oportet igitur esse eos bestiis meliores. Quòd si à cæteris Grecis Barbarisque plurimis corrumpantur, nec possint se continere, cum videant audiãntque inordinatam apud eos Venetem plurimè posse: alteram præterea legem custodes legum adferendæ leges autoritatem nasci excogitent. CLIM. Quam modo ferre legem consulis si hanc non susceperint? ATHEN. Quæ hanc, ô Clima, sequitur. CLIM. b Quænam

a Alia ratio ad ingenerãdũ vel corruptissimis hominũ animis odiũ infamissupradictæ libidinis affert exemplũ belluarũ in quibus eiusmodi inordinatã libidines non reperiuntur. *b* Aliud remediũ secundariũ proponitur, aduersus omne genus illicitæ Venetis: ve saltẽ si nõ penitus ignis ille extingui possit immò innuaturs lege sanciendo vs occultus ac proinde etiã rarus sit Venetis vsus.

illa est? ATHEN. Ut quam maximè laboribus corporis Veneris robur infirgant, & aliò vires suas conuertant. Quod erit si non impudenter ipsa videntur. Nam si rarius propter turborem id fiat, imbecillior erit dominus. Cùm ergo ut horum aliquid faciant, honestum apud ipsos constitutum sit, & consuetudine & lege non scripta receptum. Ut autem non latenter, turpe: sed non turpe, si quis omnino non faciat. Sic hoc turpe & honestum secundo loco nobis in lege positum erit, rectitudinem secundam habens, & genus vnum hominum, tria genera continens, homines deprauata naturæ quos sui dominos esse negamus, coget utique ne leges contemnant. CLEM.

Quæ tria genera? ATHEN. Cultores inquam deorum, honoris amatores, & qui non corporum, sed animi morum pulchritudinem diligunt. * Hæc quasi per fabulam dicta vo-

** Posito pro-
prio legi,
legē ipsā po-
nit de Amo-
ribus non le-
gitimus qui
et quousque
tolerandi si
penitus re-
sponde non
possunt.*

luntque similia: multum tamen ciuitatibus omnibus si ea seruare potuerint collatura. Fortasè autem si deus voluerit, duorum alterum in amatoriis assequemur. Vel ut nemo generosas liberasque mulieres præter uxorem audeat tangere: nec vllus nothos ex concubina suscipiat: nec infecundos marium agros præter naturam seriat. Vel alterum quidem omnino tollemus: nequis cum matibus congrediatur. Siquis autem aliis mulieribus commisceatur quàm cum his quæ cum diis sacrisque nuptiis domum venerunt, emperis: idelicet vel alio quocumque modo acquisitis: nisi viros simul mulieresque omnes lateat, infamis lege, omnibusque ciuitatis honoribus, ceu peregrinus alicuius prinatus sit. Hæc lex siue simplex siue duplex sit, de rebus veneris amatoriisque omni-

mibus quas inter nos propter huiusmodi af-
 fectus rectè vel non rectè agimus, lata sit. MZ.
 Ego equidem hanc legem valdè probo. Clinias
 verò hic, quid sibi videtur, nobis aperiat. CL.
 Faciam, ô Megille, cum occasio dabitur. Nunc
 autem sinamus hospitem vltèrius in ferendis
 legibus progredi. M & G. Probè. AT. Sed aded
 iam progressi sumus, vt ad communem illam
 conuictum deuenerimus, quam quidem rem
 alibi difficilem esse diximus: in Creta autem
 nemo aliter existimabit fieri oportere. Quo-
 modo autem, vtrum vt hic, aut quemadmodũ
 apud Lacedæmonios, an tertius quidã modus
 his vtrisque melior inueniatur, nec inuentu
 difficile id mihi videtur, nec inuentũ cum fue-
 rit, maximè profuturum. enimverò concinnè
 & nunc constituta videntur. Sequitur nunc vt
 de victu, quomodo haberi possit, dicamus. Vi-
 ctus in aliis ciuitatibus multiplex variisque ex
 locis, maximè verò duplici ex loco aliter quã
 his comparatur. Nam ex mari ac terra pluri-
 mis Græcorum ciuitatibus aduehitur, cũ istis
 terra solummodò aduehatur. Quæ res legum-
 latori facilior. Multò enim minor quàm di-
 midia pars legum sufficiet. Præterea conue-
 nientiores liberis hominibus leges ponentur.
 Naualium enim & mercatorũ, cauponum, di-
 uersiorum, publicanorum permutationum,
 fodinarũque metallicarum, & murũ & fœ-
 noris, ac mille huiusmodi leges ferre non ad-
 modum cogitur. Quare in ciuitate hac nostra
 legum conditor, his omissis, duntaxat agrico-
 lis, pastoribus, apũ curatoribus, taliũque cu-
 stodibus, atque ministris leges dabit, cum de
 nuptiis liberorũque procreacione, educatio-
 ne, disciplina, magistratũque designatione,

*Transitus
 ad legesq; a
 pertinent ad
 victum &
 ea ex quib.
 victus para-
 tur.*

*Leges ad a
griculturam
pertinentes
quarum pri
ma hæc poni
suræ qui
seruillium
moueat.*

*Seu agrorū
præfatos
quos paulo
post exoellat
agrōrōrum.*

*Vicini vi
cino ne no
ceat.*

*De specie
bus aliquot
damnorum,
qua vicini
agricola so
lent sibi mu
tuo inferre,
leges.*

maxima ex parte tractauerit. Nunc ergo ad le
ges de victu de que iis qui labore suo ipsam pa
tant, venire necesse est. * Et agriculturæ leges
primò ponantur: primaque terminis iouis
hæc. Nemo fines atque terminos ægri moueat,
nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, si agri
extrema possideat, existimans verè hoc illud
esse quod dicitur, immobilia mouere, malitq;
vnusquisque sagū aliud ingens mouere, quàm
paruū lapidem iureiurando à diis firmatum,
quæ amicitia & inimicitia terminentur. Alte
rius enim Iupiter contēbulis, alterius hospita
lis est testis: qui hostili prælio semper insur
gunt. Qui legi obtemperat, indemnus vtiq; sit
qui eā despexerit, duplices pœnas luat: primò
quidē deo vindice, deinde lege: quæ iubet ve
nemo sponte vicini agri terminos moueat. Eū
verò qui mouerit, quicumq; voluerit, ad agri
colas deferat, agricolæ ad iudicium ducant, è
quo damnatus ve pote terminorum clam vi
que turbator, reddat, patiaturque prout iu
dices iudicauerint. Multa deinde paruaque
damna in vicinia sæpius ac sæpius facta, ma
gnas inimicitias pariunt, vicinitatem difficile
& amaram reddunt. ^b Propterea caueat vic
inus ne vicino noceat, cum in aliis, tam vel ma
ximè in agris colendis. Nocere nanque non
difficile, sed cuiuslibet hominis est: prodesse
verò non cuiuslibet. Quicumque verò fines e
gressus, vicini coluerit agros damnum testi
tuat, & impudentiæ atque illiberalitatis pœ
nas luat: duplūque loco multæ ipsi deponat
cuius agrum coluit. ^c Cognitores verò & iudi
ces censorésque huius rei, agrorum curatores
sint. In maioribus quidem, vt supra dictū est,
vniuersus duodecimæ partis ordo: in minori
bus

bus verò qui custodias præfunt. Si quis pascuis
 noceat, illi consideratis damnis iudicent atq;
 condemnent. Si aliena examina quis abducit
 à domino, atque æta pulsans delectatione a-
 pes ad se trahit, damnum restituat. Si quis ignē
 in materiam sic immiserit, vt vicino non caue-
 rit, prout magistratibus videbitur, condemne-
 tur. Similiter qui in plantando mensuram vi-
 cini agri non reliquit, ita plectatur, vt à plebif
 que legulatoribus satisficienter id dictū. Quo-
 rum legibus vti debemus, nec putare multa &
 minima quæ cuiuslibet legumlatoris sunt, à
 maiori ciuitatis conditore esse facienda. Nam
 & de aquis prisca leges & bonæ agricolis cō-
 stitutz sunt. Quæ profectò recitatione huc de-
 ritanda non sunt. Sed qui aquam ad sua vo-
 luerit ducere, à publicis fontibus ita deducat,
 vt nullius priuati manifestū fontē perturbet.
 Deducat autē quā velit, præter quā per do-
 mos, aut sepulchra, aut loca diis cōsecrata: nec
 aliud damnum inferat, nisi quod ab ipso riuo
 efficitur. Quod si aquæ inopia solo insita
 in locis aliquibus aquas ab loue prodeuntes
 non retinet, cūm necessitate quispiam oppri-
 matur, in loco suo ad cretam vsque effodiet:
 & si hac in profunditate nihil aquę inuenerit,
 tantum à vicinis aquetur, quantum necessitas
 postulat. Sed si vicinis quoque pauca sit, aquā
 di modus, quo vitatur quotidie, ipsi ab agri cu-
 ratoribus statuatur. Si verò aquæ pluuiates
 abundant, & qui inferiores partes habitāt aut
 colunt, defluxū ita prohibeant, vt superioribus
 noceant: aut conerā si superior inconsideratē
 fluere aquas permittens, inferiori noceat, &
 conuenire inter se nequeant: in vrbe quidem
 ædiis, in agris verò, qui agris præest, modē im-

* Aqua du-
 ctus leges.

ponat: quæ si quis nõ seruauerit, inuidiæ & peruersitatis pœnas persoluat. & vicino damnatum in duplũ restituat, eò quòd magistratib. parere non uoluerit. Autũni aut̃ fructuũ communis huiusmodi participatio sit. Bina nobis gratiæ dona hic deus largitur. Vnũ Dionysiacũ, quod recondi non potest: alterũ verò, quod reponi aptũ est. Hæc igitur lex de fructibus fanciatur. Qui uuas aut ficus de rusticis fructib. ante vindemię tempus gustauerit, quod cũ arcturo cõcurrit, quinquaginta drachmas, si de suo agro collegerit, Dionysio dedicandas persoluat: sin à vicinis acceperit, minã: sin ab aliis, duas minę partes. ^bUuas autem ficusque, quos generosos nominauimus, quia cõmodè recondi non possunt, quomodo & quãdo velit, si sua hæc sunt, colligat, sin verò aliena, nisi impetrauerit, quoniã lex est, ut nemo moueat quæ nõ deposuit, qui accepit, mulctetur. Quod si seruus quispiã, nõ persuaso agri domino, eas acceperit, pro singulis ficibus uuarũque acinis equalia numero verbera patiatur. Inquilinus fructibus emptis, si quidem condi non possunt, si cupit, vescatur: peregrinus aut̃ in ipso itinere si trãseat solus, aut cum vno tantũmodo, de fructib. generosis si velit hospitali cũ uenia gustet. ^cAlios autem gustare quos agrestes dicimus, peregrinos quoque lex prohibeat. Sin verò qui condi possunt in sciũs tetigerit, seruus quidẽ plectatur. Liber aut̃ dimittatur admonitus ficus uuasque solummodo quę condi non valent, gustate licere, eas verò, ex quibus passã uux & uinum & caricae fiunt, minimè. Pyra verò & mala tum alia, tũ punica ceteraque huiusmodi elãm auferte, turpe non sit. Siquis verò deprehensus fuerit, pauciores annos quàm triginta

^a Fructuum
diuisio in eos
qui recõdũ
sunt, & eos
qui seruari
& recondi
possunt.

^b Uua & fi-
cus generosi.

^c Fructum
qui reponi et
recondi pos-
sunt: appellã-
turq; aycõi-
xos ad differe-
ntiam eo-
rum quos
γυναικὸς ἀπ-
pellat, qui
seruari non
possunt.

ratus, sine vulneribus verberetur, atque punia-
tur, nec poena vlla propter huiusmodi verbera
libero sit. Aduentæ quoque de his fructibus
perinde ac de iis quos superius diximus, qui
non conduntur, carpere liceat. Si senior quis-
piam comederit, nec asportauerit, vt aduentæ
permissum est, & ipse quoque omnium huius-
modi fructuum particeps fiat: quòd si legi nõ
paruerit, ad virtutis certamen inhabilis habea-
tur, si iudicibus huic rei præsentibus tunc re-
latum hoc fuerit. Aqua nutriendis hortis ma-
ximè omnium confert, sed facile corrumpi po-
test. ^aTerra verò & sol & aer, quæ cum aqua
simul ea nutriunt quæ terra nascuntur, nõ fa-
cile veneno, vel diuersione, vel ablatione cor-
rumpi possunt. his autem modis facile aquæ
damnum infertur, propterea legis auxilio in-
diget. De hac igitur hæc lex sanciat. ^bSiquis
sponte alienam aquam siue scaturientem è fon-
tibus siue collectam, veneno aut foueis aut abla-
tione corruperit, ad ædiles deferatur: vbi si de-
liquisse conuincitur, damnum restituat, & fon-
tes aut aquarum vas, vt interpretes à singulis
semper faciendam purgationem iudicant, i-
ta purget. ^cIn aduentione autem omnium quæ
ab agris colliguntur, liceat cuique res suas quæ
velit aduehere, modò aut nulli damno sit, aut
ipsi triplè proueniat lacrum eius damni quod
vicino infertur. Horum cognitores, magistra-
tus sint, & cæterorum omnium quæ per iniu-
riam sponte quis, aut vi, aut clam, vel per se, vel
per illa quæ possidentur ab eo, in personam,
aut in rem intulerit. Hæc inquam, ad magistra-
tus omnia deferantur, si tres damnû minas nõ
excedit: sin verò maius sit, ad constituta publi-
cè iudicia causa deferatur, & qui iniuriam intulit

^aTerra, sol
aer et aqua
simul ea nu-
trunt quæ è
terra nascun-
tur.

^bAduersus
eos quæ aquas
corrumpunt
aut abdu-
cunt.

^cDe vestu-
ri frugum,
& de dam-
ni quæ infer-
ri possunt ab
eo qui per
alterius a-
grum fructus
suos domum
defert.

a Magistra- lit puniatur. Quòd si *a* magistratum aliquis
tū si iniuste iniuste de damno alicuius sententiam tulcrit,
iudicaueris duplum ei qui passus est iniuriam, debeat. Et
in iudicium omnino si quid per iniuriā fecerint magistra-
vocare licet tus, causa ipsa à quolibet volente in publico
 iudicio agitetur. [Cū aut̄ infinita alia & parua
 sint iura, secundum quæ pœnas imponi oportet,
 tumide libris intentadis, itē citationibus,]
 citatoribusque, siue inter duos, siue inter mul-
 tos citatio sit, & cæteris huiuscemodi, quæ nec
 à legibus præteriri possunt, nec tamen scuitore
 legumlatore digna videntur: hæc igitur omnia
 iuniores priscas leges imitati, & parua ex ma-
 gnis intelligentes, necessariūque vsum expe-
 rientia cognoscentes, legibus donec sufficien-
 ter se habeant, ordinent. Deinde sufficienter
 positis, immobiliter his vtantur. *c* De cæteris
 autem opificibus leges ita constituentur. *d* Pri-
 mò nullus cuius indigena opificio vllò detinea-
 tur, sed nec seruus quidē cuius alicuius. Arte e-
 nim magna quæ longa exercitatione multisq;
 doctrinis indiget, occupatus est cuius, cū cō-
 munem ciuitatis ornatū procurer: quæ res nō
 leui quadā opera contenta est, sed præcipuum
 studium exigit. duas verò artes aut studia duo
 diligenter exercere humana natura nō potest.
 Nemo etiā satis potest arti quidē vni vacare, &
 alterius artis opifici præsidere. Hoc igitur in
 ciuitate statutū sit, vt nemo ararius simul &
 lignarius faber sit, nec lignarius faber fabricis ç-
 rariis magis quā opificio suo præsideat, specio-
 sam causā hinc fortē nactus, quòd cū multos
 habeat ministros, & operarios, ob eā causam
 maiore ex arte sua prouētū questūq; percipiat,
 melius artem, suā exerceat: sed singuli opifices
 singulis artib; vacēt, & ab eis victum acquirāt.

Hanc

Hæc legē ædiles ita obseruari procurent, ut si quis ciuis ad artē aliquā magis quā ad virtutis curā declinauerit, opprobrio atq; infamia notatū ad cursum suū reuocent. Sin autē peregrinorū aliquis duabus artib. vacet, vinculis, multa, expulsiōe vnā tantū cōplecti cogatur. De mercede autē opificum, de operis ipsorum approbatione aut improbatione, de iniuria etiā quam vel patiuntur vel inferunt ædiles vsque ad drachmas quinquaginta cognoscant. Maiora verò ad publica iudicia delata secundū legē iudicentur. * Vestigal autem importandarum exportandarūq; rerū nullū penitus sit. & Thas verò ceterāque huiusmodi quæ diis incendantur, peregrināque sunt, purpuram similiter & colores alios, qui à regione nō producantur, aut qui ad aliquā alia arte expetuntur quæ externis quibusdā inuehēdis opus habet, nisi necessaria sunt, nemo adducat: nec rursus aliquid quod regioni necessariū sit, exportet. Hæc oīa legū custodes duodecim qui reliqui sunt, exceptis quinque senioribus, procurent atque cognoscant. Arma verò & instrumenta bellica si ipsi vel ad aliquid, vel ad artem aliquam aduectitiam, vel ad plantas, vel ad metalla fodienda, vel ad vincula, vel ad animalia aliqua vsus & opus sit, illorum inuehendotum vel exportandorum dante & accipiente ciuitate, cura sit penes equitum præfectos, & belli duces: de quibus legum custodes sufficientes decentesq; leges ferent. * Nulla verò pecuniarum duntaxat colligenda gratia, vel in ciuitate vel in vniuersa regione acs cauponata exerceatur. Annona autem quæ ex agris percipitur distribuendæ causā, recte eius vsus iuxta Cretensium legem definitur.

* Vestigal
nullum.
bVe peregrina
na merces
non necessa-
ria non sunt
importanda
sic nec illa
quæ cuique
sua regio
fert exportā-
da, si neces-
saria fuerint
regionis in
quā nascuntur.

e Caupona-
ria ars quo-
que exero-
canda.

Nam quæ à regione producuntur, in duodecim partes ab omnibus distribuenda sunt, ubi consumenda. Duodecima verò pars quæque, ut tritici, hordei, cæterarumque frugum & fructuum, venalium quoque omnium animalium tripertitò & ex ratione distribuatur, & pars una liberis, altera seruis, tertia opificibus ac omnino aduenis tribuatur, siue aliunde venerint aliquandiu urbem habitaturi, & necessariis egeant, siue propter publicam vel priuatam civis alicuius utilitatem accesserint. Hæc igitur tertia omnium necessariorum pars, venalis semper ac necessariò tantummodo sit. De duabus verò partibus nihil necessariò vendatur. Quomodo igitur hæc rectè distribuatur? Patet autè in primis rectè id fieri posse, si partim æqualiter, partim inæqualiter distributio fiat. *CL.* Quo pacto? *ATH.* Meliora utique vel deteriora istorum singula, necesse est terram producere atque augere. *CLIN.* Quidni? *ATHEA.* Cum tres partes sint, quod huc attinet nemo plus habeat, nec dominus, nec servus, nec advena, sed æqualis eademque similiter sit omnis distributio. Quilibet autè civis, cum duas partes acceperit, seruis & liberis quot & qualia velit, suo arbitratu distribuatur. Quod verò plus istis est, mensura, & numero sic dispertiendum est, ut cum omnium animalium, quibus à terra victus præbetur numerus habeatur, ita demum fiat partitio. Habitationes postea seorsum ordinandæ sunt. Ordo autè talis maximè decet: duodecim vicos per mediam unquamque duodecimam partem esse oportet: & unoqueque venalium rerum loca, deorumque templa, & deos sequentium demonum esse constructa, siue indigetum Magnesium, siue aliorum antiquorum

» Nèpt quod ad melioris vel deterioris inter fructus terræ distinctionem spectat.

» De habitationum dispositione, urbu nimirum & pagorum

quorū memoria seruata est delubra sint consecrata.] Atque his priscorum virorum honores reddendi sunt. Vestæ quoque Iouis, Mineræ singulorūque aliorū singulis duodecim partibus præsidentium tēpla consecrare oportet. Primū autem in altissimis locis circa tēpla habitationes custodū construuntur vndique munitissimæ. ^a Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuitur. Et pars vna in vrbe habitet, per duodecim vrbis partes diuisa, alia exteriorē vndique teneant locū, atque in singulis pagis opifices ad agriculturæ cōmoditatem idonei habitare cōpellantur. Horū omnium curā magistratus qui agris præsent, habeāt præuideāntque quot quibūve singuli opificibus egent, & vbi habitantes impedimento agricolis non sint, sed magnam ipsis vtilitatē conferant. Urbanorū quoque similiter opificū curā vrbis præfecti. ^b Res autē venales annonæ præfectis curæ sint, qui primò rē sacrā curent, deinde nequi vendendo emendōve iniuriā faciant, vehementer prouideant: & immoderatos, contumeliososque omnes cōpescant. Hi considerent nā quid ciues peregrinis res singulas conuenienter, atque vt lege cautum est, vendant. Lex autem esto. Primo die mensis [partem eā fructuū terræ quæ vendi debet peregrinis exponant qui negotia ciuū indigenarum gerunt: siue illi sint peregrini siue seruis nempe duodecimam partem,] emēntque peregrini pro mensis totius tempore triticum & similia quæ primo foro venduntur: duodecimo verò die humidorū venditio, emptioque mensi sufficiens statuatur: vigesimotertio animalū venditio, quibus homines egent: vasorū itē ac rerū quas agricolæ

^a Opifices p̄r
vniuersam
regionē quo-
modo distri-
buendū.

^b Quem or-
dinē in reb.
venalib. de-
beāt foro præ-
fecti conser-
uare.

- quidem vendunt, velut sunt pelles, & omne
 vestium genus, & texturæ, & plicata, & co-
 æti, & quædam alia huiusmodi: externi verò
 emere ab aliis necesse habent. * In cauponis
 autem horum quicquid aut triticum, aut hordeum
 in polentam comminatum, aut etiam aliud omne a-
 limentum civibus aut ipsorum servis neque quis
 vendit neque quisquam à tali quicquam emat. In
 peregrinorum tamen foro peregrino liceat opi-
 ficibus, eorumque servis vinum cibumque commu-
 tare ac vendere, carnesque coactas similiter: que
 res à plurimis cauponatio nominatur. Materiam
 verò vitæ & igni aptam uniuersam quotidie pe-
 regrinus ab iis qui in agris id curant, emere pos-
 sit, cæterisque peregrinis prout velit & quan-
 do velit reuendere. Cæterarum omnium rerum &
 suppellectilium quibus utimur, in communi foro
 venditio fiat in locis determinatis: ubi legum
 custodes, præfectique urbis unum cum aedilibus lo-
 cum designant, & pretia venalibus imposuerint.
 Hic namque commutentur rebus, ac res numis. Com-
 mutet autem unusquisque per seipsum nemini
 committens. Quod si commiserit, siue receperit,
 siue non, quiescat oportet. ^b Nullum enim tra-
 ctatum talium iudicium est. Siquid verò venditum
 emptumque pluris minorisve est, quam lex ius-
 serit, quæ rerum venalium mensuræ & pretia con-
 stituta sunt, apud legum custodes plus illuc con-
 scribatur, & contrarium deleatur. ^c Eadem ipsa de
 conscriptione bonorum, quæ ab incolis pere-
 grinisque possidentur, sunt: licet atque cuius cer-
 ta conditione ad urbem migrare, & hoc ita ut
 autem aliquam exerceat, nec plures quam annos
 viginti à die conscriptionis permaneat: quo in
 tempore incolendi vectigal solvere nullum cogatur
 nisi frugalitatis exemplum, nec emptionis

^a πολυτελῶς.

^a Res ad vi-
ctum necessa-
rias prohibe-
tur in foro
vendere ciui-
bus aut eorum
seruis.

^b Nullum iudicium datur
illis qui per alios rem suam
pecunia commutantes
fraudati ab illis fuerint.

^c De Inqui-
linorum condi-
tione: quan-
tum temporis
illis ad habi-
tandum in ci-
uitate in
quam migravit,
& an ab
illo merces
pro habita-
tione, quam
Ath. μετοί-
κασιν appella-
bant, exigenda.

venditionisq; gratia ratio quæquã debeat.
 Cùm autē viginti anni exacti fuerint, accipiat
 rem suã, & abeat. Quòd si magnũ aliquod be-
 neficiũ intra viginti annos ciuitati contulerit,
 velique plus tẽporis, aut etiã per vitã in ciui-
 tate manere, fiat ipsi quod petierit, ratũq; ha-
 beatur, si modo concilio concioniq; persuase-
 rit. Incolarũ autē filiis si ipsi quoque opihces
 fiat post quincumdecimum a natis annum ita
 habitationis tempũs incipiant, vt viginti post-
 eã maneant annos, deinde quò velint profici-
 scantur, & si manere voluerint maneant post-
 quam similiter persuaserint. Qui autem rece-
 dit delecta descriptione, quæ sibi apud magistra-
 tus erat conscripta, sic abeat.

D I A L O G V S
 N O N V S D E L E -
 G I B V S , V E L D E L E G V M -
 I A T I O N E .

Marsilij Ficini Argumentum.

Nonus dialogus post communem morum discipli-
 nam & legum multarũ translationẽ, aggreditur
 iam iudicia. Et valde quidem opportunè Nã & qui
 moribus eruditi legibũque instructi sunt, iudicare
 iam possunt: & qui eruditioni instructio igitur præce-
 denti non paruorum viam sunt iudicandi. Prudenter
 omnino nosse hic animorum medicus seruare halle-
 nus salutaribus studiis monitu integrã animi sa-
 nitatem: iam vero perditã cunctis machinis repa-
 rare molitur. Verũm qua charitas Platonica est, mi-
 sericors, dolens, compulsus ad secandum quasi trahi-
 tur & vrendũ: & id quidem tam benigna cõuisione,

ut grauiter agrotantes verbu blandissimū consola-
 tur: contendatque verbu quasi magicu carminibus
 sanos efficere antequam medicam adhibeat manū
 quam etiam deinde sic admonet, ut languens & vix
 persentiat, & plus admodum spei concipiat, quam
 doloru: & ex dolore non perniciem reportet sed salu-
 tem. Insignis clementia vir neminem absque consola-
 tione punit: neminem punitum perdit: omnes pro vi-
 ribus seruat: & quos necesse punit, proficitur a morbo
 animi liberare: ac minimo mortu malo, interim
 ingenti & in dies crescēti obistere animi malo. Pra-
 fcare verò asserit hinc abire, quam in morbo vel ani-
 mi, vel corporu incurabili viuere. Atque neque has
 vita priuatis nisi quem cognouerit insanabilem neque
 supplicium vllum à lege, quæ bona est, illatū, tendere
 vult ad malum. Quinimo pœnā ipsam multu de cau-
 sis esse bonam: tum quia iusta est, iustitia verò bo-
 na: tum quia vel presens purgat, vel futurum pra-
 pediat malum, tum quia in puniendo vno, interim
 exemplo prodest & multu ciuitatēque purgat ma-
 lū. Et ut summam dicam, iustitiam ubique mirum
 in modum cum clementia miscet, neque rigiditate
 irquet duris, neque mollitia quicquam relinquit
 multum. Quemadmodum verò in superioribus
 prius diuina præcepit officia, quam humana: sic in
 presentia prius in sacrilegia, quam in cetera deli-
 cta prudenter animaduertit. Ac dum quàm graue
 sit laesa maiestati diuina crimen ostendit, efflante
 deo significat nihil tale ab hominib. quondam quan-
 diu diuina quadam in eu gratia viguit, fuisse ali-
 quando perpetratum. Sed postquam propter alia de-
 licta gratia illa est amissa, homines iam quasi alie-
 nos à Deo in Deum ipsum peccare per sacrilegia in-
 sepiunt: ut sacrilegium ipsum non modo peccatum sit,
 sed etiam pœna peccati: pœna inquam non purgans
 aliquem, sed intermit. Non enim lege, sed transgressio-
 nis

fione legū pœna talis infertur. Quod autem dicit, pri-
 scos legumlatores fuisse dei filios, legēsque heroibus,
 qui etiam ex dijs erant geniti tradidisse: exponendū
 est per ea quæ in Critia & Politico & saepe alijs
 pertractantur, deorum filios hīc intelligi deos sub Lu-
 na, alios alijs terra plagis gubernandu accommoda-
 tos. Quos possumus more etiam Platónico angelos
 nominare. Per quos sub Mercurij nomine in Prota-
 gora leges genus hominum accepisse docet. Per quos
 in Crizia quoque dicit homines primos ex terra na-
 tos accepisse iura: hominēsque illos hīc nominat heroes
 ex dijs ortos: id est, deorum opera ex terra progenitos.
 Sed leges illas, inquit in Critia, non scriptas ad au-
 res, sed inspiratione quadam à mentibus diuinis in-
 mentes humanas fuisse transfusas: hominēsque sub
 illa quandiu paruerunt, vixisse beatos. Addit ob
 huiusmodi legum transgressionem homines diuinam
 gratiam amisisse: qua quidem amissa felicitatem
 quoque amiserint: & infelices in sacrilegia iam
 proruperint: & per sacrilegia pessimi tandem in-
 felicissimique euaserint: in hū & terrestri illius pa-
 radisi, & eiectionis ex eo, mysterium licet agnoscere.
 Considera verò ubi perquirat sacrilegij causas, tres
 assignari causas grauium delictorū. Primam quidem
 communem hominum fragilitatē consuetudine confir-
 matam. Secundā verò dæmonicam persuasionē siue
 suggestionem. Tertiā denique culpam perniciosam
 ex antiquis inextinguatīsque peccatis inustā, ad gra-
 uissima scelera stimulantē. Quæ quidē originis cul-
 pæ, de qua multi multi a theologis disputant, videtur
 esse simillima. Quamobrem ubi Plato diuinus sacrile-
 gum alloquens inquit, Non humanum ad sacrile-
 gum te impulit malum, neque diuinum: intellige hu-
 manum malum, humanam fragilitatem ad inferio-
 ra procliuem: Diuinū verò malum, dæmonicā, ut in-
 quunt, fraudē. Negat verò duo hac, non quia nō fin-

in causa sacrilegij, sed quia non sola sunt cause. Accedit enim huic tertium propriamque sacrilegij causa, quae subiungit dicens: Sed stimulus quidam exitus a prisco inextinguibile peccato ingentis. Per quem videlicet animus non humanus amplius, sed feruus, nimirum sacrilegio peccat in Deum, nullam videris Dei rationem habens, quando rationem humanam iam amisit diuinam rationis imaginem. Mox vero prima ad sacrilegium instigationi: Plato quasi nascentis morbo tribus occurrit remedijs quibusmodum morbus hic tribus ex causis oritur. Primo quidem, ut immani in petus comprimatur ad sacras mittit exoriationes, quas Christianorum more penitentia, confessio, elemosynarumque nomine possumus nuncupare. Deinde ut diaboli resistat infidels, adorationes supplicationesque mittit per quas a superni liberatoribusque spiritibus contra inferi praesidia impetretur. Postremo quod imbecillitate humana committere possit, mandat ut malorum hominum familiaritate deiciatur, bonorum aseceat consuetudine. Proinde, quonia post Deum more Pythagorico colitur patriam differat, merito post sacrilegia quae in personas aut res Deo consecratas perpetrantur pergit ad puniendum scelera et delicta, quae proprie contra patriam committuntur, quae non solum sacrilegij proxima iudicant, sed annumerat plebsque similiter. Haec vero tria esse iudicat. Peccare etiam in patriam, hostemque patriae habendum esse. Et qui posthabitu legibus principatum ad humanam voluntatem libidineque reducit, et qui cum peius periclitantur patriae non succurrit: et qui vel avaritia vel alia de causa pro filio eandem patriam prodat. Inter haec officium legislatorum reperit. Ad autem esse vult, ut non tanquam hominum seruis, sed tanquam patris filijs describat leges: non minus persuadens quam ministras, nec minus docens quam imperans, nec minus alliciens quam perterrens: ut legislatorum

ipse nō tā mandatorū præscriptio sit, quā disciplina
 morū: si u. n. e. us esto quacunque id ratione fiat, ciues
 bonos beatō, q; efficere: punire uerō malos, nec est: ac
 est in eo potius, quā uolūtas. Et quia sola uat hu
 manas Platonice leges hæc omnia cōplectuntur, hu
 manarum omniū præscriptiōes sunt, ac penē inter di
 uinas potius, quā humanas annumeranda. Ne
 que ut re primum d. Spūationi huius exordium à
 Deo factū est: deinde additū à Platone, uideri sicut
 hæc omnia diuinitus inspirata. Demum ex hac ipsa
 disputatiōe ad beatū summi Iouis templum, id est
 uatū recto tramite peruenitur. At quoniā nō solum
 in sacrilegiis parricidijsque, uerū etiam in cæteris
 scelerib. pro aliis culpārū gradib. a h̄ quoq; pœnarū
 gradus, & à legulatore describēdi, & a iudice sicut
 censendi, cōmodissimā ad gradus eiusmodi discernen
 di distinctionē adducit in medium. Habetis quod
 omnis aut uirtuti est, aut uitijs. Si uirtuti, omnino uo
 luntariū est: quoniā consilio libero & expedita ele
 ctione & proprijs animi actionib. est acquiritus. Sin
 uerō uitijs habitus est, inuoluntariū omnino censetur.
 Quia ita morbus est animi, sicut humorū intemperan
 tia morbus est corporis. Nemo uerō morbum dixerit
 uoluntariū: quāuis nonnulli quæ præter opinio
 nem inferunt morbum, possit quodammodo uoluntaria
 dicere. Præterea eiusmodi habitus ex imperito
 consilio, distractāque electione, & passionib. potius,
 quā actionib. inolefcit. Ex hū conficitur, Platoniu
 cum illud sæpissime docentiam, Uti uerū habitus
 inuoluntarios esse, neminemque fieri sponte malum,
 quemadmodum & nemo fit sponte agrosus, & de
 formis, & impijs. Post hæc habituum distinctionem se
 quitur distinctio actionum. Quæ quiddem aut ad
 uirtutē aut ad uitijs habitum gignendum proprie
 uergunt. Si ad uirtutē, ita uoluntaria sunt,
 ut uirtus est habitus uoluntariū. Sin uerō ad

vitij partim quidem voluntaria dicuntur, propterea
 quod & animo quodammodo consentiente fiunt, &
 peterant non fieri antequam fierent: partim vero in-
 voluntaria estum quia ad detrimentum, deformitatē,
 morbum clam deducunt: hac autem vellet nemo:
 sed quia ex quadam finis exitusque ignoratione conser-
 gunt. Quatenus vero per ignorantiam fiunt, eatenus
 prater ipsam rationis voluntatem fieri iudicantur.
 Distigue rursus hoc pacto. Actiones humana quan-
 tum ad legem iudiciorumque materiam attinet, in
 quinque capita rediguntur. Aut enim ex affectibus
 concupiscentia pullulant, aut ex impetu irascibili
 natura prorumpunt: vel simplici quadam venient
 ignorantia, per quam quis res ipsas ignorat, quan-
 vis se ignorare non nesciat: vel ignorantia duplici
 fiunt, per quam quis & res ipsas nescit, & ignorantiam
 suam simul ignorat, videlicet scire se putans: vel
 tandem ex rationali quadam opinione pronocunt:
 opinione inquam de iustitia atque iniustitia rationi le-
 gibisque credendi. Post distinctionem eiusmodi distin-
 guit & iudicij regulas per quas aliter animaduer-
 satur in eos qui concupiscentia, aliter in eos qui ira
 peccant: atque in hu discernatur, utrum consulto, an
 inconsulto deliquerint. Praterca utrum vi palam-
 que, an potius clam atque fraude. Deinde nunquid
 per ignorantiam sit erratum siue per simplicem siue
 per duplicem ignorantiam. Ubi vero de homicidio-
 rum iudiciis agens priscum adducit mysterium de
 interfectis interfectores vlciscentibus: attende ex Pla-
 tonis sententia perturbationes ad sensibilia pertinen-
 tes posse in anima seuncta ab hoc corpore remanere.
 Siquidem ex eiusdem sententia remanet & prima
 quadam sentiendi natura substantialis origo sen-
 suum reliquorum, per quam anima & in hoc cor-
 pore in hac instrumenta vires explicat sentiendi,
 & discedens ab hoc eas quodammodo replicat in
 seipsum

seipsam, siue ut magis Platonice loquar, exercet in
 aereo corpore. Quo inuoluita & hoc ingreditur & ex
 hoc egreditur. De his Platonici ita distinguunt, ut
 anima in corpore hoc crassiore ad breue habitet: in
 aereo vero multa per secula: in caelesti per omnia.
 Quorsum haec? Ne mireris perturbationes in defun-
 ctis anima superesse, si harum rerum sensus memo-
 riisque supersunt. Probabile vero esse putabant an-
 tiqui theolog., animas hominum reuera interfe-
 ctorum: ut ipse inopinat, perturbationibus agi-
 tari: quin & hostes exagitare, id videlicet non
 humana tantum indignatione efficiente, sed diui-
 na etiam nempe ac daemone prouidente. Superesse
 vero ex antiquorum opinione in anima sensum per-
 turbatioremque ultricem, eamque aereo uti cor-
 pore. Platonice nos ter Maro testis occurrit. Quid
 enim sibi vult, Et nunc magna mei sub terras ibi
 imago? Platonice admodum imaginem rationalis
 anima nominat primam ipsam sentiendi naturam.
 Sed cur magnam? Quia & sensus est sensuum reli-
 quorum communisque sensus, & magna post hoc
 corpus videtur corpore, scilicet aereo: quod quidem
 & huc insinuatum quodammodo sit arguendum: hoc
 exutum, explicatur in amplum, elementi aerei exi-
 gente natura. Praterea: Omnibus umbra locis
 aereo, dabit improbe parat, inter imaginem distin-
 guit & umbram: & imaginem quidem animam
 esse vult, sensum in aereo corpore. Ipsum vero cor-
 pus aereum, esse animae umbram. Sed terreste cor-
 poris carum nominat carcerem. Quod autem in iu-
 dicia de hominibus praesertim de parricidio dicit, de
 regressione anima humana in corpora rursus huma-
 na, in quibus sepe dei poenas, pates omnino culpa in
 superiori vita conceptis, virtus maiorum Aegyptie-
 rumque sacerdotum sententia est. Nullum enim
 conuenientius humanorum delictorum esse purga-

torium iudicabant, quam in corporibus humanis eadem animas quãdoque pati qua fecerint. Qua quidem ratione Plotinus Ægyptius in libro de Providentia utitur ad solvenda dubia adversus providentiam insipientiãque divinam quotidie insurgentia. Inquit enim, quæ à divina providentia in presenti vita non rependuntur, in altera & quidem humana pari prorsus ratione rependi. Rependi et supra & in brutis: in quibus sæpe anima quondam hominũ, fiat anima bruti. Sed in ultima hac sententia solum existisse videtur. Ceteris enim Platonicis displicet animam hominĩ propriam, aliquando fieri bruti propriam. Consentunt tamen vicissim in homines alios transmigrare, quod quidem etsi Plato non habet certum, habet tamen valdè probabile. Quod verò migret in bestias sæpe quidem recenset, sed debita opera aded præter solam gravitatem, ridiculè narrat, ut planè demonstret negandam quidem esse rem ipsam: allegoriam verò quarendam, scilicet ut transire in brutum duobus modis accipias. Primum quidem in affectum, imaginationem, habitumque bruto convenientem. Deinde in habitationem consuetudinẽque inter feras ad tempus supplicij gratia. consuetudinem namque affectionẽque brutam, esse penam duntaxat antiqui putant: regressum verò in hominem tibi parva & similia subeantur, non solum supplicium esse, sed purgatorium. Post hæc in mentionem de legu necessitate incidens opportunè asserit necessariam humano generi esse legem. Nam absque legibus nihil ab atrocissimis feris discrepaturum. Huiusque causam asserens, nullius hominũ ingenium ita natura institutum inquit, ut omnia que ad publicam bonum necessariò cognoscenda sunt, cognoscat sufficienter: ac si foris novit, ut optime id quod novit, agere possit semper & velit. Quod si divina quadam gratia nos quadam inter homi-

nis surgeret, quæ publicum omnino bonum cognosce-
 ret, ad idque generasè ac semper intenderet, nullis
 vel huic, vel patriæ suæ eo tempore legibus opur fore.
 Mentem nanque veram ac liberam omni lege
 præstantiorem esse, atque ipso iure cunctis domina-
 turam. At quoniam id nullius ingenio est tributum,
 concludit necessariò sub legibus esse viuendum. At
 quoque studium quidem proprii boni civitatem po-
 nitus dissipare: studium verò publici boni conseruare.
 Item pestem in civitate dominari perniciosam, ubi
 iudiciu à magistratibus, vel mutiù agitur, vel cla-
 mosum. Atque ubi familiarem demonem inquit mul-
 tu sepe malu obfiteri si demonu horres nomen, vel
 concedente Platone angelum nominato. Ac memen-
 to nostrum demonem geniũque non solum, ut qui-
 dam putant, nostrum intellectũ esse, sed nomen Præ-
 cepit mox seniores paterna reuerentia ad eũ coli, ut
 hu verberatus succensere non debeas: sed patienter
 ferri. Sed natales quos hic commemorat deos, non a-
 scendentia signa, signorumque dominos planetas a-
 stronomico more debemus accipere: sed ideam gene-
 ris humani principiu, demonemque nostra vita cu-
 stodẽ. Denique monet timendam esse superiorum in-
 dignationem, & inferiorum punitionem. Monet mortẽ
 non esse supplicium ultimum sed ultra hanc esse su-
 plicia inferiorum: quæque verisimè omnino narrari,

Præfatio in
 leges de iu-
 diey publi-
 cis quæ ne-
 cessitatem
 eiusmodi le-
 gum ostendit
 & respondet
 obiectioni,
 inde nasceri
 quod in ci-
 uitate bene
 instituta, &
 ubi virtus
 excolitur, sic
 per uiscera
 videantur e-

IUDICIA verò si post hæc supe-
 rioribus omnibus actionib. con-
 uenientia reddantur, naturalis v-
 tique ferendarum legum ordo
 seruabitur. Sed de iudiciis qui-
 dem agriculturæ, similibusque dictum est: de
 maximis verò iudiciis & iudiciis sigillatim
 nondũ diximus, de his ergo deinceps dicemus.
 ELIN. PROB. ATHEN. Turpe quodam modo cogitari.

videri potest leges de huiusmodi rebus, quales tractabimus, illi ciuitati tribuere, quam dicimus rectè se omnino ad virtutis possessionem habituram. Nam cui absurdum non videatur, si quis in ciuitate bene instituta putet hominem nequissimū sicut in aliis nasciturū: adeo ut opus sit legū minis hunc præuenire, ne talis fiat neve tale committatur, & commissa positus legibus puniantur: quasi possint in hac quoque republica flagitiosissimi homines reperiri? Verū quoniam non ut prisca legulatores agimus, qui cum deorum filij essent, heroibus, qui & ipsi è diis nati dicuntur, leges ferbant sed homines hominibus ista sancimus, veteri par est, ne quis ciuium velut in cornu proiectus, ita natura indomitus & inexorabilis nobis gignatur, ut quasi illa in cornu proiecta semina, igni legum etiam fortissimarum decoqui nequeat. Quamobrem si quis fortè sacrilegium committere audeat, legem de hoc feremus, quamuis onerosam nobis atque molestam. Enimvero educatum rectè ciuem, nec volumus, nec valdè timemus tam graui morbo laboraturum. Sed serui istorum forsā & peregrini, peregrinorumque serui, huiusmodi multa aggredientur. Quorum gratia maximè, & quia vniuersa natura hominum imbecillis est, tam de sacrilegio, quam de aliis, quæ aut vix, aut nullo modo sanari possunt, leges conscribam. Sed proœmia prius secundum ordinem in superioribus institutum, his omnibus quam breuissimè præponenda. Ad eum igitur qui nefacia cupiditate, & die tractus, & nocte excitus templa, ut furetur, petit, hæc aliquis instructionis, & monitionis gratia diceret. O mirabilis vir, non

μητις ὄγῳ
 ζῆνται τῶν
 ποικίλων ἡ-
 μῶν διὰν κε-
 ραυθῆσθε.
 ὅς ἀπερὶ-
 μῶν εἰς το-
 σούτων φύ-
 σιν ἰσχυρῶ-
 ῶν.

Proœmium
 in legem ad
 uersus sacri-
 legos.

humana

humanum te malum, neque diuinum ad sacrilegia vertit: sed exitiale quoddam æstrum expiis atque in expiatis flagitiis innatū hominibus circum agitans quod cunctis viribus effugere debes. Quomodo autem effugies, audi. Cum talis oboritur in animo cogitatio, confuge ad * expiationes obsecro. Confuge ad * liberatorum deorum sacrificia supplicex. Confuge ad honorum virorum consuetudines, vbi partim audias, partim tu quoque dicas iusta honestaque ab omnibus esse colenda. Malorum verò consuetudines apprimè fugias. Quæ si feceris, cessaueritque morbus, bene tecum actum erit. Aliter autem mori satius fore arbitratus, desine viuere. Cùm illis hæc exordia recinerimus, quorum in animos incidit impia quædam & ciuitati pestifera cogitatio, quicumque ex his paruerint, eos cum silentio dimittemus: sed hominibus proæmio non persuasis, ferentes post hæc legem, altius intonabimus. ^a Qui deprehensus in sacrilegio fuerit, si seruus peregrinūsve erit in facie ac manibus, calamitate ipsius literis inuista, verberatus prout iudicibus videbitur, nudus extra fines pellatur. Fortè enim hoc supplicio continentior factus, euadet denique melior. ^b Nullum quippe supplicium lege factum, ad malum tendit. Sed duorum alterum ferè semper solet efficere. Nam aut melior aut certè minus malus, qui pœnas dedit fieri solet. Si verò ciuis quispiã aliquid tale in deos, aut in parentes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam induxisse animumprehendatur, hunc index, quia ex puero bene doctus, educatūque à maximo scelere non abstinnit, sanari non posse existimet.

* Δεσφαι
πομπιόδε.
* Δεσφαι-
παισι Οίωσ

^a Quæ pœna in sacrilegum, si seruus peregrinūsque fuerit statuatur.

^b Πανάρου
υτλιτας.

^c Quæ in ciuem sacrilegū conuictū pœna statuatur.

pena itaque huic mori malorum minimum.
 Exemplum autem aliis factus & extra fines
 exterminatus illos iuuabit. ^a Filiis verò
 eius, & generi vniuerso si mores paternos
 fugerint, quia nati ex malo fortiter virtutem
 secuti sunt, honor exhibeatur & laus. Nul-
 lius autem istorum pecuniæ in fiscum redi-
 gantur in republica ea ^b in qua sortes cas-
 dem semper & æquales permanere oportet.
 Sed quando quis ea patrauit quæ pecunia-
 rum multa luenda sunt, quod supra sortem
 possidetur, eò usque mulctetur, fors in-
 gramaneat. Cuius rei exactam veritatem à
 descripto censu legum custodes semper iudi-
 cibus defecant, ne quis vnquam propter in-
 digentiam pecuniarum sua sorte priuetur.
 Quòd si quis maiore dignus damno videatur,
 nec fideiussione liberalitateque amicorum
 liberetur, manifestis diuturnisque vinculis
 & cæteris opprobriis puniatur. [Ne ob v-
 num quidem delictum, quisquam ^c impu-
 nitus abeat: at ne etiam extra fines regio-
 nis in exilium pellatur.] Sed aut morte
 plectatur, aut vinculis, aut verberibus, aut
 ignobiliter sedendo standoque in sacris ad
 extremitates regionis productus, aut pecu-
 niis, ea ratione quam diximus, mulctatus,
 pœnas luat. Iudices autem capitalis crimi-
 nis legum custodes sint: & optimi quique ex
 eorum numero electi, qui anno proximè
 præterito functi magistratibus fuerint. Quo
 autem modo accusationes citationesque &
 similia fieri debeant, posteriores legum lato-
 res determinent. ^c Suffragiorum autem sen-
 tentiæ modum, nostri officij est lege præscri-
 bere. Manifestè igitur ista ferantur. Sed an-

^a Ad filios
 sceleratorum
 patrum, si pa-
 trum more non
 fuerint imi-
 tati, ignomi-
 a a paterna
 non perueniat
^b Bona eorum
 qui capitali
 supplicio af-
 fecti sunt, ad
 fisci redigi
 debeant, &
 quando pe-
 cuniaria
 multa lu-
 endi sit.

^c ἀτιμωτός
 hoc est red-
 di infamis:
 ἀπὸ πρῶτης
 autem signi-
 ficatus deli-
 ctum mortis au-
 tē paulò an-
 te leuius sup-
 plicium esse exi-
 tio dicitur.

^c Suffragio-
 rum in iud. cau-
 ferendum, qua
 ratio.

te hæc coram acculante defendenteque quam proximè seruata senij dignitate iudices sedent. Vbi ciues qui otio abundant, omnes adsint, taliæque iudicia diligenter audiant. In quibus cum prima oratio ab accusatore fuerit habita, defensor alteram dicat. Deinde senior de iudicibus, quæ dicta sunt, omni adhibita diligentia sufficienter examinet: post eum ceteri omnes considerent, quodcunque ab aduersariis dictum vel non dictum perquirendum singuli putant: qui autem nihil [desiderat in iis quæ ab vtraque parte dicta sunt,] alteri examinationem ipsam relinquat. Ac tandem in Vestæ sacrario scripta quæ tunc conclusa fuerunt, insertis omnium iudicium signis, deponantur. Postridie rursus eodem in loco congregati eodem modo examinent, iudicentes: & signis appositis [iis quæ aptè & appositè, tum ad rem maximè pertinentia, dicta fuisse videbuntur] ea deponant. Cùmque hoc similiter tertio fecerint, singulis testibus que sufficienter assumptis, sacrum singuli ferè suffragium iureiurando per Vestâ verè iusteq; pro viribus se iudicaturos affirmant: q; ita huic iudicio finem imponant. Post peccata in deos commissa, de his dicatur quæ in reipublice perniciem committuntur. Qui principatum ad hominis arbitrium redigit, ei que leges subigit: atque ita ciuitatem subiecit factionibus, & vi adhibita contra leges seditionibus eam replet, hic vniuersæ ciuitati hostis est maximus omnium iudicandus. Secundus ille hostis est, qui quâuis particeps huius scele- ris nō sit, tamè cū amplissimi fungatur in ea repub. magistratibus, eas cōiurationes nō animaduertit, & si animaduertit, timiditate quadâ

*Quæta can-
tio & circū-
spectio adhi-
benda in iu-
diciis, ubi a-
gitur de ho-
nore, fortunis
& interdū
capite homi-
ni.*

** Oros. de iij
vicijs docti
b Quod iudi-
ciu exerceri
debeat in eū
qui Reip. for-
mā per vim
mutare vo-
luerit & eū
qui Reip. cu-
stos constituit
cū ipsi prou-
dere debent,
tamē malū
nō prouident,
& prouident
pra ignauia
nō impedi-
ris.*

patriæ non succurrit. Quare vnusquisque vir
qui modò alicuius pretij eiuis fore studeat,
hæc iudicibus referat, eumque in iudicium
trahat, qui patriæ insidiatus vi ad iniquam
gubernationem vertere illam conatur. Iudi-
ces autem huius sceleris sint, qui & sacrilegij,
totumque iudicium similiter peragatur: & suf-
fragia quæ multitudine vincunt, morte con-

*¶ An ob Pec-
cata patrū
debeat puni-
ri filij.*

demnent. *Et vt breuiter dicam, peccata pa-
tris non luant filij, nisi pater, auus ac proauus
deinceps capitis rei sint: hos autem eum bo-
nis suis, sorte semper excepta, in antiquam
ciuitas patriam mittat. Et de filiis ciuium,
quibus plures quàm vnus sunt, non paucio-
res quàm decem annos nati, eos sorte deli-
gant, quos patres, aut aui paterni maternive
nominauerint, nominæque ipsorum Delphos
mittant, & qui oraculo Apollinis approbabi-
tur, huic feliciore fortuna sors & domus de-
stituta reddatur. C L I. Rectè id quidem. A T H.
Cōmunis præterea tertia lex de iudicibus: iu-
diciique modo, aduersus eos qui proditionis
accusati sunt. Et de mansione filiorum atque
neporum siue exitu è patria vna lex aduersus
tres similiter sit, proditorem, sacrilegum, &
violentum legum ciuiliū euasorem. ^b De

*¶ Iudiciū de
furtis quale
debeat esse.*

furto autem, siue magnum quid, seu paruum
quis furatus sit, vna lex poenæque similis om-
nibus sit. Damnatus enim quispiam furti, si
vltra sortem bona sua sufficiant, duplum red-
dat: aliter vinciat, donec aut cum illo ege-
rit cui debet, aut reddiderit. Quod si publi-
cum furtum fuerit, tum demum à carcere li-
beretur, cum ciuitati persuaserit, vel duplum
reddiderit. C L. Quōnam modò dicimus ho-
spes, nihil differre siue magnum, seu paruum

sit furtum, siue à sacro loco, seu non sacro su-
 blatum sit, seu quomodocunque aliter id
 fiat? Quippe cum multis modis committi fur-
 tum possit, sceleris varietatem dissimilitudi-
 nemque committere legislator debet, nec simi-
 libus pœnis quæ similia non sunt, punire. A-
 THEN. * Opportunè, ô Clinia impetu cur-
 rentem me retraxisti, & in memoriam quæ
 olim quandoque cogitaueram redequisti, ad
 hunc usque diem leges nullo modo rectè con-
 stitutas fuisse, ut nobis præsentia consideran-
 ribus succurrat dicere. CLIN. Quomodo rur-
 sus id dicimus? ATHEN. Congrua profectò
 imagine vsu sumus, quando omnes qui hæc-
 tus leges recipiant, seruis illis contulimus, qui
 ab aliis seruis curarentur. Illud certè ignorare
 non decet, quòd si medicus* quispiam eorum
 qui vsu quodam absque ratione medentur, li-
 berum medicum philosophicæque studiosum
 cum egroto libero colloquentem audiat, dum
 morbi initia rationibus indagat, & de natura
 corporum diligentius disserit, ridebit pro-
 tinus: & aduersus illum ea dicet quæ hac in re
 plurimis medicorum promptu semper esse so-
 lent. Non mederis, inquit, egrotanti, ô fa-
 tue, sed quasi doctrina non sanitate indigeat,
 doces. CLIN. An non rectè sic loqui vide-
 bitur? ATH. Nonne & nobis meritò idem
 obiiciet: quòd quicumque de legibus ut modò
 nos disserit, non leges condit, sed ciues eru-
 dit? CLIN. Fortassè. ATH. Sed feliciter in
 explicare: ut ex illis quæ in unum quasi ebrutum collegit o-
 pima quæque seligantur: præsertim cum sit bonus legislatoris
 non tyrannico more leges proponere: sed eas rationibus confirmare.
 * Medicus empiricus.

*Elegantè
 digressione
 viâ sibi ster-
 nit ad decla-
 randam di-
 stinctionem
 delictorum:
 in summa
 hac digres-
 sione ostendit
 quaquam
 superuaca-
 nea legisla-
 tori, hac ope-
 ra esse cui-
 piam fortas-
 se videatur:
 quum nulla
 necessitas ve-
 geat & non
 tam legisla-
 torem profi-
 teatur, quàm
 tenentis esse
 poterit sibi
 liberum esse
 rectè factu-
 rum & ma-
 lesiciorum co-
 tam rationem
 & discrimen*

præsentia nobis contingit. CL. Quidnam? AT.
 Quod nihil ad ferendas leges nos urget, sed
 ipsi sponte hac consideratione suscepta de o-
 mini reipublicæ disciplina, quid optimum ac-
 que necessarium sit, quomodoque id peraga-
 tur, perspicere nitimur. Cùm ergo liceat si
 volumus quid optimum sit, aut quid maxi-
 mè necessarium in legibus considerare, v-
 trum videtur tractandum in præsentia eliga-
 mus. CLINIA. Ridicula hæc hospes optio
 est: manifestèque nos illis similes facit, qui
 necessitate ingenti leges ferre ita in præsen-
 tia compelluntur, vt in crastinum licere non
 videatur. Nobis autem dei auxilio, quem-
 admodum illis qui ex lapidibus, vel ex alia
 quauis materia aliquid construunt, licet fu-
 sum ea colligere, ex quibus futura commoda
 operi absque vlla festinatione deligentur.

Quasi ergo adificatores minimè festinantes,
 alia modo fundemus, alia hinc ad ædifican-
 dum sumamus: adeò vt in ferendis legibus,
 alia quasi modo ponantur, alia verò quasi
 apponantur. ATHEN. Sic vtique secundum
 naturam, ô Clinia: compendiarie nobis fiet
 legum conspectio. Sed illud per deos de le-
 gumlatoribus consideremus. CLIN. Quid-
 nam? ATHEN. Multorum scripta sermones-
 que in ciuitatibus extant, sunt autem & le-
 gillatores scripta & sermones. CLIN. Quid-
 ni? ATH. Vtrum igitur poetarum extero-
 rumque scriptorum operibus de ratione vi-
 uendi in sui memoriam, compositis animum
 applicabimus: legum verò latorum, nequa-
 quam: an his maximè omnium? CL. Istis om-
 nino. ATH. Legillatorem ergo scribentium
 solum oportet de honesto, bono, iusto-
 que

*Ad legist-
 torè maxi-
 mè pertinet
 honestum, bo-
 num & iustum
 qualia sint
 explicare.*

que consulere, doceréque qualia hæc sint, & quomodo his agenda, qui felices futuri sunt.

CLINIA. Quidni? ATHEN. Turpe enim est cum Homerus, Tyrtæus, cæterique poætæ probè de vita studiisque hominum scripserint: turpe inquam, Lycurgo atque Solonis cæterisque legumlatoribus minus id facere. Rectum igitur ipsum præ cæteris omnibus scriptis leges mirificè præ se ferre debent: cæterorum verò scripta probari, si legibus consentanea sunt: sin dissona, derideri. Sic igitur leges ciuitatibus conscribantur, vñ patris matrisque personam latoꝝ legum penitus gerat: scriptaque charitatis prudentiaque virtutem habeant potius, quàm domini tyrannique imperium minitantis tantum & describentis, rationem verò nullam penitus assignantis. Consideremus igitur an hac via nobis progrediendum sit, siue possimus, siue non. Sed accingamur iam: & pro viribus hac via procedentes, etiam si pauciquam necesse sit, toleremus: quod vtinam felix sit: eritque profectò, si deus voluerit.

CLINIA. Rectè locutus es: quare sic faciamus.

ATHEN. Considerandum est ergo primùm, vt cœpimus, diligenter de sacrilegio, de farto, de cæteris omnibus iniuriis, nec grauiter ferendum, si in ea ipsa legum descriptione, aliam iam posuimus, de aliis verò adhuc disceptamus. Non enim legumlatores iam sumus, sed efficiemur modò, & citò fortassis erimus. Verùm si de his quæ proposui, ita vt dixi, considerandum videtur, consideremus. CL. Sic omnino. ATH. De honestis igitur iustisque reb. omnibus, inspicere id conemur, quo nos, qui cæteros si non possumus, certè cupimus

precellere, nobis ipsis conuenimus, & quo
 discrepamus, quo item alij à seipſis. C. L. Quas
 quæſo inter nos differentias dicis? A. T. H. Co-
 nabor exponere. De iuſtitia omnino iuſtitia
 que hominibus & rebus & actionibus omnes
 quodammodo conſentimus, quòd uidelicet
 omnia hæc honeſta pulchraque ſint: ita ut ſi
 quis iuſtos homines etiam ſi corpore defor-
 mes ſint, ſecundum ipſum iuſtitie habitum
 pulcherrimos aſſerat, nemo ſit iudicium il-
 lius reprobaturus. C. L. Nemo ferè qui ita lo-
 quatur peperam loqui videbitur. A. T. H. Rectè
 igitur. C. L. Fortè. A. T. H. Sed videamus age, ſi o-
 mnia quæ iuſtè ſunt, honeſta pulchraque ſunt,
 omnium etiam paſſiones nobis ſunt ferè a-
 ctionibus ſimiles. C. L. Quid hoc? A. T. H. Actio
 utique quæcunque iuſta eſt, quatenus iuſtitie
 eatenus & honeſti eſt particeps. C. L. Cur non?
 A. T. H. Quare paſſio quoque iuſta, ſi æquihone-
 ſti, atque iuſtitie particeps eſſe dicatur,
 haud diſſona nobis erit oratio. C. L. Vera lo-
 queris. A. T. H. Si autem paſſionem aliquam
 iuſtam quidem eſſe affirmabimus, honeſtam
 verò negabimus, iuſtum & honeſtum inter
 ſe diſſonabunt. Iuſta enim turpiſſima eſſe
 dicentur. C. L. Quomodo id dixiſti? A. T. H.
 Nihil difficile cognitu: leges enim quæ paulò
 prius nobis poſite ſunt, contraria penitus
 præcipere his verbis videbuntur. C. L. N. Quo
 pacto? A. T. H. N. Sacrilegum cenſebamus
 iuſtè moriturū, legū quoque bene poſitarum
 hoſtem ſimiliter. Cūque multas huiusmodi
 leges ſcripturi eſſemus, terraximus nos conſi-
 derantes has paſſiones tam multitudine quàm
 magnitudine infinitas eſſe: iuſtiſſimas quidè
 omnium paſſionum, ſed turpiſſimas quoque

*Honeſta &
 pulchra con-
 ſentiunt quæ
 ſemper idè
 pulchrum &
 honeſtū eſt.*

omnium. Nonne sic honesta iustaque modo
 quasi eadem modo quasi contraria videbun-
 tur? C. L. Ita videtur. A T H E N. Multi igitur dis-
 sonè sic honesta iustaque quasi discrepantia,
 nuncupant. C. L. Ita prorsus apparet. A T H.
 Sed rursus videamus, ô Clinia quomodo non
 de his consentimus. C. L. Quem dicis consen-
 sum? A T H E N. In superioribus diserte mi-
 hi dictum arbitror. C. L. Quo pacto? A T H E N.
 Quod si suprâ dictû non est, nunc saltem me
 dicere existimate. C. L. Quidnam? A T H E N. Ma-
 los omnes omnino nō spēte malos esse: quod
 si ita est, illud quoque sequi necesse est. C. L.
 Quid? A T H E N. Iniustum esse malum, & malû
 non sponte huiusmodi est. Non sponte verò
 fieri, quod voluntarium est, nulla unquam ra-
 tione potest. Qui igitur in iustitiam inuolun-
 tariam putat, iniuste agendum hominem ini-
 iuste agere non sponte putabit. Mihi quoque
 mecum modò conueniendum est, cum omnes
 non sponte iniuriam facere fatear: quamuis
 possit quispiam ambitionis contentionsive
 causa illud nobis obicere: iniustos quidem
 non sponte iniustos esse, multos tamen illorû
 sponte iniusta agere. Mea quippe sententia nō
 hæc, sed illa est. Quomodo ergo verbis meis
 ipse conueniam, si me ita, ô Clinia & Megille
 interrogatis? Si ita hæc se habent hospes, quid
 nobis de Magnetum ciuitate consulis? Daré-
 ne leges ipsis, an non? Ego verò dare leges cō-
 sulam. Tu vos ita: Distingues igitur ipsis spon-
 te, atque item non sponte factas iniurias, & il-
 larum maiores harum verò minores multas
 conscribes? An omnium pares, cum nullæ pe-
 nitus iniurix sponte fiant? C. L. Rectè tu ho-
 spes. Sed his quæ modò dicta sunt ad quid vte-

*a Pannas pro
 genere &
 gradu deli-
 corû leuo-
 res vel gra-
 uiores esse
 debere pro-
 barunt, pri-
 mû ponit sen-
 damenû ne-
 minè sponte
 iniustû esse:
 deinde cum
 ceteris omni-
 bus legistato-
 ribus in hæc
 cōsenties q̄
 inuoluntaria
 delictaleus
 puniēda sine
 voluntariis
 hoc in illis
 reprehē-
 dit, quod
 damnum ab
 iniuria non
 distinxerunt.
 * Magnesia ci-
 uitas in Creta
 colon in Thes-
 salorû ex ea
 deducit ciui-
 tas illa cui leges
 dantur,*

SUIR. ATH. Probè interrogasti. Vt emur enim
 in primis ad illud. CL. Ad quidnam? AT MEN.
 Memoria repetamus probè in superioribus
 nos dixisse, multam magnamque de re iusta
 turbationem inter nos esse atque dissensionem.
 Quod resumentes, nos ipsos rursus interroge-
 mus, deceatne cum differentiâ horum nequa-
 quam, declarauerimus: quæ in qualibet ciuita-
 te ab omnibus priscis legumlatoribus quasi
 duæ iniuriarû species positæ sunt, sponte scilicet
 & non sponte factæ, atque ita variè pu-
 niantur, opinionem hanc nostram quasi di-
 uinitus dicta sit, in medium inducere, nec eam
 vlla ratione quomodo rectè se habeat confir-
 mare? Minimè verò sic decet. Verùm necesse
 est antequam leges ponamus quemadmodum
 hæc duo sint, & quam differentiam habeant
 significare: vt quando supplicium vtri que im-
 ponimus, quisque intelligat, iudicari que va-
 leat, quodammodo, conuenienter ne an con-
 trà impositum fuerit. CL. Rectè nobis loqui
 videris hospes. Oportet enim alterû de duobus
 nos facere: vel non dicere, nullas iniurias spon-
 te fieri: vel antequam ad alia pergamus, quo-
 modo rectè dicatur, exponere. ATH. Horum
 ergo alterû minimè patiar, vt videlicet quod
 ita esse existimo, negem. Nec officij mei id es-
 set, neque pium. Quomodo autem hæc, si in
 eo quod est sponte fieri, & non sponte mini-
 mè differant, duo sint & quo alio differant
 quodammodo aperire conemur? CL. Non ali-
 ter certè hospes ista nos intelligere possumus.
 ATH. Ita fiet. Age igitur, nonne multa inter
 ciues in commutatione consuetudinè que da-
 mna & incommoda sunt in quibus voluntari-
 um & inuoluntarium abundare videntur?

CLIN. Quidni? ATHEN. [Nemo itaque damna omnia damna iniurias esse ponens duplicé quoque in ipsis esse iniuriam arbitretur non sponte alteram, alteram sponte commissam.] Damna enim omnium non sponte facta, nec numero, nec magnitudine, minora illis sunt, quæ sponte fiunt. Sed considerate quæso utrū deinceps veri aliquid asseram, an penitus nihil. Num enim, ô Clinia & Megille, si quis cuiquam nocet nolens, dicam iniuriam afficere nolentem? aut propterea quasi iniuriam non sponte factam in legibus istud ponam? imò nullam id damnum iniuriam dicam, siue maius, siue minus sit. [Sepe etiam eum qui utilitatem aliquam præbuit: si ea non fuerit recta & legitima iniuriam fecisse dicemus, si quidem mea sententia obtinet.] Nam ferme, ô amici, nec si quis alicuiquidpiam conferat, nec si contra quicquam auferat, pat est ut iustus, aut iniustus ita simpliciter appelletur. Non bigitur id, sed an probis moribus iustoque modo pro sit alicui, vel obsit, an contra hoc est legumla totum considerandum: & ad hæc duo illi respiciendum, ad iniuriam dico & nocumentum: ita ut ad indemnem integrumque statum pro viribus quæque perducatur, amissum restituatur, quod decidit, erigatur, occisum vulneratumque reparatur partim redemptionis pretio dato placet: semperque conandum ut discordiæ inter agentem nocumentis suscitatur, per leges in amicitiam redigantur. c. l. Probè ista dicuntur. a. r. d. In iusta itaque damna emolumentaque: si quid forte ex iniuria leuatur, quasi morbos animi, si sanabilia sunt, curare oportet: [ratio verò debeat staturare: iniusticiæ huc vergat.] c. l. Quoniam a. r. utere legibus. Ut quisquis iniurias seu magnas siue patuas committit, per doctrinam corrigatur à lege, cogaturque bit.

*Aliud est
damnum a-
liud Iniuria*

*brū ἀποαι-
πίσ, id est
ex animo
& voluntate
agentis rectè
facta vel ma-
lesita vult
estimari Pla-
to.*

*c. Damna
quomodo
sint sarcinèda
et reparanda
d. Iniuria
aut sunt sa-
nabiles aut
incurabiles
q. a. sanabiles
aut secus est
animus eius
qui eas ad-
dit de utroque
debeat statu-
tueri legibus
et præscri-
bit.*

Omnia de-
 dicto: n̄ tres
 fontes statues
 Plato Iram,
 Voluptatem
 seu Cupidita-
 re, & Ignorā-
 tiā quā du-
 plicem facit,
 ea peccata
 qua ab Ira
 & cupidita-
 te promanāt
 Iniustitias
 esse appellā-
 das & gra-
 uius coercen-
 das esse cen-
 set, quā verò
 ab Ignoran-
 tia, Iniu-
 stitiae nomi-
 ne liberat,
 & noxas
 duntax. ap-
 pellās leui-
 or animad-
 uerſione di-
 gnas esse p-
 nunciat.
 Ignorantia
 duplex.

omnino, ut vel nunquam amplius tale quī au-
 deat sponte committere, vel rarius admodum
 pœnā impositione deterritus. Profectò legū
 optimarum officium esse dicimus: ita animos
 hominum instituere, ut oderint iniustitiam:
 iusti verò naturam vel diligant, vel saltem nō
 oderint: siue operibus, seu verbis legislator id
 assequatur, seu voluptates siue dolore, vel ho-
 nore, vel infamia, aut pecunia mulctando, aut
 donis, aut alio quouis modo id faciat. Quos
 verò insanabiles legislator esse senserit, vlti-
 mo supplicio hos afficiet: non ignoret satius
 fore his qui insanabiles sunt, mori quā viue-
 re, ac si vita priuantur, dupliciter prodesse cæ-
 teris. Nam horum exemplo à peccato cæteri
 deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ip-
 sa mandatur. Hac de causa insanabiles homi-
 nes morte legis conditor plectet: aliās mini-
 mē. C. L. Moderatè admodum hæc abs te dicta
 videntur: sed iterum iniuriæ damniq̄e diffe-
 rentiam & quomodo sponte fiant, clarius te
 dicentem libenter auditemus. A T H E N. Et fa-
 cere conabor, & dicere, ut iubetis. Constat sa-
 nè, quòd de anima inter vos differentes hoc
 sæpe dicitis, & auditis, vnum in ea affectum si-
 ue parem natura inesse, quam iracundiam di-
 cimus contentiosam atque difficilem, quæ in-
 considerata vi multa ouertit. C. L. Proculdubio.
 A T H E N. Voluptatem autem non eandem cū
 ita dicimus, sed ex contraria potentia dominā-
 tem, quæ persuasione simul & violenta quadā
 deceptione compellit, ut quicquid ipsa velit,
 hoc peragas. C. L. Et maximè quidem. A T H E N.
 Tertiam delinquendi causam quisquis igno-
 rantiā posuerit, non errabit. Sed^b qui hanc
 bipertitò distinxit, legislator melior erit:
 alteram

alteram quippe simplicem is ponet, alterā duplicem & simplicem quidē leuium peccatorū causam arbitrabitur: duplicem verò vocabitur, quando non ignoratione solum quispiam detinetur, sed etiam sapientiæ opinione inflatus, quæ omnino ignoret, ea scire se prorsus existimat. Hanc si vires roburque consecuta fuerint, ingentium turpissimorumque scelerum causam esse censebit: si autem imbecillitate prematur, peccata & puerorum & seniorum inde profecta, peccata quidem esse putabit, & illis tanquam peccantibus leges præscribet, sed mitissimas omnium, plurimāque venia & indulgentia plenas. C L. Equum id est. A T. De voluptate atque ira consentimus ferme omnes, alios quidem homines illas vincere, alios vinci. Atque ita est omnino. C L. Ita prorsus. A T H. Ignorantiam verò modò superare, modò superari, nunquam audiuius. C L. N. Vera narras. A T. Singula hæc ad se rapere hominem dicimus, sæpe simul ad contraria tractum. C L. Imò sæpissimè. A T H E N. Nunc iam tibi quid iustum, quidue iniustum dico, clarè absque vlla ambiguitate exponam. Ira namque atque timoris, voluptatis & doloris, inuidiæque & cupiditatis tyrannidē in animo, siue noceat, siue non, omnino iniustitiā nomino. Sed opinionē optimi, quatenus hoc civitas, vel priuati atque fore putabunt, si animo dominata omnem virum exornet, etiā si quid minus rectè illi successerit, iustitiā nomino, & quicquid inde gestū est, iustū appello: atque eos qui huiusmodi principatui libenter parēt, optimè viuere duco. Illiusmodi verò offensum, iniustitiā nō sponte cōmissam plurimi opinantur. Nos autem de vocabulis non contendimus.

Ira & cupiditas modò superare modò superari dicuntur in homine: at de Ignorantia nequam idem dicitur.

Verum quoniam tres peccatorum species dictae sunt, memoriae hae primò diligentius repetenda. Doloris quidem quem iram timoremque vocamus, unam speciem arbitramur. C. I. Proximos. A. T. H. E. N. Voluptatis rursus cupiditatumque alteram. Spei autem ac de optimo vera opinionis appetitionem desideriumque, specie tertiam. Haec autem tertia rursus bipartitò divisa, species quinque peccatorum sunt, quibus leges inter se differentes speciebus quinque, in duobus generibus sunt ponenda. C. I. N. Quae sunt ista genera? A. T. H. Alterum quod vi & aperte committitur: alterum quod clam & cum deceptione in tenebris. Ac nonnunquam utroque agitur. Quod sane si iure tractabitur, asperius legibus coercetur. C. I. Equum est. A. T. Sed redeamus illuc iam, unde huc digressi sumus, terminandisque legibus incumbamus. b Erat autem nobis propositum de sacrilegis, de proditoribus de his qui mutando rempub. leges contumpunt. Horum aliquid quis forte committere, propter insaniam, vel morbo, vel senio pressus, vel ex mala institutione, ita ut ab istis nihilò differat. Ac si tale quippiam electis iudicibus fecisse declarabitur, ipsoque qui patrauit, vel eo qui illum qui patrauit, defendit referente, sic affectus iudicabitur commisisse, damnum quod inculit, simplex omnino restituat: cetera ipsi remittantur, nisi homine interfecto, mundus adhuc à caede non sit. Sic enim aliò profectus, annum abest. Et si prius quam constitutum à lege tempus praeterierit, reuersus fuerit, aut etiam intra fines deprehendatur, in publico carcere biennio à legum custodibus detineatur posthac liber à vinculis esto. Sed ut incipimus, de vnaquaque specie ceteris leges absolu-

Peccata & delicta rursus dividuntur in ea quae vi & aperte fiunt, & ea quae dolo & fraude: quae posteriora aut si complicata fuerint, severius legibus coercenda esse censet. b Quam modò docuit de discrimine noxia & iniuria & distinctione inter voluntarium & involuntarium delictum applicat ad aliquot species delictorum & in primis ad caedes.

absolutius conscribamus. Et primò quidē de vi & non sponte factis dicamus. Si quis in certamine publicisque gymnasiis nō sponte, siue confestim, siue postea ex vulnerib. secuta mors sit, amicū hominē interfecerit, vel in bello similiter, vel in exercitatione bellica à magistratib. instituta, siue nudis corporibus, seu ad imitationem, veri belli armatis, secundū legem à Delphico Apolline latā mūdas sit. Omnes autē medici qui curantes nō sponte occiderint, mūdi sint. Quòd si manu sua quispiā non sponte, siue nudo corpore, siue instrumēto, telo, vel cibo potius, ignis frigorisue & fluctus adiectione, aut privatione spiritus, siue id suo corpore, siue per alia quaedā faciat, aliquem interfecerit, omnino vt manu propria interfectore existimetur: atque ita vt dicam plectatur. ^b Si alienum seruum interemerit, suūque putauerit, domino damnū restituat, vel duplū pretii reddat. Quāti verò pretii fuerit seruus, à ludicibus statuatur. Purgationibus verò plurib. maiorib.que vtatur, quā qui certādo aliquē interfecerunt. Quarū idonei sunt interpretes, hi quos dei cōptobauit oraculū. ^c Sin verò seruū suū, purgatus secundum legē sit absolutus. ^d At si liberū quis nō sponte hominē interfecerit, iisdē purgationibus vtatur, quibus qui seruum peremit. ^e Et prisca mysterium nō conueniat Fertus enim interfectū vi hominē qui liberē vixit, interfectori proximo statim post mortem tempore irasci, ac propter violētā mortē, terrore turbationēque plenū, maximē si viderit interfectorē inter suos more solito viuere, interfectorē ipsū cuiusque actiones vim ad hoc suppeditante memoria cunctis viribus tertere, atq; turbare. Quare op^{us} est vt homicida

^a Ceterū inuoluntaria species aliquot proponuntur

^b De eo qui alienam seruum pro suo interfecerit.

^c De eo qui seruum suū interfecerit.

^d De eo qui liberum haeminem interfecit.

^e Interfecti manes turbare iam olim creditum est.

interfecti hominis gratia anno integro exul à patria, omnique ea regione procul vitā ducar. Sin verò qui interit peregrinus fuerit, à patria quoque peregrini annuo tempore homicida pellatur. Huic legi si lubens obtemperauerit, genere proximus interēpto, qui vitū patuerit attendet, illi veniā præstet, qui etiā pace ipsi reconciliatus & æquus omnino erit. Sin verò non obediuerit, sed cū immundus sit, templa deorū petere, sacrificarēque audeat, vel statuto tēpore vniuerso nō peregrē absit, genere proximus interēpto id iudicibus deferat, eūq; de eade accuset, & dupla omnia sumat ab eo supplicia. ^a Quòd si proximus ille neglexerit, quasi scelere in ipsum reuoluto, ipso videlicet interempto passionē in illū cōuertente, à quolibet volente accusetur, & quinque annos patria care re cogatur. Si peregrinus nō sponte peregrinū in ciuitate occiderit, eadē lege à volente quocūq; id iudicib. deferatur, & similiter iudicetur. Sin verò incola id fecerit, anno exulet vno. ^b Quòd si peregrinus omnino peregrinum siue incolā, siue ciuē necauerit, vltra purgationem tota etiā à regione in qua leges ciuitmodi dominātur, per omnē exulet vitā. At si contra leges redierit, morte à legū custodib. puniatur: & bona si qua possideat, proximo interfecti tradātur. Quòd si nō spōte qui spīa in eā regione delatus fuerit, tēpestatis quidē vi & fluctu maris depulsus, nauigādi opportunitatē, pedibus mare tangens expectet: vi autē per certā ab aliquibus adductus, à magistratu cui primò res delata fuerit, soluendus est, & intactus in exiliū retrudendus, cū quis verò manu sua liberū hominē ira cōcius interfecerit, bipertitò irā primò oportet distinguere. Per irā enim facit & qui

^a Si propinquus defuncti eius mortem vlcisci recusarit, criminis obnoxius esse debet.

^b De peregrino qui ciuē imprudens interfecerit.

^c Ex ira cadet duobus modis admittitur & amba cades cum media sint inter voluntariā & involuntariā actionem. ^d verusq; irāginem et speciem quā tā prae se ferunt.

qui subito absque volutate interimendi verberibus, vel quouis modo interfecit, ita vt confestim post impetum penitentia sequatur: & qui contumelia vel iniuria laceffiti, ideoque in vindicta cupiditate perseverantes, postea volentes interfecerunt, nec poenitet ea fecisse. Duplicem igitur eadem ponere placet, utraque ira factam. Quas inter voluntarias & inuoluntarias actiones medias iure posuimus. Neutra enim voluntaria reuera vel inuoluntaria est, sed altera alterius est imago. Nam ille quidem qui iram seruat nec repetere, sed cum insidiis se postea vindicatur homicidam voluntarii est perfimilis, & qui non seruat, sed primo iram impetu fertur, & absque praemeditatione interficit, inuoluntarii homicidam similis iudicatur. Non tamen omnino inuoluntarius est, sed inuoluntarii habere similitudinem dicitur. Quocirca per iram commissae caesae, difficile determinantur, utrum voluntariae, an contra ponendae sint. Optima igitur & verissima sententia est, utraque imagines appellare, easque seorsum ita distinguere, ut altera consulto, altera inconsulto committi dicatur. Maiora vero supplicia illis decet imponere, qui consulto per iram interfecerunt. Illis contra qui repetere & inconsulto, leuiores. Nempe quod grauiori malo simile, asperius: quod vero leuiori, mitius puniendum. Ita certe nostris legibus agendum est. CLIN. Ita prorsus. AT. Sed de ira iterum repetentes ita dicamus, Siquis manu propria liberum hominem ira concitus inconsulto occiderit, caetera quidem eadem patiatur mala quae & homicidam, qui non per iram occiderit, debentur: sed duobus omnino ad iram suam coercendam exulet aonis. Qui vero per iram quidem, sed ex insidiis liberum quemquam occiderit: caetera uti similiter

Repetuntur iterum iam proposita, & quae adhuc decerant adijciuntur leges de cadibus inuoluntarijs vel per iram ad missis.

ac primus cogatur facere. Nō autē bienniū nō-
 tum ut ille, sed trienniū exulet ut ira eius diu-
 tior diutius puniatur. Vniuersalis autem
 istorum hæc dispositio sit Nempe difficile est
 sigillatim exacteque de his leges ponere. Ali-
 quando enim quæ truculentior: cædes lege sta-
 tuta est, leuior videtur: nonnunquā cōtrā, quæ
 leuior, truculentior, prout atrocius, aut mitius
 gesta est. Ut plurimū verò quemadmodū mō-
 dō diximus, ista cōtingunt. Sed hæc omnia le-
 gū custodes cognoscent. Cū verò restituen-
 dorū exulum tempus aduenerit, x i r. ad fines
 regionis iudices mittant, qui diligenter consi-
 deratis omnibus per id tēpus exulum actioni-
 bus pudoris eorū receptionisq; iudices fiant.
 Illi verò horū magistratū iudicio acquiescāt.
 Quod si post restitutionem alteruter horū ira
 commotus similiter peccauerit, perpetuō exu-
 let, & si rursus redierit, nō aliter quām peregrī-
 nus rediens puniatur. Siquis ira seruum suum
 necauerit purgetur: si alienū, damnū domino
 in duplo restituat. Siquis homicida legib. nō
 paruerit, sed nondū purgatus, forū, gymnasia
 cæteraque sacra ingressu suo contaminauerit,
 quicūq; velit tā istū quā interfecti cognatum
 hæc negligentē, in iudiciū vocet, & in duplo tā
 pecuniā tum cætera persolvere cogat: quōdq;
 solutū est, ipse secundū legē accipiat. Si seruus
 ira concitus dominū suū interimat, occisi ho-
 minis cognati quomodo velint ipsum inter-
 ficiant, mundique à crimine sint, dūmodō vi-
 uū non seruauerint. Sin verò suus non domi-
 nū suū, sed alium liberum per irā necatit, à do-
 mino suo interfecti cognatis tradatur: qui ut-
 cuique veliat, omnino ipsum interimant. *Si
 pater aut mater (accidit enim, quamuis rarō)
 per

*Parentes
 qui liberos
 suos per irā
 occiderint,
 quo suppli-
 cio officien-
 di.

per iram verberibus seu quouis modo filium
vel filia interficiat, perinde ac ceteri homici-
da purgetur, & triennium exulet. Ac post ipsam
restitutionem maritus ab vxore, vxorq; a ma-
rito separentur. Nec simul amplius liberis pro-
creandis opera dent: neutrumque horum simul cu-
e habitet, cuius filium vel fratrem occidit, nec v-
na cum eo sacris comunicet. Et qui impietate
animi his legibus non paruerit, vt impietatis
reus a volente quo libet accusetur. ^a Si vir vxo-
rem; aut vxor virum per iram necauerit, purge-
tur similiter, & triennium integrum exulet, cum-
que redierit, nec sacris cum liberis suis commu-
nicet; nec vna mensa utatur. Quod si non pa-
ret genitor aut filius, impietatis reus a volente
quolibet accusetur. ^b Frater vero si fratrem
aut sororem, & soror si sororem, vel fratrem ira
occiderit, non aliter quam parentes qui libe-
ros interfecerunt & purgetur & exulet: nec
post reditum sacris & mensa cum illis commu-
nicet, quo fratribus aut sororibus filiusque pri-
uauit. Qui legem hanc transgredietur, iure vt
impious condemnabitur. ^c At vero cum quis ad-
eum victus ab ira fuerit, vt insano iracundia fu-
rore parentem interemerit, si parens antequam
mortem obiret, sponte interfectorem suum a
caede liberauit, sicut qui non sponte eadem co-
caede liberauit, sicut qui non sponte eadem co-
miserunt: purgatus, ceterisque similiter factis,
mundus sit: sin vero non liberauit, multis le-
gibus reus sit qui necauit. Nam vltimis suppli-
ciis, caedis impietatis sacrilegii subiectus est:
quia sacrilegio genitoris animam abstulit. Qua-
te si possibile esset sapius aliquem moris iustif-
simum esse sapius parricidam interfici. Nam
cui ne pro defensione quidem sua si a parentibus
videret se interfectura ita, lege vlla conceditur vt

^a De viro q
uxorem, &
contra vxo-
re, qua virum
per iram in-
terfecit.

^b Qui
fratrem aut
sororem per
iram interfe-
cit.

^c Parricidam
per iram ad-
missum quo
supplicio affi-
ciendum.

parentes à quibus in lucem editus est interimat, sed omnia potius sustinere præcipitur, quam quicquã huiusmodi facere, quomodo aliter iuste punire hunc oportebit? Lege igitur ita concitato ad patricidii mors sanciat. Si ortu seditione, vel quouis modo frater fratrem in se impetum facientem pro defensione sua interimat, quasi hoste perempto punitus sit. Quiritiã si civis civem, aut peregrinus peregrinũ, vel peregrinum civis, vel è conuerso, defendendo se interfecerit, similiter mundus sit. Eodẽ modo, si seruus seruum. Si vero seruus liberum se defendens interimat, iisdem legibus quibus & patricida sit subiectus. Quod verò de liberatione à eade parentis diximus, idem quoque de liberatione omnium dictũ intelligatur. Si quis ergo aliorum omnium alicui sponte dimiserit, quasi non sponte eade cõmissa purge tur qui interfecit, & annũ exulet unũ. Sed violenta iam & inuoluntaria ac per irã commissa de eade mediocriter exposita sunt. Quæ verò sponte in his secundũ omnẽ iniusticiã ex insidiis propter voluptatẽ cupiditatũque inuidiã que tyrannidẽ committuntur, deinceps dicamus. CLIN. Rectè dicis. ATHE. Primũ igitur quot voluntariæ eadẽ causæ sint, pro vobis declaremus. Maxima verò huius causæ est, cupiditas animæ libidinibus exagitata dominans: quæ in eo ardore consistit maximè, qui multorũ animos vehementer inflamat ad pecunias inexplebiles & infinitas acquirẽdas, talis sanè vis, quæ propter naturã & ignorantiam inmensam gignit auiditatẽ. Ignorantiæ verò causa est, quòd nõ rectè lauderent diuitiã. Quippe tam Græci quàm barbari, diuitias cum terciũ bonorum teneant locum, in primo ponunt

*a De h̄i qui
lacedæmum
à quo lacedæ-
mii sunt in-
terfecerunt.*

*b De ead. b.
qua à volen-
tib. & scien-
tib. admittũ-
tur, illarum
tres causas
ponit. Inex-
plebilẽ opum
cupiditatẽ,
ambitionem
& metum.*

*c Avaritia
causa est nõ
recta opinio
de opũ est.
matione in
cuius animis
& sermon. b.
peruulgata
opin. ca au-
sẽ avaritia
contrario re-
medio cura-
tur.*

atque hac sententia seipfos simul & posteros perdunt. Optimè sanè & puicherrimè viuere-
mus, si vera de diuitiis sententia vbiq; præ-
dicaretur, ea est, quod diuitiæ corporis gratia
sint: corpus autem animi gratia. Quare cùm
bona ea sint, quorum gratia possidenda diui-
tiæ sunt, tertium gradum post virtutem animi
corporisque tenebunt. Hæc ergo ratio nos
tanquam magistra docebit, non oportere ho-
minem qui felix sit futurus, diuitias quomo-
docunque, sed cum iustitia & temperantia
quærere. Sic enim cædes exdibus puniendæ
in ciuitatibus nullæ committerentur. Nunc
verò quemadmodum in huius disputatio-
nis principio diximus, vnum hoc est, & ma-
ximum, quod voluntariæ exdis maxima
supplicia facit. Alterum est, ambitiosi animi
habitus: vnde inuidiæ nascantur, primum
quidem ipsi inuido trauulentæ, deinde etiam
optimatibus ciuitatis. Tertium locum ingen-
tes iniustæque formidines possident, quæ cæ-
des multas pariunt, quando ea sunt alicui ge-
stæ, vel ad præsens geruntur, quorum neminè
vellet esse conscium. Quare illos qui talia in-
dicaturi videantur, si non aliter potest, mor-
te è medio tollit. ^a Ad hæc omnia, præcemia
sint quæ diximus: ac præterea sermo quem
multi ex his qui sacris student solennitatibus,
& audiunt & credunt, quod homicidæ apud
inferos puniuntur: & rursus huc reuersi, pœ-
nas necessariò secundum naturam debitas pœ-
dunt. Quippe quæ aliis fecerunt, ab aliis quo-
que perpeti simili sorte in hac vita coguntur.
Illi igitur qui persuasus fuerit, quod huius-
modi præcemia monitus talia supplicia exti-
muerit, nullam ad hæc opus est legem pone-
re: ^b sed homini contra affecto, lex ista scriba-

^a Quo præ-
mio utendū
sit ad homi-
nes à cadib.
voluntariis
deterrendos.
^b In quibus salu-
taribus mo-
niti à cæde
voluntaria sō
reuocari nō
patiuntur,
quæ lex im-
ponenda

tur. Qui consultò eiuem suum manu propria per iniuriam interfecerit, primum ab iis quæ legibus omittum sunt communia nempe à tēplis, à foro, à portibus, & ab omni certu communi, ne præsentia sua hæc maculet, arceatur, siue quis adesse interdixerit, siue nullus. Lex enim ipsa interdicit, atque ita id vetat, ut pro vniuersa ciuitate interdiceret semper. & interdictura esse videatur. [Qui verò ex cognatione tam virili quam muliebri vsque ad patruales & propinquos pertinens ad defunctum non dicit diem occisori, cum id maxime oporteat, nec illi denunciat eum arceri, (a sacris & reb. aliis quæ lex omnib. communes facit.)] primum scelus deorumque odia in ipsum vertantur, sicut vulgo legis imprecatio & maledictio dicitur: deinde reus sit cuique, interficere tam vlcisci voleati.

*a De propin-
quæ cognati-
u qui inter-
fisti mortem
nō vlciscun-
tur, qd lex
sanciat.*

*b De sacri-
qua obēda
sunt ei cui al-
terū velut ar-
cessere capi-
tu ob homici-
diū ab ipso
perpetratū.
in reppōn-
on rōgato
pōnat.*

Qui autem persequi volet, eum omnia fecerit, quæ vel de laueris, ob hæc tutelæ gratia institutis, vel de aliis quibuscumque faciendæ deus instituit, & [quæ denuncianda sunt denunciari] pergat, homicidamque secundum legem dare penas compellat. Hæc autem faciendæ esse, precibus sacrificiisque deorum, quibus ne ex des in vrbibus fiant cura est, facile legillator suadere potest. Sed qui dii sunt isti, & quomodo secundum dei mentem maxime hæc iudicia peragantur, legum custodes cum interpretibus aruspicipibusque & deo declarent, atque ita iudicia penasque disponant. Iudices verò harum rerum illi sint, quibus sacrilegij puniendi data est autoritas. Qui autem condemnatus fuerit, morte penas laet, & quoniam non impie solum, sed impudenter quoque peccauit, in regione interfecti sepeliri non debet. Quod si tu

gerit

gerit, neque iudicium sustinuerit, perpetuo ex-
 aulet. Et si vnquam circa fines regionis occisi
 fuerit deprehensus, qui primus illi obuius erit
 cognatorum interfecti vel ciuium impone in-
 tericium: aut vincitum magistratibus tradat hu-
 ius rei iudicibus occidendum. Quod si quis
 [ei diem dicturus pro diebus ab illo vades exi-
 gat, tres autem ille] * fideiussores quos iudices
 ipsi sufficiens potauerint prebeat: qui iudicio
 illam se sistere promittant. Id si quis facere no-
 luerit, vel non potuerit, vincitum a magistra-
 tibus, iudicio reseruetur. * Verum si quis non
 propria manu, sed voluntate, consilio, infideli-
 que hominem interfecerit, & cum causa exdis
 sit animoque imparus in ciuitate habitet: con-
 demnatus similiter puniatur: praterquam
 quod fideiussores non prebebit, & condem-
 natus propria non carebit sepultura. Cetera
 huius, quemadmodum de superiore diximus,
 sunt. Hec eadem peregrinis aduersus peregrini-
 nos, ciuibisque ac peregrinis vicissim, &
 seruis aduersus seruos. de eadem propria manu
 facta, & de illa que consilio infideli que com-
 missa est, statuta sunt exceptis vadibus: eos au-
 tem velut dictum est prestare teneantur qui
 sua manu interfecerunt & qui illis diem ob ex-
 dem denunciat exigat ab ipsis vades.] ^b si sei-
 uus liberum sponte siue manu sua siue consi-
 lio interemis, condemnatusque fuit, trahatur
 a publico hettore ac vindice ad interfecti mo-
 numentum, vel vnde illud cernere queat, ver-
 beratusque prout iubet qui iudicio eum con-
 uicit, si ita casus adhuc viuat ad necem vsque
 cadatur: si quis seruum nulli iniuria afficien-
 tem, timens ne turpe quid a se factum indicet,
 vel alia huiusmodi causa inductus morti tua

* *resis d'ho-
 nris a'ho-
 x'oe' n'ope
 p'ro.*
 * *De ii qui
 non propria
 manu, sed a-
 lioru' opera
 volentes &
 ferentes ali-
 quem inter-
 fecerunt.*

^b *De seruo q.
 liberu' homo
 ne interfecit.*

^c *De eo qui
 seruum sine
 causa inter-
 fecerit.*

diderit, quasi ciuem necauerit sic puniatur. Accidunt quandoque nonnulla, de quibus leges ponere graue est atque molestum: & tamē non potest, cit impossibile. Huiusmodi sunt cognatorum voluntarie & iniuste exdes, siue manu propria, siue consilio infiditque illata, quę in ciuitatibus male gubernatis plurimum committuntur: sed nonnunquam etiā

¶ Cades cognatorū immissa in hominum animos opinio ne, fore ut quę eiusmodi quidpiā admiserint, tale quid patiātur ab alio in altero reditu animae in corpore impedire das esse ostēdit, admissa verò quomodo vindicanda præscribit.

ubi nemo expectaretur sunt. Ad hæc scelestera deuotanda, oratio superior repetatur. Fortē namque his auditis à scelestissima cæde sponte aliquis abstinēbit. Fabula enim vel sermo, vel quouis alio nomine appellanda oratio, manifestē à priscis sacerdotibus dicta est, iustitiā speculatricem omnium atque vindicem, ad cognatum sanguinem vleiscendum, lege quam modò diximus, uti. Nempe illam constituisse, ut quisquis aliquid huiusmodi perpetravit, idē necessariō patiatur. Ut si quis patrem morti tradidit, ipse postea certis temporibus violentē à filiis occidatur, sin verò matrem peremit, ipse postea particeps naturę muliebris effectus necessariō tandem à filiis suis interimitur. Communi enim sanguine maculato, non esse aliam purgationem, nec posse aliter abstergi maculam nisi eadem cęde simili similem anima scelerata lustrauerit. totiūsq; cognationis irā placauerit & sedauerit. Ab his ergo sceleribus coercere homines oportet, suppliciorū eiusmodi quę à diis inferuntur, metu. Siqui verò in tam miseram calamitatem inciderint, ut patrem vel matrem, fratrem, vel filium sponte atque consulto vita priuare audeant, mortalis legumlator sic de huiusmodi scelestere sanciet: [ut denūciata illi interdictione à sacris & omnib. aliis rebus quas lex voluit hominibus inter

Inter se communes esse, arceatur: deinde vades eodem modo quo supra aliis præscriptum est præbeat, *inter ea dum causa iudicatur.*] Et qui cædis huiusmodi condemnatus fuerit, tam à iudicum ministris, quam à magistratibus occidatur, trahaturque extra urbem in statutum trivium nudus, & vbi singuli magistratus pro vniuersa ciuitate in mortui caput lapidem mittant, atque ita ciuitatem omnem expient. Demum vltra regionis fines portatum, secundum leges insepultum eiiciant. * Sed quid de illo iudicandum, qui proximum atque amicissimum interfecerit? qui dico seipsum vita & sorte fatorem, vi scelerata priuauerit: non iudicio ciuitatis, nec tristi & inuitabili fortunæ casu coactus, neque pudore aliquo extremo compulsus, ^b sed ignauia & formidolosi animi imbecillitate, iniuste sibi mortem conscierit? Quæ purgationes, & quæ sepultura huic lege conueniat, deus ipse nouit: proximi tamen huic genere ab interpretibus legibusque harum rerum hæc exquirant: & quemadmodum ab his statutum fuerit, ita faciant. Sepultura igitur istis solitaria fiat, vbi alius nemo condatur, deinde in his locis sepeliantur, quæ de duodecim regionis partibus vltima, deserta, innominataque sunt: sic obsecuri, vt nec statua, nec inscripto nomine sepultura notentur. ^c si iumentum aut aliud animal hominem interficiat, nisi [quæ in aliquo publico certamine à ciuitate constituto certantia id fecerint,] interfecit hominis propinqui id iudicibus deficiant. Et agrotum curatores illi quibus quocumque propinquus ipse mandauit, iudicent, & damnatum iumentum extra regionis fines interficiant.

^a De iis qui seipsum interfecerunt quid statuatur.

^b Magnitudinē illā animi quæ vulgò reputatur coram seipsum interficiunt: appellat Platon ignauiam & formidolosi animi imbecillitatem.

^c De Animalibus brutis quæ hominē interfecerint

a De rebus inanimatis quæ hominē ante fecerint Quòd si liquid inanime, præter fulmen, aut huiusmodi telum diuinitus missum, anima hominem cadentem ipsum, aut ipsam cadens priuauerit: genere propinquus interfecto, proximum in uicinia ad hoc constituat iudicem: atque hæc & cætera prout erga mortuum ipsum conuenit, pro lapsus & cognationis totius expiatione perficiat. Quod uero damnatum fuerit, ut de animalibus dictum est, exterminetur. *b Quid ignota homicida faciendam.* Si quisquam uita priuata reperiat, & ignotus homicida sit, nec diligenter quaerentibus inueniatur, prædictiones ut in aliis fiant: & in foro publicè præconio prædicetur, ut qui hunc uel hunc necauit, quia cadis reus sit, sacra loca non ingrediatur, & uniuersam deserat regionem: nam si de præteritis fuerit, occidetur, atque extra regionis fines insepultus eiicietur. Vnde ergo lex ista nobis præcipua de cæde, sancta sit. Ac de his satis. *c Quæ impune liceat occidere.* Nunc dicamus, in quibus rebus mundus est qui occidit. Quis noctu latrem domum suam ingressam interemit: mundus sit. Et qui spoliatorem in defensionem suam, similiter. Et qui mulierem liberam aut puerum ad rem uerecnam uel subegit, impune non ab eo solum, cui vis est illata, uerum etiam à patre fratribus, filiisque uita priuatur. Maritusque si uim uxori inferentem petimat, lege mundus sit. Ac si quis etiam patri haudquam per seculum eadem patrauerit, aut matri, aut filiis, fratribusque, aut coniugi opem ferens quempiam interfecerit, mundus sit. Hastenus de uiuentis animæ educatione & disciplina: qua si prædita est, uiuendum illi sit, si contra non sit uiuendum, leges conscripsimus. præterea de cædibus uolentis, quomodo puniendæ sint: ac etiam de

 nu.

nutritione disciplinaque corporum satis in su-
 perioribus dictum fuit. ^a Deinceps quæ vio-
 lenta sint actione salutarum & a aliis iniuræ
 & voluntaria & involuntaria, quæ & quod
 sint, & quibus supplicis commode repimen-
 dæ, pro vitibus determinetur. Rectè enim
 hæc post illa tractantur. Vulnera namque mē-
 brorumque per vulnera truncationes quiuis
 è vulgo legislator post eadem locabit. Hæc
 sicut cædes distinguuntur. Nam alia non spō-
 te, alia ira, quædam timore: quædam sponte
 consultoque huius. Quorum omnium huius-
 modi exordium sit. ^b Necessè est leges homi-
 nibus ponere, vt secundam leges viuant. Nā
 si absque his viverent, nihilò a feris atrocissi-
 mis discrepant. Cuius rei causa est, quia nul-
 lus hominis ingenium ita natura institutum
 est, vt quæ ad publicum humanam vitam bonam
 conferunt sufficientes cognoscat, & si cogno-
 uit vt optimum id quod nouit, semper agere
 possit ac velit. Nam primū difficile est nosse
 quod ciuili vtique arti non proprium, sed
 publicum necessariò est curandum: Publicum
 quippe ciuitates connectit atque coniungit
 proprium dissipat: quòd vt tam publicè quàm
 priuatim præstat commune quàm proprium
 bene disponere. Deinde licet aliquis forsan
 hæc ita se habere sufficienter arte cognoscat,
 tamen si tanta cum licentia ciuitatis impetū
 teneat, vt nullis rationibus reddendis sit obno-
 xius, nunquam ea sententiā per totam vitam
 permanere poterit, vt publicum in ciuitate tan-
 quam præcipuum bonum augeat: priuatum
 verò post publicum ponat. Sed ad vtilitatem
 propriam priuatamque commoditatem natu-
 ra ipsum semper mortalis impellet: quæ abs-

^a Trāsticua dē
 leges frētās
 de vulneri-
 bus & mutila-
 tionib. quæ
 a'q' alios mu-
 tuò & iniurā
 efficiunt.

^b Egregia dē
 gressio & pra-
 fatio in se-
 quētes leges
 quæ legū v-
 tilitatē & ne-
 cessitatem in
 Rep. demō-
 strat: eamq;
 ded. eis ab
 ingenij hu-
 mani imbe-
 cillitate &
 humana na-
 tura prauit-
 ate.

que ratione tam dolorem fugit qui voluptatem
 prosequitur: atque hæc utraq; iustiori melio-
 ri que præponet: & tenebris obruta, malis om-
 nibus tandem seipsam omnino civitatemque re-
 plebit. Profecto si quis hominum diuinæ sortis
 favore ea natura præditus esset, ut cognosce-
 ret publicum bonum, ad idque generose ac semper
 intenderet, nullis legibus sibi dominaturis ege-
 ret. Quoniam nulla lex, nullus ordo scientia me-
 lior præstantiorque habetur: nec fas est mentem
 alicui subiici atque seruire: sed potius si ita ve-
 ra liberatque sit omnibus dominati. Nunc vero
 nusquam hæc reperitur, sed minimum quid ipsius
 apparet. Quare quod secundo loco est, eligere
 decet: ordinem atque legem, à quibus plurima qui-
 dem perspicuntur, omnia vero videri nequeunt.

*¶ Cuiusmodi
 iudicium arbi-
 trario permis-
 sat decernē-
 da de pœnis
 aduersus eum
 qui aliquem
 vulneraue-
 rit & mult-
 auerit ubi
 de iudicium
 discrimine
 nonnulla, &
 quib. multa
 quib. contra
 partem per-
 mittē. lo sint
 in pœnis cō-
 stituēdis, ostē-
 ditur.*

¶ Sed his horum gratia propositis, statuamus iam
 quid pati vel soluere debeat qui alium vulne-
 rauit vel aliter obfuit. Cuique enim facile est
 singula huiusmodi recte comprehendere: v-
 trum videlicet quis vulnerauerit, an non:
 quem, qua in parte, quo pacto. Hæc enim sin-
 gula innumersabilia penè sunt, & inter se ma-
 ximè differunt. Hæc autè iudicio cuncta, vel ni-
 hil horum committere, impossibile est. Quip-
 pe illud vnum in omnibus committere neces-
 se est, vtrum factum vnumquodque horum sit,
 an non. Nihil etià de multa iniuria afficien-
 tis committere, sed magna paruaque omnia
 lege determinare, propè impossibile est. *CLIN.*
 Quomodo igitur post hæc dicendum est. *ATH.*
 Sic utique, quod quædam iudicio concedere le-
 gislatori debet, quædam non debet, sed ipse de-
 terminare. *CLIN.* Ceterum quæ arbitrio &
 prudentiæ iudicium relinquenda sunt, quæ-
 ve ab ipso legum conditore determinanda?

*THE. Ea hoc modo quam optimè deinceps
 exponemus. Grauis profectò & toti ciuitatì
 communis ibi pestis innascitur, vbi iudicia i-
 gnaua mutàque sunt, & opiniones iudicū in-
 uicè occultæ manent, & clam sententiam fe-
 runt. At id præterea durius, ciuitati accidere
 solet, quando non silentio agitur, sed ceu thea-
 tra clamore omnia personant, & iudicantium
 confessus de oratorū qui causas egerunt utro-
 que vnū laudātes, alterū vituperantes seorsim
 iudicant. Talibus quidē iudiciis, si quis necessi-
 tate quadam vrgeatur dare leges, infortunatū
 esse ducimus. Sed qui dare cogetur, minimas
 duntaxat multas iudicibus iis cōmittat. pluri-
 ma verò & maxima quæque in ferendis legib.
 ipse declaret. Vbi verò iudicia rectè pro virib.
 constituta sunt, iudicēsque bene educati & o-
 mni diligentia approbati rectissimè multa iu-
 dicibus de punitione conditionēque condem-
 natorum committi possunt. Nemo igitur nos
 inculset, si ipsis nunc maxima multaq; præterea
 legibus non ordinamus, quæ vel minus erudi-
 ti iudices possent conspiciere, dignamque sin-
 gulis delictis multā pœnāque accommodare.
 Quoniam verò eos quibus nos leges describi-
 mus non ineptos harum rerū iudices futuros
 speramus, multa eis cōmittenda censemus. Ve-
 rū quod sæpe in superiorib. diximus, fecimus
 que putantes * descriptione formāque puniti-
 o nū dicta, exēpla iudicibus, quò nunquā ius trās-
 grediantur, dari oportere, id & tunc rectè fa-
 ctum est: & nunc quoque obseruare volumus,
 ad leges ferendas iterum redeuntes. * De vul-
 neribus igitur ita sanciamus. Siquis vulnerit
 cogitaueritque amicum hominem, ex iis quos
 prohibet lex, interficere, vulnerauerit autem,

* *recte ex-
 pōt te xxi
 touc touc
 * Quæ pœna
 sancienda in
 eū qui spon-
 te & data
 opera vulne-
 rauerit ali-
 quē, qui ta-
 men ex vul-
 nere nō fue-
 rit mortuus:
 ubi propter
 bonū geniū
 vulnerantis
 & vulnerati
 quis mortē
 impedit es-
 que vulnera-
 uit vtiā re-
 linquendū
 esse censet.*

nec interficere potuerit: hunc omni remota misericordia, non aliter quàm si vita priuasset, dare cædis suppliciũ cogeremus. nisi fortunam eius non omnino proteruã dæmonemque coleremus: qui tã vulneratum quàm vulnerantẽ misericordia prosecutus, infelicitati vtriusque obstitit: fecitque ne vulnus huic letiferũ illi fortuna calamitatũque execranda infligeretur. Huic ergo dæmoni habebimus gratiã, vtque eius beneficio minimẽ aduersati, ab eo qui vulnerauit suppliciũ mortis auferemus, & in vicina ciuitate per totã vitã exulare statuemus, nullo rerũ suarum omniũ fructu carentẽ, dãno tamen prius restituto, siquid obfuit vulnerato, quod à iudicio rei huius fuerit constitutum: iudices autẽ sint, qui cædis essent, si vulneratus obiisset. ^a Si parentes filius, aut feruus dominum consultò similiter vulnerauerit, atque ita fecisse condemnatus fuerit, scelus morte luat. Quinetiam si frater fratrem aut sororem, vel soror sororem, aut fratrẽ, interficiendi consilio vulneret, scelus morte luat, vxorquẽ si virũ interficiendi consilio vulneret, aut vir vxorẽ similiter, perpetuò exulet. His si filij filijve pueri adhuc sunt, tẽ familiarẽ exultantis tutores administrent, qui eos orbos tuteant. Sin adulti sunt, res quidẽ ipsas permittantur habere, alere tamẽ exulẽ non cogantur. ^b Siquis verò liberis carens in huiusmodi calamitates inciderit, cognati eius vsque in sobros nos cõsobrinosque tã ex virorũ, quàm ex mulierũ parte conueniant, & vna cũ legum custodib. sacerdotib; consilio habito in hãc exulãtis domũ vnã de quadraginta & quinq; millib. domib. ciuitatis herede cõstituãt. In quo sanẽ id cogitare debet, nullã domũ de quinq; millibus

^a Parentibus
qui vulnus
intulerit ani-
mo & consi-
lio interficiẽ-
di etiã mor-
te non sequẽ-
te capite ple-
stendus, qui
fratri vel so-
rori, perpe-
tuo exilio.

^b In eius qui
scelus eius-
modi ali-
quod cõmiserit
propter
quod morte
exilio perpe-
tuo nullã vi-
debeat, & li-
beros nullos
habeat heredes
& pra-
da quã re-
tione alteri
ex publico co-
missi consi-
lio tradẽda.

& quadraginta, habitantis ipsius suisque generis magis esse, quàm civitatis & p̄naticim & publicè. Oportet utique ut civitas quàm sanctissimas & felicissimas pro viribus domos suas possideat. Quando igitur aliqua domus infertunio & impietate aliqua inquinatur: quia qui possedit, sine liberis obiit, voluntariè cadis aut cuiusvis in deos vel civis facinoris conderanatus, cuius mors vel sempiternum exiliū p̄na est: primò domus ipsa secundū legē expietur: deinde cognati, ut diximus, cū legū custodiis convenientes, genus in civitate aliquod virtute præstantissimū fortunatūque perquirant, in quo plures adolefcentes sint, quorum vnū patri deficientis illius suisque superiorib. quasi filiū adoptent, deū peccati hūc feliciorib. patris familiās auspiciis prolis propagatorē, successorē domus factorūmq; & reliquorū omniū cultorē fore, tandem hæredem ipsum secundū legē constituent. Eū verò qui peccavit, sine nomine, sine liberis, sine sorte vlla iacere, quando quidem huiusmodi calamitatibus premitur, patiantur. Non est autem in omnibus rebus terminus termino coniunctus. Nā ubi confiniū aliquod cōmune est, ibi hoc iater terū terminos vtrisque coniunctum, medium sit. Atqui inter ea peccata quæ sponte, & ea quæ non sponte cōmittuntur, quod per ita

*De vulnere
ribus ira facta,
qua merita sunt
ter peccata
qua sponte
ea qua non
sponte comittuntur.*

adauersus hostes priuauerit, similiter puniatur: ac præterea damnū ciuitati restituat. & ultra eam quā ipse debet militiā, pro vulnerato etiā militet: & quicquid illi gerendum erat in bello, ipse agat. Quod si non fecerit, reus sit secundum legem volenti cuique ipsum tanquam de seruo, em militiæ accusare: & dānum duplum triplūve aut quadruplum prout iudicibus visum fuerit, restituat. Si germanus germanum similiter vulnerauerit, contribules & cognati vsque ad sobrinos consobrinosque ex viris simul & mulieribus conuenientes tam mares quā feminas iudicēt. genitoribusque ipsum tradant, vt ipsi secundum naturam puniant. Quod si punitio ambigua fuerit, propinqui ex parte viri determinent. Qui si ipsi non possint, tandem ad custodes legum causam deferant.

a Qui iudices adhibendi sint, si nati si nepotesve liberi sint. Si nati nepotesve tale quid genitoribus intulerint, solum hi iudicent qui annum sexagesimum transegerunt: quibus veri non adoptiui liberi sint. Et condemnatus, aut morte, aut maiore aliquo vel non multo minore supplicio puniatur: nec de genere suo quisquam, etiam si ætatem à lege præscriptam impleuerit, iudicet. Sin verò seruus liberum ita concitatus

b De seruo qui liberum hominē per irā vulnerauerit. à domino tradatur vulnerato, vt arbitrato suo iniuriam vlciscatur, nisi velit damnū ipse recuperare. *b* Quod si serui vulnerati que in alitia per compositionem factum fuerit, quid fuisse quis ambigat, ad iudices deferat: quod statuendum, si non conuicerit ita esse, triplum damni re-

b De is qui non sponte vulnerauerit. stituat: sin verò conuicerit, seruitutis reum habeat eum qui dolose cum seruo egit. *c* Qui verò non spontē aliquem vulnerauerit, simpliciter damnū persoluat. Nullus quippe legumlator imperare fortunæ potest. Iudices autem

autem sint, qui & natis nepotibusque ad parentes, à quibus quantum damnū fuerit declaratur. Violētæ quidem passiōes sunt omnes quas diximus, Violentū quoq; omne verberādi genus. Oportet igitur omnes homines, mulieres simul ac viros, adolescentes ac senes, ita de his semper existimare. Seniore non paruo intervallo iunioribus præponendum esse, & apud deos, & apud homines qui feliciter victuri sunt. *Cædi ergo senem à iunioribus, & turpe est, & odio à diis habetur. Decet autem iuuenem verberatum à seniore id ob senectutis reuerentiam patienter ferre. Sic itaque sanciamus. Quilibet seniore & re, & verbo colat. At si viginti annis maior est: quasi patrem si vir fuerit, aut matrem si mulier, reueretur. Atque ad eò omnibus semper absteineat, qui in ea ætate sunt qua procreare parerēque ipsum potuerint, natales deos veritus. ^b Absteineat autē similiter à peregrino, siue ille iam pridē in ciuitate habitet, siue nuper eò cōmigrauerit. Etenim neque laessens, neque propugnans omnino audeat plagas ei infligere. Peregrinū vetò audentem ciuem cadere, si qui cæditur, puniendū censet, ad præfectos vrbi perducatur, nec ipse verberet, vt eò magis à cædendis ciuibus suis absteineat, quando etiam à peregrinis se continet. Hic vetò magistratus hospitalē rem diligenter inquirat, & si peregrinus iniuria ciuē percussisset, verbera totidē ei publico flagello reddantur, ne quid tale amplius impudenter audeat. Sin vetò innocens peregrinus videbitur, minis eò castigato qui perduxit, ambos dimittat. Aequalis autem si æqualē vel paulò maiorem, nondū tamen patrem, aut senex senem, siue iuuenis iuuenem

* τὸ τῆς ἀ-
νίας νόσος.

a Quomodo
senes à iuue-
nibus venerā-
di. Iuuenes
senem percu-
tiant, & ab
eo percussū
ipsum ne re-
percutiant.

b Et qui à pe-
regrino ver-
beratur, quo-
modo lex ca-
ueat.

verberibus cadans secundum naturam nudis manibus ac sine telo se defendant. Si quis ultra quadraginta natus annos, siue dū alium inuadit, siue dū se defendit, cadere quonquam audeat ietuilis rusticiūque habitus, hoc opprobrio latis punitus videbitur. Quicumq; his moribus obtemperabit modestus & mansuetus habebitur. Qui verò proemia hæc spernet, hæc lege coerceatur. Qui aliquē viginti annis vel pluribus nati maiorem pulsauit, primū quidem qui fortē interfuerit si nec iunior nec æqualis sit prohibeat, & si non prohibuerit, secundū leges improbus habeatur. Sin autē verberato æqualis aut iunior sit, quasi fratrem aut patrem aut quasi superiorem defendat, ac præterea iudicio subiectus sit, qui senioem, vt diximus, verberauit, & si damnabitur, non minore quā annuo tempore vinciat. Imò etiam maiore si modò iudicibus id videbitur. Si peregrinus vel incola viginti annis vel pluribus senioem pulset, præsentibus ea lege qua diximus opulentur, & qui condemnatus fuerit, si peregrinus quidem est, sed non incola vrbis, biennium vinciat: sin autem incola, vrbisque habitator legibus non obtemperat, triennium nisi iudices decreuerint diutius retinendum. Qui verò præsens fuerit, nec opitulatus secundum legem sit, si de primo maximoque sit censu, mina damnetur. Secundi vero cētus si fuerit drachmis quinquaginta. Tertii, triginta. Quarti, viginti. Horum iudices sint ductores exercitus, præfecti ordinum, tribuni, equitūque magistri. ^b Legū verò vt videtur, alix ad bonorum hominum doctrinam ponantur, vt per eas intelligant, quo pacto inter se amice versentur. Alix ad cōpescendam

illo-

a Quæ pena aduersus perversos de cernatur, & eū qui praesens percesserit non fuerit opitulatus.

b Legum duplex sit, vna et admonet eos qui bona sunt in doli, alter ut coarceat & rapinat eos qui sunt pernicacis natura.

Illorum pertinaciã, qui indomiti natura sunt, spretãque omni disciplina, nulla ratione mouentur, quin ad omnem ruant improbitatem. Hi sequentium verborum causa sunt: his legislator necessitate coactus leges imponit. Ipse nanque nullum vellet vsum necessitatẽmq; legum vnquam fore. Quicumque igitur parentibus aut auis inferte manus ausus fuerit, nec su periorũ indignationẽ deorũ, nec inferiorũ supplicia veritus: sed quasi sciat quæ nescit, dicta à patris omnibus despiciens, iniuste, agit: hic vltimo vt auertatur expieturque remedio indiget. * Mors autem vltimam non est, sed extrema magis sunt inferiorum supplicia, quæ licet verissimè narrantur, deterere tamen huiusmodi animos nequeunt. Quoniã si detererent, nulli qui parentes sceleratè pulsarent, vnquã reperirentur. Quare oportet horum flagitiorum supplicia in hac vita non inferiora illis quæ apud inferos sunt, sed æqualia pro vitibus ponere. Ita igitur fanciamus. Siquis nõ fatiosus patrem aut matrem, eorũve superiores pulsare audebit, primũ vt in superioribus, opem præsens ferat. Et incola quidem vel peregrinus, si opitulabitur, in publicis certaminibus tanquã præses præponatur: sin minus à regione vniuersa perpetuò exterminetur. Sin autem incola non sit, auxiliatus quidem laudem: non auxiliatus, vituperium consequatur. Seruus opitulatus liberetur: non opitulatus, centies publico cædatur flagello. Et si in foro id contigerit, ibidem à venalium rerum curatoribus puniatur. In aliis partibus vrbis, similiter ab ædilibus qui præses fuerint. Eodẽ modo extra urbẽ in agro ab his qui curandis agris tunc præsidet. Quod

* Mors suppliciorũ vltimã non est sed extrema sunt supplicia illa quæ apud inferos lauantur.

a Qua sup-
plicia quo-
dāmodo a-
qualia iis
qua apud in-
feros iudicantur
decernenda
in eos qui
sua omne di-
uinum &
natura vio-
lant in pa-
rentes.

si ciuium aliquis parentibus à filio verberatis, præfens fuerit, siue vir, seu mulier, siue adole- scens, seu senior, defendat protinus, scelus con- clamās. Qui auxiliari noluerit, Iouis patris ad- gentis cognationisque illorum seruatoris im- precatione per legē prematur. Demū quicun- que pulsasse parentes cōdemnabitur, primūm perpetuò exul: deinde & à sacris omnib. ar- ceatur, quibus si minus absteineat, à principi- bus agri verberibus & omnino vteunque vo- luerit plectatur, & si ab exilio reuertatur, mor- te peccata luat. Quisquis verò libet, cū huius- modi homine comedet aut bibet, vel aliquo pacto vnā quicquam geret, aut tanget, aut sponse loquetur, is nec in templū ingrediatur, nec in forū, nec omnino in ciuitatem proficif- catur, antequàm munderetur putare nāque de- bet scelerati consortio se cōtaminatum. Quod si non obtēperauit, sed ciuitatem & templū i- niquè coinquinet, quicūque magistratus fieri hoc senserit, nisi cōfestim punierit, maximatū iniuriarū reus est habendus. Si seruus liberum hominē seu ciuē, siue peregrinū pulset, præfens quilibet auxilium afferat. Sin minus, prædicta secundum censum multa puniatur. Qui ergo præfentes erunt, pulsato succurrāt, vinciantq; pulsantem, & ei victum tradant, cui fecit iniu- riam. Qui in compedibus teneat, verberibusq; vt velit ita pulset, vt nullum domino inferat damnum, deinde ipsum domino habendum reddat secundum legem, quæ ista sit. Si seruus liberum hominem non imperantibus magi- stratibus verberauerit, dominus à pulsato vincitum ea conditione accipiat, vt non an- teā soluat, quàm pulsato seruus ipse solutione se dignum esse iam persuaserit. Hæ verò ex- dem

dem leges ad hæc omnia mulieribus inuicem,
& ad vitos virisque ad mulieres communes
esse debent.

DIALOGVS DE-
CIMVS DE LEGIBVS,
VEL DE LEGVM. LATIONE.

Marsilij Ficij Argumentum.

Noxa dum decimi epilogum supplet noni, admo-
nens tractantia esse iudicia de vi in rem ipsam
illata post iudicia de vi in personam in nono disposita.
Quonia vero nulla vis durior & intolerabilior est,
quam qua contemptu quodam infertur: nimirum con-
tumelias & iniurias vel in personam, vel in rem ex
contemptu proprie natas in propria capita seligendas
esse decernit: & has quidem sub quinque capitula.
Aut enim in sacra publica, aut priuata sacra con-
tra parentum reuerentiam: vel contra prestantiam
magistratus, vel contra civilem gentilemque alio-
ius cuius dignitatem committuntur. Hac ergo exactis-
sime iudicanda caterum tam autoribus legum quam
magistratibus iudicibusque committit. Distinguit
post hæc à caterum ea que in deorum contemptum fiunt
quasi omnium vltra quam dici possit grauissima: in
quibus decimi huius omnia versatur in entio. Sed
primò quidem quid intersit sacrilegium inter atque
impietatem, innuit. Sacrilegium sanè rapinam no-
minat. siue res seu persona consecrata superu rapiat-
tur. Atque id quidem velut species quadam sub ip-
so impietatis genere continetur. Nam vltra sacri-
legium sub impietate comprehenduntur, & catera

multa in deorum contemptum sine cogitata sine
 dicta seu facta, & commissa pariter & permissa at-
 que etiam pratermissa. Ac ne quid nos lateat, ad
 impietatem etiam pertinet familiaritas & cōmunitio
 omnis seu in esibus seu verbis cum iis iustis, qui ob
 nefaria scelera arcentur à sacris, qui & contaminati
 ceteros quoque vel ipsa propinquitate contaminant.
 Qua quidem de re in calce non ita pertrahat, ut
 vaticinari visus sit execrationes quotidie factas à
 nostris prophanos à communione ecclesie propellen-
 tibus. Proinde medicus nosse animos impietatis
 morbo languentes diligentissimè purgaturus in pri-
 mu causas huius morbi perquirat. Ac dum inqui-
 rit, elegantem iradit sententiam. Quicumque enim,
 inquit, de deo crediderit secundum leges religiosus
 erit, neque prophanum quicquam vel agat aliquan-
 do, vel loquitur. Quam rectè à fide hic dedit exor-
 dum? & a fide legibus adhibenda? Sed ne turbet
 quaso deorū numerus, quem nō turbat numerus an-
 gelorum. Nihil plus apud Platonem eos possunt di-
 quam apud nos tot angeli: utque beati. Ceterum
 quidnam leges scilicet sacrae, & omnium antiquissi-
 ma de diuina est, de deo angelisque deo seruientibus
 aiunt? Profectò tria. Primum quidem, hos deos esse.
 Secundum, omnibus providere. Tertium, iustis pro
 meritis merita suppliciaque rependere. In ipsa huius
 sententia fide obseruantiaque pietas tota consistit.
 Quis igitur impius? Qui videlicet vel negabit e-
 iusmodi deos esse, vel & si sunt, providere: vel & si
 provident, iuste rependere: id autem est putare su-
 peros iudicium humanorum more solum muneribus
 vel ab iniusto collatis facile posse placari. Plato
 igitur tres impij morbi causas expulsurus proba-
 bit esse deos & qui in mundo sint sphaerarum mun-
 di rectores, & qui super mundum dei summi
 contemplatores. Probabit deos omnibus vel minimis
 prouid

providere. Probabit constanti iustitia recta bilance
 lib. aque non extrinseca munera manuum, sed in-
 tima animorum merita pensitare. Denique hac do-
 ctрина veluti quodam legi exordio ab omni diuine-
 rum contemptu dehortabitur omnes & cohortabitur
 ad pietatem. Præterea legum minis flagellisque
 perterrebit impios atque torquet. Principis deos
 esse duob. communibus indicat argumentis. Primum
 quidem ab vniuersa rerum genere, secundum ve-
 rò à specie humana deducitur. Primum igitur est
 eiusmodi. Comparium habemus ordinem ubique
 à ratione procedere, & ordinem quidem nusquam
 & nunquam interruptum à ratione potenti ordi-
 nem quoque commodissimum ab optima ratione.
 Cum igitur vniuersum d. dispositio, si progressio or-
 datissima sit, ac semper & ubique tatis, neq. id qu-
 dem absque mirifica quadam cōmoditate necessē est
 mundum ab optima potentissimæque ratione disponi
 atque moueri. Et cum vnum sit vniuersum, vnum
 verò ex diuersis non fiat nisi ab vno consequens est
 vnā esse summā eiusmodi rationē. Esse præterea ra-
 tionis plures diuinas sub summa ratione diuina quē-
 admodum in vno mundano opere rationabiliter
 ordinato, multi sunt globi inter se specie & virtute
 distincti, atque omnes rationabiliter ordinati: adeo
 ut mundi quodāmodo multi in amplissima videantur
 mundi vnus circumferentia contineri. Itaque si-
 militer multi mundorum quasi angustiorum recto-
 res deinceps dispositi, sub vno amplissimi mundi re-
 ctore comprehenduntur. Qui sanè cū non solū ordina-
 tor sit, sed ipse, ut ita dixerim, immensæ ardo: multo
 magis ordinare gaudet: quàm ordinato. Quocirca si
 multa in vniuerso ordinatis proculdubio delecta-
 tur, multis quoque oblectatur ordinatoribus. Quip-
 pe cum amplissimi regis excellentissima in hoc am-
 plitudo consistat, ut non angustos tantum seruos,

sed amplos quoque & multos habeat infra se reges.
 Secundum verò ad idem argumentum à specie hu-
 mana deductum, est eiusmodi. Naturalis species cu-
 iusque instinctus inanis esse non potest. Naturate
 quoque species animalium perfectissima iudiciū om-
 nino falsum esse non debet. Cum verò humana spe-
 cies animalium perfectissima in omnibusque serper
 naturali instinctu immutabilisq; iudicio ad religionē
 feratur, necesse est esse superos qui religione cecidantur
 superesse quoque corporibus animas, quod quidē re-
 ligionis est potissimū fundamentum. Attende Platoni
 dictā rationes de diuinis, etsi interdum non nimis ar-
 gutas, esse tamen veras. Item occasiones duas ad im-
 pietatem. Intemperantiam scilicet corporum voluptatum
 concupiscentiam; rursusque ignorantiam ex
 absurdo poetarum physicorumque quorundam opi-
 nionibus ortam. Poetas in tribus circa Deos errasse.
 Primò quòd ex confusione quam chaos nominantis
 erupisse deos cecinerint. Secundò quòd alios ex aliis
 absque rellā ratione, & quasi per humanam concu-
 bitum pergenitos asseruerint. Tertiò quòd omnes ho-
 minū perturbationes, errata, si agitia in deos nefaria
 impietate transulerint. Physicos quoque illos in re-
 ligione peccasse qui vel cum Democrito casu quodā
 temerario potius quàm ratione diuina componi som-
 nant uniuersum, mirabili ratione digestum: vel cū
 Anaxagora & Archelao ecclesia nihil habere in
 se diuini opinantur quàm elementa. Præterea for-
 mas eorū que gignuntur, manifestè ad finem ubiq;
 directas aiunt ex elementari potius impetu proueni-
 re, quàm ab arte mentis ad certum finem singula
 dirigentis. Quoniam verò in his confutandis, at-
 que insuper in confirmandis qua & modò proba-
 uimus, & deinceps ex mente Platoni in hoc com-
 pendio asseremus: in theologia nostra libri sum-
 mus longiores, idcirco in presentia breuiter per-
 curre.

curremus. Considera quanta sit Platonis nostri, &
 quam exploratum habeat deum esse, qui contra ne-
 gantes deum disputans, rix ab ira continere se po-
 test: vir alioquin supra modum omnium & in vita
 & d' disputazione mitissimus. In hu certe admonet,
 non esse eos qui deum negauerint, tolerandos. Neta
 Platonem probare illos, qui in ortu & occasu solis ac
 luna aderant non solem proprie atque lunam, sed da-
 minam potius beneficentiam: cui quotidie gratias pro
 tanto luminum dono iubet agi. ludicat illum inter
 homines esse quasi monstrum, qui contra eum natu-
 ralem instinctum, tum educationem, tum communem
 consuetudinem superes esse negat. Max verò admo-
 net iuvenes, quos forte absurda quadam ex audiu co-
 tra deum opiniones inuasert: ut quandiu iuvenes
 sunt iudicio de rebus diuinis abstineant: senioribus
 cedant & legibus, donec atas, experientia ratio do-
 ceat. Afferit praeterea in medium opiniones quorun-
 dam qui sapientes habiti sunt: per quas homines fa-
 cile ad impietatem iniussit: amque declinout. Opi-
 niones inquam asserentes quatuor elementorum na-
 turas fortuito quodam motu inuicem confluentes cum
 illa coacertasse. Praeterea religionem iustitiamque
 nulla veritate, sed hominum opinione distare. Quam
 obrem concludit hac tanquam & privatorum & pu-
 blicorum emittum perniciosissima, esse rationibus confu-
 taria: neque cogendos homines ad legum obedien-
 tiam & obseruationem minime duntaxat atque tormen-
 tu: sed persuasionibus insuper atque rationibus. A-
 lioqui hominem rationale animal, idcoque liberum,
 nisi rationi vinculo comprehenderit, neque debere
 aliter, nec posse legari. Excitantamigitur legibus ra-
 tionem: cuius tanta vim est ad inueniendum deum:
 ut post ratiorem inuestigationem certior sit ratio-
 nem in natura esse quam in seipsa: & tanto certior,
 quanto naturales affectus ordinatior es conspiciunt qua

humanas. Unde etiam tanto perfectiorem esse in natura artem quam in homine animadvertit. Hinc rursus animadvertit artem operibus naturalibus praesidentem, cum perfectior sit humana & humana non solum sit, sed etiam vita atque intelligentia particeps: nimirum vitam & intelligentem esse: mox vero vitam & intellectum: adde & voluntatem. Cum enim singula manifeste ad proprios dirigat fines, certum est prauidisse finem atque voluisse: imo vero prauidere semper & velle: quem admodum ordo in singulis semper conservatur integer: vel ubi interruptus videtur: citius quam dici possit instauratur. Hanc vero esse divinam providentiam minimè dubitamus. Providentiam inquam, neque minima negligentem non enim haec minus sunt ordinata quam maxima: neque in maximis laborantem. Non enim ordinationi resistunt ordinatori quam proxima, quae eodem motu voluntatis assidue ordinantur, quo & fiunt: & procul ab omni praevicatione servantur. Hinc illud: In altis habitat: & humilia respicit in caelo & in terra, sicque & caelum ipsum dum suum in se absque labore peragitur cursum, interim absque negligentia terram uberrimè radiorum suorum munere circumfundit. Inter haec vero quod aut legem & artem natura vel non minus quam natura consistere: quia proles sine mentis intelligentia non minus veras quam natura formas existere: quaeque ab intellectu divino tanquam patre, & à mente humana velut matre. Et advertit solitam Platonis nostri pietatem invocantem deum ad confirmandos deos. Deum inquam unum: ut doceat deos omnes referendos ad unum. Dicit autem se dei summi auxilio fretum tutissimè de deum disputaturum. Principio quidem eos physicos improbat, qui summa rerum principia corporea posuerunt, ex quibus deinde vita intelligentiaque procederent: cum dicere potius debuissent corporea à vita intellectuali pendere.

dere. Id autem ita esse proficitur noua non dico sen-
 tentia sed ratione se probaturum. Sententia enim
 cuiusmodi priscorum est ante Platonem theologorū:
 Argumentatio. Verò qualis hic fiet à motus Platonis
 est propria. Distinguit autem ipsum motuum genus
 in species decem scilicet in Circuitum, Localem trā-
 situm, Condensationem, Rarefactionem, Augmentū
 Decrementum, Generationem, Corruptionem, Mutā-
 tionem, siue alterationem in alio ab alio factam, &
 Mutationem ex se, tum in se, tum in alio factam.
 Admiratur motum orbicularem siquidem in eo stat
 centrum indivisibile, mouentur reliqua. Item in spha-
 ra longè profunda quā plurimi circuli designantur:
 alij deinceps alij ampliores. Atque id quod minus
 est, eodem momento augustissimus circulus & am-
 plissimus circuitum peragunt, ad eū ut & huius tar-
 ditas in continuo corpore, & illius velocitas sit pari-
 ter admiranda. Mediū verò & ad dimensionem &
 ad motum secundum certas proportionēs medio quo-
 que modo se habent. Multa de hi in expositionibus
 theologia tractauimus. Dicit autem & de illo, quod
 mutat locum, mutatque centrum, id est centrum loci,
 ad quod corporū mobilis circumferentia comparatur:
 nunquam verò præter id quod centrum mutat,
 seruari etiam quodammodo idem centrum: quando
 scilicet non fixum, sed translatum loco per aequalem
 quandam circumferentiam circumagitur. Præterea
 ubi de generatione loquitur, aut principium, id est
 nationem matricem atque seminariam: quando alte-
 ratione proficit, per tres procedere gradus, id est in
 longum, latum atque profundum: ut instringere vs-
 que ad quantitatem, & qualitatem, formamque
 substantialem per effectus suos sensibus manifestam:
 rursum peruenire ad esse formale & vitale atq; sen-
 suale. Putat autem in hi motibus molem quidem
 corpoream moueri, sed non mouere formam, verò cor-

porosa & mouere mele: & moueri ab anima: An-
 imusque mouere quidem duo haec: sed ipsam non a-
 lio, imò ex seipsa moueri: sed ita mouere, ut una cum
 rebus mut. tu ipsa interim su. quodam paulo mite-
 tur. Praestant oies ergo animabus diuinas angeli-
 casque mentis ex seipsum, qua u. superiora mouent, ip-
 se interim minimè permouetur. Emittent. ut deo-
 que ipsum bonum mentibus esse iudicet. omnes enim
 boni gratia appetunt ueritatem. In his tamen mul-
 ta ad naturam per se mobilem pertinentia, ita quàm
 ad proprium motum generationisque principium.
 In quo motio quadam formali & generatio spiritua-
 lu suoapte natura uiget, motionum generationumque
 exemplar. Confirmat super omnia qua mouentur ab
 alio, esse naturam mobilem ex seipsa. uide licet ne
 procedatur in infinitum. Imò uerò ut quemad-
 modum ultra illa qua per aliud lucent aut calidè,
 peruenitur ad aliquid per se lucidum per se calidum:
 sic praeter res ab alio mobiles ad rem per se non ulem
 ueniat. Quippe si nunc quiescant omnia, & paulò
 post aliquid praeter res moueri debeat, quid am
 primo mouebitur? Non quidem diuina substantia
 prorsus immobilis. Neque etiam corporea uia qua
 motum ab alio mutuatur. Solum ergo quod ex se
 mobile est primo mouebitur, exercensque suum in se-
 ipso motum traducet in alia. Id enim ita praestat cor-
 poribus ut moueantur. sicut immobilis rerum princi-
 pium rebus praestat ut moueant. Animam uerò
 esse naturam per se mobilem patet ut in intrinsecis,
 quando suoapte natura liberè ratiocinando discurrit
 atque consulat quum extrinsecis. quantum sua praesentia
 praestat corpori ut per se quod at modo mouea-
 tur. Sed de his omnibus & praeterea quod si per ani-
 mas sphaerarum rotarum oporteat esse angelos a que
 deum in theologia abundè tractamus. Vbi uerò Pla-
 to animam appellat motionem generationemque,

intellige per modū causa, id est propriū motionis gene-
rationis, principiu. Et ubi ait a seipso moueri, esse a-
nima rationē. Nota ibiāē dici etiā rationem anima
esse quod possit mouere seipsam, ne actum motionis
intelligas esse animam sed potentiam non accidentia-
lem inquam. Nam & substantiam ibidem vocat ani-
mam. Sic ergo definit: Anima est substantia propria
habens potentiam, qua & moueatur ex se, & cetera
moueat. Quomodo verò res ex se mobilis rem
ab alia mobilē antecedit: sic animā dico rationalem
antecedere putat totā machinā corporalē, cū nullū
corpus valeat ex seipso moueri. Antecedere Plato-
nici aiunt, & dignitate simul & tempore. Siquis ve-
rò Platanem à Christianis minus dissentire velit: ex-
ponat animam nostram vel momento quodā tempo-
rū, vel saltem dignitate creatorisque intentione pra-
cedere. Ex eo aut quod anima substantia prior est sub-
stantia corporis, affectus quoque & motus, & dotes
familiares anima, concludit passionibus corporis esse
priorēs. Ubi numerat anima proprium, memēto qua-
actionem significant, esse anima nostra superioribus-
que communia. Quae verò passionem, propria nostra,
vel cum demonibus infimis tantum cōmunia. Na-
turalem tamen motum qui in corpore passio est, esse
in anima actionem. Et quod in corpore est longitudo,
latitudo, profunditas, qualitas, motus, id esse in anima
acumen, iudicium, memoriam, habitum & affectū.
Cetera eiusmodi habes in theologia distinctius. Dicit
& animā etiā esse malorū causam, scilicet per acci-
dens, & quia anima nostra liberum habet arbitriū.
Animam verò caelestē habere mentē, probat ex or-
dine quē in omni motu generationē, semper obser-
uat. Neq; ab re circuitū dixit proprium esse mentū.
In circuitu enim indiuisibile cētrem manet, dum cir-
cumferentia redit in idē, & in figura motūq; serua-
tur aequalitas: in mente similiter: simplex fixusque

ad ipsum verum directus manet intuitus, dum e-
 se in effectus per media explicantur, vicissim, effe-
 ctus similiter replicatur in causas. Redi-
 guntur enim animaduersio metu in seipsam consideranda. Et simili,
 equali, eodem, in intelligendo, volendo, agendo, intentione,
 regula, progressionem procedit. Caterum curiam Plato hic
 celestes tantum deos manente confirmat? Quonia supero-
 rum contemplatio est à legum materia admodum aliena, et
 celestes deos quod mouerant et proprijs mancipatur of-
 ficijs, satis admonet superiorē esse quarendum, qui et
 immotus ipse moueat ceteros, et communis dux, propria sin-
 gulis assignet officia. Quid plura? Manente supero-
 lestes animas diuinam esse mentem mentesque angelicas
 demonstrauit, ubi ait, celestem animam, utpote qua se-
 non habeat si in electum semper diuinam acceperit re-
 ctē cuncta perducere, prout apud deos recta felicitas
 habetur, aliis penitus aberrare. Ideo Plato ubi ab
 anima procedit ad mentem, quasi qui ab oculo ad su-
 perius ascendat lumen, veretur admodum ne caligare
 cogatur. Postquam verò deos esse monstrauit, illos pro-
 uideri demonstrat. In his notabit, à deo summo per sin-
 gula rerum genera speciesque diuine distributos esse
 rectores vel minimarum astionum passionumque curatores.
 Qui sicut per potentiam eius possunt, qui quod possunt, ita
 per providentiam ipsius vel minimorum procuratri-
 cem, minima quaque procurant. Notabit fidentius
 esse sensus et ut Plotinus Hermiasque disputant,
 visum proprie atque auditum, sed in alio quodam
 genere longēque præstantiore quam sensus anima-
 lium terrenorum. Notabit et animam humanam
 semper corpori esse coniunctam, assidue quidem athe-
 reo corpori, per successionem verò tum terrene, tum
 aere corpori. Item motum animam, quia primus est
 atque ex se, idēque liber posse in formas varias deri-
 uari: usque ad eum, ut anima aliā in habitum in se-
 rem homine, aliā in superiorē homine conuertatur.

Et illo quidem quasi quadam gravitate ad loca inferiora descendere: hoc autem cum levitate sublimia petere. Ex quo apparet conceptos ex proprijs moribus habitus cum divina voluntate lege concurrere. Sicut enim lex illa dicitur, bonis quidem animi caelestia, malis vero terrestria convenire: sic omnino nullo extrinsecus impellente, et quasi naturali quodam instinctu, et honorum habitus sponte superiora petunt, malorum vero ad inferiora labuntur. Post hac ostendit deum a pravis non posse muneribus injuste placari. Vbi considerabis deum diligentiorem esse humani generis curatorem, quam pastores ovium, gubernatores navium, ducis exercitus, agrorum rustici, equorum aurigae medici aegrotantium. Praeter ea omnia sub caelo plena malorum, perpetuumque circa animas bellum. in quo vitia deorsum trahunt: dii vero demonesque sursum. Considerabis vitas esse in deo virtutes, imò vitas: quarum scintilla quibusdam in anima inde succensit anima ad sublimia elevatur. Post vero proemia seu ceteri censura animaduertit in improbis neque solum nefarias actiones, sed impudenterque verborum, imò et cogitationes ipsas contra divinam dignitatem diligenter explorat: ac tres species impietatis in superioribus positus in sex deducit: videlicet in duo quavis partiendo. Tres enim illa in opinione contra deum facta consistunt. Potest autem una cum falsa opinione iniquitas quoque mirum concurrere: potest et tolerabilior aquirat.

POSY leges de eadē vulneribusq; & verberibus, communis lex illa Lex generalis de non
de omni vi sancitur, ut nemo ferat de non
tat asportetque rem alienam, aut auferenda
vicini re vlla utatur, nisi possidēti aliena re si-
antea permissa sit: hinc enim mala omnia quae ne venia do-
narravimus, dependunt, penduntq; iā, & in mini.

iniuriarū aliquot species & gradus commemorantur. posterum dependebunt. Reliquorum verò maximè sunt petulantium iuuenum contumeliæ atque iniuriæ, & tunc in res maximas quædo in facta cõmittuntur: præsertim cū in publica atque sancta, vel [tribulium inter ipsos] *Quia de sacrilegio supra dictum est transit ad apertum ludibrium & contemptum numini, cūque eiusmodi cõtemptus proveniat ex peruersa de dijs opinione ad eam amovendam & extirpandã ex animis hominum et contrariam ingenerandã lögum procemium præponit legi quam postea sancit ad coercendam eiusmodi impietate & cõceptum numinis.* speciatiim cõmunia, aut aliorū quorundã qui aliã quã eiusmodi cõmunionẽ inter se habent. Secundo verò loco habenda sunt, quando in sacra priuata atq; sepulchra. Tertio quæ [parètib; præter eas quæ superius iã à nobis commemoratæ sunt iniuriæ inferuntur.] Quartum contumeliæ iniuriæque genus est, quãdo quis contemptis magistratibus, rem illorum abducit, vel ea vitur, antequã illis persuaserit. Quintum cū ciuis alicuius ciuilis dignitas læditur vel offenditur, quod genus omnino vltionem postulat, atque his singulis cõmuniter prouidere lex debet. De sacrilegio quidem summam dictum est, quid fieri oporteat, si vi aut clam peragatur. De his autem quæ verbo vel opere in deorum contemptum aguntur, quomodo puniendæ sunt, deinceps procemio quodã proposito dicendum videtur. *b* Huiusmodi verò procemiu sit. Qui deos esse putat secundũ leges, nec facit vnquã spõte impiũ quicquã, nec loquitur. Faciunt autem, aut dicunt impiũ aliquid in deos, vel quia deos esse negãt, vel quia etsi putant esse deos, de rebus tamen humanis curare ipsos minimè arbitrantur: vel tertio quamuis & sint, & de hominibus curã habeant, facillè tamen placari eos votis & sacrificiis opinantur. *c. l.* Quid faciensus igitur? quid ad ipsos dicensus? *A. T.* Audiamus, o bone vir, prius quid in nostrum cõtemptum ioco quodã dicturos illos conicio. *c. l.* Quidnam dicent? *A. T. H. E. N.* Ita ferme nobis illudent.

O Atheniensis hospes, vósque Lacedæmonie atq; Gnosie, verè illud dicitis, quòd nostrum alii nequaquã esse deos, alii nihil nostra curare, alii muneribus facillè placari existiment. Quod igitur vos in omnibus legibus ferendis faciendum esse putavistis, hoc & nunc à vobis fieri volumus, vt scilicet ante legū minas sufficiētib. signis deos esse nobis persuadeatis, nec posse illos præterquã fas est, muneribus vllis moveri. Nunc enim hæc & similia quædã audientes prædicari quotidie ab iis qui excellere putentur, poetis, oratoribus, vatibus, sacerdotibus, aliisque permultis, ab iniuria quidem faciendã nõ remouemur: sed cum fecerimus, placare deos conamur. A vobis autem qui atroces nullo modo, sed mites legūlatores esse gloria-mini poscimus, vt persuasione prius adhibita, quòd dii sint, ita doceatis, vt etiam si nõ multò meliora quàm alii, veriõra tamen loquamini. Fortè nanq; vobis credemus. Quare si æquum quid postulamus moriem gerite. CL. Atque, ò amice, facile est veritatē hanc ostendere quòd dii sint. AT. Quo pacto? CLI. Primum quidē terra, sol, sidera, ipsūque vniuersum, temporum quoque ornatissima varietas, annis, mensibusque distincta id ostendunt, Græcorū præterea barbarorūque omnium cõsensus, deos esse fatentium. ATH. Timeo, ò beate vir, scelestos homines: timeo inquam, non erubesco, nec vereor, ne fortè vos contemnant. Vos enim corruptionis istorum causam ignoratis, & incontinentia voluptatum cupiditatūque tantummodo putatis ad impiam animos eorū vitam corruere. CL. Sed quænam præter ista, alia istorum causa hospes est? ATH. Quod vos ipse expertes penitus fugit. CLI. Quid hoc?

a Falsa de dijs opinio causa contempnis ipsorū in his tribus versatur quod quidam eorū stiment ipsos non esse aliq̃ eos humana non curare, aliq̃ ipsos muneribus facillè placari.

b Præua opinionis de dijs qua apud impios tum temporis vigebat, non solam incōscientiam suam se affirmat, sed ignorantiam qua sciam esse propriam.

A T H. Ignorantia quædam certe grauissima, quæ maxima videtur esse prudentia. C L. Quo pacto inquis? A T H. Feruntur apud nos sermone, partim metto, partim soluta oratione conscripti, qui apud vos propter disciplinæ ciuilibus excellentiam, ut audio, non reperiuntur. Quorum antiquissimi primâ cæli aliorumque naturâ deorum factâ fuisse affirmant, nec multum progressi deorum generationem constitutionemque inter se narrant. Quæ quoniam prisca sunt, quatum ad alia quidem siue rectè, siue non rectè se habeant, reprehendere non facile est, ad cultû tamen honorémque progenitorum, nec vtilia ipsa, nec vera esse fatebor. Prisca igitur dimittamus, deque illis, ut diis placet, dicamus: iuniorum verò sapientum verba sicubi mala hominibus afferat, accusemus. *profectò istorû verbis illud efficitur, ut cum ego & tu hæc ipsa signa esse, quod dii sint, asserimus, solémque ac lunâ, sidera & terram, quasi deos & res diuinas in medium adducimus tunc iuuenes ab istis sapientibus aliter persuasi, terram & lapides hæc esse dicant, nullamque humanarû rerum curâ habere posse: sed verbis tantum ornatis verisimiliter sermonem de istis esse digestû.* C L. Graue certè hospes, & periculosum sermonem habuisti, etiâ si solûmodo vnus fuisset. Nunc verò eò grauior & molestior est, quò plures sunt. A T H. Quid ergo dicere, quidque facere nos oportet? Vtrum quasi apud impios homines accusati simus, quòd falso deos esse legibus affirmauerimus, ad defensionem accingemur? An his dimissis ad legû tractationem iterû reuertemur, ne procerum legû nobis hoc excrescat in longû: cum oratio breuis futura non sit, si pronis ad impietatem homin-

Solem & lunam, sidera & terram non deos sed terram & lapides esse dicunt olim nuris contemptores.

minibus quæ requirunt, sufficienter ostendere
 voluerimus, atque etiã terrore illos à scelere,
 amouere, demũ verò quemadmodũ conuenit
 leges ferre? C. L. I. Sæpenumero in hoc breui
 tempore hospes à nobis dictũ est, breuitatẽ nõ
 esse prolixitati anteponeendam. Nihil enim
 m. vt dicitur, vrget. Quare ridiculum simul
 & prauum esset, si breuiora melioribus præfer-
 remus. Multũ enim conferet, si verissimi-
 latione sermo noster ostenderit quòd dii sint,
 & boni sint, iustitiãque multò magis quàm
 homines colant, quod ferè optimũ pulcherri-
 mũque legũ omniũ erit exordiũ. Quamobrẽ
 absque vlla molestia atque festinatione, pro vi-
 ribus nihil prætermittamus, quod ad hanc rem
 persuadendam pertineat. A. T. H. [Preces mihi
 videtur hæc tua oratio aduocare quandoqui-
 dem tanto studio hoc à nobis contendis: nec
 verò licet nobis amplius sermonem differre.]
 Verũ quomodo non commotus deos esse
 aliquis disserrat? præsertim cùm necesse sit, gra-
 uiter ferre, odissẽque eos, qui horum verborũ
 nobis causam præbuerunt. Hi certè à pueritia
 ad deos affirmandos eò maximè inducere a-
 nimũ potuerunt, quod dum lacte nutren-
 tur à nutricibus matribusque, multa de illis io-
 co & seriò dicta decantataque in orationibus
 audiebant, & in sacrificiis videbant consenta-
 nea quæque illis fieri, quæ suauissimè pueri &
 vident & audiunt, dum parentes eorũ summo
 studio pro se liberisq; sacrificare, orareq; sup-
 plices deos quasi quàm maximè dii sint, vide-
 rent: nec nõ quotidie in ortu & occasu solis ac
 luna Græcos & barbaros omnes tam in rebus
 aduersis quàm secundis conspicerent suppliciter
 adorare: atque ex hoc non suspitionem quòd

*2 Aduersus
 eos qui Deos
 esse negant
 vix quisquã
 nisi commotus
 possit dissere-
 re.*

dij non sint, afferre; sed testimoniū quòd sine
 absque controuersia perhibere. At verò qui
 hæc omnia, nulla ratione, vt mentis compos
 quilibet diceret, moti despiciant, propterea
 nos ad hæc dicenda compellunt, quo pacto
 eos nunc mansuetis verbis corrigetes & primū
 quòd dij sint docere possumus? Audeamus ti-
 men: nec enim decet [simul insanire illis qui-
 dem voluptatis quodam æstro percitis, nobis
 verò in illos ira exandescentibus.] Quapro-
 pter omni concitatione animi extincta proce-
 dimus ad eos qui ita mente corrupti sunt, ag-
 grediamur, & quasi ad vnum eorum ita ora-
 tionem mansuetè vertamus. O fili, iuuenis ad-
 hæc es: nec dubito, quin progressio temporis
 faciat, vt de multis aliter quàm nunc, sentias.
 Expecta igitur oro, vt tunc de rebus maximis
 iudices. Maximum autem est quod tu modo
 nihil arbitraris, vt rectè de diis sentientes be-
 nè viuamus. Verum si hoc in his permagnū
 tibi indicauero, minimè mēriar. Non tu solus,
 nec amici tui primi, hanc de diis opinionem
 habetis, sed aliqui semper, tum plures, tū pau-
 ciores hoc morbo laborant. Quod verò plu-
 rimis illorum contigit, tibi narrabo. Profectò
 nullus eorū ab adolescentia vsque ad senectā
 in hac opinione quòd dij non sint, perseuera-
 uit. Reliqui autem duo morbi quāuis non mul-
 tis, nonnulli tamen permanserunt: quòd dij
 sint quidē, sed de rebus humanis nihil curent.
 Vel quòd curent, sed facilè precibus sacrificiis
 que placentur. Tu igitur, si mihi credes, expe-
 ctabis, donec planè constent tibi pro viribus
 quid de his iudicandū sit. Vtque id assequaris,
 diligēter considerabis, siue sic, siue aliter se res
 habeat: & à cæteris omnibus, & à legumlatore
 maxi-

*a Blāda ora-
 tio qua inso-
 lentū iuue-
 num prauā
 de dijs, eorū
 que provide-
 tia & iusti-
 tia opinione
 reprimat &
 corrigat.*

maximè scisciaberis. Interea noli tam temerarius esse, vt impiè de diis sentias. Is enim qui tibi leges ponit, nunc & postea, quomodo ista se habeant, docere conabitur. CLIN. Optimè hucusque hospes, nobis est dictum. ATHEN. Prorsus est ita. O Megille, atque Clinia. Sed in mirabilem quendam sermonem nescientes incidimus. CLI. Quémnam? ATHEN. Qui à multis sapientissimus esse putatur. CLIN. Dic clarius. ATHEN. Res omnes nonnulli aiunt, quæ fiunt, quæ futurae, quæque factæ sunt, vel natura, vel fortuna, vel arte fieri. CLI. Et probè quidè. ATI. Certè non absurdum est viros sapientes probè dixisse. Quare sequamur ipsos: inquit amulque quidnam intellexerunt. CLI. Omnino. ATHEN. Maxima dicunt atque pulcherrima natura fortunamque fieri: Arte verò minora: eamque dicunt accepta à natura maiorumque primorumque operum generatione, fingere, fabricareque minora omnia, quæ artificiosa ab omnibus appellantur. CLI. Quomodo id ais? ATHEN. Sic planius dicam. Ignem, aquam, terram, aerem, omnia hæc non arte, sed natura & fortuna esse dicunt. Corpora etiam quæ post hæc sunt, rerum terrenarum solis, lunæ, stellarum omnium, ex istis anima prorsus carentibus, facta fuisse aiunt: fortunamque quod vnumquodque vis sua impulit, lata, singula singulis, frigida calidis, sicca humidis, mollia duris, & omnino contraria contrariis, duce fortuna conuenisse, ac necessariò contemperata fuisse. Hoc pacto cælum totum, & quæ in eo sunt omnia, animalia quoque, & plântas, & animalia tempora fuisse producta: non per intellectum, neque per deum aliquem, neque per artem, sed naturam vt diximus, atque fortuna. Ex quibus arte postea mortalè à mortalibus factam, posteriores

Comemoratur opinio philosopharum impia de qua in Gorgia pluribus & quam illi tradebant adolescentibus docentes eas cum omnia qua sunt Natura, fortuna vel arte esse dicere. Deos ac proinde iusta non esse naturam, sed tantum arte, hoc est instituto lege & pacto hominum.

Qua natura & fortuna conflare veteres Sophista soliti erant affirmare.

Qua arte conflare dixerint veteres sophista.

quasdam res genuisse, non penitus veritatis participes, sed simulachra quædam veris cognata, qualia pictura, musica, ceteræque artes his similes generant. Si quæ verò artes serui aliquid faciunt, eas esse quæ vim suam cum natura communicant, qualis est medicina, agricultura, gymnastica. Ciuilem præterea peritiam aiunt, parua quadam parte cum natura, magna verò cum arte concurrere: atque ita vniuersam legum positionem non cum natura, sed cum arte, cuius positiones veræ non sint, conuenire.

a Deos & iusta non esse natura, sed arte hoc est instituto duntaxat hominibus affirmabant veteres philosophi.

b Non minuatuntaxat & terrore, sed rationibus quarum magna in proprio copia est adducendi sunt homines ut credant Deos esse.

CLIN. Quonam pacto? ATH. Deos, ô beate vir, non natura, sed arte & legibus quibusdam constare volunt, eosque aliis aliis, prout singuli secum consentientes lege sanxerunt. Pulchra verò vel honesta, alia natura, alia lege consistere. Sed iusta natura minimè esse: imò verò homines de his semper inuicè disceptare, & noua quotidie constituere: & quæ nuper statuerunt, quatenus illis sic placet, eatenus esse iusta, non natura quidè sed arte & legibus stabilita. Hæc sunt, ô amici, quæ sapientes viri, tam poetæ, tùm scriptores aliis iunioribus tradiderunt, dicentes instam esse eam possessionem, quæ vi & victoria comparatur. Vnde iunioribus impietas innascitur, ut credant non esse deos quales credere leges iubent. Hinc etiã seditiones oriuntur, per quas ad eam homines vitam quam secundum naturam rectam trahuntur, qua ita viuant, ut ceteros vincant, nec secundum leges aliis seruiant. CLIN. O qualè hospitem narraſti, qualè que pestem iuuentum & publicè ciuitatibus, & priuatim domibus suis illatam! ATH. Vera narraſ, ô Clinia. Sed cum ita res se habeat, quid legulatori agendum censet? *b* An solam minari omnibus hominibus debet,

debet, eos omnino pœnas duros, nisi deos esse credât, talésq; opinentur, quales à legibus traduntur: de que honestis & iustis & maximis quibûsque rebus, ac de virtute & prauitate, ita omnino arbitrentur & agant, vt legûlator præscripserit. Si igitur non paruerint, alios mortis supplicio, alios plagis & vinculis, alios dedecore, alios exilio, egestatêque puniendos. Itane minabitur quidem tantum legumlator, vt autem in legumlatione persuasioné minis adiungat, qua mitiget, nihil curabit? **C L I N.** Minimè hospes, sed si qua in huiusmodi rebus vel modica persuasio inueniri potest, non debet legumlator qui modò alicuius pretij sit, labore inde deterreri, sed quàm maximo, vt dicitur, clamore potest, prisca legi auxilium ferre, rationibûsque ostendere quòd dii sunt, & quæcunque ipse paulò antè dicebat: atque ipsi legi & arti ita suffragari, vt vel natura, vel non minus quàm natura constare affirmer, cum mentis ipsius proles sunt, vt recta ratio monstrat, quam tu modò dicere mihi videris, & ego credo. **A T H E N.** O pròptissimi animi Clinia! nōne arduū est, ea rationibus prosequi, quæ ita per omnes diuulgata sunt ipsæque proluxa sunt, nec breuitatē patiuntur? **C L I.** Quid hospes? cum tã multa de ebrietate & musica dicerentur, eã prolixitatē æquo animo tulimus: de diis verò talibûsque rebus plura dicentē non auscultabimus? Enimverò legumlationi prudenter disposita magnū hinc patrocinium est futurum, cum legum mandata literis tradita quæ in omne tempus sui examinandi copiâ & potestatē faciunt sic penitus quiescant. Quare terreri non debemus, si auditu ardua principio sunt, quæ vel tardi ingenij

homines sæpius reperendo animaduertere poterunt. Hæc igitur licet prolixa, si modò utilia sunt, non videntur abiicienda. Nec piû est hos sermones pro viribus non defendere. **MEGIL.** Optimè mihi hospes, Clinia loqui videtur. **ΑΤΗΝ.** Et maxime quidè, ô Megille, quare faciendum est, ut dicit. Profectò nisi sermones isti inter omnes, ut ita dixerim, homines vulgati essent, nihil opus esset, deos esse rationib. demonstrare. Nunc verò necesse est. Cùm igitur maximæ leges ab improbis hominibus corumpantur, cuiusnā magis quàm legumlatoris officium est, auxiliū ferre? **CLIN.** Nullius ceterè. **ΑΤΗΝ.** Verum dic mihi Clinia & tu participem enim te sermonis huius esse oportet.

¶ Falsus veterum physicorū de reb. naturalibus sententia, & corpora prius genita esse quàm Animā affirmarint, causam fuisse prauam & impiam de dijs eorū pro uidentia & iustitia opinionū, qua percrebuit apud profanos & impios homines, ostēdit.

Nōne qui hæc dicit, ignem, terrā, aquam, & aerē, prima omnium putare videtur, atque hæc eadem naturam vocare, & ex his posteriorem animā arbitrari? Imò non videretur solū, sed ista, nobis oratione sua verè significat. **CLIN.** Ita prorsus. **ΑΤΗΝ.** Num igitur per Iouē, quasi fontem quendam inuenimus stulte illorum opinionis [nempe quotquot quæstiones rerū naturalium attingerunt?] Considera obsecro, & rationem omnē scrutare. [Non enim parui id refert, si appareat eos impios sermones in medium attulisse atque aliis similibus occasionē & principium dedisse, nec vera sed falsa & erronea elocutos esse.] Mihi igitur de his ita videtur. **CLIN.** Probè dicis, sed coneris ista ostēdere. **ΑΤΗΝ.** At videbor sermonibus uti non consuētis. **CLIN.** Ne verearis, hospes. Intellego enim quòd putasti longè te à proposito ferendarū legū abire, si disputationē hanc ingrediamur. Verūm si non aliter cōvincere possumus rectè se habere quæ de dijs secundū legē modò

dō dicuntur, dicendū est omnino. ATH. Dicā
 iam nouā hanc penē inauditāque rationem.
 Quod generationis corruptionisque omnium
 prima causa est, non primū, sed posterius factū
 illi sermones affirmarunt, qui animos impios
 effecerunt. Quod verō posterius, id prius. Qua
 te veram decorum substantiā ignorarunt. CLI.
 Nondum intelligo. ATHEN. Qualis anima
 sit, & quā habeat vim, omnes fermē ignorasse
 videntur, tum quō ad alia, tum quō ad eius
 generationem, quōd ante omnia corpora nata
 sit, & transmutationis decorisque corporum
 ipsa sit maximē omnium princeps. Si hæc ita
 sint, nōne quæ animæ ipsius propria sunt,
 necessariō priora his erunt, quæ ad corpus per
 tinent, cum ipsa corpore sit antiquior? CLI.
 Necesse est. ATHEN. Ergo opinio, cura, intelle-
 ctus, & ars, & lex, duris & mollibus, grauibus
 atque leuib. priora sunt. Quate ingentia & pri-
 ma opera, operationesque ipsæ artis in primis
 erūt, quæ verō natura sunt, & natura ipsa, quā
 non rectē sic appellant, posterius sunt, & artē
 intellectūmq; sequuntur. CLI. Cur? ATH. Nō
 rectē naturā generationem circa prima dicere
 volunt, primāque ponunt corpora. Si autem
 non ignis, nec aer, sed anima primō esse vi-
 debitur, anima ipsa corpore antiquior rectis-
 simē affirmabitur & hæc ipsa ita natura con-
 stare, si animam corporibus antiquiorem esse
 conspicerit: aliter verō nequaquam. CLI.
 Vera loqueris. ATHEN. Num deinceps ad hæc
 ita pergemus? CLI. Ita prorsus. ATHEN.
 Rationem cauillatoriam fallacēque fugia-
 mus, ne si fortē iuuenilis ipsa nos senes fefel-
 lerit, ridiculos reddat, videamurque magna
 aggressi, ne parua quidem coniecti fuisse,

*a Anima
 prior est om-
 nib. corpori-
 bus, & orna-
 tus & dispo-
 sitionis ipso-
 rū causa est,
 & ut Ani-
 ma prior est
 omnib. corpo-
 rib. ita Ani-
 ma propria
 priora sunt
 proprijs &
 attributis
 corporum.*

Considerate itaque si amnem profundum rapidumque tres ipsi transire vellemus, & ego iunior vobis, fluctusque magis expertus dicerem, periculum me primum vobis in tuto relictis facere oportere, vitum transiri fluuius à vobis senioribus possit, an non, & postea facto periculo aut adhortari vos ad transitum, aut si transiri non possit, me solum periculum subiisse, modeste loqui viderer. Non aliter modò cum ratio profundior adenda sit, fermeque vestris vitibus non accessibilis, ne vestiginè tenebrarumque vobis faciat ad eas vos quæstiones deducens, quibus consueti non estis, atque hoc pacto dedecore tristitiarumque afficiat, periculum in me primo ita faciendum censeo, ut & meipsum interrogem, mihi ipsi respondeam, & hoc pacto vobis in tuto audientibus, totam hanc de anima disputationem pertransiam, quæ prior esse corpore ostendatur. CLIN. Optime hospes loqui videris, facitòque, ut dicis. ATH. Age igitur modò magis quam unquam deum omni studio inuocemus, cum deos esse diligenter demonstrare conemur, rationemque ingrediamur, rudentibus tutissime tenens. In hac autem disputatione, interrogationibus huiusmodi sic securissime respondere videor, si quis roget, O hospes stantne omnia, nihilque mouetur: an contra, stat nihil, cuncta mouentur, vel aliqua mouentur, aliqua permanent? Huic ^b utique respondebo stare alia alia verò moueri. Nonne in aliquo loco stant & mouentur? Quis dicit? Nonnulla in vna sede id faciunt nonnulla in pluribus. Et anedicis quæ stantium in medio vites capiunt, in vno moueri: quæ admodum circuli stare dicuntur, licet circumferentia eorum vertatur? Ita prorsus. Intellegimus autem quod in hac circumferentia, cum

a Aggredi-
tur demonstrare
Animam
priorem esse
corporibus.

b Prima hypoth.
Entium
quodam stant
quodam mouentur.

c 2. hypoth.
Eorum quæ
mouentur,
quodam
mouentur in
vno loco,
quodam in
pluribus.

eom huiusmodi motus maximum simul mini-
 mumque circulū circundat secundā propor-
 tionē, seipsum maioribus minoribūque disper-
 tit: & ipse quoque proportione seruata ma-
 ior est & minor. Propterea cunctorum factus
 est fons mirabiliū. Vnā enim cum magnis par-
 uisque circulis velocitates tarditatesque con-
 uenientes ita transigit, vt incredibile quiddam
 peragere videatur. Vera narras. ^a In multis ve-
 rō moueri, dicere mihi videris, quæcunque ex
 alio in alium semper transeunt locum: & nō
 nunquam alicuius centri vnus obtinent ba-
 sim nonnunquā plura, eō quod circunuoluan-
 tur: & cum singula sibi inuicem passim occur-
 rant, si stantibus resistentibūque obuia fiunt,
 scinduntur: si verō contrā latis, vnū facta tam
 hæc quā ipsorum intermedia coniungun-
 tur atque condensantur. Fateor vtrique hæc
 se habere, vt tu ais. Atqui coniuncta den-
 sataque augentur: diiuncta verō rarefactaque
 minuentur: quando prior singulorū habitus
 permanet: quando verō non permanet, pro-
 pter vtrāque corruptio sequitur. Fit igitur o-
 mnium generatio, quando passio quædam sit:
 eum videlicet principium capto incremento ad
 secundam perueniat translationē, & ab hac in
 proximā: eumque ad tres vsque peruenit, in sen-
 tientibus sensum habuerit. Hæc ergo transmu-
 tatione atque trāstione quodlibet gignitur:
 Verè autē est, quando permanet. Quod si in a-
 lium habitum permutatum sit, iam penitus
 est corruptum. Species motuum omnes præ-
 ter duas: o amici, iam diximus. CL I. Quas illas!
 ATH. Illos, o bone vir, motus nondum dixi-
 mus, quorū penè gratia tota hæc consideratio
 est. CLIN. Dic planius. ATH. Animæ gratia

Quamoxime. ATHE. si ergo alter motus, quo quid
 videtur vel ab alia duntaxat mouetur, vel ab alio motu aliud mouet, vel seipsa mouent: harum verò triū motuum prima & à qua alia dua pendens est ea qua quidpiam seipsū mouet.

alia semper mouere potest quidē, seipsum, verò non potest. Alter, quo quid & seipsum semper & alia potest mouere coniungendo, disiungendo, augendo & contrà: generando præterea & corrumpendo. Qui motus à cæteris omnibus est distinctus. CLI. Sint vt vis. ATH. Nonne motū illum nonnum ponemus: quo aliquid ab alio mouetur, & alia mouet? Decimum verò collocabimus illum quo & se mouet & alia: qui certè omnibus actionibus & passionibus se accommodat, rerūque omnium quæcunque sint, reuera motus & transmutatio nuncupatur? CLI. Ita profus. ATH. Quem potissimū ex decem motibus cæteris omnibus tanquā robustissimū & efficacissimū præponemus? CLI. Necessè est eum quo quid & se & alia mouere potest, longissimo intervallo præcedere, cæteros autè omnes esse longè posteriores. ATHEN. Probè dicis. Sed vnum vel duo non rectè locata, aliter ponenda sunt. CLIN. Quanam? ATHE. Quod de motu decimo diximus, nō rectè est dictū. CL. Quare? ATHE. Quia qui decimo enumeratus est, tam generatione, quàm robore secundum rationem primus est. Secundus verò, quem nono absurdè loco enumerauimus. CLIN. Quomodo hæc dicis? ATHE. Sic. quando aliud ab alio mouetur, sedque rursus semper ab alio, eritne in talibus aliquid quod primò mouetur? At quomodo id cū ab aliquo moueant, eorum que mouentur, primum erit? Certè impossibile id est. Sed quando aliquid seipsam mouens, aliud quoque mouebit: illudque aliud, & sic deinceps plura mouebuntur:

an aliud totius motus principium erit, quam mutatio eius quod seipsum mouit? **CLI.** Egrege dictū id & concedendū est. **ATH.** Præterea sic nos ipsos interrogemus, & ipsi nobis respondeamus. ^a Si quouis modo vniuersa simul fierent, vt plurimi talium audent dicere, quem motum potissimum ex omnibus primum in ipsis fieri asseremus? **CLI.** Eum profectō quo quid seipsum mouet: Motus enim dependens ab alio, non prius decideret, quam aliunde ipsis incidere permutatio. **ATH.** Quapropter initium omnium motionum primumque motum, qui & in stantibus factus sit, & in his que mouentur modō insit, illum fateri necesse est, quo quid seipsum mouet: & hanc esse antiquissimam omnium potentissimamque mutationem: secundam verō illam, qua quid ab alio mutatur, & alia mouet. **CLIN.** Verissimè dicis. **ATHEN.** Postquam hucusque disputando deuenimus, hoc quoque respondeamus. **CLIN.** Quidnam? **ATHEN.** Si primum motū in terreno vel aquatico vel igneo corpore, siue simplici seu mixto viderimus, quam inesse ipsi passionem dicimus? **CLIN.** Nunquid cogas, si viuere ipsum, dicendū sit, quod à seipso mouetur? **ATHEN.** Id ipsum. **CLIN.** Viue-
re certe. **ATHEN.** Quid verō cum animam esse in aliquo viderimus, num ob aliud viuere ipsum quam ob hoc putabimus? **CLIN.** Ob hoc ipsum. **ATHEN.** Attende per Ionē obiecto: nunquid velis tria in re qualibet intelligere. **CLIN.** Quo pacto? **ATHEN.** Vnū substantiam ipsam. Vnum substantiæ rationem. Vnū quoque nomen ipsum. Interrogationes etiam de omni re duas esse? **CLIN.** Quomodo duas? **ATHENIENSIS.** Quod videlicet nonnū-

^a Etiam si omnia fieri videntur quidam Physicorum volebant non aliunde rebus accidere hac consistētia quam ab eo a quo prius mouebatur.

^b Moueri à seipso, viuere, & Animā esse, hæc tria se inuicem consequuntur.

quâ nomine nobis proposito, rationem ipsam
quæramus: non nunquã rationẽ assecuti, nonẽ
iã inuestigemus. Sed volumusne hoc iterũ di-
cere? CL. Quidnã? ATH. Bipertita distinctio, &
in aliis, & in numero hoc reperitur. Et in nu-
mero sic diuiso, nomẽ quidẽ, par est: Ratio au-
tẽ numerus in duo equalia diuisibilis. CL. Cer-
tẽ. ATH. Tale aliquid dico. *Nõne idẽ in vtroq;

*Ratio essen-
tia. hoc est,
definitio &
nomen vnũ
& idem si-
gnificant.

b Anima de-
finitio. Id
quod seipsũ
potest moue-
re.

* Ex superio-
ribus hypo-
thesib. rectẽ
colligitur A-
nimã prius
esse corpori-
bus omnib.
ac proinde
propria at-
tributa siue
actiones A-
nimæ prio-
res esse at-
tributis &
actionib. cor-
porum.

siue rationem interrogati, nomen reddamus?
quandoquidẽ vnã eandẽque rem nomine
quidem parẽ, ratione verò numerũ in duo æ-
qualia diuisibilem appellamus. CLIN. Idem
omnino. ATHE. Rei verò illius cui nomen est

anima, quænam ratio est? Num habemus aliam
rationem, præter eam quam modò diximus,
quòd ipsa possit seipsam mouere? CL. A sei-
ipso moueri asseris rationem esse illius sub-
stantiæ. quam nomine omnes animam appel-
lamus? ATH. Assero equidem Quòd si ita est

an adhuc desideramus sufficientius demonstrari,
idẽ esse animã, & primam generationem ac
motam retũ quæ sunt, quæ fuerunt, quæque fu-
tura sunt, omniumq; rursus istis contrariorũ?

quandoquidem transmutationis motusq; om-
nis omnibus causa esse apparuit. CL. Mini-
mẽ. Nã sufficientissimẽ monstratũ est, animã
omnib. antiquiorẽ esse, cùm motus principũ
sit. ATH. Nõne igitur motus qui ab alio in a-
lio fit: quòve nihil vnquã seipsam mouet, secũ-
dus est, & quoto quis velit numerorũ inter-
uallo superiori motui postponendus? siquidẽ
corporis verè inanimati mutatio est. CLIN.

Probẽ. ATH. *Rectẽ igitur & propriẽ, verẽque
& absolutẽ diximus, prius corpore, animã fa-
ctam fuisse, corpus verò posterius atque se-
cundò

cundò, animæ secundum naturam dominantæ
 subiectum. CLI. Verissima hæc sunt. ATHE.
 Recordamur nos in superioribus concessisse
 si antiquior corpore anima declaratur, illa e-
 tiam quæ animæ competunt, iis quæ corporis
 propria sunt, priora esse simul declarari? CL.
 Maxime. ATH.^a Affectus ergo, mores, volunta-
 tes, cogitationes, veræ opiniones, curæ, ire
 moriæ, omnia hæc^b longitudine corporum,
 latitudine, profunditate, robore, prius
 sunt, sicut & anima, corpore. CLIN. Necesse
 est. ATH. Num etiam concedere cogimur bo-
 norum & malorum, honestorum & turpium,
 iustorum & iniustorum, cæterotumque con-
 trariorum causam esse? siquidem causam om-
 nium ipsam asserimus. CLI. Cur non? ATH. A-
 nimâ cuncta gubernatam, & in omnibus quæ
 mouentur habitantem, nonne & cælum gu-
 bernare necessariò confitebimur? CLI. Omni-
 no. ATHE. Vnâ plures? M. E. G. Plures certè vt e-
 go pro vobis respondeã. ATH. Nec pauciores
 quam duas ponere debemus, vnâ beneficam,
 contrariã alteram. CLI. Rectè admodù. ATH.
 Vniuersa ergo quæ in cælo sunt, quæ in terra,
 quæ in mari, suis motib. anima ducit: quib. no-
 mina sunt, velle considerare, curare, cõsultare,
 rectè & non rectè opinari, latari, dolere, aude-
 re, metuere, odisse, diligere: & cæteris præterea
 motib. omnibus, qui horum affines primique
 sunt, qui & secundos corporû motus suscipien-
 tes, omnia in augmentum, decrementumq; per-
 ducunt concretionem, vel condensationem,
 & discretionem, vel rarefactionem: & in
 ea quæ ista sequuntur, caliditates, frigidita-
 tes, grauitates, leuitates, durum, molles, album,
 nigrum, austerum, dulce, amarum: & denique

*a Propria A-
 nima qua.
 b Propria qd
 corporu qua*

*c Motus A-
 nima quos
 enumerat cõ
 iunctos esse
 posse cõ pri-
 dentia vel
 insipientia
 concedit vs
 inde efficiat
 Anima qua
 vniuersum
 hoc disposuit
 & rogat. mo-
 tus enim sum-
 ma sapientia
 conuincit
 esse.*

omnibus, quibus anima vsa si intellectū quoque siemper diuinū acceperit: rectē cuncta, deacum sit, recta feliciāq; perducit: sin verò amētia coniuncta fuerit, omnia his cōtraria facit. Damūsne ista sic se habere? an adhuc ambigui sumus? CLIN. Nullo modo ambigimus.

ATH. Vtrum ergo animæ genus, cœlū terrā, totūmq; orbē regere arbitramur, quod mēte virtutēq; referri est? an quod caret vtrisque virtute, ut ita respondeamus? CLIN. Quo pacto?

*a Ex superior
vi conclusio-
ne hac alia
necitur. A-
nimam seu
Mentē qua
Mundum re-
gat optimā
esse & nullo
modo malā
sue illa si
vna siue plu-
res, neque e-
nim illud
adhuc proba-
tum est.*

ATH. Ita dicamus: o mirifice vir, si vniuersus cœli circuitus, & omnium quæ in eo sunt, progressio, mentis motui & circūlationi, & rationi similē habet naturā, & simili quadā ratione peragitur, constat optimā animam totius mundi curā habere concedendū esse, vnde tali ratione circumuoluatur. CLIN. Rectē. ATH.

Sin verò furiosē & sine ordine mouetur, malam. CLIN. Hæc quoque rectē. ATH. Quam igitur mentis motus naturā habet? Sed ad hanc quæstionē, o amici, prudenter respondere difficile est. Quare par est, ut ego vobiscū respondeā. CLIN. Probe loqueris. ATH. Cauere itaq; debemus, ne quasi ex opposito ad solem conuersi, & in meridie noctē agentes, perinde respondeamus; ac si mortalibus oculis mens sufficienter conspici cognoscique possit. Tutius enim videbimus, si ad imaginē eius respiciamus. CLIN. Quo pacto dicis? ATH.

*b Mētē qua
Mundum re-
gis motus
circulari mo-
di simili.*

b Videamus cui potissimū decem illarū agitationū similis sit intellectus, ut tanquā imagine hac utamur. Eā ego in memoriā vobis reducā & pro omnibus respondebo. CLIN. Optimē. ATH. Meminisse oportet & illadā nobis in superioribus esse dictum, omnium quæ sunt, alia stare alia verò moueri. CLIN. Sic dictum fuit. ATH.

Quinetiam eorum quæ mouentur, nonnulla vno in loco, nonnulla in plurib. agitari. CL I. Hoc quoque. ATHEN. Motus autè qui semper in vno fit, necessariò circa medium aliquod agitur, & circuli torno confecti similis est: ideò que mentis circuitù pro viribus imitatur. CL.

Quomodo id dicis? ATH. Per eadem certè, eodem modo, in eodem, circa eadem, ad eadè, vna ratione, & ordine vno ferri vtraque aſſerito. Nempe si dicamus mentè motùmq; qui in vno fit, spheræ torno confectæ lationibus similes: nunquã rudes bonarù imaginum opifices erimus. CLIN. Rectè admodum. ATHEN.

Contra ergo motus qui nunquam similiter, nec per eadem, nec in eodem, neque circa eadem, neque ad eadem, neque in vno fertur, nec ordine, nec ornatu rationè que aliqua omni profectò amentia cognatus est. CLIN. Procul dubio. ATHEN. Iam ergo apertè possumus clare, cum ab anima cuncta circunducantur, necessariù esse cæli circuitù à procurante exornantè que anima circunduci siue optima illa quidè, siue cõtraria. CLIN. At hospes ex dictis iam apparuit, nefas esse aliter dicere, quã ab anima omni virtute referta, siue vna, seu pluribus hæc omnia circumagi. ATH. Optimè tu Clinia citòq; hæc intellexisti, sed illud adde. CLIN.

Quidnam? ATH. Si solè, lunã, ceterã que sidera anima ducit cuncta, nõnne singula quoque? CL. Quidnam? ATH. De vno igitur verba faciamus, que astris omnibus possunt accommodari.

CLIN. De quò? ATH. Solis quidem corpus omnes homines vident, animam nemo, nec etiam alterius animalium corporis, nec viui, nec mortui. Idq; genus cum nullo corporis sensu percipiatur, sola mète comprehenditur.

*a Mētū Mō
dum regenti
tis motus de
scriptio.*

*b Anima
nullo sensu,
sed intelle-
ctu solo per-
cipit.*

*a Singula a-
stra Anima
tia esse & u-
numquodq;
a propria
Anima mo-
ueri, Solis e-
xemplo, ap-
ret.*

*Tres mo-
di proponit
quorum ali-
quo verifi-
cabile est u-
numquodq;
Syderis a sua
Anima mo-
ueri: vel e-
nim Anima
credenda est
in se Syderis
quomodo in
nobis inest
Anima no-
stra vel ex-
trinsicum a-
mista ali-
quo corpore
igneo vel aë-
reo corpore*

*suo corpore Syderis trudit & pellit vel nuda corpore hanc
facultatem habet ut Syderis cui assistit corpus agat & impel-
lat. c. Iam & illud comit & probat Mentem qua unumquod-
que Syderis moueat, Deum esse. d. Ex superioribus iam necessa-
rio concludit Deus esse.*

Quare & nos de ipso, hoc sola intelligentia ca-
piamus. CLIN. Quidnam? ATHEN. Cum so-
lem anima moueat, si trium modorum aliquo
ab ea fieri hoc asserimus, fortasse non aber-
tabimus. CLI. Quos dicis modos? ATHEN.
Quod vel intus in hoc rotundo corpore inest
& quò liber ipsum transfert, quemadmodum
nos anima nostra quò liber ducit. Vel ipsa fo-
ris quidem est, & corpus aliquod ignis vel æ-
ris nacta, ut quidam aiunt, per vim corpus cor-
pore pellit. Vel tertio, quamuis ipsa nuda cor-
pore sit, quia tamen alia vires supra modum
mirabiles habet, facile ducit. CLI. Certè uno
istorum modorum ab anima agitari cuncta
necesse est. ATH. Præstat autem, ut siue
curru quodam intrinsicè teneat corpus il-
lud eius anima, lumènque ita cunctis effan-
dat, siue foris sit, seu quomocunque quis
excogitet, e deum esse ipsam omnes arbitre-
mur. An aliter? CLIN. Ita certè, nisi quis ex-
trema dementia teneatur. ATHEN. De vniuer-
sis præterea stellis & luna, annis, mensibus, cū
ceterisq; temporibus, qui aliud quàm hoc ipsum
dicemus? Quoniam anima & animarum omnibus
virtutibus prædita horum omnium causæ de-
monstrata sunt, deos esse eas affirmabimus:
siue in corporibus sint, & tanquam anima-
lia quædam cælum totum exornent. siue quo-
modocunque aliter agere id dicantur. CLI. O-
mnino. ATHEN. d. Ita ergo istis concessis, po-

teritne aliquis negare plena deorum omnia esse? c. l. Nullus adeo mente captus est hospes.

A. T. H. Ei ergo qui deos esse negat, positus terminis, o Clinia, & Megille, sermonem iam relinquamus. c. l. Quos terminos imponemus?

A. T. H. Ut vel doceat nos non recte opinari, cum animam generationem primam omnium dicimus: ceteraque a nobis consequenter dicta, vera non esse. Vel si nihil melius quam nos dicere potest, nobis credat: & ita in posterum viuat, ut de diis non ambigat. Verum consideremus nunc utrum sufficienter deos esse aduersus negantes ostendimus, an non. c. l. Sufficienter dictum est hospes.

A. T. H. E. N. Disputatio igitur aduersus istos, finem habeat. Sed ille iam, qui quamuis deos esse dicat, curam tamen humanarum rerum negat habere, sic a nobis est persuadendus. O vir eximie, dicamus, natura quaedam diuinitati cognata ad te ubi coniunctam affirmandam colendamque ducit: quando deos esse asseris. Sed improborum iniustorumque hominum publice priuatumque successus, qui licet reuera felices non sint, vulgo tamen felices habentur, & carminibus frequenter ceterisque sermonibus extolluntur, temere ad impietatem te precipitem agunt: aut etiam cum scelestos homines videas ad senium usque ita deuenire, ut filios atque nepotes in maximis relinquunt honoribus, valde turbaris. Audisti fortassis, aut etiam ipse vidisti nonnullos, quamuis iniuste & impie multa gesserint, propter ipsa tamen scelera ex re parua in magnam, & ex infimo gradu ad tyrannidem peruenisse. Propterea cum deos harum rerum autores esse propter ipsam cum illis coniunctionem inculcare, &

Transit ad probandum deos humanarum rerum curam habere.

Præcipuas rationes commemorat, quæ homines inducere solent, ut existiment Deum res humanas non curare.

aduersus eos peccare nolis, nonnulla ductus
absurditate, cum diis ipsis succensere non pos-
sis, huc tandem delapsus es, ut licet deos esse
arbitreris, humanas tamen res ab illis negligi
credas. Ne igitur hæc opinio ad grauiorem re-
trudat impietatis morbum, remedium pro vi-
ribus opinionem hanc refutantes, adhibea-
mus. Quocirca sequentem disputationem cum
precedente illa ratione iungemus, qua aduer-
sus eos etiam qui deos esse negabant, vsi su-
mus. Tu verò Clinia & Megille, pro adolescé-
te, ut fecistis hætenus, respondete. Atque ego
si arduum quid inciderit, vos suscipiens, ve
nunc feci, trans fluuium ducam. *CL.* Rectè
dicis, & ita facito: nos quoque pro viribus
faciemus. *ATHEN.*

*a Deos res
minimas nõ
minus cura-
re quã maxi-
mas proban-
dũ suscipi-
sur assum-
ptis sequen-
tibus hypo-
thesibus.*

*b Prima hy-
pothesis cũ
in Deo oēs
insunt vir-
tutes, nullũ
vitiũ, in eo
etiam nulla
erit socordia
aut negligẽ-
tia.*

le demonstrare, deos non minus minimatum
rerum quã maximatum curam habere præ-
sertim cum paulò antè dictum fuerit, eos o-
mni virtute refectos, providentiam orantium
sibi propriam vindicare. *CL.* Et maximè qui-
dem. *ATHEN.* Quod sequitur, communiter in-
uestigemus: quæ sit virtus eorum qua boni
esse conceduntur. *b* Age, nõnne temperatum
esse, mentemque habere, virtuti dantur, &
contraria vitio? *CL.* Certè. *ATHEN.* Quid
porrò? Nõnne fortitudo virtuti etiam datur,
timiditas vitio? *CL.* Valdè. *ATHEN.* Et horum
alia turpia, alia honesta dicuntur? *CL.* Necessè
est. *ATH.* Et quæ in his vitia sunt, nobis qui-
dem inesse posse: deos verò eorum partici-
pes nullo modo dicemus? *CL.* Hæc etiam
quiuis concederet. *ATH.* Nunquid negligẽ-
tiam, delitias, otium, animi virtutem putabi-
mus? An aliter? *CL.* At quomodo? *ATH.* Num
contrà. *CL.* Ita sanè. *ATH.* Horum ergo
con-

constataria in contrarium. CLIN. Sic utique. ^{a 2 hypoth.}
 ATH. Qui delitiis, negligentia, otioque dedi- ^{Qui operis}
 tus est, quem Hesiodus ignavis maximè fucis ^{sua vel eius}
 similem dicit, nonne odio nobis habetur? CL. ^{cuius curam}
 Rectissimè profectò poeta ille cecinit. ATH. ^{habet, mini-}
 Non ergo dicendus deus eos mores habere, ^{ma negligit,}
 quos odit, nec permittendus est vllus ita dice- ^{ut facit: vel}
 re? CL. Nullo modo. ATH. An ille, quem ope- ^{quia nihil}
 ris alicuius effectio & cura maximè pertinet, ^{interesse pu-}
 magna in eo opere curabit, parua contemnet? ^{t: & totius, ut}
 Quomodo si hanc opinionem laudauerimus, ^{parua curen-}
 non errauimus? Sed ita istud consideremus. ^{tur, vel quæ}
 Nōne siue homo siue deus, duabus de cau- ^{etiam si pu-}
 sis negligit? CL. Quibus? ATH. Vel quia nihil ^{ter interesse}
 interelle totius putat si parua negliguntur: vel ^{pra pigritia}
 quia licet interessè opinetur, pigritia tamen ^{& mollitio}
 mollitièque detentus negligit. Aliter enim ^{negligit.}
 negligentia non contingit. Nam quando quis ^{b 3 hypoth.}
 non potest omnium curam gerere magnorū ^{Deos omnia}
 paruarūque, atque idè imbecillitate impe- ^{scire, videre}
 ditus non curat, negligentia tunc in eo esse ^{& audire, o-}
 non dicitur, siue homo quidam sit impotens, ^{mnia posses-}
 siue deus aliquis non posse fingatur. CL. Non ^{tum bonos i-}
 certè. ATH. Sed nunc illi duo tribus nobis ^{mo optimos}
 respondeant, qui licet deos esse concedant, al- ^{esse, quod &}
 ter tamen facilè placabiles, alter in rebus par- ^{antea demō-}
 uis negligentes putat, primūque sic interro- ^{stratum est:}
 gentur. Ambo deos asseritis scire, videre, au- ^{ex hac hypo-}
 direque omnia, nihilque ipsos effugere posse ^{thasi effici-}
 eorum quæ aut sensu aut intellectu percipiū- ^{tur Deos mi-}
 tur? hæc ne ita se habere dicitis? an aliter? CL. ^{nimè negli-}
 Sic. ATH. Deinde omnia eos posse quæcun- ^{gentia ali-}
 que mortales immortalèsve possunt? CLIN. ^{qua aut mol-}
 Absque dubio ita esse concedent. ATH. Bo- ^{litie verum}
 nos etiam, imò optimos esse nos quinque cō- ^{minimarum}
 fessi sumus. CL. Omnino. ATH. Nulla ergo ^{curā omis-}
 sere.

pigritia: nulla mollitie capi eos possibile: quando quidem tales sunt: quales esse consensimus. Nam à timiditate in nobis otium nascitur: pigritia verò ab otio atque mollitie. CL. Vera loqueris. ATH. Nullus ergo deorum otio pigritiæque corruptus quicquam negligit. Nullius enim timiditatis deus est particeps. CL. Probè. AT. Ergo relinquitur si paruas paucasque in vniuerso res negligunt, aut quia contemnenda illa esse sciunt, aut quidnam aliud reliquum est, quàm huius contrarium, quod mirum illa non esse contemnenda sciunt? CL. Nihil penitus. ATH. Vtrum ergo, ó vitæ eximie, te dicere affirmabimus? an quod propter ignorantiam, cum providere debeant, non provideant? an sicut improbos homines dicimus meliora quidem videre, sed voluptate aut dolore fractos deteriora sequi sic deos quamuis sciant providendum esse, similiter non providere? CL. Quomodo id fieri potest? ATH. Præterea res humanæ, & viventis naturæ participes sunt: & homo ipse præ cæteris animalibus dei cultor diligentissimus est. CL. Apparet. ATH. Quinetiam mortalia cuncta viventia à diis fieri possiderique, quemadmodum & cælum vniuersum, dicimus. CL. Proculdubio. ATH. b lam ergo seu parua hæc, siue magna quis dixerit diis esse, nullo modo cum providentissimi atque optimi sint, negligenda sibi sua possessio est. sed istud præterea consideremus. CL. Quidnam? ATH. Num sensus & vires contrario inter se modo ad facilitatem difficultatèque se naturaliter habeant. CL. Quid ais? ATH. Parua quippe difficilius quàm magna videntur & audiuntur. Facilius autem tenentur ferunturque &

a 4 hypoth.
Deum nec
quod igno-
ret, quæ vel
minimarum
rerum cura
ad totius cõ-
seruationem
& ornatum
p̄tineat, nec
quod, cum
sciat, nolit,
rerum illa-
rum curam
omittere.

b 5 hypoth.
Mundus huius
vniuersi &
omnium quæ
ipso cõmen-
tur, cum sint
Dei possessio
ad Deum cu-
ram perti-
nere.

pro-

prouidentia gubernantur parua omnia & pau-
 ca, quã eorũ cõtraria. c. l. ^a Certẽ multo facilius.
 AT. Quid verò? cũ medicus totũ corpus curare
 velit ac possit, si magnis prouiderit, parua con-
 tẽperit. an bene huic vnquã se totũ habebit?
 c. l. Nunquã. AT. Sed nec gubernatores, nec im-
 peratores, nec patresfamilias, neq; ciuitatũ mo-
 deratores, neque vlli omnino tales, paucis ac
 paruis neglectis rectẽ multa & ingenia gu-
 bernabunt. Nam lapides quoque magnos
 sine paruis bene strol negant architecti. c. l. ^b Exhortatio
 Certẽ. AT H. Caueamus autem ne deum mor-
 talibus opificibus viliores putemus. Isti sanẽ
 quantò peritiores sunt, tantò arte vna in pro-
 priis ipsorum operibus & parua simul & ma-
 gna exquisitius absoluti^sque perficiunt: Deus
 verò qui sapientissimus est, & curare potest
 ac vult, magnis quidem prouidebit solũ, par-
 ua autẽ, quẽ facilius gubernari possunt, propter
 pigritiam & ignauiam negliget? c. l. Nullo mo-
 do hãc hospes de diis opinionẽ admittẽdã pu-
 tamus. Nefaria n. hãc & falsa penit³ cogitatio.
 AT Satis iã aduersus eũ qui negligentĩ crimi-
 ne deos inculat, disputasse videmur. c. l. Certẽ.
 AT. Verũ hætenus quodãmodo ratione coe-
 gimus, vt falsa se opinari cõfiteretur. c. l. Rectẽ.
 AT. Indigere quoq; persuasione, quia veluti cã
 tu quodam capiatur, existimo. c. l. n. Quæ-
 nam hæc persuasio est? AT H. ^b Huic adolecẽti
 bitare facis
 de prouidentia diuina homines quũ vidẽt malũ benẽ esse: ostẽdunt. n.
 Plato q. q. d. de improborũ felicitate homines iud. eĩs singulũ. Ani-
 mabus in vniuerso pro meritũ locũ cõuenientẽ assignatũ esse: ita
 vt p. vt q. q. spõte virtutẽ vel vitium fuerit amp. exue p. s. prioris
 vita exiitũ, Anima vel sola existẽte, vel in aliud corpus migrãte
 in beatitudinẽ vel miseriam gradũ in subsequẽte vita sortiatũ.

persuademus cum qui toti prouidet, ad virtu-
 tem salutemque totius omnia ordinare: cuius
 pars quæque pro viribus quod sibi conuenit
 agit & patitur: atque his singulis præpositi prin-
 cipes sunt, qui minimarum etiam actionum
 passionumque per singulas & extremas vni-
 uersi particulas distributione ad vltimum vs-
 que peracta curam habent. Quare vna tua,
 ô miser, particula est, quæ ad totum semper
 respicit, quamuis minima sit. Tu verò ignoras
 omnem singulorum generationem illius gra-
 tia fieri, vt vniuersi ipsius beata vita sit: eius
 substantia non tui gratia est, sed illius tu gra-
 tia factus es. Medicus enim omnis & artificio-
 sus opifex omnis totius gratia singula facit, &
 ad communem perfectionem dirigit omnia,
 non totum ad partem, sed partes ad totum sin-
 gulas referens. Tu autem molestè fers, quia
 ignoras quo pacto quod tibi optimum est, v-
 niuerso simul & tibi pro communis genera-
 tionis viribus conuenit. Quoniam verò ani-
 ma cum corpore semper modò cum alio, de-
 inde cum alio coniuncta, variis mutationibus
 aut propter seipsam, aut propter aliam animam
 commutatur, nihil aliud harum rerum ordi-
 natori tanquam talos iacenti restat, quam vt
 quasi transponendo permutet, meliores quidè
 mores in meliorem locum, in deteriore verò
 deteriores, pro vt singulis conuenit, vt sortem
 sibi congruam singula cõsequantur. c. l. Quo-
 modo id ais? A T H. Ea ratione mihi dicere vi-
 deor, qua facillimè dij cunãtis prouideant. Nã
 si quis ad totum semper respiciens fingit que-
 que, & ad ipsum omnia trãshgurat, vt ex igne
 aquam animatam, nec multa simul ex vno vel
 ex multis vnum primæ, aut secundæ, aut tertie

generationis participantia multitudine ini-
 mica transpositi huius ornatus erunt. Nunc
 autem mira facilitas in eius opere est, qui toti
 prouidet. CLIX. Quo pacto id rursus ait. AT.
 Quoniam rex ille uolter actiones hominū o-
 mnes animatas esse perspexit, multamq; ipfas
 in se virtutem, multam etiam prauitatē habe-
 re, quòdve factum est * animam & corpus in-
 teritum non pati, neque tamen æternum esse,
 qua lege dii sunt: * nam si alterutrum horum
 perderetur, omnis cessaret animalium genera-
 tio: præterea quod ipsius animæ bonum est, in-
 uare, quod malum, contra nocere: hæc inquam
 omnia quoniam perspexit * idcirco excogita-
 uit ubi pars quæque locata maximè, optimè, fa-
 cilimèque virtuti victoriã, vitio verò ne vin-
 cat, impedimentū in vniuerso præbere possit.
 Adiuuenit igitur aduuiuersū hoc, quale factū
 quodlibet, qualè sedem habitationemque, &
 qualia loca foriri debeat. * Causas verò svt ta-
 lis, vel talis quisq; sit, volūtati. nostris permi-
 sit. Vbi cūq; n. quis cupiat, qualisq; animus sit,
 ibi fermè sēper habitat, & talis sit vt plurimū.
 CL. Congruè. AT. Quæcūque igitur animam
 habent, transmutantur: quippe cū transmuta-
 tionis in seipsis causam habeant. Transmutata
 secundum ordinē legemque factorum ferun-
 tur. Et quæ minus peccant, minus profundè,
 ac in regionis superficie vagantur: quæ magis
 atque atrocius, decidunt in profundum, & in
 regionem inferiorem delabuntur, quam infe-
 rorū vocabulo similibusq; nominibus appellā-
 tes, tam viuentes: quàm à corporibus soluti so-
 mniant atque formidant. Anima verò quæ ma-
 iori virtutis vel vitij compes est, quādo pro-
 pria voluntate & assidua consuetudine vehe-

* Anima etſi
 nō est æterna
 interitus ta-
 men est ex-
 pers.

* Si corpus
 aut anima a-
 biſet in nihī
 lū ceſſaret ge-
 neratio ani-
 malium.

* In homine
 liberam arbi-
 trij volunta-
 tē conſtituit
 Plato ad eli-
 gendam vir-
 tutē vel vitij

mentius permutata, diuinæ virtuti adhæsit, talisque præcipuè facta est, in locū similiter longè meliorē sanctūque transfertur: quæ verò contrariis modo affecta est, in contrariū translata, vitā peragit suā. Hoc deorum qui cælum habitant, ô puer, & adolescens qui à diis negligi putas, iudicium est: ut qui peior sit, ad peiores, qui melior, ad meliores animas, tã in vita quã in omni morte proficiatur, patiatūque & agat quæ à similibus ad similes fieri oportet. Quare nec tu, nec alius ullus, oportet, confidatque se ad eò felicem fore, ut iudiciū hoc deorum effugiat atque exuperet. Nam qui hoc sanxerūt, firmitus, quàm cetera omnia stabilierunt, ut cauendum omnino sit. Nunquam enim ab illo negligetis, nec si ita parvus sis, ut in terræ profundum ingrediaris, nec si ad eò sublimis fias, ut pennis elatus in cælum voles: sed conuenientia supplicia dabis, siue hic manens, siue ad inferos profectus, siue ad remotiorem aliquem inaccessibilemque locū translatus. Eadem quoque de illis ratio sit, quos per nefaria scelera ex paruis in magnos viros euasisse intuitus, putasti ad felicitatem ex miseria peruenisse. Quorum in operationibus velut in speculo, deorum ad omnia negligentiam inspexisse existimasti, quod videlicet ignorabas ad quid eorum progressus vniuerso conducât. Nō oportet autem hoc, ô vir præstantissime, ignorare, quòd qui nescit, nec videndi formam unquam conspiciet, nec rationem de vitæ beatitudine vel miseria coniectare poterit. Quare si Clinias hic, & vniuersus hic seniorum cœtus tibi persuasit, te quid de diis dicas penitus ignorare, satis tibi deus fauerit: sin verò rationē adhuc aliquam desideras, audi quæ ad tertium

* Dei iudiciū
ineuitabile.

* Nota similē
propè, sententiā
ei quæ est
in psalm. 139.

tiū illum dicemus, si quo pacto mentis es par-
 ticeps. Profectò deos esse, hominibúsq; pro-
 siderè, satis arbitror demonstratum. Sed ini-
 quorum hominum eos muneribus corrūpi,
 nullo modo dici permittendum est: & si dica-
 tur, omnino pro viribus refutandum. CLIN. ^{¶ Eleganti cō-}
 Praclarè dictū: & si agamus. ATHEN. ^{paratione e-}
^{stendit vel}
 gitur per deos ipsos, quónam modo placabiles ^{cogitatu im-}
 sunt, si quo pacto fiat: & qui & quales sunt, si ^{pro esse exi-}
 placantur? principes. n. esse eos necesse est, qui ^{stimares}
 totū cœlū perpetuò gubernaturi sunt. CL. Cer- ^{Deos mune-}
 tē. AT. Sed quibúsnā principibus similes sunt? ^{rib. delinire}
 quæue illis principes similes, vt possibile nobis ^{posset ut im-}
 sit minores maioribus cōparare? Vtrum autige ^{probitu pote-}
 aliqui certantiū bigarum tales sunt: aut nauiū ^{statō faciunt}
 gubernatores? Fortassè aut exercitum ducibus ^{malè & iniu-}
 conferti possunt, vel medicis: qui bella mor- ^{stè agēdi: eū}
 borū ab humanis corporibus arcent atq; pro- ^{illi ideo cu-}
 pulsant: aut agricolis inimicas orientibus stir- ^{stodiam ge-}
 pibus tempestates timentibus cauentibúsq; ^{rant homi-}
 aut etiam gregum armentorūque pastori- ^{nū: ne cum}
 bus. Nam cū inter nos conuenerit, multo- ^{illi ab infid-}
 rum bonorum, multorūque malorum, & ^{titutū que}
 quidem plurimum, plenum esse cœlum, im- ^{sunt in mus-}
 mortale aliquod bellum, hoc est, & mirabili ^{do subinde}
 custodia indiget: sed opitulatur nobis dij si- ^{petantur, ab}
 mul & dæmones. Nos autem deorum dæmo- ^{ipsis vincā-}
 nūque possessio sumus. Verū iniustitia & in- ^{tur.}
 tēperantia vnā cū imprudētia nos corrūpunt. ^{¶ Mūdus ple-}
 iustitia verò & tēperantia cū prudentia, quæ ^{nus bonis &}
 in vitibus deorum animatis inhabitant, sa- ^{malis hoc est}
 lutem nobis afferunt. Exiguum autem ali- ^{virtutib. &}
 quid horum habitare in nobis manifestè hinc ^{vitiū perpe-}
 licet conspiciere. Nam animæ in terra quædam ^{tuo inter so-}
 habitantes iniustæ & ferarum instat atroces, ^{pugnātib.}
 aduersus custodum animas, canum puta aut

pastorum, vel etiam præcipuorum omnium
 dominorum insurgunt, verborumque lenoci-
 niis, gratisque incantationibus persuadent, ut
 sententia malorum est, licere malè agendo in-
 ter homines sibi plurima vsurpare, nec aliquà
 propterea pœnam persolueret. Hæc nos deli-
 ctum, quo ad aliena inuadenda plurimum in-
 hiatur, in corporibus animalium morbù vo-
 camus, in anni temporibus pestilentiam, in ciui-
 tatibus rebùsque publicis, cõmutato nomine,
 iniustitiã. CLINIA. Omnino. ATHEN. Necessè
 est igitur eũ qui credit deos veniã homini-
 bus iniustis præbere, si quis ipsis rapinæ partē
 tribuerit, dicere eos esse veluti canes quibus
 lupi particulam rapinæ concedant, & illi ma-
 neribus his placati, greges ditipi patiãtor. Nõ-
 ne hic eorũ sermo est, qui placabiles esse deos
 prædicant. CL. Hic certè. AT. Sed quibus præ-
 dictorum custodum deos aliquis cõferens nõ
 omnium hominum ridiculosissimus? Vnum
 gubernatoribus, qui libatione vini atque si-
 dore carniũ deuoluti, nauem simul nauis-
 que euertunt. CL. Minimè. ATHEN. Sed ne-
 que aurigis, qui dum ceitant, corrupti mune-
 ribus, aduersariorum curribus victoriam ip-
 sam concedant. CLIN. Non certè. Turpis enim
 hæc in deos comparatio. ATHEN. Atqui
 nec imperatoribus, nec medicis, nec agricolis,
 nec pastoribus similiter persuasis, nec etiam
 canibus astutia lupoꝝ blandè seductis. CL.
 Bona verba quæsiõ. Hæc enim audienda non
 sunt. ATH. Nõne custodum omnium maxi-
 mi & in maximis rebus dii omnes? CL. Ita
 profus. AT. An optimorum rerum custodes
 & in virtute custodis nimum excellentes de-
 teriores esse dicemus, quam canes hominesq;

mediocres, qui nunquam muneribus ab iniustis hominibus impiè acceptis iustitiã proderent. CLIN. Nequaquã hic impiorum hominum sermo ferendus est, & qui hac opinione laborat, impiorum omnium iure pessimus & profanissimus iudicabitur. AT. ^a Tria igitur illa, quæ proposuimus, deos videlicet esse, omniumque curã habere, nec præter iustum precibus vllis flecti posse, sufficienter ostendisse videmur. C L. Certè, & his nos rationib. assentimur. AT. Vehementius quodãmodo propter improborum hominũ controuersias diximus. Sed hac de causa, ò amice Clinja, contentiosa vltimus oratione, ne prauo dicendõ se vicisse putantes, licentiam sibi datam credant faciendi quæcunque velint, & qualiaecunque aduersus deos existiment facienda. hac inquam de causa, noua quadã & vehementiori dicendi ratione vti voluimus. Quòd siquid ad persuasionem attulimus, vt iam velint mores suos odisse & contrarios complecti, probè nobis exordium legum de impietate dictum est. CLIN. Speramus ita fore: sin minus, at genus hoc orationis legumlatori dedecori non erit. ATH. ^b Post exordium sermo legũ interpret rectè sequitur: qui impiis omnibus prædicet, vt à suis moribus ad pietatem sese cõuertant. Aduersus eos aut qui non paruerint, lex ista de impietate ponatur. Si quis impiè quicquã agit vel loquitur, qui forte presens fuerit, deos defendat, & magistratibus significet. Quorum qui primi audierint, ad harum rerum iudicium secundũ leges deferat. Quòd si quis magistratus audierit neque detulerit, ipse impietatis reus fiat, & qui velit, pro vltione legum prosequatur. Et si quis condemnatus fuerit, iudices hunc pro

*a Conclusio
totius pro-
mij in leges
aduersus im-
pietatem &
neglectã seu
etiam ludi-
brio habitã
Deorum re-
ligionem.*

*b Absolute
proamio le-
ges præscri-
bit ad colli-
bendam im-
pietatem &
numinis con-
temptum.*

Tria carcerum genera in ciuitate cōstituit Platon.

Impietatis species & gradus varij explicantur & singulis pena conueniētes assignantur.

Atheorum duo genera constituntur, unum ethnicum & simulacrum aliud aperte & magis audax.

singulis impiè commissis, singulis quibusque afficiant suppliciis. Carceribus quidem omnes coercantur. ^a Tres verò sunt in ciuitate carceres. Vnus plurimis cōmunis in foro rerū venalium, vbi multi ne fugiant, custodiantur. Alter vbi cœtus eorū fit, qui nocte congregantur, correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione, vbi quàm maximè desertus syluestrisque locus est, supplicii nomine notatus. ^b Tres quoque impietatis, vt supra narrauimus, causa sunt. Cūmq; in singulis huiusmodi causis duo quædam proficiantur, sex erunt aduersus deos genera peccatorum, quæ vt diludicentur digna sunt, nec æquali similique pena indigent: Nam alii quamuis deos esse non credant, tamen propter iustum aliquè naturæ affectum, malos oderunt, & odio quodā aduersus iniustitiam moti ab iniuriis abstinent: iniquos fugiunt, iustos homines diligunt. Alii verò ad hanc opinionē, quòd deorū præsentia destituta omnia sint, proniores quoque ad voluptates dolorisque sunt, acumine etiam & memoria pollēt. Vtrisque id est cōmune, vt esse deos negent. ^c In hoc autem differunt, quòd cæteris hominibus ille minus, hic plus nocet. Ille quidem liberè aduersus deos, sacrificia, iusiurandum obloquitur: atque ita alios deridendo, nisi puniatur, multos forsan sibi similes faciet. Hic verò eadē habet opinionē, sed actio rei ingenio præditus vulgò putatur, doloque & insidiis plenus est. Ex istis multi sortilegi fiunt, & ad omnem venificii maleficiique genus prompti. Fiunt præterea ex istis non nunquam tyranni, exercituum duces, concionatores, & qui [ceremoniis suis priuatis, & eorū qui philosophi appellatur captio]nibus aliis loqueos tendunt.

sunt. Horum profectò multæ quidem sunt species, sed legum sanctione dignæ duæ, quarum quæ dissimulatione referta est, scelera parit nõ vna tantum morte vel duabus digna, sed pluribus. Altera castigatione simul, & vinculis indiget. Similiter opinio qua dii negligentes existimantur, duo gignit: & qua faciliè votis muneribusque placabiles, alia duo. ^a Cum ita impii distincti sint, eos quidem qui nõ malis moribus, sed amentia quadam tales facti sunt, in correctionis carcere non minus quàm quinquenniū permansuros iudex caniciat. Quo in tempore nullus cum ipsiſ civium colloquatur, præter eos qui nocturni cætus participes sunt: hi verò ad monentes, ad salutem animæ colloquantur. Cum autem vinculorum tempus exactum fuerit, qui modestior factus est, vna cum modestis habiter: quod si rursus impietatis crimine cõdemnabitur, morte plectatur. ^b Sed sunt nonnulli qui ad eam opinionem quod dii non sint, vel humana negligat, vel placabiles sint, immanes quoque sunt, hominesque despiciunt, & viuent ad se multos alliciunt, attrahuntque: nec nõ defunctos se trahere consolarique dicunt, proſtenturque se deos ipsos cantibus sacrificiis, votisque mulere. Et hoc lenocinio conatur idiotas, domosque, & civitates universas pecuniarum gratia perdere. Eorum qui damnatus fuerit in mediterraneis carceribus vinciat, nec ullus liber unquam ad eum accedat, sed statutum ipsi à legum custodibus cibum ferri afferat. Vita denique fontum extra regionis fines insipulum eiciant. Quem si quis liber sepelierit, à volente impietatis crimine accuset. Quod si filios reliquent civitati iustitiam, orphanorum tutores horum non minus quàm reliquorum ab eo die quo

^a Atheorum duo allata generantur sum diuiduntur in eos qui ignorantia & stoliditate quadam animi, quàm affectata quadam malitia de Diis perperam sentiunt, & eos qui contra obstinata malitia Deos oppugnant: quanamque virisque perna constituantur, vide. ^b De callido simulato & secto atheorum genere.

damnatus fuerit, curâ habeant. Sed communis de omnibus his lex ista ponatur, quæ faciet ut multi minus verbo & te in deos peccent, & ut ab amentia reuocentur, ex eo quod non licebit deos sibi deorumque sacra præter leges affingere. Sit autem lex huiusmodi simpliciter cunctis imposita. ^a Sacella nemo in priuata domo habeat. Cum verò animû quis ad sacrificandû induxerit, ad publica sacrificaturus accedat, ac sacerdotibus tum viris tum mulieribus, hostias præbeat, qui curâ harum rerum castissime gerunt. Quibuscum & ipse oret, & quicûq; cum eo simul orare velit. ^b Hæc idem ita fiant, quia sacella & deos instituire non facile est. Quippe magni ingenii est rectè re istâ facere. Solent autem mulieres præcipuè, ac imbecilliores, &

^a Impietati
maximam
occasionem
sacra & sa-
cella priua-
ta tollit, pu-
blicasq; dun-
taxat sacra
& templa
velinquens
& commen-
dans.

^b Deos vel
deorum cul-
tum constitu-
ere ut non est
cuiusvis, ita
cuius non
debet esse li-
berum.

in periculo constituti & indigentes vbiunq; quispiam indigeat, & contra quâdo facultas rei alicuius affluit, quod adesse videtur semper eò secrete, hostiasq; vouere, & statuas diis atque dæmonibus & deorû filiis polliceri. Phantasmatibus cômoti vigilantes, & in somniis similiter multa se vidisse præ formidine recordati, vbi remedia singulis afferre conantur, aris sacellisque omnes domos vicôsque repleunt.

Quorû omnium gratia lex istâ ponenda est, ac præterea impiorû causa, ne istâ sibi operationibus vsurpantes, sacella & aras suis in domibus statuunt, putentque deos clâ votis, sacrificiisq; placare: atque ita in infinitum suâ iniustitiâ augeât, vnde tã ad se quã ad deos qui ipsis ista permittunt: quãuis illis meliores sint, indignatione deorû prouocent, quo pacto tota ciuitas iure quodãmodo impietatis crimine teneatur.

Legû quidẽ latori deus minimè irascetur. Lex enim sit, Sacella deorû neminẽ in priuatis do-
mibus

mibus possidere. Si verò quispiã habuisse, sacrã
 ficallẽque alibi quã in publicis deprehenda-
 tur: qui sensit, ad legũ custodes deferat. Ipsĩ au-
 tem si nihil magni sceleris à fœmina siue à vi-
 ro factum sit, ad publica templa iubeant pri-
 uata sacra deferri: & si non ilicò delata fue-
 rint, mulctent, donec deferantur. Siquis autem
 non puerilem, sed nefariam impietatem com-
 miserit, siue in suis priuatim, siue in publico
 deorum cultu sacrificando deliquerit, morte
 vt impurè sacrificans condemnatur. Puerile ve-
 rò esse vel non, custodes legum iudicent, tra-
 ctosq; ita impios in iudicium, impietatis reos
 esse declarent.

DIALOGVS VN- DECIMVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVMLATIONE.

Marsilij Ficini Argumentum.

Plato noster quemadmodum & philosophorum
 omnium sapientissimus, & eloquentissimus orato-
 rum, ita iuriconsultorum omnium prudentissimus,
 ne in contractibus cogere, vt solent ceteri, va-
 stum legum interpretationũque, & id quidem
 frustra, opus conficere, meritò antequam descen-
 deret ad contractus, forensiãque commercia, stu-
 dius disciplinis, legibus, iudicijs, religione ci-
 ues bonos efficere, sperans iustos homines, vel
 absque legibus sponte fidem & veritatem in omni
 commercio præturos. Et profectò admodum op-
 portunè post leges de iudicijs pertinentibus ad perso-
 nas leges iudiciorum ad res spectantium adducit in-
 medium, quibus tam aduenã quàm ciues discant iu-

Hæc deponere, seruare deposita atque pacta: aliena
 non mouere, sua cuique reddere: uti liberu & liber-
 tu, & seruis: vendere & mere, reddere, ducere, milita
 restuere pupillos, testari, testamenta seruare, heredi-
 tates administrare, nuptias conciliare, diuortium fa-
 cere, familiam gubernare: præ cæteris uero paren-
 tes religionè uereris: nihil adulterare, ueneficia odisse,
 iram insaniãq; uitare: iurgia, contumelias, detractiones
 fugere: restituerè damna, ueritatem in testimo-
 nijs iuramentisque seruare. atque hæc sermè eï un-
 decimi huius libri materia. Contemplare autem Pla-
 tonicam bonitatè, uidelicet ut antè in emendo atq;
 uendando non solù rem adulterare, mentiri, peiera-
 re, sed iurare etiã: imò uerò & rem uenale laudare,
 & in eadem die pretiũ permutare. Vbi illud edifica:
 Nemo dÿs inuocatus mendacium dicat, aut decipiat,
 aut adulterare uerbo uel re quicquam audeat, nisi
 deo uelit odio esse: cui quidem primum odio est, qui
 falso iurans deos parui pendit: deinde qui coram ma-
 ioribus se mentitur. Et uide iterum atque iterum
 quàm libera & integra Plato optet ingenia ci-
 uium, à quibus omnem cauonandi licentiam
 procul expellit. Addit quoque tum opulentiam, tum
 egestatem esse morbum ingeniorum. Inde enim infla-
 tiores, hinc debiliores abiectioresque homines fieri.
 At postea Palladem, Vulcanum & Martem arti-
 bus præsidere. At ne solas artes à Dÿs nos habuisse
 putemus, addit deos uitæ datores reuereri maximè
 omnium oportere: adeò ut uel eorum nomina non sint
 uel impudenter uel temerè præferenda: sed omnia
 uel minima ad eos pertinentia, purè reuerentur, ca-
 lèque tractanda. Quibus præceptis nihil potest
 sanctius excogitari: si modò non deas, sed deum
 nominasset. Sed ecce unam Iouis summi substan-
 tiam introduxit: neque multiplicauit substantias,
 dū multiplicaret ideas: quidnã ultra in eo desidera-
 riu?

mus? Quinetiam ubi deos nominat, non aliter sentio
quàm qui dixit: Millies mille ministrabant ei. Ne-
que verò silentio praterendum est, quòd ait ani-
mam à deo vitam accipere. Dixit autem deos,
id est angelos manere: non ex se quidem, sed lege
diuina, eorum per se mobiles aeternè sistente. Aut cor-
pus quoque imperdibile esse, corpus certè caeleste. For-
tè verò & elementale, quatenus & elementorū mo-
let & materia prima non disperduntur: ex quibus in
Poluico inquit corpus idem quandoque diuinitus re-
creari. Notabim ubi de testamento loquitur, & per-
sonam & rem cuiuslibet ciuis, non sui ipsius esse, sed
patria. Item ubi de orphanorum cura tractatur,
animas defunctorum res nostras sentire atque cura-
re, sentire inquam per corpus caeleste atque ae-
reum: & curare pra a'ij's alia, ad qua vel natu-
ra vel habitu, vel diuina prouidentia magis effi-
ciuntur Praesertim animas quae cum mediam tenuerint
vitam, mediam quoque obtinent regionem. Me-
diam dico tum situ, tum qualitate. Situ quidem inter
caelum & terram, qualitatem verò inter beatitudi-
nem summam extremamque miseriam. Memisse
nanque oportet in libro superiore fuisse dictum: quem-
admodum certa quaedam natura congrua loca & cõ-
uenientes naturas asiscunt sic animas cum facta ex
se tales fuerint aut tales, consequenter pro similitudi-
nis ipsius natura ad gradus sedesque & similes & si-
milium transmigrare ut caelestes quidem facta caele-
stia, terrena verò terrena, aerea autem aerea pe-
tant. Praefectò cum alia nonnulla circa animas Pla-
to affirmare non audeat, hucusq; tamen, & hic & in
libro de scientia euidentissimè asserit atque alibi se-
pe significat. Unde & auercauendum esse pupillos lae-
dere, ne parentum animas nobis iure succenseant. I-
demque in nouo, dum ageret de homicidijs, inquit, a-
nimas scilicet interfectioribus indignari. Huiusmodi

simile, Marianorum anima Syllam sollicitabant. Huc & tragœdia furentem Orestem agunt. Animagruentes post hac ubi de parentum cultu tractatur, honorandu quidem secretas deorum statua non propter se, sed quis deos nobis significant, sed magu honorandos esse parentes, quasi animata deorum simulachra. Addit imprecationes parentum in fili: exaudiri a deo: neque quicquam accidere filijs peccitentius. Audies post multa iterum: quod est valde Platoniceum: Peccati maligni vexantur non quia fecerunt (nam quod factum est, infectum esse non potest) sed ne quid tale post hac fiat: & vi iustitiam am odie tam qui puniuntur, quam qui puniri intelligunt, persequantur, aut saltem minus in simili vitio delinquatur. Præterea iudicem legumlatoris interpretem esse, iustitiæq; ministrum. Punit deinde susurrosos, detractoresq; que, & qui in ira oburgantur atque conuiciantur, & qui grauiores persequuntur mordacibus iocis offendunt, & qui inter iocandis acriter irascuntur. Audies maxime timendam esse diuinam vindictam, siquis in testimoniis iuramentisq; mentitur. Audies denique in testimonio, atque iuramento, veritatem ipsam per Themidem, loi etiam & Apollinem esse firmandam. Per Themidem quidem significatur ius fasq; & civile & sacrum, & apud homines & apud deos: ut intelligat quisquis iurando testificandoque mentitur, contra ius fasq; humanum, diuinum, contra homines, contra deum grauius se peccare. Per Iouem verò qui nutu omnia conculcit cognoscat: si peccauerit, diuina potentia ultionem se nequaquam euitaturum. Per Phœbum autem, ne confidat delicta sua, presentia vel præterita, eum latere posse, qui futura omnia vaticinio præfigit.

SEQVITVR vt dicamus de pactis
 conuenientemq; iis ordinem tri-
 buamus. Simplex autem illud sit:
 vt nec mea quisiã pro virib. tan-
 gat, nec moueat meorum quic-
 quam etiam minimum, nisi mihi persuaserit.
 Atque ego idem dum mentis compos fuero,
 alienis in rebus efficiam. ^a In primis quidem
 thesaurum cum dicimus quem sibi quisque &
 suis deposuit, qui meorũ parentum non erat,
 nec repetite vnquã optarim, nec si repererim,
 moueã: nec ariolis depositũ accipere cõsulen-
 tib. credam. Nunquã enim mihi tantum pecu-
 nia proderit, si accepero, quãtũ virtute animi
 iustitiãque excellã, si non accepero ^b Pro pos-
 sessione enim pecuniã melior mihi possessio
 animi iustitia erit, si virtutẽ diuitiis præposue-
 ro. Quippe cum benè de multis dicatur: ^c quæ
 immobilia sunt, moueda non esse: perpulchrè
 etiã de hoc velut vno ex illis dicitur. Sed vul-
 gata quoq; de his rebus famæ credendum est,
 generationi hæc liberorũ non cõferre: si quis
 verò de liberis non curet, legisque latorẽ ne-
 gligat, ac idèd quæ nec ipse, nec suorum aliquis
 deposuit, eo iniuito qui deposuit, auferat is le-
 gẽ illam optimã & simplicissimam alpernatur,
 quam generosus vir promulgauit, qui dixit,
 Quæ non deposuisti, ne tollas. ^c Quid ergo hũc
 pati oportet, qui hos duos legillatores despe-
 xerit, quòdque ipse non deposuit, sustulit: nec
 paruum quiddam quod abstulit, sed magnus
 thesaurus fuerit? Quæ pœna huic à diis de-
 beatur, deus quidem ipse nouit. Quæ verò ab
 hominibus, declarabimus. Qui primus viderit,
 iudicibus indicet. Ac si in vrbe delictum est,

^a De Thesau-
 ro qui ab al-
 io sit deposti-
 tus non mo-
 uendo.

^b Præstantis-
 sima posses-
 sio est vir-
 tutis, quæ vel
 maximis o-
 pibus præter
 fas partis rō
 est commu-
 tanda.

^c τὸ μὴ τι-
 νεῖν τὸ ἀνά-
 υρτον.

^c Quæ pœna
 sancitur
 aduersus eũ
 qui ab alio
 depositũ the-
 saurũ abstu-
 lerit.

admissum, & dilibus: sin verò in agro, agrorum
 curatoribus, eorùmque principibus: si in foro
 retū venalium, earundē curatoribus id signi-
 ficet Réque ita patefacta, Delphos ciuitas mit-
 tat, & quod oraculo dei tam de pecunia, quàm
 de illo qui pecuniam mouit, dictum fuerit, id
 ciuitas deo obsecuta confirmet. Et qui fecit
 indicium, si liber fuerit, in virtutis veniat opi-
 nionem, & contrā vitij, si sciens celauit: si-
 autem seruus fuerit, pretio, à ciuitate domi-
 no eius collato, liberandus est. Seruus verò
 qui celauit, morte plectendus. Hanc legem
 illa deinceps similis de paruis simul & magnis

- a* *Paena de-* sequitur. *a* Siquis rem suam alicubi volens,
cernitur qui vel contrā reliquerit, non tangat qui forte re-
rem alterius pererit: sed putet deā *a* itineris præsidē à lege
inuentā ab- sibi hæc consecrata seruare. Quicumque verò
stulerit. hac lege spreta, domū hæc suā asportauerit, si
** èvrosidu* seruus sit & patui pretij, à quocunque obuiā
dujrova. factō, & vltā annos triginta nato verberibus
 multis pulsetur. Sin autem liber, illiberalis pui-
 mò & legum exors habeatur, deinde etiā decu-
 plū pretij rei illius quā mouit, ei qui reliquit
 retribuat. *b* Quando quis magnum aliquid de
 controuersa- suis, vel paruū ab aliquo teneri conuenit,
 rum & du- quod ille habere quidem fateretur, sed eius qui
 biarum pos- petit, esse negat: si res apud magistratus con-
 fessione vin- scripta est secundū legē, vocetur ad magistra-
 dicanda le- tus qui tenet. Réque ipsa patefactas si conscri-
 gitimo domi- ptum est alterius de aduersariis rem esse, ille
 no que ratio ipse habeat. Quòd si neutrius esse, sed absentis
 seruanda in cuiusquā inueniatur, qui idoneè non satis de-
 iudicij. derit: illi se absentis cuius est, ré traditurū, is pro
 rei ablata æstimatione tantundem deponete
 cogatur. Verūm si apud magistratus res qua
 de agitur, cōscripta non sit, tunc apud tres in-
 ter

ter magistratus seniores vsque ad latam sen-
 tentiã deponatur : ac si animal est quod apud
 * magistratum est depositũ. lata sententia qui * *τὸ μισθὸν*
 cecidit causa, magistratibus ipsis impendium *ἔδωκεν.*
 alimentorum restituat. Tribus verò diebus id
 iudicium absoluat. * Mensis quilibet cõpos : *De eo qui*
 seruum suũ honestè ipso vsurus, ducat quò ve- *seruum ab-*
 lit: ducat etiã amicorũ necessariorũmve no- *ducit.*
 mine, vt fugitiuum [ipsis conferuet.] Quòd si
 quis aliquem vt seruum ductũ ad libertatem
 vendiderit, dimittat quidem qui duxit: qui verò
 auferit, si tres fideiussores dignos præbuerit, [tũ
 demum abducere possit nec aliter.] Aliter si
 abduxerit, vim intulisse videatur: damnatũ-
 que duplum damni ei restituat à quo abstulit.
 Libertum quoque suum vnusquisque ducere
 possit, si ab eo non colitur, aut si non sufficien- *b De liberte*
 ter colitur. *b* Cultus autem est, primũ vt ter *rum officijs*
 domini domum mensibus singulis veniat, pa- *erga eos à*
 ratũmque se ostēdat facere quicquid honestũ *quib. manu-*
 possibilẽque sibi sit: deinde vt de matrimonio *missi sunt. Va-*
 quicquid domino videtur, faciat. Nec ei liceat *quodnam sit*
 maiores sibi diuitias cõparare, quàm ille possi- *me domini-*
 deat qui liberauit, sed quicquid plus habuerit *rum in ipsos*
 domino detur. *c* Libertus autẽ, sicut & peregri- *si illi offic. ù*
 ni, vlti viginti annos in ciuitate non maneat: *non præstite-*
 sed post id temporis, bonis suis acceptis abeat, *rint.*
 nisi domino quando suo & magistratibus per- *c Libertorũ*
 suaserit. Si autem liberti & peregrini alicuius *eadẽ condi-*
 bona tertium censum excesserint, trigesimo *tio atq; e pe-*
 die postea quàm hoc factum deprehensũmve *reginorũ &*
 sit, rebus suis acceptis recedat, nec vlla ipsi vl- *aduenarum,*
 terius manendi facultas à magistratibus con- *quod ad ma-*
 cedatur. Huic legi si qui non obtemperasse *ciuitati &*
 condemnatus fuerit, morte plectatur, & bona *habitandi in*
 sua in publicum redigantur. Hæc tribuum iu- *ipsa attingit.*

a Qui rē alie-
nam habue-
rit quā ipse
tamen sustē-
acq̄sue-
ris repetente
domino pro-
ferre tenea-
tur eū à quo
illam habet.
b Iudicium
nullū datur
in controuer-
siis ortis ex
permutatio-
ne & vendi-
tione qua nō
sit in loco le-
gitimo nec
præsente pe-
cunia.

* Vide lector,
quæ de hoc
more delis-
simus & ami-
cissimus Ca-
sabonius, cui
huius loci e-
mendationē
debes, annota-
uit in cōmen-
tario suo in
Theophi. cha-
racteres.

c Quomodo
caueatur em-
ptori in reb.
dolo malo vē-
ditis præs.
mancipijs.

dices cognoscant: nisi prius per vicinos, & ar-
bitros, litigantes conciliati fuerint. ^a Siquis a-
nimal aut rem aliam suam esse dicit, qui habet,
ad eū referat vel eū proferat qui vel vendidit,
vel legitimē sufficienterque donavit, vel quo-
modocunque aliter valide firmiterque tradi-
dit: & veritas, si ad cinē vel vrbis incolā ille re-
tulit, intra triginta dies inueniatur: sin autē ad
externos, mensib. quinque: quorū medijs ille
sit mensis, in quo ab æstiuo sol circulo ad hye-
malē recurrit. ^b Quæcunq; emēdo vendendō-
que cōmutantur, in statuto fori loco permu-
tentur, dādo accipiendōq; vltro citroque rē &
rei pretium illicō, nec alicubi alibi, nulla verō
emptio venditiōq; ad terminū fiat. Quōd si a-
liter aut in alijs locis permutatio facta fuerit,
ita vt hīc habeat ei cū quo permutat, hęc faci-
at, velut nullū sit secundum legē de his, quæ
contra nunc dictū modū vēdita sunt, iudiciū.
[Sed ² ad eranos seu collectas quod attinet, li-
ceat amico ab amicis pecuniā petere in rei gra-
uiter afflictę aut potius perditę subsidiū: quod
si controuerſia aliqua ob eiusmodi pecuniā o-
riatur, inter quos illa exorta sit, ita eā cōponāt
tanquā nullā eo nomine actionem habituri.]
^c Venditor, qui pretiū rei venditæ non minus
quā quinquaginta drachmas accepit, decē in-
ciuitate necessariō dies expectet: nec diuerſo-
riū eius emptor ignoret. Id verō querelarū red-
ditionūmq; legitimarū gratia, quæ in his con-
tingere solet, ita fieri volumus. Redditio autē
legitima à non legitima ita discernitur. Quan-
do quis seruum vendidit phrenesi, vel calcu-
lo, vel stranguria, vel eo morbo quem sacrum
appellant, aut alia quauis plurimis occulta &
longa, & ægrē sanabili corporis siue mentis
agitata-

aegritudine laborantē. si medicus aut gymnasticus emit, reddere non liceat. Sed nec etiam quando venditor emptori **ciuis** veritatē prædixerit. Sin autem artifex aliquis huiusmodi rerum peritus, ignaro & rudi cuiuspiam tale aliquid vendidit, qui emit, citra sex menses in aliis in morbo verò sacro vsque ad annum integrum reddere possit. Iudicium verò harum rerum apud medicos agatur, quos cōmuni consensu litigantes elegerint. Et qui condemnatus fuerit, duplū pretij eius, quo vendidit emptori, persoluat. Quòd si imperitus imperito vendidit, quemadmodū de superioribus dictum est, * reddito iudiciumque fiat: & qui conuictus fuerit, simplex pretiū deferat. Quando quis homicidā vendidit, si sciens quidē scienti nō reddatur: si nescienti, tunc reddatur, quando senserit emptor. Id verò iuniores de legum custodibus quinque cognoscant. Ac si ignorasse inuenietur, emptoris domū primò secundū legē interpretū legū à piaculis purget, deinde pretij triplum illi deponat. Qui nummos pro nummis, aut quæuis animalia, & cætera quæcunque velit, cōmutat, nec afferat nec accipiat * a

adulteratum quicquā legemque istā diligenter obseruet. ^b Sed huic quoque legi, quæadmodū legibus aliis, exordiū præponatur. Adulterationē quidē, mendaciū, deceptionemque quasi genus vñū putare oportet. In quo sanè multorū damnandus est sermo, qui hoc ipso, quando cunque opportunè sit, rectè se vti affirmat. Cūque occasionem ipsam vbi & quando non determinent, & sibi & aliis hoc verbo multū officiant. Legis autē lator ita interminatū istud non omittet, sed diligenter pluribus paucioribusve terminis declarabit. Atqui &

* *diuina*

* *De adultè-
ratis nummis
& mercib.
b Legis adul-
terationem
nummorum
& mercium
prohibentis
proxiimo.*

a *Dijs inuo-* nunc ita determinetur. Nemo ^a dijs inuocatis
cati menda mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare
cium nemo verbo vel re quicquam audeat, nisi deo velit
debet prefer odio esse. Cui quidem primum odio est, qui
re. falso iurans, deos parumpendit. Deinde qui co-
 ram maioribus se mentitur. Maiores verò alijs
 præstant: vt seniores communiter iunioribus,
 parentes natis, viri mulieribus atque pueris,
 principes subditis. Quos reuereri par est, cum
 in omni principatu, tum vel maxime in civili,
 vnde in hunc sermonem incidimus. Quicumq;
 enim aliquid in foro adulterat, mentitur cer-
 tẽ ac decipit, dijsque aduocatis aduersus rerũ
 venalium curatores eorũque iura peierat.
 qua certẽ in re nec homines veretur, nec deos
 colit. Equũ profectò est ^b nomina deorũ non
 facile inquinare, nec ea [ita habere, quo modo
 permulti plurima habent quæ circa deos mul-
 ta puritate & sanctimonia essent alioquin ob-
 seruanda.] Qui his rationibus non persuade-
 tur, hac lege vrgeatur: qui vendit in foro ali-
 quid, nunquã suæ rei venalis duo pretia dicat:
 sed cum simplex imposuerit pretium, si non
 vendideris referat, iterum, & eadem die, nec
 maius, nec minus pretiũ petat. Laus autem rei
 venalis & iuramentum longẽ abfit. Eum verò
 qui hanc legẽ transgreditur, quilibet ciuis nõ
 pauciores quàm triginta natus annos, cum iu-
 rantem audierit, impunẽ verberibus cadat:
 quod si non fecerit, legum proditor habeatur.
 Eum verò qui legi non obtẽperauerit, rem-
 que adulteratam vendiderit: quicumque aduer-
 tit, potẽsque arguat: & qui corã magistratib.
 redarguerit, seruus quidẽ aut inquilinus rem
 adulteratam secum asportet. Ciuis verò si ac-
 cusare neglexerit, quasi dijs sustulerit, impro-
 bus

b *Dei nomẽ*
in vanũ non
sumendum.

c *Qua pœna*
fanciatur ad
uersus eos q
merces adul
terat, & in-
terposito Dei
nomine adul
terat ac mer
ces pro veri
cõmendant.

bus habeatur: si accusauerit conuiceritque
 diis qui foro praesunt, deditur. Huius autem rei
 qui deprehensus fuerit manifeste venditor,
 non solum re ipsa priuetur, verum etiam tot ver-
 beribus publice caedatur, quot drachmis ven-
 debat, praeconi voce causa cur verberetur, de-
 clarata. Sed vendentium omnem malitiam adul-
 terationemque ipsi rerum venalium curatores cu-
 stodisque legum ab hominibus harum rerum
 peritis diligenter inquirant; & in columna ante
 fori praefecti tribunal conscriptas in foro
 proponant, ut plane ex his pateat, quid o-
 portet, & quid non, vendentes facere. De
 aedilium vero legibus satis supra diximus. Et
 si quid deesse aedilitiis legibus videatur, aedi-
 les ipsi cum legum custodibus habito concilio
 suppleant: deinde in columna primas
 secundasque institutiones inscribant. Post
 adulterationem sequitur ut de cauponatione
 dicamus: de qua consilium primo, & ratio-
 nem dabimus: legem deinde ponemus. * Cau-
 ponatio omnis in ciuitate non nocendi gra-
 tia, sed contra omnino naturaliter adin-
 uenta est. Quomodo enim ille non proficiat
 qui rem pecuniariam immoderatam, & in-
 aequalem, ad aequalitatem modumque re-
 degit? Quod nummularius, mercator, mer-
 cenarius, & hospitalis diuertorij magister fa-
 ciunt. hi enim caeterique huiusmodi, siue ho-
 nestiores, siue minus honesti, indigentiam sup-
 plere, rebusque aequalitatem praebere conan-
 tur. Sed consideremus quana huic rei causa ca-
 lumnia sit, & cur honesta non videatur, ut etsi,
 non totum, at tamen, partem legibus ordinemus. C. L.
 Res haec, ut videtur, nec exigua est, nec par-
 uam virtutem postulat. ATHEN. Quomodo

* Caupona-
 ria artis
 & similium
 legitimum
 usum osten-
 dit, abusus
 autem indi-
 cat & dam-
 nat.

dicis Clinia? Pauci admodum nauata homines, & ij quidem optima educatione præditi, quando egestate cupiditateque rerum aliquantulum afficiuntur, ita continere se possunt, ut moderate se gerant: & cum liceat magnam pecuniam capere, modica contenti sunt, mediocritatemque excessui anteponant. Vulgus autem contra facit omnino. Immoderata enim cupit: & cum mediocriter lucrari liceat, inexplebili lucri cupiditate vexatur. Quocirca omnia genera hominum quæ in cauponatione, mercatura, diuersorioque versantur, calumnia & opprobrio subiacent. Nam si quis, quod ablit, neque fiat usquam, modò cogeret (dicam enim & si dictu ridiculum est) si quis inquam cogeret optimos ubique viros ad aliquod tempus diuersorii præesse, aut cauponari, aut huiusmodi aliquid facere, mulieres quoque sanctissimas aliqua fati necessitate ad hæc similiter descendere, cognosceremus planè honesta & approbanda hæc omnia esse. Quippe nisi corrupte fierent, matrum nutriciumque personam gerere non iniuria qui hæc faciunt, putarentur. Nunc verò in desertis locis ad quæ multæ longæque ducunt viæ, cauponandi gratia domos ædificant: optato diuersorio tepestate pulsos suscipiunt, & caloribus pressos recreant: deinde non tanquam amicos hospitalibus muneribus donatos remittunt, sed ut inimicos atque captiuos, ubi se maximis & iniustis & impuris redemptionis pretiis redemere, dimittunt. Hæc autem cæteraque huiusmodi in his omnibus turpiter acta, faciunt, ut huiusmodi studia quæ indigentibus opem ferant, calumniae sint subiecta. Quorum remedium à latore legum excogitandum est. Retum igitur est illud, & iam olim prouerbio celebra-

→ Prouerbiū,
Arduum ad-
uersus duos
pugnare.

celebratum: Arduū esse aduersus duo contra-
 riāque pugnare. Quēadmodum in multis aliis
 morbis: & in isto cōiungit. Pugna enim nūc no-
 bis ad duo-imminet, diuitias atque egestatem:
 quorū alterū hominū animū deliciis mollitiē
 que corrūpit: alterū dolorib. ad impudentiam
 trudit. Quod igitur remedium in ciuitate pru-
 denter instituta ad pellendū hunc morbū ex-
 cogitabimus? Danda est opera primū, vt quā
 minimo pro vitib. cauponam genere in ciui-
 tate vtamur. * Deinde his hominib. cauponan-
 di artes commendanda: sunt, quibus corruptis
 non magnum ciuitas detrimentum incurrat.
 Tertio inueniēda via & ratio est, ne facilē im-
 pudentia atque illiberalitate illorū hominū a-
 nimi repleātur. His diētis hęc Magnetibus lex
 de huiusmodi reb. bona fortuna feratur, quo-
 rum urbē deus erigens, coli iterū facit. Nullus
 agricolarū & eorū qui de quadraginta & quin-
 que millib. domorum sunt, caupo mercatorq;
 nec sponte, nec inuitus fiat, nec priuati cuius-
 quam fiat, minister, qui non sit eiusdē cū ipso
 conditionis, nisi patris ac matris, aliorūque
 genere maiorum ceterorūque seniorum
 qui libēri sunt & liberē viuunt. Liberum verō
 & non liberū, non facilē potest legibus exqui-
 sitē distingui. Discernatur tamen ab iis qui o-
 ptimi sunt * illarū rerum iudices ob ipsarum
 amorem vel odium.] Eum verō qui illiberali
 cauponationi in aliqua arte operam dederit,
 volens quilibet ad optimates, virtutēque pri-
 mos quasi generi suo dedecori sit, accuset. Et
 si paternā domum indigno studio maculasse
 deprehendatur, ab hoc opere vinculis annuis
 arceatur. Qui si iterū lapsus fuerit, bienniū vin-
 ciatur. Ac deinceps quoties peccasse depre-

* *Caupona-
 ria arte &
 mercatura
 ceterisq; e-
 iusdem gene-
 ris artibus a
 quib. interdi-
 catur, quib.
 contra illas
 exercere
 permittatur*

* *Nempe libe-
 ralis & illibe-
 ralis Audi.*

hendiur, duplo tempore semper detineatur. Altera lex iubet, vt peregrini duntaxat, & aduenæ cauponarias artes sequantur. Tertia lex cauendū monet, vt peregrinus ille vel incola, aut, quā optimus aut quā minimè malus sit. Nec ignorare legū custodes debēt, nō solūm obseruatores illorū se esse quos ab iniquitate prauitatisq; amouere difficile non est, qui bene nati educatiq; sunt, verum etiā illorū multò magis, qui tales non sunt, & in artibus his versantur, quibus ad improbitatē facilius impelluntur.

a Cauponatio est mortificatura quarum rerum esse debeant prescribendum est, quoniam lucra conuersos esse oporteat, qui illas artes exercent.

b Sub Vulcano & Palladi tutela sunt opifices. Et sub eiusdem Palladii & Martis tutela qui res bellicas curant.

^a Quū verò cauponatio multiplex atque varia sit, cū peritis singulorū eius generū custodes legū conueniāt, & vt paulo antè de adultatione huic affini dicebamus, quæ necessaria ciuitati videbuntur, ei fieri primò constituāt. Deinde impendio, & emolumento diligenter examinato, quid mediocri cauponi lucrū sit, videant, & tam impendium quā emolumentū conscribāt. Obseruentur autē alia ab ædilibus, alia à rerum venalium curatoribus, alia ab agri magistratibus, sic fermè cauponandi artes singulis proderunt, & minimè oberūt. Si quis non videatur pacta seruassè nisi lex aut decretum prohibeat, aut necessitas & vis illata coegerit, aut inopinatus casus inuitum detinuerit, in aliis non seruati causam pacti, tribuū iudices cognoscant, nisi vicini aut arbitri prius reconciliauerint. ^b Vulcano & Palladi opificum genus qui vitam nobis suis artibus instruerunt, consecratum est. Marti verò & Palladi genus eorum qui artificum opera ceteris quibusdum ad tutandum auxiliandumque paratis conseruant artibus. Nec ab re horum genus his diis est consecratum. Hi enim omnes regionem populūque curant. Alij quippe bellicis

bellicis certaminib. præfunt. Alij mercede o-
pera instrumētāq; efficiunt. Hi profectō deos
autotes veriti neminē mendacio decipere de-
bent. Si autē artificum aliquis in tempore sta-
tuto opus ignavia aut mala fide nō absoluerit,
ac deum vitæ datorem ignoscere sibi tanquam
domesticum suum aliquem cecitate quadam
animi arbitratus, ipsam minimē vereatur, pri-
mūm deo ipsi pœnas dabit deinde hac lege
reus factus operis quod in tempore non fecit
mercedē persoluat, ac ab initio rursus in eodē
spatio temporis opus gratis efficiat. Sed quod
venditori de rerum venalium pretio lex con-
suluit, id ipsam opifici quoque cōsulit. Caveat
ergo ne plus quam æquum est, ipse suum li-
ceatur opus, sed quam simplicissimē, & vt di-
gnum est, licitatis fiat. Non enim ignorat, opi-
fex quo pretio dignum opus suum sit. Nec de-
bet in libera ciuitate artifex arte ipsa quæ a-
perta res est, & à mendacio longē remota, iu-
des decipere. In his igitur iniuriā patienti ad-
uersus facientem iudiciū reddatur. ^b Si quis
opifici mercedē secundum pacta non dederit,
sed Ionē ciuitatis tutorē, Mineruāque huius
rei participem neglexerit, & paruo lucro mo-
tus, magnam hominū societate pro virili par-
te dissoluerit, lex vna cum deorum auxilio ci-
uitatis vnioni patrocinetur. Qui operis acce-
pti mercedem tempore quo pactus est, non ob-
tulerit, ^c duplum reddat: ac si annus præterie-
rit, quanuis pœcuniæ acceptæ mutuo sine v-
sura reddi debeant, hic tamen pro singulis
drachmis * singulas sextas drachmæ partes
mensibus singulis dato [quantum pro vsura
vulgō conferri solet.] Harum rerū causas tri-
buum iudices cognoscant. Verum quoniam de

^a Opifex opus
suum die dē
tō absoluat
nec maiora
quā par est
pro ipso mer-
cedem exi-
gat.

^b Cavetur o-
pificum solu-
tionibus ad-
uersus eos
qui mercedē
promissam
tarāus per-
soluunt aut
penitus retē-
nent.

^c Pecuniarū
sine vsura
vult mutuo
dari in sua
ciuitate.
Plato.

^d Et vltimas

2 Divi mili-
tantes ob e-
greiam bel-
le navatam
operam me-
ritis pramiis
& honorib.
afficiendi.

opificibus mentionem fecimus, & [duces belli
ceterique quorū ars & industria in rebus bel-
licis versatur, non alienum est, ut de his quoq;
obiter aliquid dicamus.] * Si ergo quispiā ho-
rum opes aliquod publicum, siue sponte, seu
iustus susceperit, rectēque quod cœpit, absolue-
rit, iustē huic lex honores qui bellicosis viris
præmia sunt, reddens, ipsum laudare nunquam
desinet. Sin verò is cum prius acceperit præ-
mium aliquod non compensarit ipsum præ-
claro aliquo facinore bellico meritò eum
lex culpabit. Itaque lex quædam de his, cum
laude mixta, quæ non cogat quidem, sed con-
sulat multitudini civiū ponatur: ut nimirū ho-
nore afficiāter boni viri, qui aut fortitudine,
aut bellica quadam peritia civitatē totam ser-
vaverint: & maximi honores illis primò attri-

Non debe-
re liberū es-
se cuiq; quā
vis velis cui-
vis de suis bo-
næ testamē-
to relinque-
re sed rem
testamenta-
riam legib.
esse desinen-
dam, quod
ut factius
persuadea-
tur utique
legis acri-
tas mollia-
bus præmissis
præponitur.

buanantur, qui honorū legum conditorum leges
præcipuè coluerunt. Iam igitur de pactis quæ
maxima homines inter se tractant, præterquā
de pupillis atque tutoribus, ferè iam dictū est
de quibus nunc necessariò est dicendum. ^bHo-
rum omnium initium est, eorum quidem qui
mortui sunt proximi, testandi cupiditas: eo-
rum verò quæ nihil testari sunt, fortuna. Ob
id autem necessariò dicendum, ô Clinia, dixi,
quoniam huius rei difficultatem considera-
bam: nec enim possibile est absque ordine id
relinquere. Nam multa singuli diversaque, &
inter se ac legibus & viventium moribus [at-
que aded suis quibus ante quàm testarentur
prædicti erant contraria testabuntur] si quis
statuet, quodcunque testamentum in fine vi-
tæ conditum fuerit, id omnino fore inuiola-
tum. [Stulte enim & non satis mente constan-
tes quodam modo sumus quàm plurimi quan-
do

do nos morti proximos putamus esse. CLIN. Quomodo id ais hospes? ATHEN. Difficilis quædam res est, ô Clinia, homo iam moriturus, hisque verbis frequentissimè vititur, quæ legumlatores terrent atque fatigant. CLIN. Quomodo istud? ATHEN. Nempe quam velit suorum omnium esse dominus, hæc solet, & quidem cum ira dicere. CLIN. Quænam? ATHEN. Graue, inquit, est nimium, odij, si mea mihi non licebit eicunque volo relinquere: & aliis plura, aliis pauciora, prout erga me boni malive liquidò inuenti sunt, tum in morbo, tum in senio, tum in aliis fortunis meis sufficienter comprobati. CLIN. An non rectè hospes tibi loqui videntur? ATH. Præci legumlatores, ô Clinia, molles fuisse mihi videntur, & ad minimum quid humanarum rerum in ferendis legib. respexisse. CLI. Quonam pectore? ATH. Illis morituri hominis verbis, ô optime vir, commoti legem illam scripserunt, per quam licet cuique vtcunque velit simpliciter sua disponere. Ego autem & tu in ciuitate tua morituris commodius respondebitis. CLI. Quomodo? ATH. O amici, dicemus ac breui præculdubio morituri difficile vobis est res vestras atque etiam vos ipsos secundum Delphicum præceptum cognoscere. Ego igitur qui leges condo, nec vos vestros esse arbitror? nec tẽ familiarẽ hæc omnẽ esse vestrã, sed totius vestri generis præteriti atque futuri: multoque magis vniuersæ ciuitatis & genus omne & diuitias esse. Hæc cum ita sint, si quis assentatiunculis in morbo & senio vos aggressus, præter honestum, testamentum condere persuaferit, nunquam id fieri sponte cõcedã: sed quod ciuitati

vniuersæ gentisque conferat considerans, ita
 leges conscribani, vt singulorum commoda
 minoris quàm cunctorum vt par est, æstimè.
 Vos igitur mites atque beneuoli nobis ite mo-
 dò, quò natura humanæ vos necessitas vocat.
 Nobis autem reliqua vestra cura erunt, qui
 non aliis magis quàm aliis rebus studemus, sed
 omnium æquè pro viribus curam gerimus.
 Hæc in proœmio solamina & viuentiũ & mo-
 rientiũ, ó Clinia sint. Lex autem sit ista: Qui
 liberos habet, & a testamentum conscribit pri-
 mò heredem de filiis vnum, quem dignum pu-
 tauerit constituat. Deinde quemcunque alio-
 rum adoptandum aliis dederit conscribat. Et
 si filiorum aliquis superest, nulla hereditate
 munitus, què secundũ legem in coloniã spe-
 rat profecturum, huic liceat patri de alia pecu-
 nia quantum velit legare, paterna sorte semper
 excepta, & omnibus quæ ad illam pertinent.
 Quòd si plures sint, eis pater quæcunque vltra
 sortem sunt, vt velit, distribuatur. Ac si alicui
 eorum iam domus est, ei pecunias nõ tribuat:
 neque filia similiter, quæ viro sit desponsa-
 ta, quòd si desponsata non fuerit, tribuat. Et si
 filiorũ filiarũve alicui fors aliqua in regio-
 ne post conditum testamentũ aduenerit, testa-
 toris ipsius heredi relinquatur. Si autem non
 filios, sed filias habet qui testatur, cuius filia
 velit virũ heredem sibi ac filiũ fore conscri-
 ber. Et si alicuius filius siue naturalis, siue ad-
 optiuus, antequàm togã virilem assumat, decessè-
 rit, has etiam fortunas suas testator significet,
 & quem velit loco illius melioribus auspiciis
 filiũ sibi fore, declaret. Si quis absque liberis o-
 mnino testamentũ condit, decimã partẽ fundi
 vltra sortẽ acquisiti leget cuiuscunque ciui vo-
 luc-

* Leges testa-
 mentaria.

herit. Cetera omnia futuro per adoptionem
 filio, benignè, sine querela & secundum legem
 tribuat. ^a Si cui liberi tutoribus indigent, & idè
 noriens testamento tutores quoscunque &
 quotcunque velit constituerit, qui tutandi of-
 ficiū suscipere velint, ita fiat sicut descripserit.
 Sit verò vel intestatus natura cōcesserit, vel
 tutores non conscripserit, qui genere proximi
 sunt, duo ex parte patris, duoque ex parte ma-
 tris atque unus ex mortui amicis, tutelam susci-
 piat. Quos legum custodes indigentibus pupil-
 lis statuere debent. [Nā quindecim ipsorū ca-
 teris seniores pro aetatis dignitate, orphanorū
 omnium curā sic habere volumus, ut in quin-
 que triadas diuisi primo anno tres praesint ei
 curae sequente, rursus alij tres atque ita dein-
 cept, donec quinq; circuitus in orbē facti sint:
 isq; ordo quantum fieri poterit, nunquam de-
 ficiat, aut interrumpatur.] ^b Siquis aut nihil te-
 status decesserit, filiosq; tutela egētes relique-
 rit, isdē legibus eis provideatur. Qui verò in-
 opinata fortuna decesserit, filiasq; reliquerit,
 latori legū veniā concedat, si ad duo de tribus
 ad ipsam pertinentib. respiciēs, eius filias col-
 locet, ad propinquitatē videlicet generis, sor-
 tēque seruandā. Tertium aut quod paterni offi-
 cij est, ut morib. ciuiū diligenter cōsideratis,
 idoneū & sibi filiū & filie sponsum deligat, id
 quoniā impossibile consideratu est, praetermit-
 tat. Lex igitur pro virib. hac de re huiusmodi
 sit. Siquis intestato mortuus filias reliquerit,
 frater eius ex patre aut ex matre, si absque sor-
 te sit, mortui filiā, & sortē suscipiat. Quod si fra-
 ter non extat, eius filius, nisi etas obster, acci-
 piat. Tertius sororis filius, si nullus illorū ex-
 tat. Quartus patris frater. Quintus filius eius.

^a Leges de tu-
 toribus con-
 stituendū.

^b Eius q. mo-
 rē ens prolem
 masculinā nul-
 lā relique-
 rit, sed dūta-
 xat filias ha-
 reditati quo-
 modo p. s. p. ce-
 re, & quibus
 eiusmodi fi-
 lias haeres
 ratione habē-
 ta generis &
 ut sortes ha-
 reditatu q.
 busq; tribu-
 bus & fratri
 sui assigna-
 ta nō miscēā
 tur, collocare
 debeat legis-
 lator.

Sextus sororis paternæ filius. Et similiter per fratres consobrinósq; generis semper propinquitate seruata, si filias reliquit, ita procedatur, ut in eodē genere mares fœminis anteponantur. Cōuenientiã verò ætatis ad nuptias & contrã, iudex nudos omnino mares, nudas quoque ad pubé vsque fœminas cōspiciens iudicet. At si ad fratrum vsque auorumque filios, co-

a Quando ali-
quis intesta-
to nulla pro-
le penitus re-
lictã ad e-
ius heredi-
tatē aduen-
dã proximi
quique gene-
ris & totius
cognationis
mares & fœ-
mina debēt
matrimonio
iungi.

b Quomodo
prospiciendũ
multis & ma-
gnis difficul-
tatibus, qua-
rum eiusmodi
matrimonii
proximorum
generes lege
rursus & san-
ctis, sepius
sunt inci-
dere.

gnatorum penuria sit, quęcunque ciuium spõte puella cum tutorum consilio deligeret, is si voluerit, eã in vxorẽ atque insuper hæreditatẽ accipiat. Quod si magna in penuria illorum qui urbem habitant, aliquẽ in coloniã missam puella hæredẽ facere sui patris optauerit is si ex eodẽ genere fuerit, hæreditatẽ secundũ legẽ adeat: sin verò ciuis quidẽ, sed nõ ex genere sit, ducat eã si voluerit, secundũ tutorum puellęque electio- nẽ: & hæreditatẽ domũ reuersus adeat. Siquis absque liberis omnino, masculis fœminisque intestato decesserit, cetera quidẽ secundũ iu- periorem legem agantur. Mares verò, & fœmina ex eodẽ genere tanquã consortes, desertã do- mum ingrediantur, quibus fors propriẽ cõpetat. Prima soror, deinde fratris filia. Sororis fi- lia, tertia. Quarta, paternã soror. Paterni fratris filia, quinta. Sexta paternæ sororis filia. Hæ cum illis, ut fas est, qui genere proximi sunt, vitam agent, quẽ admodũ in superioribus sanximus. Sed ne fugiat nos quã graue sit earum legum imperium, quibus genere propinquã ducere vxorem iubemus. Quippe qui huiusmodi legem fert, minimẽ considerare videtur, quã pluri- ma impedimenta reperiri possẽ, quę faciãt, ne quis his præceptis velit obtemperare. Multi etiã quiduis potius perpeti volent, quã du- cant, nubantque illi, cuius vel corpus ægrotũ.

manūque sit, vel infanus animus. In his ergo legumlator fortē nihil penit habuisse videbitur. Et profectō in plerisque non rectē ita videbitur. Quare tam pro conditore legum, quā pro subiectis cōmune huiusmodi sit exordium. Veniam dare legumlatori hi quibus leges ponuntur, debeant: quoniam publica curans, nunquam poterit priuatis quoque calamitatibus simul consulere. subiectis præterea ignoscendum, si legislatoris ea nonnunquam præcepta complecti nequeant, quæ singularū calamitatum ignarus conscripserit. CLIN. Quid igitur hospes hac in re agere decet? ATHEN. Arbitri, o Clinia, qui legibus his ciues concilient, eligendi sunt. CLINIA. Quomodo id dicis? ATHEN. Nonnunquam diues aliquis iuuenis, deliciis deditus, & ad maiores nuptias inhians, patruū auunculūve filiam aspernatur. Nonnunquam calamitate maxima puellæ seu corporis, siue animi coactus, legi illi non obtemperat, qua ad insana connubia inuitus trahitur, quibus implicitus viuere nollet. Quare nobis hæc lex de istis sanciat. Si qui testamenti, aut nuptiarum aliorūque gratia de legibus querantur, asserantque legislatorem si uiueret minimē impulsurum hanc ducere, vel huic nubere, & propinquus aliquis seu tutor legislatorem affirmet orphanis tutandis conciliandisque tanquam arbitros & parentes quindecim de legum custodibus reliquisse ad hos ipsos litigantes confugiant, eorūque iudiciis pareant. [Quod si alicui maior quàm pat sit legum custodibus de eiusmodi matrimoniis potestas dari videatur, rem ad electorū iudicium cōfessum deferat, expectatque sententiam, & qui damnatus est, infamia notetur.

quod pecuniarū multarū multa apud eū qui sapit lōgè maius supplicium est Sequitur post hæc quasi secunda quædam orphanorū generatio. Est autem post primā educatio disciplinæque, de qua dictum est: post secundam verò operā dare debemus vt priuati parentibus quā minimè miserabili calamitate premātur. Legū ergo custodes quasi alteros istorum parentes, primis non peiores constituimus, & per singulos annos quasi suis prouidere iubemus.

Proximium in legē de pupillis, quo quædam proœmio pupillorū cura magistratibus & tutoribus sanctissimè commendatur.

Defunctorū Anima quædam rerū humanarū curam habent secundū opinionē veterē & peruulgatam.

in primis de orphanorū educatione tam pro legum custodibus, quam pro tutoribus ita exoriamur. **b** Oportunè videtur in superioribus narraſſe defunctorum animas vim quædam habere, qua de rebus humanis curam habent. Id verū quidem, sed longa oratione approbatur.

Quamobrem & aliis peruulgatis antiquisque de hac re sermonibus, & legulatoribus, sic se habere ista sancientibus, credere debent, nisi omnino demètes sint. Cū verò hæc ita natura sint,

primum deos maximè superos timeant, qui de puerorum desolatione procurant, deinde etiā mortuorum manes, quibus natura inest, vt precipua illorū cura teneantur, qui ab eis geniti sunt, adeò vt honorantibus eos propitij, contentibus, infensi sint. Præterea seniorum viuentium animos, qui maximis in ciuitate felici funguntur honoribus. Quos filij nepotesque dū colunt, iucundissimè viuunt. Hi acutè hæc audiunt, & acutè perspiciunt, eisq; qui iuste orphanos tractant beneuoli sunt. Illis autem maximè indignantur, qui contumeliis patentibus orbos afficiunt. Orphanos quippe maximum factatissimumq; depositum putant. His omnibus tutor & magistratus communitus, mentem si quam habet, ad hæc tem adhibebit: ac de discipli-

plina educationeque orphanorū ita providebit pro viribus, vt sibi & suis se id agendo opti meptor idere certò sciat. Quicumque hoc ante legē exordio persuasus ab omni in orphanos contumelia se continebit, iram legū circa eius modi maleficia non experietur. At qui praefationem hāc aspernatus, aliquem patre aut matre priuatum iniuriis afficit, damnum duplū restituat quod persolueret, si quē parentes ambo habentē laferit. Sed leges quae sequuntur, tutoribus prout erga orphanos se gerāt, magistratib. prout de cura tutorum inquirāt, conferibimus. Si ergo educationis liberorum ipsi propria & distincta quadā haberent exēpla, [suos alentes ac suas res curantes] legēsque de istis mediocriter distinctas haberent, non absque causa tutoris leges, quoniā multū ab illis differrēt, seorsum ederemus, aliis studiis orphanorū vitā, aliis nō orphanorum muniētes. Nunc verò ad hāc vniuersa, orbitas eiusq; cura nō multū differt, quātum ad leges attinet, à gubernatione paterna: sed honore, cōtēptu, & cura exequati minimè solet. Quapropter lex cōsolādo minādōque orphanorū curę studet. Neque ab re fuerit, si hunc in modum minemur. Qui foeminam marēmue tutatur, & qui de legum custodibus tutorem obleruare constitutus est, non minus orphanos, quām si genuisset eos diligit, neq; res illorum peius quā suas gubernet, imò etiā affectu animi melius. Vnam verò hanc legem semper in animo habentes tutelam peragant. Si quis huic legi detogauerit, tutor quidem à magistratu condēnetur: Magistratus autem ad electorum iudiciū à tutore vocatus, duplo damno afficiatur. *¶* Damnum sententia iudicum æstimetur.

*Lex pupil-
lorū curā tu-
torib. & ma-
gistratib. q-
tutorib. pre-
sunt sanctē
& religioſū
cōmendans
& aduersus
peccātes pœ-
nā sanciens.*

Quòd si tutor negligere, aut malitiosè agere propinquis, aut ceterorum ciuium alicui videbitur, in idem iudicium adductus, quadruplum damni restituat, cuius pars altera pueros accusatori altera deferatur. ^aPostquàm verò ad pubertatem orphanus venit, si malè secum egisse tutorem duxerit, ad quinquenniù vsq; ab exacta tutela in tutorem ipsi agere liceat. Et si tutor quispiam condemnabitur, quid parti darèue debeat, à iudicibus decernatur. Si magistratum aliquis per negligentiam obfuisse orphano videatur, quid ipsi restituendum sit, iudices statuunt. Sin verò etiam per iniuriam, non solùm damnum restituat, verum etiã magistratu legis custodum priuetur, & alius pro eo ciuitati regionique à populo confestim creetur. ^bSolent patrum aduersus filios querelæ fieri, filiorum quoque in parentes, maiores quàm deceat, quarum causa patres scribi oportere à legislatore fortè putent vt liceat sibi, si velint, publico præconio filium abdicare, ne amplius secundum legem filius sit: & filiis parentes morbis vel senio turpiter affectos liceat amentia accusare. Hęc omnia vbi pessimi omnino mores hominum sunt accidere solent. Nam si dimidium solum esset malum, vt si parentes mali vel filij solùm essent, tam grauium inimicitiarum calamitates non euenirent. Profectò in alia quavis republica abdicatus filius, non necessariò ciuitate priuatur. In ea verò quæ his legibus gubernabitur, aliò abire patre priuatum necesse est. Quippe eum ad quadraginta & quinquies mille domos nulla possit accedere. Quapropter oportet filium iure abdicandum non à patre solo, sed à genere yniuerso depelli. Itaque in rebus hu-

^aPupillis aduersus tutores ob malè gestã tutelã actio datur.

^b Patribus quomodo filios licet abdicare: abdicati nisi ab aliquo adoptentur in cetera cõ aliis mittend.

iusmodi tali quadam lege agendum. Quando aliquis infelici indignatione commotus, siue iure seu iniuria irascatur, quem genuit educavitque à cognatione sua cupit reicere, non liceat leuiter subitoque id facere: sed primū genere sibi propinquos vsque ad patrueles, item filios ex parte matris conuocet. Apud quos accuset filium, ostendatque dignum esse qui à propinquis suis omnibus depellatur. Deinde filio quoque causam suam dicendi potestatem concedat, quod videlicet talis non sit, vt reici debeat. Postremò suffragia præter parentes & filium ipsum propinqui omnes tam viri quàm mulieres conferant, nisi ætas impedimento sit. Et si plura quàm dimidiæ partis suffragia patri suffragantur, liceat ei filium abdicare: aliter minimè. Siquis autem ciuium, abdicatum adoptare voluerit, nulla id lege veterariuenum enim mores sæpe in vita varièque mutantur. Ac si nemo circa decennium, reiectum filium coniungere sibi adoptione voluerit, curatores prolis supra modum adauctæ, quàm constituimus transmissis colonis amputari, de his quoque provideant, vt eiusdem coloniarum participes congruè fiant. ^a Siquis morbo, aut fe-

^a Quomodo
filii prospici-
antur: quomodo
patres pro
senio delirant
tes, et vè fa-
miliarè disti-
pantestigibè

no, aut morum acerbitate, aut his omnibus magis quàm alij exagitatus in dementia incidat, lateatque id omnes præter domesticos: ille verò tanquam dominus rem familiarem dissipet, & filias demetiæ patrem accusare formidet, lex ita fieri iubeat primò quidem filius ad seniores legum custodes protectus calamitatem patris enarret, qui re factis inspecta, accusantes necne pater sit, consulant, dein si accusandum decreuerint, testes simul & adiutores sint accusanti. Et si pater damnabitur, nec mi-

nimum quidem de rebus suis in posterum disponere queat, nec tanquam paterfamilias amplius, sed quasi filius ac puer domum habitet.

a **Diuortium qua de causa concedendū sit: tū vt diuortio se parati cum alijsq; magis apti sint & melius cōueniāt vtrisque iungantur. certa magistratibus cura esse debet.**

a Si vir & vxor propter morum acerbitatem inuicem non conueniant, decem viri de legū custodijs qui medijs sint, & decem mulieres de curatricibus connubiorum prouideant.

Quorum sententia si ita conciliati fuerint valida & stabilis habeatur. Sin autem illorum animi vehementius etiam iracundia fluctuent, facto diuortio, illos pro viribus quærant, qui vtrisque conueniant. Videntur autem in eiusmodi hominibus acerbiores natura motes inesse. Quare maturiora mitioraque ingenia istis accommodanda sunt: quicumque sine filiis sunt, aut paucos procreauerint, dissentientque, procreandorum liberorum causa coniugium rursus quærare compellendi. Quòd si filios non paucos habent, atque dissentiunt, senectutis mutuo curandæ gratia diuortio facto, aliud coniugium incant.

b **Viro aut mulieri vidua, quomodo secunda nuptia permittantur.**

b Si mulier liberis maribus feminisque relictis mortua est, lex virum non cogat quidē, sed persuadeat, filios suos, educare non ducta nouerca, at si defuncta vxor filios non reliquerit, duci alteram cogat, ex qua tum familiz suæ, tum ciuitati quantum satis sit, sobolem procreet.

c **Liberorum iustus numerus.**

Si vir sufficientes reliquit filios, mater ipsos vidua educato. Quòd si iunior esse videatur, quàm vt sana sine viro viuere possit propinqui eius cū mulieribus connubiorum curatoribus cōsilio habito, quod sibi illisque videbitur, id exequatur:

d **Utrū parē sē proles sequi debeat, nā a altero parente seruo altero libero**

[Si verò liberis egeant liberorum quoque gratia ipsis eadem ratione prospiciatur.] *c* Liberorum autem sufficiens numerus, mas & femina secundum legem. *d* Quoties vtrinque con-

ceditur, natos pueros eorum filios esse qui sibi eos vendicant, sed res iudicio eget, utrum parentum potius sequi natus debeat, sic agatur. Serua si seruo aut libero aut liberto coniuncta peperit, serua domino natus detur: si ex seruo libera peperit, serui dominus, nati similiter dominus esto. Quod si quispiam ex serua sua natum suscepit, aut quæpiam ex seruo peperit proprio, idque pateat, natum quidem ex hera & seruo in aliam regionem cum patre simul emittant. Natum verò ex serua & libero legum custodes vnà cum matre extra fines expellant. ^a Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui vnquam consulat. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet, id rectè dictum ad honorandos parentes proceriorum erit. Leges de diis antiquæ apud omnes dupliciter positæ sunt. Nempe alios deorum aperte videntes, colimus. Alios verò non videmus quidem, sed eorum imagines fabricamus, easque licet inanimes dum honoramus, deos ipsos viuentes existimamus ob id maxime nobis gratos & propitios fore. ^b Cuius ergo pater aut mater, vel horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi iacent, is putet nunquam aliud sibi tale simulacrum, magisque efficax domui suæ affuturum, si rectè, ut decet, ab eo colitur. CLIN. Quisnam rectus colendi modus? ATHEN. Dicam. Digna enim, o amici, hæc auditu sunt. CLIN. Age igitur, dic. ATH. Oedipus contemptus à filiis, ea illis imprecatus est, quæ exaudita effectaque à diis apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnici filio iratum, illi maledixit: & Hippolyto Thiglea: plura

^a Praclarus locus de honore & obsequio quod debetur à liberis parentibus suis. ^b Patres senes praesertim liberis suis esse debent Deorum vna & spirantes quadam imagines, & thesauri incomparabiles. ^c Exempla quorundam quorum imprecationes in liberos prolata à diis sunt exaudita & impleta.

rimòsque alios aliis. Quibus aperitissimum factum est, à diis preces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis non iniuria perniciosus filio.

Ut imprecationes, ita preces patrum liberis de se bene meritis fausta à deo orationum non sint irrita

Nemo verò cum pater aut mater ab eo contemnitur, tunc solum à Deo putet orationes eorum secundum naturam exaudiri, sed cum etiam honoratur: ac ideo cum lætiores bona liberis à diis petunt, exaudiri eos similiter existimare debemus, atque ideo nobis æqua inde distribui. Nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent, quod longè à diis abesse necesse est. CLII.

Certè. ATHEN. Quapropter existimandum est, ut paulò antè diximus, nullum apud deos magis honorandum simulachrum habere nos posse quàm patres & auos senio confectos matrèsq;e similiter. Quibus honoratis deus gaudet, alioquin eos minime exaudiret. Mirabilius enim parentum simulachrum nobis quàm inanimes quæque imagines videri debet. Nam quæ animam habent, quando coluntur à nobis, pro nobis orant fauentque quotidie: quando despiciuntur, contrà: quæ verò anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos ceteròsque huiusmodi rectè se gerit, is ad deos sibi conciliandos simulachrorum omnium optima possidet. CLINIA. Præclare dixisti. ATHENI. Omnes igitur non insani verentur coluntque parentum orationes, non ignorantes multis sæpe profuisse obfuisseque. Cùm hæc ita natura constituta sint, probis quidè viris seniores parètes* pro magno questu habentur, si ad senium vsque peruenerint, fin

fin verò iuniores decesserint, valdè desiderantur. Improbis autè contrà, valdè terribiles sunt. Quapropter quilibet rationibus his inductus, parentes suos secundū legē honoret. ^aIn eos quī parentes cō-
 Si quis ve-
 rō futurus ad hęc exordia, sit, hęc legē rectè sta-
 turā audiat. Siquis in hac ciuitate min^o quā de-
 cet patres colat, nec magis eos quā filios nepo-
 tēsq. & seipsū diligat, præ cæteris eorū volūta-
 ti in omnib. obsequēs, qui ita negligitur per se
 vel per alium ad tres de legū custodibus senio-
 res rem deferat, & ad tres similiter de conu-
 bitorū procuratoribus, qui re inuestigata, in eos
 qui iniuriā intulerunt animaduertat. In viros
 quidem si trigessimū annum non excesserint, &
 in mulieres si quadagesimum, vinculis atque
 verberibus. Si autem profectiones ætate quā
 diximus sint, neque desinant parentes negli-
 gere, inō eos etiam affligant, ad iudicium
 ire compellantur. Iudicent autem ciues, qui
 ætate cæteros omnes maximè antecedunt: &
 condemnatus soluat patiatūque, quod à iudi-
 cio statuetur: ita vt nihil prætermittatur, quod
 dare hominum aliquis patire possit. Siquis ve-
 rō cum afflictus sit, deferre non potest, qui-
 cunque liber audierit magistratibus nunciet,
 aut improbus habeatur, & à volente quolibet
 damni illati accusetur. Si autem seruus detu-
 lerit, liber esto. Quod si affligentis vel afflicti
 seruus sit, in libertatem à magistratibus ven-
 dicetur: sin autem alicuius alterius ciuis ser-
 uus fuerit, pretium domino publicè persolua-
 tur. Cura verò magistratibus sit, ne quis ei qui
 detulerit, noceat. Quæ veneno aliis ab a-
 lio sunt, lethalia quidem diuisa sunt. Cætera
 verò sine potu, siue cibo, siue inunctione spōne
 & consilio peragantur, nondum distinximus.

¶ Veneficio *¶ Cum enim duo sint in vſu apud homines ve-*
ru duo ſunt *neficioru genera, id efficit, ne poſſimus de his*
genera, vnu *præciſe aliquid & generaliter definire. Primò*
in venenis *enim, vt modò diximus, corporibus corpora*
qua corpori- *ſecundum naturam lædantur: deinde magicis*
bus applica- *veneficiis & cantibus nodisque quibudã per-*
ta nocentia *ſuadetur, iis quidem qui officere ſtudent, poſſe*
verũ in ma- *ſe id aſſequi, iis verò facile admodũ ab illis ve-*
gicis quibus *neficio lædi poſſe. Hæc verò cæteraque huius-*
dam incãta *modi quo pacto natura ſe habeant, nec facile*
tionibus vene- *ſciri poſſunt, nec ſiquis ſciat aliis perſuaderi,*
rib. & eius *Sed animis hominũ circa hæc egrè ſuſpicioſe-*
dem generis *que inter ſe affectis haud admodũ dignum eſt*
alijs, poſitũ *conari perſuadere, vt ſi cerea ſimulachra ſiue*
eſt. *in ianuis, ſiue in triuio, ſiue in monumẽtis pa-*
¶ Cerea ſimu- *rẽtum viderint, hæc omnino deſpiciãt, cũ cer-*
lachra, que *tã de his opinionem nullã habeant. Quare bi-*
ſiue in ianuis *peritò legem de veneficio patientes, primum*
ſiue in tri- *hortamur, monemus, atque conſulimus ne ta-*
uio, ſiue in *lia faciant, ne multos quaſi pueros terreat:*
monumentis *nec legumlatorem & iudicem cogant huius-*
ſolent collo- *modi hominum timori mederi. Quippe qui*
cari à venefi- *veneno nocere nititur, ſi corporibus id illa-*
cis. *turus eſt, niſi medicinæ peritus ſit, quid agat,*
¶ Pœna ad- *ignorat. Similiter qui magicis cantibus id ten-*
verſus vene- *tat, niſi aruſpex, monſtrorumque interpres ſit.*
ficos lege *Sed iam lex iſta de venenis huiusmodi ſanciat-*
fancitur, ſi *tur. ^b Qui nõ ad mortem hominis, ſed pecorũ,*
ſuerint medi- *aut examinũ, veneno vtitur, ſiue etiam vt ali-*
ci aut aru- *ter quàm mortẽ beſtiis noceat, ſi medicus ſit,*
ſpices, capi- *& veneficii reus fuerit iudicatus, morte ſuppli-*
talis, ſin eas *cium luat: ſin verò medicinæ ignarus, iudiciũ*
artes nõ fue- *quid pati datũe ipſum oportet, conſtituat.*
rint profeſſi, *Quando verò quis nodis, inductionibus, cant-*
leuiorũ dam- *tibus, ſimilibuſque veneficiis ad nocendum*
ni nempe il- *paratus depræhenſus eſt, ſi aruſpex aut prodi-*
lati repara- *giorum*
to.

glorum interpret sit, occidatur. Sin verò non fuerit, iudicium de ipso similiter quid dare patìve debeat, statuat. Qui clam aut vi nocuit, magna reddat, si in magnis nocuit: minora, si in minoribus: & in omnibus tantum reddat, vt damnum exequetur. Præterea[singulis maleficiis competentes pœnas luat, vt castigetur & corrigatur quisquis pœna dignū quidpiam admiserit:] leuiores quidem si propter iuuentutis imprudentiam, aliena malitia fuerit impulsus: grauiores autē, si dementia sua, aut immoderatis voluptatib. & doloribus, aut timore aut inuidia, aut iracundia insanabili. * Pœna verò maleficis inferuntur, non quia peccauerunt: nā quod factum est, infectum esse non potest: sed vt posthac & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates viderunt, iniustitiam ode-rint, aut saltē [magna pars eius calamitatis esset & desinat] Quorum omnium gratia ^b oportet vt ad hæc leges respiciant & boni sagittarii similes ad hoc signum tendant, punitiois magnitudinem in singulis, & quod dignum est, considerantes. Id ipsum iudicem legumlatoris ministrum facere decet, cum à lege ipsi cōmittitur, vt ipse statuat, quid dare patìve damnatum oporteat. Qui sanè non aliter quod reliquū est, superiora imitatus exequi debet, quā pictor ita pingere vt exemplaria diligenter sequatur. Quod nobis ò Clinia, Megillēque faciendum quā pulcherrimè atq; optimè censeo: & pœnas tam eorum quæ furto & clam, quā eorum quæ vi aguntur, quales esse oporteat dicendum prout dii nobis deorūque filii leges ponere concedunt. ^c Nemo furiosus palām in vrbe cernatur: sed furiosum propinqui domi quomodo docunque possunt cu-

^a Cur pœna nocentib. lege infligantur.

^b Iudex in decernendis pœnis particularib. aduersus maleficos tanquā minister legum debet sibi præscriptum a legum exemplar,

quoad maximum potest, exprimere.

^c Furiosi debent à suis propinquis domi contineri, nec in publico conspici.

stodiant. Quòd nisi fecerint, mulctentur: qui maximi census sunt, drachmis centum, siue seruum: seu liberum minus diligenter custodiant. Qui secundi, quatuor de quinque minax partibus: qui tertii tribus: & duabus qui quarti. Multis autem, modis homines furore aguntur.

a Qui conuittium alteri dicit specie quadam in sania laborat.

b Conuittia in genere prohibentur qua mala ex ipsis oriuntur ostenditur et pro distinctione locorum in quibus profertur, ipsorumque aduersio diuersis modis datur.

a Alii morbo, ut hi de quibus modò diximus. Alii per iracundiam praua naturae vitiosamque educationem, qui paruis inimicitiiis moti altius inelamant, & turpiter inter se conuittantur. Nihil verò tale in ciuitate bonis legibus instituta fieri decet. De conuittio igitur hæc vna omnibus lex ponatur. Nemo alicui conuittietur. *b* Sed quicumque cum alio de re quapiam ambigit, discat potius doceatque tam ambigentem quam præsentem, ita ut omni conuittio profus abstinere. Cum enim sibi inuicem verbis turpibus maledicunt, mulieres habentur: & in primis ex verbis, quæ certe leuissima res est, odia grauissima & inimicitiae sæpe nascuntur. Profectò qui iræ rei penitus ingrata morem gerit, ipsamque quasi alientis quibusdam noxiis explet, is quantum per disciplinam antea ex cultus fuerat, tantum exacerbato postea iracunda animæ parte, efferrataque, difficilem sibi viuendi reddit rationem, & hanc amaram ab ira gratiam suscipit. Ex his penè omnes ad id deuenire solent, ut ridiculum aliquid in aduersarium dicant: qua in re quicumque se affuefacit, aut bonos mores penitus, aut magnanimitatem maxima ex parte amittit. Quamobrem nemo in templo obiurgationibus his unquam utatur, nec ubi publica sacrificia vel certamina peraguntur, nec in rerum venalium foro, nec in iudicio, aut alio quouis certu communi.

Eum verò qui in hoc deliquerit, magistratus liberè puniat: quod si non fecerit, quasi legum proditor, præceptorumque legillatoris ipretor nunquam [de præmiis quæ ob virtutem & rectè administratum munus tribui solent, cum villo contendat.] Siquis autem aliis in locis maledicto vel prouocando, vel respondendo vtatur, quicumque senior accesserit, pro legum defensione hunc verberet, & eos qui ira alii mala imprecantur comprimat. Alioquin vt prædiximus, puniatur. Neminem præterea in conuitiis versari arbitramur, [qui non ridiculum aliquid & falsum conetur dicere.] Atque hoc ipsum est, quod damnamus, quando cum ira fit. *Quid porro? comicorumne satyrorumque sales & ridiculosa conuicia quibus aduersus ciues vtuntur, si absque ira sic mordeant, admittemus? An id bifariam distinguemus, in iocosam & feriam orationem: Et ioco quidem vt liceat sic, vt ridiculum absque ira dicatur: concitato verò per iram animo, nemini vt antè diximus, tale quid dicere liceat? Hoc igitur nullo modo admittendum. Cui verò liceat, & cui non, lege iam declarandum.* *b* Poetæ comico vel iambicæ musicæue melodiæ autori nec verbo, nec imagine cuiquam ciuium detrahere liceat, siue id ira, siue absque ira faciat. Et eum qui contrà fecerit, qui dandis præmiis præsumit, eodem die è regione exterminent: aliter tribus minis mulcentur, Deo in cuius honorem certatum fuerat, consecrandis. Cæteris verò de quibus supra diximus, siue ira & cum ioco ridiculum aliquid dicere liceat: seriò autem & cum ira nequaquam. Cuius rei cognitio, communis iuuenum disciplinæ curatori committatur. Et

a Quibus permutatur in eis & salib. alios pstris gere, modo id sine vlla acerbitate a animi fiat.

b Poetis in totum interdicitur ne siue irati siue non irati vllum in carmine dicat, in iocis salibus siue feriant.

*Miserabilis
quis, verè.

a Mēdicitas
nullo modo
toleranda.

b Quando te
neatur domi
nus damnum
alteri à ser
uo suo aut a
nimali illu
m prestare.

quod probauerit, proferre in medium licet: quod autem reprobauerit, hoc neque ipse vlli vnquam ostendat, neque alium siue seruum, siue liberum doceat. Si contrà fecerit, prauus legumque contemptor habeatur. * Miserabilis autem, id est misericordia dignus existimandus est, nō qui fame, vel re alia huiusmodi premitur: sed qui cū temperans sit, & virtute alia vel parte virtutis sit præditus, calamitate tamen ad hæc aliqua fortè vexatur. Quare mirum profectò erit, si vir talis ad eò neglectus fuerit, vt siue liber, seu seruus in ciuitate moderatè gubernata in extremam paupertatem deueniat. Idcirco non iniuria legislator talem de hac re legem tutò ponere potest. * Nul lus in ciuitate nostra mendicus sit. Qui- cunque verò id tentauerit, victumque irritis precibus colligere cœperit, à rerum venalium curatoribus è foro pellatur: ab ædili magistratu & vrbe eiciatur, ex tota denique regione ab agri magistratu exterminetur, vt ab eiusmodi animali omnino vniuersa regio munda sit. *b* Si seruus vel serua alienæ rei offerit siue imperitia, seu immoderato aliquo vsu id fecerit, nec qui damnum passus est, causam præbuerit, dominus eius aut satisficiat, aut seruum seruamue illi, qui damnum passus est tradat. Quòd si communi quadam nocentis patientisque astutia: vt seruus sibi auferatur, serui dominus factum contēdat, de fraude & dolo malo agat aduersus eū qui de seruo cō queritur. Et si conuicerit, pretium serui à iudicio constitutum à damnato duplicatum accipiat. Sin autem conuictus fuerit, & damnum restituat, & seruum insuper tradat. Si iumentum, aut equus, aut canis, aut domesticum aliud ani mal

mal proximi rem attriuerit, animalis domi-
 nus similiter damnum restituat. ^aSi quis spon-
 te testimonium ferre noluerit, citeretur ab indi-
 gente eius testimonio, citatusque tempore i-
 doneo adsit, & testimonium prout scierit, af-
 ferat. Sin nescire dixerit, iureiurando tribus diis
 loue, Apolline, Themide nominatis, nescire se
 affirmet, ac abeat. Qui ad ferendū testimoniū
 citatus nō uenerit, damnū ei, qui citauit, secun-
 dū legē deponat. ^bSi iudex aliquis in testimo-
 niū citatus fuerit, testimonio allato, nullā in
 eadē causa sententiā ferat. ^cMulieri liberæ, si
 quadraginta annos excesserit tā ad testandum,
 quā ad patrocinandū interesse iudicio liceat.
 imō verò & ad accusandū, si sub viro non sit.
 Viuente verò marito testimoniū perhibere so-
 lummodo liceat. ^dSeruo autem & seruæ & pu-
 eris de homicidio solum dicere testarique li-
 ceat, si idoneum fideiussorem dederint, se usq;
 ad latā sententiā permansuros, si fortē falsi tes-
 timonii fuerint accusari. ^eSi quis falsi testimo-
 nii agere uoluerit, quod & in toto & in parte
 testimonii & utriusq; aduersariis licet, antequā
 sententiam iudices ferant, falsos fuisse testes
 obiciat. Falsi verò testimonii criminationes
 ab utrisque illatas magistratus ipsi conscriptas
 feruent, & ad iudicium postea de falso testi-
 monio referant. Si quis falso testimonium bis
 dixisse inueniatur, à nulla lege ter: rō testari co-
 gatur. Si verò ter, nullo modo postea testimo-
 niū ipsi dicere liceat. Quod si ter in falsitate
 deprehensus testari ulterius ausus fuerit, à vo-
 lente quolibet ad magistratum deferatur, &
 à magistratu tradatur iudicio, & si conui-
 ctus fuerit, moriatur. Quando in lite falsa te-
 stimonia intercesserint, per quæ aduersariū su-

^aQuā ratio
 ne ad dicen-
 dum testimo-
 niū inuitus
 quispiā ad-
 gi possit.

^bIudex in te-
 stimonium
 productus
 ab alterutro
 reorum de
 causa non
 iudicat.

^cMulieri
 quādo in iu-
 dicio testimo-
 niū dicere
 & causam
 etiam agere
 liceat.

^dSeruis &
 puern quare
 non testimo-
 niū dicere
 nō dicitur

^eQuomodo
 procedendū
 in iudicio

aduersarios
 qui falsi te-
 stimoniū ac-
 cusantur: con-
 uicti eius
 criminis quo
 loco habedi-

De causis

*Iudicia fa-
cta secundum
falsa testimo-
nia irrita
sunt.*

*Aduersus
oratores qui
mercede co-
ducta opera
sua præbent
causis inu-
sita agenda
vel defenden-
dis. & per-
vertere ius,
dicendi ali-
qua facultate
conantur
pena statu-
tur.*

hypo.

quod dicitur

parasse videri quis potuerit, si plures quam in-
dictas testium cōdemnati fuerint, iudicium se-
cundum illa nullum procedat. Discerepare ve-
rò conuenit, vtrum secundum illa testimonia
quicquam iudicatum sit necne, vt quomodo-
cunque iudicatum fuerit, hoc pacto iustum
lis finem consequatur. Verum cum multa in
vita hominum bona sunt, pluribus eorū quasi
quædam dixit pestes insident, quæ maculant
illa atque coinquinant. Iudicialis autem di-
sceptatio iudiciūque cur homini bonū non
est, quod humana omnia mansuefecit? Atqui
cum disceptatio talis bonum sit, cur & ad ef-
fe in lire alieni, & causæ iustæ fauere, bonum
non sit? Hæc cum ita sint, peruersa calumnia
bonum artis subit nomen, quæ artificium in-
uenisse in litibus asserit, quo agenda & dicen-
da, siue honesta, siue turpis sit causa, superare
facile quis possit, victoresque facere, quibus
ipsa rationibus suis fauet, si pro artis ipsius be-
neficio pecunia dabitur. Hæc siue ars, siue artis
expers exercitatio quædam sit, danda opera
est ne in nostra ciuitate aditum habeat: sed
legem verita conditorem, nihil aduersus le-
ges proferat, & aliò profecta vires suas osten-
dat. Siquis verò non pareat, hac lege deterre-
tur. Siquis iustitiæ vires in animis iudicium
in contrarium vertere conetur, ac præter op-
portunitatē multa litigia mouet, aut mouen-
tibus adest, agat in eum quicumque voluerit,
male agendi, aut denique defendendi crimi-
ne, iudiciūque huiusmodi apud electos iu-
dices agitetur. Et si damnatus fuerit, discuti-
tur vtrum auaritia, an ambitiosa quædam con-
tentione id fecerit. Ac si contentione, certum
ipsi iudices tempus præscribant, in quo neque

pro se, neque pro alio ullam agat dicatve causam. Sin autem auaritia, peregrinus quidem à regione, nunquam rediturus abito, & si redierit, mortuus. Ciuis autem si auaritia fecisse id deprehendatur, quoniam pecuniam tanti fecerit, omnino moriatur. Quòd si ambitiosa contentione bis tale quid fecisse iudicatus fuerit, id ipsum supplicium subeat.

DIALOGVS

DVODECIMVS DE

LEGIBVS, VEL DE LEGVM- LATIONE.

Marfilij Ficini Argumentum.

Plato diuinus in omnibus legum dialogis, diuini operi similitudine, ideoque numero duodenario delectatus, nimirum duodecesimum dialogum ita communem legum arcans esse voluit, quemadmodum duodecesimus mundi circulus commune stellarum est firmamentum. Et quemadmodum si quis circulum duodecesimum penetrauerit, perfectionem felicitatemque anima statim inueniet, imò etiam consequetur: sic Plato vltra librum duodecesimum progressurus, non tam leges quam beatam anima perfectionem legibus acquisitam in Epinomis demonstrabit. In superioribus quidem libris leges partim ad officia publica, partim ad priuata negotia pertinent, partim ad urbana, partim ad externa siue in pace, siue in bello. In duodecimo vero, omnes quodammodo congregantur ad omnia pertinentes, non leges inquam singulas sed nonnulla ex quolibet genere singularum. Adde-
tur legibus id quod maximum est, yatis videlicet

conseruatrice legum & emendatrice. Additur magi-
 stratibus id quoque quod maximum: ratio videlicet
 repetendarum referendarumque rationum, non ali-
 ter publici magistratuum officij preposita, qui pri-
 uati afflictionibus animorum, conscientia ipsius exa-
 men. Hoc utique examine tum privato omni animo-
 rum salus, tum publico ciuitatis salus vniuersa con-
 sistit. Atque id est compendiarium duodecimi argu-
 mentum. At quoniam mox in principio, & in sequen-
 tibus, & saepe in antecedentibus deorum comemorat
 filios, atque tum deos alios aliorum, tum homines deo-
 rum filios nuncupat, meminisse oportet duobus modis
 apud Platonem deos deorum filios esse, duobus que-
 que modis homines filios esse deorum. Primo quidem,
 ut Timaeus docet, omnes sphaerarum mundi rectores
 siue ipsae sphaerarum animi, siue daemones citra sphae-
 ras, siue intellectus angelici ultra sphaeras filij sunt
 omnipotentis Dei, tanquam voluntate ipsius benefi-
 cia procreati. Deinde in qualibet horum trium gene-
 re, inferiores superiorum filij id eo nuncupantur, quia
 a superioribus continuè radios formaeque suscipien-
 tes, quod ammodo inde formantur, & illi quasi pa-
 tribus obsecundare videntur. Homines similiter ge-
 niti dicuntur à superis, vel quoniam ab initio rerum
 è terra visceribus superiorum fomento in lucem editi
 fuerint: vel quoniam nonnulli quotidie superiorum
 inspiratione vehementes afflatis, mox ex humana so-
 litaque affectione, in diuinum quendam vitam statum
 quasi renati diuinitus transferuntur. Quo quidem in
 gradu & pii philosophos, & philosophicos principes
 sapenumero collocat. Detestatur mox poetas, qui
 scelera hominum transferentes in superos, & contra
 diuinitatem impiè deliquerunt, & malo superiorum
 exemplo hominibus grauiter nocuerunt. Præterea
 furta ceteraque factiora, ex intentione peccantis &
 habitus vel sanabili, vel insanabili, magis quam
 ab

ab affectu putat esse censenda. Praecipit inter militi-
 tia leges: quod & in omni vita optimum omnium
 arbitratur: ut nemo cognoscat quid sit sibi tantum
 vivere vel seorsum ab alijs quicquam agere: sed ad
 prudentis superiorisque nutum, & ad communens
 usum singuli singulas dirigant actiones. Docet iudice-
 ces ne vel sponte, vel etiam coacti prater ius sen-
 tentiam ferant. Iudicium enim ipsum ex antiquo-
 rum sententia praecone Orphei & Hesiodi, esse vir-
 ginem quandam pudicam. Pudori autem atque
 iudicio in primis odio esse mendacium. Deam vero
 iudicij praesidem, diuinam esse existimant providen-
 tiam humanis iudicijs venerandam. Post haec da-
 mnat eos qui arma turpiter proiecerunt, & illos in-
 super belli duces, qui eos sub signis iterum milita-
 turos recipiunt. Audiet ex absentia religionis in iu-
 dicij peccata committi. Sed impiorum omnium pes-
 simos esse qui precibus hostiisque ita Deum placatu-
 ros se confidunt ut ob hanc confidentiam impune sibi
 liceat grandem pecuniam extorquere. Tradit cautissi-
 mas post haec leges de peregrino excipiendis: peregrina-
 tionemque civium: ne vel mores civium aliena in-
 considerata consuetudine confundantur: vel alienorum
 peritia re publica desit. Praecipit non parvi faciendam
 utrum probus an improbus videaris. Sed existima-
 tionem quoque virtutis quarendam esse: & ipse dux
 taxat virtute quarendam. Commemorat diuinos non
 nunquam viros vel in ipsa plebe & in civitatibus
 male gubernati existere. Post haec de actione causa-
 rum, accusatione, defensione, appellatione, fideiussio-
 ne, praescriptione, ceterisque huiusmodi tractat multa.
 Misceat & in sua quadam opportunitate qua
 donaria vel simulachra dicanda nominibus. Ex
 auro quoque vel argento statuas fieri vetat: ne con-
 fidamus magno horum pretio nos grandia scelera
 purgaturos. Ex chore rursus prohibet: cum ab agra

Felicet sensuali fuerit delectatione absque sensu id
 est vigilantia & animaduersione operetur in sacris.
 Aet etiam & ferrum respuit, culpans videlicet bel-
 lica instrumenta. Animo enim intra se & alijs dis-
 fidente frustra sacrificia operamur. Recipi denique
 lignum atque lapidem, ex quibus decorum simula-
 chra fiant. In lapide quidem commendans habilita-
 tem mentis in sacris. In ligno vero ignis est am, id
 est flagrantiam animi, qui in diuinis facile accenda-
 tur. Iubet ex uno siue lapide siue ligno imagines in-
 tegras fabricari simplicitatem in primis integritate
 temque commendans. Inter haec vetat illos qui pa-
 tria aliqua in re ministrant, accipere munera. A-
 git & de tributis. At nihil melius à quoquam dis-
 sci potest quam id quo ipse fiat melior. At legem
 esse rem mirandam atque diuinam: nomenque ab
 ipsa mente apud Graecos habere: à mente inquam
 diuina velut patre tum humana, velut matre.
 Legem vero sequi vult iudicium. Qua quidem
 duo humanorum bonarum maxima sunt. Sed hic
 redit in mentem, quod in fine videremus, bona in-
 quit nostra plerumque à quibusdam suis calamitati-
 bus inquinari. Et legis quidem calamitatem alibi
 esse inquit magistratus ipsius improbitatem. Cala-
 mitatem vero iudicij iudicialisque discepiationis ubi
 appellauit peritiam quandam caudicam: qua nulla
 iuri habita ratione, sed auaritia ambitionisque stu-
 dio omnem absque delectu causam accipit defenden-
 dam. Quam veluti reipublica pestem praeter cetera de-
 testatur. Post haec ubi funeribus imponit leges, homi-
 nem ipsum praecipue vult substantiam ipsam animam
 rationalis haberi: corpus autem hominis huius simu-
 lacrum, & ut alibi nominat, umbram. Quidam homo
 in nobis sit, quid animal, ex Timaeo, & Alcibiade, &
 Plotino cognoscitur: quod quidem in Theologia la-
 zae disputamus. Vbi concludit hominem quidem esse
 anima

anima rationali substantiam, ultra rationem ha-
 bentem quoque sensum quendam intimum, impati-
 bilem, & communem. Animal verò compositum
 quiddam ex figurato corpore, atque ex quodam vi-
 ta vestigio impressi ab anima. In quo quidem ve-
 stigio impressus quoque sit sensus, secundus à sensu
 primo, tam per instrumenta varia distributus a q-
 paribilibus. Quando verò animam inquit ad alios deos
 abire, rationem suorum operum reddituram, alios deos
 nominat: mentes angelicas extra corpora, qui alij dē
 cantur dē vitra sphaerarum animas. Anima siquidē
 nostra ha coniuncta corporibus nimirum sub anima
 eum superiorum regno ponuntur, separata verò ad
 separatorum iudicium transferuntur. Itaque quid-
 dem leges conditae: sed frustra constitutae leges aut, nā
 si de legum salute stabilitateque cogitetur. Ergo ad
 harum stabilitatē cœtum quendam magistratum
 mirabilē excogitabit. Sed ante cœtus eiusmodi crea-
 tionem, de vi factorum non nihil attingit, utpote qui
 intelligat ad operis tanti salutem humanā hominum
 prudentiam non sufficere si vi fatalis panitus aduer-
 setur. In his profectō videtur probare eos, qui in edi-
 ficandis urbibus, condendis legibus, creandis magi-
 stratibus, imò & plantandis hominibus adversata
 quoniam mens natura sua utpote mentis divina pro-
 videntia quandaque freta, vel factum superat, vel factū
 feliciter utitur: subiunxit ad ipsam vitam tam pu-
 blicam quam privatam salutem, coniungendum esse
 cum mente sensum, ad eō ut sensui menti pareat &
 ministret. Similemque huic copula qua ex mente &
 visu audituque componitur procreat cœtum quendam
 magistratum in repub. stabilitatē legum prospicien-
 tem, qui finem ipsum primo prospiciat repu. deinde
 qua via potissimū perducant ad finē stabilitatē, oroni-
 no, ut singula in civitate sine privata sine publica

stant, una quadam ratione conducant ad unum
 cuncta quidem ad virtutem dirigens, virtutes verò
 ceteras ad prudentiam. Hanc denique ad sapientiã:
 quam sub nomine mentis sape significat. Cuius qui-
 dem ratione una, virtutes omnes comprobanda cen-
 sentur: quatenus videlicet conducunt ad sapientiã,
 quam etiam ea ratione probat, quòd unius diuini
 boni sit particeps. Asserit exquisitissimã rerum con-
 siderationẽ esse, quæ non solum multa quatenus mul-
 ta sunt, conspiciat: sed etiam quæ sit in cunctis natu-
 ra una communis. Item à quo uno principio hanc
 habuerint. Rursus ad quem finem unum per hanc
 conducere possint. Absque eiusmodi contemplatione,
 neminem posse vitam perfectè vel privatam, vel pu-
 blicam gubernare. Cùm verò hac speculatio ad phi-
 losophum præsertim diuinum pertineat, non iniuria
 inter ciues in cætu illo electissimo congregatos, ad di-
 uinos philosophos rerum summam iudicat & feren-
 dam. Diuinos inquam rerum diuinarum inspicere
 atque cultores. Itaque eos qui ad diuina vel inspi-
 cienda sunt hebetes, vel colenda sunt pigri, vel do-
 cenda inepti ab artoplissimis reipub. muneribus pre-
 cul arces. Mox verò probat ad firmam summa di-
 uinitatis fidem duo esse potissimum necessaria. Pri-
 mum, ut sciamus genus ipsam rationatum animo-
 rum, diuinum esse, corporibusque antiquis, quo
 moueantur mundi sphaera, & intra sphaeras omnia
 generentur. Secundum, ut cogitemus genus mentium
 scilicet angelicarum, animorum genere esse præstan-
 tius. Et animas esse ipsam mentis participationem
 sphaeras ordinatè mouere. Siquis enim diuò hac nouerit,
 faciliè cognoscat, si ut mens anima forma et dõque
 est, ita diuinum bonum esse tum menti, tum anima
 vitam atque lumen. Haec verò tria scilicet diu-
 num bonum mentemque & animam, Plato pro-
 culdubio penè in omnibus eius scriptis aut demonstrat:

aut innuit omnium esse principia. Quod quidem in epistola ad Dionysium obscurioribus verbis involuit. Animam verò nostram corpore antiquiorē esse, si non placeat tempore antiquiorē dicere: dic saltem dignitate præstantiorē: atque ex eo priorem, quod à principio corporibus superiori habet originem: idemque motum in anima ex se locavit, in corpore verò ab anima. Et quis crescit in corpore mutabilitas, atque à mutabili anima corpus non actione tantum, sed etiam substantia mutabili dependere. Reprehendit & Anaxagoram, quod cum inter mentem & corpora non posuerit animam, ut par est, disponi: sed elementalibus potius natura contingere. Assertit verò hæc quemadmodum in Timæo atque Phædone, omnia siue mentes angelicas, siue per animas, siue per corpora fieri dicantur, præcipue voluntate diuina boni gratia fieri.



S I LEGATUS aut præco falso quæ In eminenti-
sibi commissa sunt, nuntiauerit: ta & falso
dicendave tacuerit, vel rursus ab obita legatio
hostibus amicisve rediens qua nis conuictos
& ab illis accepit, aliter quam qua pena
ceperit retulisse reperitur, quali Mercurij statuatur.
Iouisque mandata legislationesque contra
legem contemserit, in iudicium deferatur.
Et iudices pro magnitudine rei, quid pati da-
reue ipsum oporteat, si damnatus fuerit: b Furtum
statuant. b Pecuniæ furtum illiberale profe-
ctò est: rapina verò turpissimum. Nullus au-
tem filiorum Iouis aut vi aut dolo delectatus
quicquam huiusmodi vnquam fecit. Ideò ne-
mo vel à poetis vel à fabulosis aliis hominibus
ita decipiatur, ut credat si furto aut vi vitus sit,
nihil se turpe: sed quod dii quoque fecerint
commisisse. Nam nec verum id, nec verisimile defendit.

*a Parui seu
magni furti
publici par
& aequali
pœna debet
esse.*

*b Lex ina-
quales pœ-
nas furti sta-
tuit non re-
spicit magni-
tudinem vel
paruitatem
furti, sed eò
respicit quod
furantiũ hic
sanabilis est
ille verò pla-
nè insanabi-
lis.*

*c Seruus aut
peregrinus
ob furtũ pu-
blicum mul-
ta, cuius ve-
rò morte af-
ficiatur.*

*d Nec in bel-
lo nec in pa-
ce quisquã
quidquã a-
gat, pedem-
ve moueat
sine iussu e-
ius qui impe-
rium habet.*

est. Et qui præter legem horum alterum facit, in nec deus, nec deorum est filius. Hæc legumfa-
tori magis quam cunctis poetis cognoscenda
sunt, igitur quicumque huic nostro sermoni
paruerit, felix est, & in posterum semper erit.

Qui contra fecerit, hac lege coercetur. ^a Siquis
aliquid publicum furatus fuerit, siue paruum
seu magnũ id sit, pari supplicio puniatur. Nam
qui rem paruum sustulit, etsi minori vi quam
qui magnã rapuit, æqua tamen cupiditate fu-
ratus est. Et qui magnum aliquid inde remo-
nit, ubi ipse nõ deposuerat, is omnino iniquus
est. ^b Lex igitur non furti paruitate alterum
minus quam alterum puniendũ censet, sed eo
forsitan interesse putat, quod alter sit insana-
bilis, sanabilis alter. ^c Si seruus aut peregrinus
furti publici accusatus & cõdemnatus sit, tan-
quam sanari quodammodo posse videantur,
quid pati quamve multam dare debeat, iudi-
cio statuatur. Ciuem autem ita educatum, vt
est, si quis publicum aliquid furatum esse vel
violasse conuicerit, siue in ipso furto & sce-
lere, siue aliter quomodocumque deprehen-
derit, tanquam insanabilem mortis suppli-
cio condemnatus. Militiæ gratia meritò ma-
gnæ habentur deliberationes, & leges multæ
conduntur. ^d Sed illud omnium maximũ est,

ne quis mas feminãve sine magistratu ac prin-
cipe quicquam agat, nec ciuis cuiusquam ani-
mus siue ioco siue seriò aliquid facere solus
& suo duntaxat arbitrato consuescat, sed tam
in omni bello, quam in omni pace ad princi-
pem magistratũque semper respiciat, & cum
quocumq; sequatur: atq; ita ad eius nutũ suam
vitam instituas, vt vel minima quæque ab eo
gubernatus faciat: stet cum iubeatur, & ressus-
citur

iustus proficiatur, exerceatur, lauetur, come-
 dat, surgat noctes custodiam agat, det signa, &
 vicissim accipiat: & in ipso praelio nec inse-
 quatur vnquam, nec cedat, nisi princeps & ma-
 gister significauerint. ^a Et vt summam dicā, ^a Nihil seor-
 nemo penitus cognoscat, quid sit seorsum ab ^{sim ab aliis}
 aliis agere, sed simul semper cōmunisq; quā ^{agēdus est,}
 maximē omnibus vita sit. Nihil enim hac re ^{sed simul}
 melius, nihil praestantius, nihil artificiosius vt ^{semper &}
 quā erit ad salutē & victoriā bello acquiren- ^{communis}
 dam. Hoc ipsum etiam in pace ab ipsa pueritia ^{debet esse}
 feruent, affluescāntque aliis imperate, & aliis ^{vita omniū.}
 parere. Soluta vetō ab imperio licentia ē vita
 penitus expellatur, non hominū solū, sed etiā
 bestiarū quae sub hominib. sunt. Omnes quo-
 que choreae, ita vt bene geratur bellum, cele-
 branda: sunt atque omnis dexteritas, facilitas,
 promptitudo eiusdem rei causa comparanda.

^b Ob eādem causam consuescere debemus a ci- ^b Quomodo
 bo & potu abstinere, frigus aestūq; & cubi- ^{a prima ata}
 lis duritiem pati: & in primis capitis pedūm- ^{te duro vi-}
 que virtutem alienis tegmentis non corrū- ^{tu & cultu}
 pere, nec pileorum calceorūq; a generatione ^{corporis in-}
 datorū naturam perdere. Nā extremitates hae ^{culto corrob-}
 cum naturam conseruant suam, maximas ro- ^{randa sint in-}
 ti corpori vires praebent: contra verō, con- ^{uenes aduer-}
 trarium. Et altera quidem vniuerso corpori ^{sus labores}
 maximē ministrat, altera totūm deducit cūm ^{& incommo-}
 principales eius sensus omnes natura possi- ^{da militie.}
 deat. Sed huiusmodi quidē laudes bellicōe vi- ^{c Pedes &}
 te iuuenes audiant, leges verō has, Militet qui- ^{caput prima}
 cunque conscriptus est, aut parti alicui depu- ^{ria totius}
 tatus. ^d Siquis verō propter ignauia impeta- ^{corporis ex-}
 tore nō permittēte militare decretet, ad prin- ^{tremitates.}
 cipes belli cūm redierit desertae militiae accu- ^{d Desertae}
 setur. Iudicent autem eos qui militarunt ^{militiae actio}

a De desertis militis condonatis que poena imponatur.

b De praemii militarium.

c Adversus eum qui non impetrata missione castris excedit actus datur.

d A iudicio iniquo praesertim ob delicta militaria abstinentiam.

e Iudicis virgo quaedam praedicta.

omnes, seorsum quidem pedites, & equites fecerim, caeteraq; in ostili regione singula similiter. Pedites quippe ad pedites, & equites, similiter ad equites, caeterique singuli ad eiusdem fortis principes deferendi sunt. Vbi quicumque damnatus fuerit, & de praemiis virtutis cum quodam contendere, & alium neglectae militiae accusare prohibeatur. Praeterea quid dare pativè ipsum oportet, iudices statuunt. Sed desertae militiae iudicio peracto, pedicū rursus equitūque & aliorū cætus à principib. habeantur, ut militaria his qui strenuè se gesserunt, dona dentur. Iudicet autem de victoria quisquis velit inter ordinis sui participes, ita ut praeteritorū certaminū nec coniecturas neque testes adhibeat sed eā quae nuper gesta est pugnam duntaxat consideret. Donentur deinde qui praecclare certasse videbuntur, corona ex frōdibus arboris perpetuò virentis conferta. Quae postea qui consecuti sunt in bellicosorum templis decorum utcumque placuerit cum inscriptione tituloque suspendant, ut testimonium virtutis sit diuturnum. Secundo quoque ac tertio loco declarati sic faciant. Siquis autem in militiam profectus, antequam principes dimiserint, ab exercitu abierit, apud eosdem iudices hic derelicti ordinis accusetur, apud quos & ille superior neglectae militiae accusatus est, & damnatus similiter puniatur. Cavere autem pro vitibus debet quisquis aliquē iudicaturus est, ne sponte aut inuitus supplicium multamve falso & non merito inferat: iudicium enim virgo quaedam pudica esse vetè dicitur. Pudori autem atque iudicio secundum naturam odio mendacium est. Quamobrem cum in aliis omnibus, tum maxime in bellicorum

armo

armorum proiectione cauendum est, ne deam
 iudicij præsidem offendamus: * nequis neces- *a Distingue*
 sarias armorum abiectioes quasi turpes per *dū inter ne-*
 ignorantiam arbitratus, aliquem pœna indi- *cessarias &*
 gnium inmeritò puniat. Arduum quidem est *non necessa-*
 hæc distinguere. Oportet tamen vt lex distin- *rias ac prois*
 guere per singulas partes conetur. Fabula igi- *de turpes ar-*
 tur ad hæc viamur. Si absque armis semimor- *morum proie-*
 tuus ad têtoria Patroclus fuisset delatus, quod *ctioes.*
 plurib. accidit: & arma quæ Peleo à diis, vt pœ-
 ra dicit, in dotem Theridi data fuerant, ab He-
 ctore rapta fuissent: vtrum Menertiades quasi
 arma abiecerit, à malignis hominib. qui tunc
 erant vituperandus fuerit? Præterea si qui ex
 alto præcipitatis aut in mari, aut in tempesta-
 tis aquarumq; colluione, aut in aliis huiuscœ-
 modi permultis, quæ [ad excusandam verbis
 honestis in solatium afflictorum calamitatem
 obtreccationibus alioquin satis obnoxiam ad
 ferre quispiam possit.] coacti arma amiserint,
 eruntne vituperandi? Danda verò opera est,
 vt maius grauiusque malū pro viribus à con-
 trario secernamus.^b In ipsa igitur vituperatio-
 ne, vocabulorū ipsorum prolatio differentiã
 quandam ostendit.^c Nam sicuti abiector non
 de omnib. meritò dicitur: armorum verò a-
 missor de omnibus: nec similiter qui vi ami-
 sit, & qui sponte abiicit, sicuti abiector, est in-
 dicandus. Omnino enim vndiq; differunt. Sic
 igitur faciamus. Si quis ab hostib. circumuē-
 tus, cum armatus esset, non defendit se versus
 ad eos, sed arma sponte dimisit, aut abiicit
 turpẽmq; vitã velocitate cõparare sibi maluit,
 quã fortitudine honestam felicẽmq; mor-
 tem, de huiusmodi armorum proiectione iudi-
 cium habeatur, de superiori verò nullum,

*b Aliud est
 amissor a-
 liud abiectio
 armorum.*

*c Abiector
 armorũ quẽ
 Græci πτωχὸν
 ὄντα ἄρ-
 πωνται quis
 sit propriè.*

a *Pena hac* Mali enim ignauique semper puniendi sunt,
aduersus eum ut meliores fortioresque euadant. Infortuna-
quis pro igna ti verò minimè. Nihil enim proficitur. Sed
uia scutum quænam abiectionis armorum damnato & à
turpiter ab- virili fortitudine degeneranti pœna congrua
vecu confli- erit? præsertim cum impossibile sit huiusmo-
uitur, ut di in contrarium commutatis ut cœneû Thes-
præter mul- salum ferunt diuina quadam vi in naturam
Et quâ pro viri ex fœmina cõmutatã. Abiectori enim ar-
ratione cen- morum contrarium maximè conueniret, ut in
fui sui pœde mulierem ex viro translatus sic puniatur. Nũc
re cogetur in verò quoniam id fieri non potest, proximum
militũ albo aliquid excogitemus, ut postquam ille vsque-
non amplius adeò viuendi cupidus est, deinceps nullum pe-
inscribatur: riculum subeat, sed reliquam vitam & qui-
Et qui illũ dem quã longissimam improbus & cum de-
inscripisse decore viuat. Hæc igitur lex sit, Eo qui arma
cõpertus fue- turpiter proieciisse damnatus est, nec impera-
rit eadẽ mul- tor neque præfectus aliquis pro milite vnquã
Et qua ille utatur, nec in aciem recipiat. Si contrã fecerit,
multetur. [multa coerceatur:] & si maximi census sit,
b *De sensu* [qui ignauum in militum ordinẽ recepit] de-
ribus Et in cem minis: si secundi, quinque: si tertij, tribus
qui à magi- si quarti, vna damnetur. Projectionis autem
stratib. ob de- damnatus non solum ob naturæ eius igna-
uilla in mu- uiam à virilibus periculis arceatur, sed etiam
neris admi- si maximi census est, decem similiter multet-
nistrationse tur minis: si secundi, quinque: si tertij, vna
comissa ra- verò: si quarti. *b* De censuris autẽ & correctio-
tionẽ p̄sunt nibus quibus obnoxij sunt magistratus annui
Et debent ex- sorte creati, vel in plures annos & quidem de-
gere, quã ne lecti, quid dicemus? Quis enim idoneus cen-
cessarius sit sor & corrector erit, si quis magistratus rerum
Repub. ille pondere pressus, dixerit feceritve aliquid se-
magistratus, ctus quam oportet: viribus suis magisterij o-
Et qui ad dus & dignitatem ferre non valentibus. Dif-
ficile

facile inuentu hoc est. Nam cum delecti ma-
 gistratus virtute alios antecellant, quo pacto
 præstantiorem eis inueniemus? Et tamen di-
 uini aliqui viri [censores & correctores mo-
 rum] nobis querendi sint. Sic enim se res ha-
 bet. Multæ occasiones soluendæ reipubl.
 quemadmodum nauis aut animalis cuiusdam
 esse videntur, quarum licet vna natura sit
 per omnia diffusa, ea tamen quibus nauis &
 animalia continentur intentiones. [singula,] &
 neruorum extensiones multisque aliis nomi-
 nibus appellamus. Sed hæc tam salutis quàm
 euersionis Reipubl. occasio non minima est.
 Nam si [censores qui à magistratibus suæ ad-
 ministrationis rationem exigunt.] virtute ma-
 gistratibus præsent, atque ita id fiat, vt ne-
 mo iure conqueri possit, vniuersa sic regio
 feliciter ciuitasque florebit. Sin aliter [censura
 magistratuum se habuerit.] tunc eo iudicio solu-
 to quo in vnâ ciuilia omnia vincuntur, omnes
 magistratus alius ab alio distrahentur: ipsiq;
 ex vno multi iam facti ex vno multiplici ciui-
 tatem efficiunt, hinc plena seditione citò o-
 mnia euertentur. Quare * censores & corre-
 ctiores aliorum magistratuum oportet in omni
 virtutum genere cunctis mirabiliter excelle-
 re. Hoc igitur modo ipsorum creatione fabri-
 cemus. Singulis annis post æstiuale solstitium
 ad locum Soli atq; Apollini cõmuniter dedica-
 tum ciuitas vnuerfa conveniat, tres viros ele-
 ctari quem vnusquisque meliorem se solo ex-
 cepto iudicet, qui non pauciores quàm quinqu-
 ginta natus sit annos. Electorum deinde dimi-
 diam partem, qui à pluribus prælati fuerint, si
 pares sunt anteponant: sin verò impares sint,
 vno excepto cui pauciora suffragia contigerint

*cum honore
sint promo-
uendi*

* *Uolens.*

* *Quaratio
re velit
Plato tres
summos cen-
sores creati.*

dimidiam similiter reliquorum partem acci-
 piant, suffragiorum numero præiudicantes.
 Quòd si æqualia numero suffragia multis fue-
 rint, dimidiūque numerum auxerint, inior
 postponatur. Acceptisque aliis rursus feran-
 tur suffragia, quousque tres inæquales obti-
 neant. At si omnibus his vel duobus æqualia
 suffragia sint, bonæ iam fortunæ committatur:
 sorte hi discernantur. Eum qui suffragiis supe-
 rat, rursusque secundo loco & tertio decla-
 ratum corona ex semper virentis arboris fron-
 de contexta coronet. Datis postea præmiis
 præconio declarent, quemadmodum Magnæ-
 storum ciuitas iustus Deo duce facta salutē,
 ciues eius tres omnium optimos, Soli & Apol-
 lini communes primitias præita lege quatenus
 iudicium fecuturi sunt consecrat. Qui primo
 anno duodecim [alios censores & rationum
 ab aliis administrati muneris exactores] idque
 faciant donec singulis septuagesimus quintus
 annus exactus sit, deinde singulis annis tres
 semper addantur. Hi magistratus omnes in
 partes duodecim distributos omni libera exa-
 minatione iudicaturi, diligenter obseruent.
 Habitent autem tempore quo rationes ipsis
 redduntur, in loco vbi electi fuerunt, Soli at-
 que Apollini dedicato. Et tum per se solum
 quilibet, tum communiter omnibus diligen-
 ter perquisitis, de singulis magistratibus pu-
 blicè perscribant, quid pati eos darēve ex cen-
 sorum sententia deceat. Ac si quis magistra-
 tus horum iudicio non rectè damnatum esse
 se queritur, ad electum iudicium censores de-
 ferat: & si euaserit, acuset eos si velit: sin au-
 tem ibi quoque damnetur, atque antea ab i-
 psis censoribus morte fuerit condemnatus,
 quem-

*a Quā item
 rationē tres
 illos summos
 a senis socijs
 q̄ tamen i.
 psis sint infe-
 riores, velu
 in suo mune-
 re exercen-
 dos sequi.*

quemadmodum necessitas exigit moriatur. Quòd si ea multa ab illis damnatus fuerit, quæ dupla ab ipso persolui potest dupla persoluat. [Sed iam audiendum est, quomodo hi ipsi censors, censuræ & reddendis rationibus sui muneris sint obnoxij] * His igitur qui totius ciuitatis consensu omnibus præpositi sunt, donec vixerint primi consensus semper in omnibus solennitatibus præbeantur. Et quandoquæ ad communia Græcorum spectacula sacrificiâque mitti iudices ac præsidés aliquos à ciuitate necesse est, ex istis mittantur. Hi soli in ciuitate, corona laurea coronentur, hi Solis & Apollinis sacerdotes sint. Pontifex etiã summus singulis annis ex his ille fit, qui superiori anno cæteris excelluisse sacerdotibus iudicabitur: ^bhorum nominibus quoque ciuitas habitatur tempora distinguantur. Defunctis autem * collocationes & elevationes excellentius quàm cæteris ciuib. fiât. Indumenta quælibet alba sint. Luctus ploratusque absit. Chori quoque duo, vnus puellarum quindecim, alter totidem puerorum feretro vndique circumdato vicissim sacerdoté carminibus laudent, felicitatémque eius per totam diem decantent. Manè verò ad monumentum feretrum centum iuniores ferât, qui gymnasiis operam impendunt, quos defuncti hominis propinquiores delegerint. Primi verò iuuenes quasi ad pugnam armati præcedant cum equis equites, & cum leuib. armis pedites, cæteri que similiter. Pueri verò ante feretrum, patriam cantum concinunt, & puellæ post eos ac mulieres iã effortæ sequantur. Postremò vtriusque generis antistites, quâuis aliis monumentis arceantur, tamen si Pythius

*Quis honor
& vinctib.
& defunctis
censorib. magistratuum &
incorruptè
munus suū
gesserint de-
beat habere.*

*Summi Ciso-
ri & etiam
summus So-
lu & Apolli-
nis sacerdos
fit quæstannis,
nomine an-
num notari
vult Plato.
* deo dicitur
hæc cupari.*

a Iudiciū & actio datur & cōscribitur in eū Cēsorē, qui non incorruptē suo manere sit functus. *b* Accusator in hoc iudicio sicut in alijs multū, qui non obtinuerat quin tam suffragiorū partē dānabatur. *c* Laudato Rhadamantho q̄ moribus sui tēporu conuerſiōni institutio-
 ne iussit, ut oēs causa adhibito iurando deciderētur iā in ciuitate quā legibus infor-
 mat vetat id fieri. Plato propter impietatem hominum de dijs tam prauis sententiarum: vulgo grassantem inbetis, ut causa priuatorum ex re ipsa, hoc est ex allatis & probatis ut loquantur, disceptetur suis iuribus, unde litigantibus,

quoque confirmauerit, ad hoc sepulchrum quasi purum quiddam sit, nihil prohibet deuenire. Monumentum huic sub terra sit for-
 nix quadam longior ex durissimis pulchris-
 que lapidibus vbi lapidei lectuli utrinque sint,
 hic beatum illum sepeliant, arborēque in cir-
 cuitu plantent, vna excepta solummodo par-
 te, ut hoc sepulchrum augeri possit: deinde sin-
 gulis annis musico, gymnico, equestrisque cer-
 tamine hos viros honorent. Hæc præmia illis
 reddantur [qui incorrupte Censura munere
 functi fuerint. *a* Siquis autem horum, iudicio
 quod de illo factum est, quum aliis prælatus
 fuit, in eo munere obtinendo confidens, hu-
 manæ naturæ imbecillitatem ostēderit malus
 factus, postquam electus est, & ad id muneris
 ascitus, sanciatu lege, ut à volente quolibet
 accusetur. Iudiciūque de ipso sic agatur, Pri-
 mō legum custodes adsint, deinde accusati i-
 psius collegæ, electi præterea iudicij iudices.
 Perſcribat autem accusator, indignam esse illū
 qui accusatur, & magistratu & magistratus
 præmiis. Si ergo damnatur, magistratu, sepul-
 chro, ceterisque illi magistratui competentibus
 præmiis priuetur. *b* Sin verò accusator
 quintam suffragiorum partem non habuerit,
 qui primi census est x. i. qui secundi octo:
 qui tertij sex: qui quarti, duas minas persoluat.
c Magna autem in iudicando admiratione di-
 gnū fuisse Rhadamanthū video. Ille siquidē
 perspiciebat in illis temporibus deos esse om-

res vno ore homines confiteri: neque id iniuria, cū multis illis temporib. ex diis progeniti essent, quorum in numero ipse etiam habeatur. Itaque videtur putasse diis non hominib. esse iudicia committenda. Quocirca simpliciter velociterque iudicia peragebat. Nam iureiurando in singulis causis à litigantibus requisito, citò simul ac tuto iudicare solebat. Nunc verò alij deos esse negant, alij res humanas curare non putant, plures verò & pessimi vilius hostiis multisque blanditiis ita conciliari sibi eos existimant, vt impunè liceat grandem pecuniam extorquere. Quocirca Rhadamanthi iudicandique modus ille his hominibus minime congruit. Nam cū opinionēs hominum de diis mutatae sint, leges quoque commutandae sunt. Itaque prudens legislator in iudiciorum disceptatione iusiurandum litigantium prohibebit, vt tã accusatoris intentio quã defensoris deprecatio sine iureiurando in iudiciis cõscribatur. Nã si iurandi licentia in ciuitate cuique dabitur, vbi plura ad iudices quotidie deferuntur omnes penè periuri erunt, praesertim, qui cõmuni conuictu aliisque consuetudine ac priuata necessitudine conuincti sunt. ²Lege igitur statuatur, iudicaturum iudicem iurare, atque eos etiã qui reipublicae magistratus cõstitueri: [& electorum vel iureiurando vel latis suffragiis nomina è sacro loco proferent] Chores quoque iudicẽ, & omnis musicę, gymnycorum etiam equestriũque munerum in certamine praesides atque datores: & summam in quibuscunque secundum hominũ opinionẽ nulli emolumento periurium sit. In quibus autẽ utilitatem ex periurio aliquis allequitur ea per causarum actiones sine iureiurando iudicentur.

²Quibus per
iuratur sa
rare.

a Quomodo
causa à di
scepsantibus
agēda & de
fendenda.

* *per' d'ip-
uide.*

b Quomodo
cogi debeāt
illi q. solen
nib. popu. sa
cris & couē
tibus, nisi in
teresse recu
sant.

c Cū in totū
peregrinatio
nib. abstinere,
ciuitati
nec uile sit,
& ad famā
& existima
tionem apud
exteras gen
tes, qua illi
cura esse de
bet valde
perniciosum,
prescribiur
quibus, qua
tate quate
nus & qua
de causa, pe
regrinandi
potestas sit su
cienda.

tur. Et qui iudicaturi sunt nullo modo litigantes permittant aut iurare persuadendi causa, aut sibi generique suo improbari, aut turpiter supplicare, aut cōmiseratione muliebriter uti: sed quod iustum putant, mansuete & placide doceant, & docentem audiant: quod si ab his aberrat, ad rem ipsam statim à magistratu reuocetur. Peregrinis autem inter se litigantibus, quemadmodum nunc si velint, iurare liceat. Nam cū in ciuitate consensere non debeant, [nec ibi suum domicilium tanquā nidū collocarint, periculum minimè est ne regionis dominos & possessores alios sibi similes reddant.] Eodē autē modo inter liberos homines executio iudicii fiat, si quislibet ciuitati nō obtēperat, in iis quę nec verberibus, nec vinculis nec morte plectitur. b Ac si quis ad choreā vel ad opā celebrandā nō venit, vel aliā huiusmodi rē cōmunem ut ad ministerium sacri ficij pacisq; sacra, vel belli, tributum non cōtulit: in his omnibus [prima multæ necessitas sit sanabilis, i. *remitti & condonari possit*, ab iis autem qui non paruerint, liceat pignus auferre illis quibus id ciuitas negotij dederit: quod si pignorib. captis rursus non paruerint] pignore vendito pecunia in ærariū cōferatur. Si vero maiore multā opus est, magistratus singuli pertinaces homines in iudicium vocent, & debita multā imposita legib. parere cōpellāt. c Sed ciuitati quæ colligendæ pecunię operam non dat, & sola ex agricultura pecunias habet, cū neque mercaturę neque peregrinationibus vacet, neq; peregrinos aliunde suscipiat delibere necesse est quid faciendū sit. Quare legislator suadendo primū ita pro viribus cōsulat. Solec gentiū diuersarum cōmixtio yarios mores

res confundere, & peregrinorū cū peregrinis
 consuetudo plurima inuolare. Quod ciuitati
 bene rectisque legib. institutę maximę omniū
 nocet. In ciuitatib. autē malę institutis nihil re-
 fert, si tā senes quā iuuenes pro arbitrio & a-
 liō peregrinentur, & aliunde peregrinos susci-
 piant. Cōtrā verō nullos vnquā recipere adue-
 nas, nec aliō ipsos proficisci, tū impossibile est,
 tū crudele atque superbum ceteris hominib.
 videatur necesse est. [si quidē eiusmodi ciui-
 tas utatur iis quę vulgō odioso nomine appel-
 lantur peregrinorū expulsionibus, atq; aliis e-
 iusmodi morib. superbis & omniū iudicio mo-
 lestis.] Non oportet vnquā parui facere, vtrum
 probus an improbus aliis videaris. Multi n.
 quāuis virtutis expertes sint, qui tamen probi
 sint, qui improbi iudicāt. Nā prauis quoq; ho-
 minib. diuina quēdā cōficiendi vis inest, per-
 quā multivel pessimi rectē tum opinione, tum
 verbis à meliorib. deteriores distinguāt. ^a Quo
 circa vtiliter ciuitatib. p̄cipitur, vt bonā ap-
 pud multos existimationem nō parui pēdant.
 Maximū sanē atq; rectissimū est, vt cū sis pro-
 bus, ita gloriā queras, aliter minimē, si modō
 perfectus vir futurus es. Quapropter Cretēsis
 quoq; ciuitas ista conari debet, vt quā optimā
 virtutis existimationē apud ceteros homines
 cōsequatur. Maxima verō spes est eam ratione
 viuente. meritō solē ceterosq; deos cū aliis ci-
 uitatib. regionib;que bene gubernatis. visurā
 esse. ^b Sic igitur de peregrinatione alios in lo-
 cos ac regiones, & de peregrinorū receptione
 sciendū est. Et primū qui pauciores annos
 quā quadraginta natus est, nullo modo pere-
 grinari liceat: priuato quoq; nemini liceat: pu-
 blicē aut p̄conibus, legatis, atq; exploratori.

^a Bona fama
 & existima-
 tio viris bo-
 nū non est
 negligenda.
^b Duas cau-
 sas peregrini-
 nandi cōsti-
 tuit Plato. nō
 quidē prima
 tis sed à pu-
 blico missis
 personis: qua
 rū quidem
 causarū ab-
 tera pertinet
 ad decus &
 gloriā ciuita-
 tis: vt missis
 legatis & spe-
 ciatorib. ad
 publicos lu-
 dos & cele-
 bres cōueni-
 t. Gracia sp̄lā
 dorē aliquē
 nominis in-
 ter alias ci-
 uitates obti-
 neat. ciuitas
 altera est vt
 missis perso-
 nis ad id a-
 ptis & ido-
 neis, qua pe-
 regrinādo n-

*liarum gen-
erum & ciui
daturum leges
& instituta
possint cogno
scere.*

bus liceat Profectò verò extra regioné ad getè
dù bellù, ciuili peregrinatio putanda nò est.
ad Pythià verò Apollinè, ad Ionè Olympicù,
Nemeà etià & Isthmù mittèdi sunt aliqui, per
quos sacrificia ludòsque his diis ciuitas nostra
communiter còferat. Mittàtur aut pro viribus
plurimis pulcherrimi, optimi qui in sacris per-
tinentibùsque ad pacem còmunionib. ciuitati
suè honorem & glorià bellicæ gloriæ respon-
dentem còparent. Cùmque redierint iuniores
doceāt, ciuiles aliorù institutiones suis multò
posteriores esse. Spectatores quoq; alios tales
quosdā emittere oportet, quos legù custodes di-
mittant: Si qui ex ciuib. otio abundātes aliorù
res hominù còsiderare cupiūt, lex nulla prohi-
beat. Nā ciuitas honorù malotūve hominù i-
gnarā & externæ còsuetudinis expert, nūquā sa-
tis humana atq; perfecta esse potest, nec leges
seruare morib. & còsuetudinè solùm, nisi etià
nòtia legum prudentior fiat. Existunt vel in
vulgo & multitudine homines quidā diuini
quāuis pauci, attamè digni quibuscū còsuetu-
dinem habeas, qui nò magis in bene governa-
tis ciuitatib. quā in aliis oriuntur. Quicumque
igitur in ciuitate rectè gubernata incorruptus
erit, horù vestigia à patria profectus, terra ma-
riq; sequetur, vt tādè reuersus, legum patriæ a-
lias probeat, alias si qua in re deficiūt, corrigat.
Quippe sine hac inspectione inuestigationé-
que nunquā optimè ciuitas permanebit, neq;
etià si malè inuestigetur. C L I. Quomodo hæc
vtraq; fient? A T H. Hoc certè pacto. Primò spe-
ctator huiusmodi annos plures quā quinqu-
ginta natus sit, deinde cum in ceteris, tum ma-
ximè in bello probatus, si modò legum custo-
dum exèplum in aliis ciuitatib. sit relicturns.

Is vltra sexagesimum annum non amplius va-
 getur. Sed citra decimum annum quando vo-
 luerit domum reuerfus eorum ineat cœtum
 qui leges examinât. His certus è iuniorib. at-
 que seniorib. cōstet. quotidieque manè donec
 sol oriatur, cōueniat: primum de sacerdotibus,
 qui tanquam cæteris excellentiores munerib.
 affecti sunt, deinde decem de legum custodib.
 seniores, postremò disciplinæ vniuersæ cœsor,
 qui magistratum hunc gerit, & qui iam gesse-
 runt. Nec vllus istorum solus, sed cum iuniore
 aliquo quem delegerit à trigésimo ad quadra-
 gesimum annum nato: hi de legibus semper &
 de Republica differant, conferantque inuicem
 si quid de his excellens audierint. De discipli-
 nis etiam ad id conducentibus colloquantur,
 quas qui sciunt facilius, qui nesciunt diffici-
 lius legum intentionem intellecturi sunt. Quæ
 verò ex his seniores probauerint, magno stu-
 dio iuniores perdiscant. Quòd si quis iunior
 adductus indignus videbitur, totus cœtus ei
 exprobrat, qui adduxit. Iuuenes autem qui se
 in his rectè gesserunt, tota ciuitas honoret
 atque conseruet. Sed si peiores aliis se reddunt,
 maiori quàm alij dedecore afficiantur. Ad
 hunc cœtum qui aliorum leges & mores in-
 spexit, illicò profectus, si quid de ferendis le-
 gibus aut disciplina & educatione apud alios
 reperit, exponat: siquid etiam ipse inuenit, cœ-
 tui vniuersò declaret. Qui si nec peior reuer-
 tisse videbitur, laudetur, quia quod potuit, li-
 benter effecit. Sin multo melior, & viuus ma-
 gnis afficiatur honoribus, & defunctum cœ-
 tus omnis decoret. At si corruptus rediisse vi-
 debitur, cum se sapientem esse simulet, cum
 nemine iuniore vel seniore audeat se miscere.

*Ex gl. de-
 beat cōstare
 collegium et
 lud. cuius est
 videre num
 aliqd in le-
 gib. sit mu-
 tandū. qd in
 illo concilio
 prater ea a-
 gi. & qd i-
 psū admitt
 ti debeāt in-
 uenes.*

Peregrinorū ex alijs civitatib. aduentantium quatuor genera constituit Plato, vel n. negotiorū vel visendi & cognoscēdis civitatis mores leges & instituta cauere privati veniunt vel à publico missi sua civitatis sunt legati aut spectatores Graeci Deopoc vocant, quales supra scivuit Plato à sua civitate mittēdos esse ad publicos ludos, & cōvētus Graecia: de huiusmodi sigilla tim & sigillis hospitium & iura praescribit.

Hic si magistratibus pareat, priuatus viuat. Sin autem contra magistratum voluntatem de disciplina legibusque ciuilibus disputare condemnatus in iudicio fuerit, moriatur. Et si cū in iudicium deduci iure debuerit, à nullo magistratum sit adductus quando de praemiis quae illis debent tribui qui optimè se gesserūt, postea decernitur, opprobrio haec res magistratibus sit. Atque aliò quidem profecturus, huiusmodi esse & ita peregrinari debet. Sed & aduentu benignè suscipiendi sunt. Quatuor autem peregrinorū genera sunt, de quib. facienda mentio est. Primū eorum qui semper æstiuales sunt, & quasi aues per mare ut plurimū acquirendae pecuniae gratia, æstatis tempore ad alias deuolant ciuitates: hos foro, portibus, publicisque domibus extra urbem in ipsis suburbiis magistratus locis illis praefecti suscipiant, obseruantes ne quis eorum noui aliquid faciat. Iudicia etiā illic eis iuste reddatur, ita ut nihil plus quā necessitas cogat, cū iis familiaritas habeatur. Alterum est eorum qui spectaturi veniant, & ciuitatis musas illic audituri: hi oēs diuersoria iuxta templa habeant, quae suscipiendis hospitibus cōmodissima sūt. Sacerdotes verò & editui curā ipsorum habeāt, ut iucundè possint sufficienti tempore permanere & videre, audireque illa quorum gratia uenerunt, & tandem sine detrimento & suo & aliorum recedere. Quòd si quis eorum iniuriā cuiquā intulerit, aut affectus iniuria sit, usque ad drachmas quinquaginta sacerdotes cognoscant. Crimina verò maiora ad curatores rerū uenaliū deferantur. Tertium peregrinorum genus publicè suscipiendum est, cū aliunde quispiam publica causa missus aduenerit: hūc

imperatores, magistri equitum tribuni militum soli suscipiant. Et is apud quem diuerit, cum principibus concilij curam huius habeat. Quartum genus rarissimum est. Accedere tamen aliunde aliquis poterit spectatoribus nostris altera parte respondens: hic ita recipietur: primò si quinquaginta annos impleverit. deinde si ea mente venerit, ut vel consideret quæ apud alios præclara habentur, vel sua doceat: hic sanè diutum sapientumque ianuas iniussus adeat, cum ipse huiusmodi sit: & quasi hospes disciplinae præfecti domum rectè petat, non dubitans hospitalem propter virtutis coniunctionem sibi futuram. Cùmque ab aliis didicerit atque docuerit quæ discenda docendaque putavit, honore sibi congruo muneribusque affectus, ut ab amicis amicus abeat. His legibus peregrinos peregrinasque suscipiamus, nostrosque similiter emittamus, hospitalem veriti louem. Non enim esu & hostiis, quemadmodum apud Nilum fit, peregrini pellendi sunt: nec atroci edicto à finibus nostris arcendi. ^a Fideiussor quilibet, aperte ^a De fideiussoribus. ac disertè fideiubeat, totumque negotium conscriptum coram tribus nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille drachmas fideiussio fiat: si ultra mille, quinque ad minus testes adhibeantur. Fideiussor autem sit qui vendit pro alio, de quo an iure possit vendere, dubitatur: atque eius qui videtur minus ad promissa sufficere. ^b Reus autem sit etiam qui alterius nomine vendit, quemadmodum venditor. ^b Siquis in domo alterius quærere quippiam tantquam sua velit, is primò iureiurando affirmet, ^b De eo qui quidpiam velit quærere in aliena domo.

sperare quod quærit ibi se inuenturum, deinde
 nudus aut interula indutus ingrediatur præ-
 cinctus, præbeatúrque ipsi domus & supelle-
 ctilia signata simul & non signata. Quod si
 quis seruari volentem non permiserit, qui
 prohibitus est, pretio amissæ rei statuto accu-
 set eum qui ipsum depulit, & ille si damnatus
 fuerit, duplum restituat. Si dominus ipsius do-
 mus abfuerit, non signata solummodo à præ-
 sentibus præbeantur: signata verò ipse quoque
 obsignet, & custodem ad quinque dies relin-
 quat. Quo in tempore si patronus non vene-
 rit, a dilibus secum acceptis obsignata resi-
 gnet, & cum ante oculos domesticorum & æ-
 dilium quaesierit, rursus obsignet. ^a In rebus
 ambiguis spatium temporis ad præscriptionem
 determinandum est. De domibus quidem &
 agris nulla hæc ratione disceptatio erit. Aliarum
 verò rerum, si qua à quoquam habetur, isque
 in vrbe foro, sacris, aperte anno integro re illa
 usus fuerit, atque hunc non occultasse cõstet,
 nec quisquam interea quamuis quærens eam
 exegerit, nemini liceat deinde rem illam qua-
 si suam repossidere. Verum si non in vrbe, sed in
 agris manifestè utatur, nec in annis quinque
 rei dominus compertus sit, quinquennio ex-
 actio repeti nequeat. Sin verò in vrbe domi-
 tatur ad triennium vsque apprehendere pos-
 sit qui amisit. In agris autem si occultè ha-
 ber, vsque ad decennium. Sin extra regio-
 nem, semper quandoeunque inuenierit, ap-
 prendat. ^b Quando aliquis vi cum qui lit-
 tigtat seu testes venire in iudicium prohibet, si
 seruus ille sit, siue suus, siue alterius nullius
 momenti iudicium sit: sin verò liber, & senten-
 tia irrita sit: & anno vinciat qui depulit, &
 si quis

^a De vsuca-
 pionibus &
 præscriptio-
 nib. in posses-
 sione ambi-
 guarum mo-
 bilium, tam in
 ciuitate quàm
 in agris.

^b De eo qui te-
 stem à iudi-
 cio per vim
 summonerit.

si quis plagii eū accensare voluerit, fas esto. ^aSi quis aliquē secum musica vel gymnica vel alia quavis facultate certaturū in certamē descende-
 re vi prohibuerit, quisquīs velit munerū de claratoribus id significet, qui procutē ut quilibet liber certare possit id si facere non poterit, victoriæ munera prohibito dentur, si prohibitor vincet, & ipsius tanquā victoris nomē in quibuscunq; velit tēplis inscribatur. Prohibenti verò nec nomen inscribere, nec victoriæ offerre insignia liceat. Ac seu vincat certando seu vincatur, illati damni criminis reus sit. ^bSi quis rē furto sublatā sciens receperit, in eadē culpa sit qua ille qui furatus est. ^cQui exulē seu quēuis huiusmodi fugitē susceperit, moriatur. Quippe quē ciuitas amicū sibi vel hostē deue-
 uerit, eūdē sibi quisq; similiter existimare debet. ^dSi quis cōsilio suo absq; autoritate cōmuni pacē iniuit, aut bellū mouit, ultimo supplicio cōdēnetur. Quòd si pars aliqua ciuitatis id tentauit, huius rei auctores à militiæ imperatoribus tracti in iudicium, & damnati morte plectantur. ^eQui patrię in aliqua re ministrat, nullo modo munera recipiant: nec vlla occasione aut ratione nobis persuadeamus, in rebus quidem bonis suscipienda esse munera, in aliis minimē. Nam nec cognoscere facile est, neque cum cognoueris, continere. Idcirco citius est legibus obtemperare, dicentibus nulla pro patrię ministerio munera esse suscipienda. Si quis verò minus obtemperasse damnatus fuerit, moriatur. ^fTributa verò sic publica disponantur. Primò quidem multorum gratia rerum om-
 nium ^gpræbet Reip. in totum prohibetur. ^hDe tributis
 sunt pendenda.

*a De eo qui in certami-
 ne gymnico
 vel musico,
 antagonistiā
 in certamen
 secum descē-
 dere prohibi-
 buerit.*
*b De eo qui
 furtum cela-
 nerit. item
 de eo qui e-
 xulē domi
 suā abscondē-
 rit.*
*c Non licet
 nec priuato
 nec parti ci-
 uitati sine
 auctoritate
 publici consi-
 lij eum quo
 quam pacē
 inire aut bel-
 lū mouere.*
*d Munera
 & dona acci-
 pere ab ijs q;
 publico ma-
 gistratu fun-
 guntur aut
 alia aliqua
 re operam*

nium cuiuscunq; ciuis census habeantur. Deſi
de annuos fructus tribules ad agri magistratus
conſcriptos deferant, vt cum duo tributa ſint,
Reſpublica poſſit alterutro, vt videbitur, annis
ſingulis vti, ſcilicet vel vniuerſi census, vel an-
nui fructus parte. Vnde quæ in conuictus pu-
blicos tribuuntur, ſemper excipiuntur. * Dona-
ria diis moderata à moderatis hominibus offe-
rantur. * Terra igitur, vt focus domiciliorum,
ſacra deorum omnium eſt. quocirca nequis i-
terum idem conſecrato. Aurum autem & ar-
gentum in urbibus & priuatim & in fanis in-
uidioſa res eſt. Tum ebur ex inani corpore ex-
tractum, haud ſatis caſtū donum Deo. Iā æs &
ferrū duelli inſtrumenta, non fani: ligneū autē
quodque voluerit, vno è ligno dedicato: itē-
que lapideū, in delubris communibus, Textile
ne operoſius quā mulieris opus menſtrum.
Color autem albus præcipuè decorus Deo eſt;
cū in cæteris tum maximè in textili. Tincta
verò coloribus aliis, ad bellica inſignia ſolūta
exhibeātur. Diuiniffimæ verò oblationes ſunt
aues, atque picturæ, quas ſingulas vno die pi-
ctor vnus depinxit, cætera donaria quoque om-
nia his ſimilia ſunt. Poſtquā verò urbis par-
tes quæ & quot eſſe debent, diſtinctæ ſunt, &
leges de pactis cōmerciiſque maximis pro viri-
bus poſitæ, ſuper eſt vt de iudiciis iā dicamus.

b Primū igitur arbitri iudices, quos litigantes
elegerint, locū habeant. hi * conciliatores ſeu
arbitri cōmodius quā iudices appellari poſſūt.
Deinde [qui per vicos & tribus in duodecima
quaſque parte electi ſunt] Apud quos ſi recon-
ciliati à primis non fuerint, maiori cū damno
litigent. Vbi ſi debitor iterum cōdemnabitur,
quintā debiti partē perſoluet. Quicunque verò

** Quæ dijs of-
ferenda.*

** Hæc Cicero
fecit ad ver-
bum libro de
legibus ſecū-
do expreſſit.*

*b De priua-
tis iudicijs.*

** Diuini*

ab hoc quoque iudicio appellat, ac tertio certare volebat electos iudices petat. Et si ab iis iustus condemnabitur, & quantum lis estimata est, & dimidium amplius persoluat. Ac si accusator à primo iudicio repulsus non quiescit, sed in secundo iudicio iterum certare voluerit, quintam si vicerit partem accipiat, victus autem tantumdem amittat. Quando verò per primos & secundos iudices nondum reconciliati, tertios petunt, debitor quidem victus, tantumdem & dimidiam insuper litis estimatae partem, ut diximus, victori deponat: accusator autem superatus dimidiam. Sed de creandis declarandisque iudicibus, de istorum omnium administratione, de temporibus in quibus singula facienda sunt, de ferendis suffragiis, de mora & dilatione iudicii, termino, citatione, repulsa ac de ceteris omnibus quae in iudiciis necessaria sunt quamuis in superioribus tetigimus, tamè quae pulchra sunt, ut habet proverbiū, & bis & ter testè dici possunt. Parua verò quaeque & inuentu facilia, si legumlator antiquior praetermiserit, iunior repleat. Sed de privatis quidem iudiciis satis iam dictum est. Publica verò atque communia, quibus ut magistratus, quae ad hoc pertinent, peragunt, in multis civitatibus à prudentibus viris rectè constituta reperiuntur. Vnde custodes legum oportet quae huic novae reipublicae congruant accipere, ita ut singula examinata & corrigant diligenter & probent, donec sufficienter se habere putentur: & denique discussioni sine imposito his tanquam immobilibus per totam vitam tantur. [Ad silentium verò & quietam placidamque orationem quod attinet, quomodo circa haec se habere debeat iudex: item quod attinet ad ea iusta quae à nobis constituta

*De publicis
iudicijs.*

sunt, multum diuersa & discrepantia ab his
 quæ obtinent in multis ciuitatibus. & iam
 dictum est, & in fine dicitur.] ^a Ad quæ om-
 nia æquus futurus iudex respicere debet,
 atque operam dare, vt has legum constitutio-
 nes ante omnia discat, & mente firmet re-
 neat. Nam ad faciendum eum virum qui discit
 bonum, scripta legum præ cæteris doctrinis si
 recte se habent, maximè conferunt. Neq; enim
 temerè miranda diuinaque lex nomen menti
 proximum possidet, (vix enim mentem, vixque
 verò legem significat.) Nā cū multi sermones
 ad laudē vel vituperationē pertinentes partim
 carminibus, partim soluta oratione rē scriptis
 circumferantur, tum quotidie in lætibus &
 conuentibus modò per contentionem agiten-
 tur, modò falso & vano assensu approbentur.]
 horum omnium perspicuum examen legisla-
 toris scripta nobis sunt. Hæc quasi remedium
 medelamque aduersus aliarū orationū vena-
 na, probè iudex secum semper tenebit, quibus
 seipsum ciuitatēque emendabit, bonos con-
 firmabit atque extollet, ^b prauos ex ignorantia,
 incontinentia, timiditate, & vt summatim di-
 cā, iniustitia vniuersa pro viribus si sanabiles
 sunt, ad bonā mentē reuocabit. Nā si sanari nō
 possunt, qui eos morte afficiūt, apud oēs laude
 digni iudices iudiciumque principes non iniu-
 stitia sæpius dici possē videntur. Sed post quā an-
 nua iudicia exacta sunt, legibus his vtantur.
 Primū magistratus qui iudicium exercet, debi-
 toris damnati pecuniam petitori omnem tra-
 dat, necessariis tantum ad vsum relictis. Id-
 que statim post lata suffragia fiat nunciante
 præcone, & iudicibus audientibus. Deinde si se-
 cundus a lata sentētia aderit mensis, neque vi-
 dori

tori victus sponte iuste persoluerit, iudices qui sententiam tulerunt, cuncta debitoris pecuniam victori tradant. Quod si presentia minus sufficiant, nec minus quam drachma deficit vna, non liceat deinde debitori prius aliquemquam in iudiciu trahere, quam debitum creditori totu restituat. Trahi vero ab aliis possit. * Siquis in iudicio damnatus iudices ipsos laeserit, aut quicquam eorum iniuste abstulerit, iidem ipsi iudices ad custodes legu deferant. A quibus si criminis huius damnabitur, quasi ciuitate omnem leguque euerterit, moriatur. Qui sub his legibus geniti educati que, liberos similiter genuerunt, atque educauerunt, ita cum aliis versati ut moderatum eoru fuerit commercium, illata iniuria penas dederint, accepta exegerint sicuti iuste legibus his usque ad senectate viuunt, ita secundu naturam e vita decedunt. ^b Mortuis vero tam viris quam mulieribus parentationes quidem, & que ad deos siue inferos siue superos pertinent, secundum responsa interpretum fiant. Nullum in loco fecundo & agro ad culturam apto sepulchrum fiat. Sed is locus corpora defunctoru recipiat, qui ad cetera inutilis, & ad id tantum commodus viuentes minimu laedit. [Locis enim quae ad alimenta hominibus ferenda terra communis omnium patens destinauit, viuentium quempia ne priuet viuus vel mortuus.] Agger non altior sit eo tumulo, que viri quinque diebus quinque construere possunt. Lapidis quoque superstruantur non maiores quam ut possint vitae defuncti laudes quatuor solu heroicis versibus comprehendere. * In vestibulo autem domus collocetur mortuus non breuiori vel longiori tempore, quam ut veru mortuus significari

** De his qui iudicibus a quibus condemnati sunt aliquid eripuerunt.*

^b De sepulchris, & in genere de tota funeris & sepeliendo rum mortuorum ratione quibusque rationibus sint persuadenda homines ut quam minimo sumptu honeste tamen & prout humanitatis leges requirunt ut in sacris mortuorum corpora humi condere.

** Deo deo sic tunc sic.*

cognoscique possit. Ac ut humana se habent, tridana elatio ad sepulchrum mediocritas vide-
¶ Vnusquisq; tur. *¶* Credendū est autē & de aliis legūlatōri &
nostrum est de anima. cum eā dicat omnino à corpore dis-
anima sua ferre, nec aliud præter ipsam esse, quod in hac
corpus verò vita faciat ut quilibet nostrū hoc ipsū sit quod
præsertim sumus. Corpus verò tanquā imaginariū quid-
anima va- dā hominem sequi. Cōmodē etiā mortuorū
cū est un- simulachra corpora vocari. *¶* Ac reuera vnum-
bra quodā quengue nostrū animam ipsam immortalē
et simula- esse, eāque ad deos alios proficisci, rationem
chrum dun- suorum operum reddituram, ut lex patria
taxat. continet. In quo certē bonis viris confidendū
¶ Praclarus esse, malis autem formidandum: quippe cum
locus de A- post mortem omni auxilio careant, viuenti-
niarū im- bus autem necessarios omnes opem ferre de-
mortalitate buisse. ut quā iustissimē atque sanctissimē vi-
et iudicio uant, ne maxima eos scelerum post mortem
ipsarū post supplicia maneant. Hæc cum ita se habeant,
excessum è tē familiarē atterere minimē debemus, sumptu
corporibus. faciendo] quasi arbitremur hanc carnis molē
 quæ sepelitur, nostrum illum esse: cum ille fi-
 lius aut frater aut quīuis alius à nobis deside-
 ratus, quē sepeliri putamus, hinc aliō fati suis
 exactis profectus fuerit. Probē igitur factum
 erit si tanquam ad manium aram anima ca-
 rentem moderato utamur impendio. Mode-
 ratum verò quantū sit, à legūlatore meritō sta-
 tuetur Lex igitur ista sit, ut qui maximi census
 est, ad funus & sepulturā non plus quā minas
 quinque impēdat. qui secundī tres, tertii duas,
 quarti vnam: atque ita singulorum moderata
 erit impensa. Cæterū custodes legum cum
 alia multa, tum hoc maximē curare debent,
 ut pueri & viri & ut summatim dicā, cuiuscū-
 que sexus vel ætatis homines ab illis iugiter
 obseruari

obseruati benè viuāt. & ciuis cuiusq; decessu
 vnus ipforum quē mortui hominis coniuncti
 elegerint, fanus totum obseruet, prouideatq;
 vt bene moderatēque omnia, non contrā ge-
 rant. & illud sibi honorib; hoc dedecori sit Col-
 locationes vtique mortuorū in vestibulo do-
 mus & elationes & cætera omnia secundū le-
 ges de his conscriptas fiant. Kerū autem ciui-
 lum legislatori talia concedere oportet. ^a La- ^a De *lulus*
 chrymis mortuos decorare aut non, turpe le- *circa mor-*
 gumlatore cogere est: plangere verò & extra *tuos.*
 domū vociferari prohibendū est. Cadauer etiā
 manifestè per vias vrbis frequentiores efferre,
 & in publico eiulare aut ante diē extra urbem
 esse nō liceat. Hęc ita de his statuta permaneāt.
 Quibus qui patet, indemnus esto Qui verò vni
 legū custodi non patet, ab omnibus, vt cōmu-
 niter videbitur, puniatur. Cætera quæ vel ad
 mortuorū monumēta, vel ad eos qui propter
 patricidium sacrilegiūque sepultura indigni
 sunt, pertinent superioribus legibus cōprehē-
 dimus. Quare legum positio fermè finē habet.
^b Omnium verò finis est, non in eo quodd fa-
 cta sint, vel possessa, vel habitata, sed in eo po-
 tius, quod sicut recta sunt facta, ita firmiter sta-
 bilita sint. In huiusmodi enim conseruatione
 putandum est quantum oportuit factum esse:
 aliter minimè CL. Probè loqueris hospes, sed
 quorsum ista explanatius dicit. ATH. Multa
 & Clinia, priscorum præclare dicta laudantur,
 nec minus Parcarum nomina. CL. Quænam?
 ATHENIEN. Quod Lachesis prima sit, Clo-
 tho altera, Atropos tertia, quæ salutem præ-
 dictis affert. Hęc ad ignē cōtortis, quia vim in-
 cōuerribilē cōtinent, cōparata sunt. Quæ qui-
 dem in ciuitate & Repub. oportet non solam

b Absoluta
 legū tracta-
 tione de ra-
 tione inqui-
 rit qua ser-
 ua & tecta
 de conserua-
 ti possint le-
 ges.

sanitatem corporibus stabilē, sed animis quoque legum cultum, imò verò legum salutem asferre. Sed mihi videtur negotio legū adhuc illuc deesse vt differatur, quo pacto illis secundum naturam vis inconuertibilis possit inesse. CLIN. Non paruum est quod dicis, si inuentu possibile est, quo pacto in vnaquaq; re rectè id fiat. ATHEN. Possibile est profectò, vt mihi ad præsens videtur. CLIN. Ne igitur abeamus hinc obsecro, antequam nostris legibus id tribuamus. Ridiculum est enim frustra in aliqua re sumpsisse laborem, nec stabile aliquid fundauisse. MEN. Rectè tu admones: me quoque talem inuenies. CLIN. Probè dicis. Quæ igitur salus ista est? & qua ratione Reip. nostræ & legibus aderit? ATHEN. Nonne diximus cœtum in ciuitate huiusmodi esse constituendū, quo decem de legum custodibus semper seniores conueniant? His accedant omnes qui muneribus præmiisque honorati sunt. Præterea & illi qui multas vrbes peragrauerunt, vt aliquid ad patriarum legum conseruationē conferens reperirent, sed hi ad cœtum huiusmodi non recipiantur, nisi ex ea peregrinatione incorrupti & integri rediisse, & cœtu digni esse probentur. Atque horum singuli singulos sibi iuniores asciscant, non pauciores annos quàm triginta natos, qui natura educationēque digni esse asciscenti primū, deinde & vniuerso cœtui videantur. Quòd si quis indignus adhibeatur, nullius momenti sententia sit. Hunc cœtum ante lucem conuenire diximus oportere, quando à cæteris tam priuatis quàm publicis negotiis vacatur. An non tale aliquid in superioribus diximus? CLIN. Certè. ATHEN. De hoc cœtu iterum illud dicam. Aio enim si quis

Ad legum
positiōem &
approbatōem
virtutē &
conseruatiōem
nisi instituit
sanctius est
legū de quo
iam supra.

quis hunc quasi anchoram vniuersæ ciuitatis
quæcunque ad hanc exigantur in se continen-
tem, iaciat omnia quæ volumus, seruaturum.

CLIN. Quo pacto? ATHEN. Opportunè modò
dicemus, totisque viribus incumbemus. CLI.

Probè dixisti, & ut cogitas facito. ATHEN.

Oportet sanè, ô Clinia, in vnaquaque re con-
gruum singulorum operum seruatore[m] exco-
gitare. Qualem maximè locum in animalibus
anima & caput habere videntur. CLIN. Qua

ratione rursus id ais? ATHEN. Horum nempe
virtus omni animali salutem præbet. CLIN.

Quo pacto inquam? ATHEN. Nâ anima qui-
dem ad alia mens infusa est: capiti quoque ad

alia visus auditusque insertus. Atque ita sum-
matim pulcherrimis sensibus mens coniuncta,

& in vnum redacta, salus singulorû efficitur.

CLIN. Ita videtur. ATHEN. Certè. Nâ & mens
sensibus coniuncta nauibus in tempestate &

tranquillitate salutem afferre solet. An non
vides quod gubernator & nauæ simul cum

mente gubernatrice sensum coniungentes sci-
psos nauemque tutantur? CLI. Quidni? ATHEN.

Non multis exemplis opus est. Sed in exercitu
& medicina consideremus, ad quem scopû at-

que exitum respicientes imperatores & medi-
ci, salutè rectissimè consequuntur. CLI. Rectè.

ATHEN. Nonne illi ad hostium fugâ & victo-
riam suâ? isti ad corporis sanitatè? CLIN. Pro-

culdubio. ATHEN. Si medicus corporis sani-
tatem ignoret, aut victoriâ imperator, & cæte-
ra quæ dicebamus, mentemne habere scireque

aliquid in his videbuntur? CLIN. Nequaquâ.

ATHEN. Quid potro in ciuitate? si quis finem
ad quem vis ciuilis respicere debet, ignorare

videatur, an primùm iure princeps poterit

*Elegantè
imagine ostē
dit sanctius
hoc collegiū
& in vnum
redacta, salus
singulorū
efficitur. cui
legū rû-
tela deman-
datur idem
esse in ciuita-
te quod mēt
est in corpo-
re & præfer-
tim in capi-
te, iuuenes
verò quorū
opera illud
collegiū vta-
tur esse idē
quod sensus
in capite.*

* Huic collo- appellari. Deinde seruare id poterit, cuius fi-
 gio augustio- nem profus ignorat? CLI. Minimè ATH.
 ri si rectè ve- * Oportet igitur & nunc, ut videtur, si noue
 lit muerere huius urbis constructio bonum exitum habi-
 suo fungi offe- tura sit, aliquid in ea esse quod cognoscat. pri-
 dit debere mium quānam ciuilis sic finis deinde quomo-
 probè cogni- dō illum assequamur: & demum quæ lex pri-
 tū & perspe- mium deinde quānam hominum rectè ad * illū
 tū esse finē consulit, aut non rectè. quippe quæ ciuitas his
 ad quæ refer- carebit, non erit mirum, cū mente sensūque ca-
 ri debent o- pta sit, si fortè casūque singula faciat. CLI. Ve-
 mnes leges: ra loqueris. ATH. Nunquid dicere possumus
 qui quidem ia qua maxime ciuitatis nostræ parte, vel quo
 finis est vir- studio huiusmodi aliquod ad salutē præsidium
 tu, qua ita sufficienter constitutū sit? CLI. Quāuis non li-
 debeat esse quid id asserere audeā hospes, conicio tamē
 cognita legū hanc orationē tuā ad nocturnū illum certum
 custodiri rā quē modō dixisti, COLA. Indere. ATH. Rectè, ō
 ipse pra ca. Chæia, coniecisti. Oportetq; illū ut ratio præ-
 terū exer- sents significat, omni virtute præditū esse. Vir-
 ceat, tū alios tus autē eius prima atque præcipua est, ne per
 doceat eius multa variāque vagerit: sed ad vnū respiciat
 que vim & semper, quō omnia quāū tela sibi semper diri-
 naturā ex- genda sunt. CLI. Ita profus. ATH. ^b Nūc ergo
 plices modo intelligimus non esse mirū, si ciuitatū leges lō
 in species di- gē aberrent. Nā in qualibet ciuitate alia legum
 u dens, mo to positio ad aliud, & alia ad aliud respicit. Et aliis
 in genus cō- iustorū finis est, ut aliqui siue meliores illi qui
 trahēs: quod dem, siue peiores in repub. dominantur. Aliis
 sanē cōsequi ut dicentur, siue seruiant, siue non. Aliorum
 nō possit sine studium, vertitur ad libertatem. Alij leges ad
 cognitione Idæa Boni & Pulchri, à qua cognitio virtutu & eius
 quod pulchrū & honestum est in actionib. humanu pendet & pro-
 manat. * sub. finem. ^b Causam a fert cur vitiosa sint mul-
 tarum ciuitatum leges, quod nimirum qui illas condunt neque ve-
 ritatem neque vnum finem prop situm habeant.

duo condant, ut & ipsi liberi sint, & alias ut-
 be. subigant Qui verò sapientissimos se putât,
 ad huiusmodi omnia simul. Vnū verò præci-
 piū ad quod cetera dirigant non habet. C. L. I.
 Nos igitur hospes, rectè iamdiu legibus nostris
 ad vnum respiciendum putauimus, idque vir-
 tutē appellati cōcessimus. A. T. H. Ita est. C. L. I.
 Et virtutē quatuor quadā ponebamus. A. T. H.
 Certè. C. L. I. Mentē verò horum omnium ducem,
 ad quā & cetera omnia, & tria illorū respice-
 re oporteret. A. T. H. Pulcherrimè assequeris, ô
 Clinia. Et in ceteris similiter sequere. Mentem
 quidē gubernatoris, medici, imperatoris, ad cer-
 tum quiddā respicere diximus. Ciuilē verò in-
 quirentes huc processimus, & nunc veluti ho-
 minē, ita ciuilē hanc mentem percontemur. O
 mirifice vir, quò tendis? Quid illud vnum est
 quod in arte sua medicus planè assignare po-
 test, & tu qui ceteris prudentib. præstare te di-
 cis, in tua facultate non poteris? An vos ô Cli-
 nia, & Megille, pro ipso respondere potestis quò
 hoc ipsū sit: ut ego sæpe ad vos pro aliis feci?
 C. L. I. Nequaquā hospes. A. T. H. An nō quæredū
 putatis, quid illud sit & in quib. C. L. I. Dic pla-
 nē. A. T. H. Cū quatuor virtutis species posueri-
 mus, patet eaiū quālibet vnā esse, si quatuor si-
 mul cōficiūt. C. L. I. Quidnō? A. T. H. Vnā etiā cūcta
 hæc nominamus. ^{Fortitudi-} Fortitudinē, in virtutē esse
 dicimus, prædētā virtutē, & reliquas duas simi-
 liter, quasi reuera nō multa sint, sed vnū id so-
 lū, quod virtus est. C. L. I. Omnino quidē. A. T. ^{ne à prudē-}
 Inquantū igitur duæ hæc inter se differunt & ^{tia differre}
 duo nomina acceperūt, atq; alię duę similiter, ^{ostenditur,}
 difficile dictū nō est. In quædā verò in vtriusq; ^{quod in bel-}
 vnū posuimus, idq; virtutem vocauimus, & in ^{livi fortitudo}
 duabus reliquis similiter, non ita facile. C. L. I. N. ^{inuenitur}
 Quomodo istud ais? A. T. H. E. Non est arduum ^{non itē pru-}
 dentia.

quod dico, explanare. Agite ergo interrogandi respondendique munus inter nos partiamur. CLINI. Quo pacto? ATHEN. Interrogata me quidnā vnum appellantes virtutē, duo vtraque rursū diximus, alteram fortitudinē, alteram verò prudentiam. Causam equidem tibi affero, quod alterum circa timores versaretur. Vnde beluae quoque fortitudinis participes sunt, & infantium animi. Natura enim quodāmodo & sine ratione animus fortis efficitur, sed absque ratione prudens anima & mentis compos nec fuit vnquam, nec est, nec erit. Aliud ergo hæc est inquam illa. CLIN. Vera loqueris. ATHEN. Quomodo ergo duo hæc & differentia sunt ratione, à me accepisti. Quomodo verò vnum & idem, tu rursū me doceas, ita vt dicturum te putes, quo pacto cum sint quatuor, rursū vnū sint, & me postea tibi rursū quomodo quatuor sint, declaraturum. Deinceps autem consideremus, vtrū qui res aliquas sufficienter intellecturus est, & quæ & nomen habent & rationem, nomen solummodò scire debeat, rationem minimè. An potius si pretij alicuius est, turpe est rerū magnitudinē & pulchritudine excellentium tā nomina quàm rationes ignorare. CLIN. Ita videtur. ATHEN. Legū verò conditori atque custodi, & ei qui virtute præstare ceteris opinatur, & præmia pro his rebus accepit, est, ne maius aliud quàm fortitudo, temperantia, iustitia, atque prudentia. CLINIA. Quomodo aliud? ATHEN. De iis igitur interpretēs, doctores, legum conditores, aliorū custodes, nōne ceteros qui scire cupiunt, vel punitione, & increpatione indigent, docere debent, quas vires virtus, quas vitiū habeat,

atque

** Qui rē vt
par est vult
cognoscere
non solum no-
men sed &
rationē hoc
est definitio-
nem nominis
debet cogno-
scere.*

atque hæc declarando excellere cæteris? An
 verò poeta quipiam, aut iuuentutis magister
 urbem nuper ingressus, eo præstantior iudica-
 bitur, qui omni se virtute excellere profiteretur?
 & deinde mirum videbitur, si ea ciuitas ubi
 custodes virtutis nomen rationemque non te-
 nent tanquam deserta custode, eadem patia-
 tur, quæ & alia multa hodie patimur? **CLIN.**
 Nihil certè mirum. **ATHEN.** Ad hoc itaque in-
 cumbamus. Quomodo igitur custodes in vir-
 tute cæteris tam re quam verbo exquisitiores
 reddemus? Vel quo pacto prudenti capiti at-
 que sensibus similis ciuitas nostra, propter hu-
 iusmodi custodiã fiet? **CLIN.** Quoniam pacto
 hæc, o nospes, similitudinẽ faciemus? **ATHEN.**
 Patet quia ciuitas [^{*} corpus seu venter erit,] ^{* aut.}
 custodes, autem iuniores sagaces soli rectesque
 supremo in vertice collocabuntur. Vnde urbẽ
 totam circumspectent, & custodiendo quæ sen-
 tiunt, memoriæ commendabunt, omniãque se-
 nioribus nuntiabunt, qui menti ob rerũ mul-
 tarum cognitionem assimilati, ciuitati con-
 sulent, iuuenum ministerio vsi. Atque ita
 virique communiter ciuitatem omnem con-
 seruabunt. Sicne, an aliter ipsos præparandos
 putamus? An æquales omnes habendos esse
 censemus? nec exquisitiori ratione educati
 erudiri que nonnullos volumus, eosque cæte-
 ris anteponi? **CLIN.** At id quidem, o mirifice
 vir, impossibile est. **ATHEN.** Ad exquisitiore
 ergo disciplinam quam superior illa sit, venia-
 mus. **CLIN.** Sic ferè. **ATHEN.** Atqui ea fortè quã
 modo tetigimus hæc ipsa est quam quaerimus.
CLIN. Omnino. **ATHEN.** Dicebamus au-
 tem præcipuum in singulis opificem atque cu-
 stodem, non solum oportere, vt multa gerere

possit, sed ut ad unū etiā tendat, illūque cognoscat, & cū cognouerit, cuncto illō quæ perspicit, dirigat. C L I. Rectè. A T H E. Estne igitur exquisitior consideratio alia rerum quàm ut possis ad unam ex multis dissimilibusque ideā aspiciere? C L I. Fortasè. A T H. Ne, fortasè dicas, sed reuera. O beate vir, nemo certiozem hac viam rationēque vnquam habebit. C L I. Tuis rationib. hospes. persuasus concedo, quare ita prosequamur. A T H. N. Cōpellendi ergo diuinæ Reipublic. custodes nobis sunt, ut exactè inspiciant, primum quid in omnibus quatuor idem sint, quod cū in fortitudine, temperantia, iustitia, & prudentia insit, vno virtutis nomine iure volumus appellari. Id, o amici, si vultis, modò apprimè teneamus: nec dimittamus antequam satis pateat quidnā illud sit, ad quod siue quasi ad unū, siue quasi totū, siue ad vtraque, siue quomocunque se habeat, respiciendum sit. An putamus si hoc nos effugerit, satis nobis patere, quæ ad virtutem pertinent, de qua nec an multa, nec an quatuor, nec an unū explanare possimus? Aut igitur si nostro consilio creditis, modū adinuenire conabitur, quo id in ciuitate nobis adierint si videbitur, dimittemus. C L I. Minimè per hospitalē deum, o hospes dimittendū hoc est. Rectissimè nanque id dicere videris. Sed quō pacto quis hoc inueniet? A T H. E. Nondū quomodo agendū, dicamus: sed primum inter nos, oporteat necne, conueniamus. C L I. N. Oportet certè, si possibile est. A T H. E. Quid porro de honesto ac bono? utrū quòd solummodo multa sint, custodes nobis cognoscent? an etiā quomodo unū cognoscent? C L I. N. Necessestium videtur ut etiā quomodo unum sunt, intelligant.

gant. ATH. Quid deinde? Intelligerene solū? Mācipij ha-
 debēt, oratione autē declarare nō posse quod un^o est decla-
 intelligunt? CL. Quo id pacto? mācipij narras rare nō pos-
 mihi habitam. AT. Num etiam de omnib. ho. se quod in-
 nestis & laude dignis studiis eadē ratio est, vt telligas.
 eos qui veti custodes futuri sunt legum oportet. Quod de
 teat veritatem ipsorū optimē intelligere, ora- cogn. t. one
 tionēq; sufficienter exponere, & operib. alle- Idea boni di
 qui, quæ rectē fiunt, quæ nō secundū naturam verat, expli-
 diiudicātes? CL. Cur non? ATH. b Nōne vna car ostendēs
 de rebus optimis est ea de qua suprà seriō di- legum custo
 sputauimus? Vbi quod sint dii, & quod vites di ante or =
 maximas habeant demonstrauimus: idq; pro nia illud pro
 viribus homini esse sciendū: ita vt vulgō igno certo haben
 scamus: si vulgarem duntaxat legum cognitio- dū Deos esse
 nem assecutus fuerit: custodiā verō nulli com qui omnia
 mittamus, qui non multo labore firmāque fi- regā & sub
 de quæcunque ad deos pertinent, fuerit assecu sua potestate
 tus: vt neminē vnquā custodē legū eligamus, contineant.
 aut cæteris virtute anteponamus, nisi diuinus c Homines
 sit, diuinisq; studiis operam dederit. CLIN. vt credant
 Pat est igitur, vt ais, si quis in re diuina tardus Deos esse, &
 & ineptus sit, vt is longē à rebus pulcherrimis multū posse,
 arceatur. ATH. Scimūne igitur duo esse, quæ adduci osten
 faciant vt quæ suprà de his exposita sunt: cre- dit eo quod
 dantur? CLIN. Quanam? ATHEN. c V. Anima antē
 num quidem illud de anima supra dictū, quod quior sit cor
 antiquissima diuinissimāq; omnium sit, quo pore, & om-
 rum motus generationem sortitus substantiā ma, in primis
 semper fluentem produxit. Alterū de ordine: verō cele-
 quō astra cæterāque feruntur, quæ intellectus sua singula-
 ducens, omnia exornauit. d Nemo enim qui ri ordine &
 hæc diligenter considerauit atque pecc- sapientia re
 pit, adeo impius vnquam fuit, vt contra rantur.
 d. Astrologia studium non redit homines impies & atheos vt
 vulgus putat sed contra facit vt Deos esse maxime credant.

teor notare
videtur, qui
Ideas rerum
harū sensi-
biliū putave-
runt esse cau-
sas sine men-
te ordinante
ut per eos
qui inter ve-
teret Physi-
cos primi
quasi dubi-
tantes propo-
suerūt nun-
Mens esset
aliqua om-
nia ornās vi-
detur Ana-
xagorā intel-
ligere quod-
q. hi à mēte
ordinate nō
duxerint ut
par erat cau-
sas rerum
naturalium
nec existi-
mauerint ani-
mā antiquis-
simam esse cor-
pore id occa-
sionē dedisse
calūniandæ
Philosophiæ
estendit.

non sit affectus quàm multi suspicentur. Ple-
rique enim putant eos qui hæc tractant astro-
nomiæ & aliis huiusmodi ad hæc necessariis
artibus dediti, à religione alienos esse. Quippe
cùm necessitatem pro vicibus qua res fiunt, in-
spexerint, non voluntate diuina boni gratia
omnia gigni credere illos arbitrantur. CLIN.
Quomodo igitur id se habet? ATH. [Contrà
se habet penitus nunc, atque quando sine a-
nima esse hæc putabantur. Quamuis etiam
tunc magna admiratio ià tunc subibat de illis
rebus & iis qui diligentius aliis illa perscruta-
bantur, subolebat & in mētem veniebat: quod
nunc planius est cognitum & certa opinione
comprehensum: quòd videlicet nunquam si
anima & mente carerent, tam exquisitis ra-
tionibus cœlestia illa vterentur ideòque quasi
tentandi causa affirmare nonnulli ausi sunt
mentem cœlestia omnia ornauisse. Sed iidem
ipsi nescientes animæ naturā antiquiorem es-
se corporibus, omnia rursus, ut ita dixerint, imò
verò seipsos euerterunt, eùm iuniorem puta-
uerint. Nam & quæ ante oculos sunt, hæc &
in cælo esse crediderunt. Itaque terra, lapi-
dibus, aliisque inanimatis corporibus referta
esse cœlestia credentes, his causas totius mun-
di tribuerunt. His igitur factum est, ut qui
hæc tractant philosophi, tanquam impj vulgò
existimarentur, & à poetis compararentur ca-
nibus frustra latrantibus, aliæque in eos stul-
titiæ plena dicerentur. Nunc autem, ut dixi-
mus, contrà omnino se res habet. CLIN. Quo
pacto? ATH. Nunquam mortalis quispiam
poterit deum firmiter colere, qui hæc duo
antè non acceperit. Primum, quod rerum
omnium quæ generationis participes sunt,
antiquis-

antiquissima anima est, atque etiam immortalis, cumque talis sit omnibus corporibus dominatur. Deinde, quod sapius diximus, veram esse mentem in astris non ignoret, & quae antecedunt ad hanc disciplinam ipsam non lateant. Musica etiam his convenientis non ignarus ad mores componendos legesque seruandas ipsa utatur possitque earum rerum rationem reddere, quae rationem habent. Qui vero ad virtutes publicas, haec insuper non possederitis nunquam feroci totius civitatis sufficiens princeps erit, sed aliorum principum minister. Considerandum vero nunc, o Clinia & Megille, utrum praedictis legibus hunc ut apicem custodemque apponere debeamus, ut salutis gratia nocturnus principum coetus adsit, disciplina, quam praediximus, praeditus. Quid ergo agemus? C. I. N. Quid prohibet optime vir, quo minus quantuluncumque possumus, apponamus? A. T. H. Certe id contendere omnes debemus. Ego quidem libenter vobis opitulabor, forte etiam ob harum rerum peritiam frequentemque meditationem alios quoque multos adiutores inueniam C. I. N. Hac via, o hospes, maximè proficiamus, quae deus ipse ducere videtur. Sed modum nunc quo rectè hoc fiat, excogitemus. A. T. H. E. Leges de istis, o Clinia & Megille, non antè scribi possunt, quam civitas uniuersa fuerit exornata. Tunc enim debita cum auctoritate constituenda videntur. Sed ex non aliter rectè quam doctrina multa & longo disputationis examine probabuntur. C. I. N. Quid hoc iterum sibi vult? A. T. H. E. Primum igitur coetus eorum hominum qui aetate, doctrina, moribus, consuetudine, ad custodiam idonei sunt, consti-

*Ex modo
d. lli itaque
colligit quib.
arib. & scie
tiam imbuen-
dus sit ani-
mus ei qui
fit legum cu-
stos futurus,
quod qui-
dem est
doctrina ex-
cub. n. et tra-
sua ad se-
quentem li-
brum qui ideo
Epiragm in
scriptus est,
quod insur-
Coronidis su-
p. torib. ad-
uctu sit ad
plurib. & ac-
curat. ut de
clarandis
qualis de-
beat esse in-
stitutio cu-
stodi. & iura
84.*

tuatur. Deinde quæ discenda sunt ea nec inuenire facile, & inuentionis discipulum fieri arduum. Tempora præterea in quibus percipere, oportet singula, frustra scribentur. Nec enim possunt ipsi qui discunt, cognoscere quando quid opportunè discatur, antequam in eorum animo rei ipsius scientia sit. Quæ igitur in his palàm dici non possunt, non rectè tentantur, dici autè nō posse inquā, quoniā si dicantur, nihil planius explicant. c1. Cū hæc ita se habeāt hospes, quid nobis agendū censes? a r. Quod prouerbio dicitur, o amici, visum est nobis par esse, ut rem in cōmune & publicū conferamus, ac de vniuersa republica periculum subire velimus: nihilq; non facere, ita, ut tres vel tres talos iaciamus. Equidem periculum id vobiscum subibo, dicendo atq; exponendo quæ mihi de hac disciplina & educatione quam modò tetigimus, videbuntur: periculum autè parū non est, nec aliis simile. Quod tibi o Clinia, curæ modò esse iubeo. Tu enim in Magnesium vrbe, vel illa cui deus ipsum cognominem faciet, summa florebis gloria, si rectè ipsam constitues. Certè nunquam effugies quin posteriorum omnium fortissimus videaris. Si ergo diuinus hic cæcus nobis o amici, constitueretur huic ciuitas erit tradenda. Neque his reliqui legumlarores tanquā minus sufficientibus aduersabuntur. Profectò quod paulò antè quasi somniantes verbis tetigimus, quando capitis mentisque communionem per imaginem quandam, attulimus, id penè vigilantes perficiemus, si nobis hi viri exquisite docti conuenerint, & in arce regionis habitauerint custodes ciuitatis constituti, quales nunquam nos in præterita

vita ad custodiam agendam fuisse cognouimus. MEGIL. Ex omnibus quæ diximus, ô amice Clinia, patet, aut huiusmodi ciuitatis constitutionem prætermittendam esse, aut hunc hospitem non dimittendum sed precibus modisque omnibus socium ad disponendam ciuitatem accipiendum. CLIN. Probè loqueris, ô Megille. Ego quidem sic prorsus efficiam, sed tu quoque opem feras. MEGIL. Feram equidem.

PLATONIS EPI-
NOMIS VEL, PHILO-
SOPHYVS.

Marsilij Ficini Argumentum.

Thesaurum diuini Platonis, magnanime Laurè-
ti latere in hoc Epinomide qui Philosophus rur-
sus inscribitur, Platonicorum ambigit nullus. Sed ad
hunc in lucem penitus expromendum, multis opus
est machinis, Marsilio verò tuo argumenta promit-
tenti, non licet prolixiora præstare. Præsertim cum
& scriptorum expressarumque tabella: si opus assi-
duè urgeant, & argumenta procacius è manibus
extorquentes, vix permittant in singulis volumi-
nibus summa sequi fastigia rerum. Præcedentium
legum consilium est, animos ciuium pro viribus ita
componere, ut expeditam adepti tranquillitatem
diuinarum operationes & causas perscrutentur,
& in his quasi speculis autorem deum speculentur, &
colant. In speculatione quidem sapientia, in cultu
verò religio, in ambobus tota consistit humana feli-
citas, si quis legum. Eiusmodi siue superiores quidè pro

mittunt leges: Epinomis verò præstat donante Deo. Itaque perfectum hunc mentis habitum in exordio vaticinatus deinceps suppliciter quadam oratione petit à deo. Felicitatem alij in hac vita haberi posse indicauerunt: alij in altera, alij verò nusquam. Profecto quicumque in hac vita humanis eam viribus acquiri putant, totius vite testimonio reclamante manifestè falluntur. At verò qui nusquàm hanc tanquàm vanam, vanum quoque esse volunt natura totius infirmum. Sapienter admodum Plato noster felicitatem in altera vita sperat, tum presentis vite virtutibus, tum dei munere comparandam. Non diffidit tamen paucissimos quosdàm in hoc quoque vita felicitatem degustare posse. Quos in Phædro, in Phædone, & in Republica tales esse vult, ut extra corpore vivant potius quàm in corpore, deo ipsi potius quàm sibi vivant: quo efficiatur, ut aspirante deo vel inter ipsos fluminis Lethi fluctus, libare nonnihil ætherei nectaris videamur. Neque ab re hinc Epinomidem præterea inscripsit Philosophum. Si quidem ut in Republica sexto & septimo, & in presenti libro patet, philosophi officium est rerum omnium rationes investigare, ut divinam ipsam qua facta sunt, inveniatur rationem, inveniatur colatur, culta fruatur. In hoc autem libro dum ad felicitatem, quam in sapientia religiosa proculdubio collocat, perducere nos contendit, proprium legitime philosophanti depingit ingenium, & convenientibus disciplinarum gradibus erudit, & format. Atque ubique non minus, imò multo plus virtutis & pietatis quàm scientiæ à philosopho videtur exigere: & quicquid scientiæ ab hoc exigit, idcirco requirit, ut deum ipsam veram scientiam magistrum quàm autorem rerum qua sciuntur præ cæteris veneretur. Primum verò vim nobis ad divinam felicitatem naturaliter insitam ex eo probat, quod omnes in omnibus actionibus ipsam

ipsam & vaticinamur & quarimus, & aliis omnino nullis implemur. Deinde singulas ordine facultates enumerat, ostēdit hanc neq; naturalib. neque necessariis, neq; ludicris & iocosis, neq; auxiliatricibus facultatib. comparari. Tertio demonstrat virtutib. in moralib. tū speculatiuis acquiri sapientiā & pietatem beatitudinis fundamenta. Vbi verò speculatrice doctrinas enumerat, primò quidē arithmetice non laudat solum, verumetiam admiratur, quam in libris superioribus maxime omnium inquit ingenium acuere, memoriam confirmare, animum ad omnem speculationem actionēque aptissimum promptissimūque efficere. Atque hīc addit numerū ab ipso deo hominibus traditum, velut rationis discursioni, que necessarium instrumentum. Quo sublato, & animus amens appareat, & scientia artesque penitus evanescant. Laudat praterea geometriam mensuram spectantem, & stereometriam librantem pondera, & astronomiam cælestia obseruantem, & musicam concentum cælestium imitantem. Comendat quoq; physicā, vbi de corporum generib. compositionib. animalibus motionib. & generationis principio tractat: sed ita, ut minutissima quoq; naturalium relinquat medicis, tanquam ab eo qui ad diuina se censert, minimū aliena. Dialecticā deniq; id est metaphysicā, & apicem huius theologiæ velut reginam omnibus anteponit, videlicet singulū ceu gradibus utentem ad inueniendum deum et que adorandum. Tria verò regina huius circa ceteras facultates munera esse voluit. Primum, ut multitudinem harum omnium circūspiciat. Secundum quænam vna in cunctis communis conexioque sit conspiciat. Tertium, quæ ratione ad vnum ipsum diuinūque bonum: & multitudo hac, & huius vno conferat, manifestè se spiciat. Addit autem, nisi eiusmodi vno doctrinarum ad

diuinum vnum conducens, comprehendatur cunctas
omnino manet euadere, neque quid in eū vnum sit
percipi posse, nisi comparetur ad vnum, a quo &
ipsam accipiunt vniōem. Mentem verò hac om-
nia consequutam atque ita unitam sibi, rursusque
per se unitam deo: & hic ait pro viribus beatam
esse, & in altera fore vita omnino beatam. Id au-
tem libri totius est argumentum.

a Tracta-
tione hoc
libro Pla-
to de studijs
quibus vera
sapiētia com-
paratur,

quasidā qua
sionatobiter
attingit: v-
rū vno se-
lx in hac
vita esse pos-
sit, deinde
de agit de
breuitate e-
ius partu vi-
za in qua ho-
mini datur
quodammodo
respirare
a grauib. a
rūni, quibus
reliqua eius
vita obsessa
& plena est:
sum offendit
non ita faci-
tem & expe-

CLINIAS, ATHENIENSIS,
HOSPES, MEGILLVS.



IAM, VI COMMUNITER STATUERA-
mus, huc tandem omnes tres, &
hospes, recte perueniamus, ego
& tu, & hic Megillus de pruden-
tia quaesituri, qua ratione illud
attingere valeamus, quo intellecto humanus
habitus optimè se, quātum natura fert ad pru-
dentiā habet. Ceteras. n. quæ ad ferendas le-
ges pertinebant, iam tractauimus. Quod verò
& inuentu & dictu maximum est, quonā vi-
delicet si cognitum sit, sapiens homo fiat, neq;
inuenimus, neque diximus. Verum nullo pacto
praetermittendum censeo, ne fortè imperfectū
illud relinquamus, cuius aperiendi gratia huc
usque profecti sumus. A T. Scitè loqueris, & a-
mice Clinia. Sermo nē verò quendā nunc mi-
rum, & rursus quodammodo ad mirum audi-
tutum te puto. Multi. n. fluctib. huius vitæ la-
tētam esse viam comparanda: era sapientia, cū vulgus existi-
mans eam positam esse in cognitione earum facultatum qua artū
vel prudentia vel scientia nomine communiter appellantur, ve-
hementer erret.

statim illud prædicant, humanum genus felix
 atque beatum esse non posse. Attende igitur &
 considera utrum & ipse rectè hac de re dicere
 videar. Impossibile arbitror homines in hævi-
 ta, præter admodum paucos, felicitatè & bea-
 titudinè assequi. Bona tamen spes est, ut post
 mortè quis ea omnino consequatur, quorum
 desiderio accensus, optime pro viris, egit vitã
 atque exegit. Nec in auditu aliquid nouumq;
 adduco sed quod Barbari omnes & Græci mo-
 do quodã cognoscimus. Nemo, n. ignorat quã-
 ta sit in prima generatione animalium difficul-
 tas, in conceptione & utero primũ, deinde in
 natiuitate & partu, postea in nutritione atque
 educatione. Nam per mille labores fieri hæc
 non ignoramus. Breue autem tempus est, non
 solum respectu diurnitatis malorũ verum-
 etiam quocunque modo quis cogitet, quod
 quasi circa humanæ vitæ medium respirare pa-
 rumper nos facit. Sed citò tristis senectus su-
 perueniens efficit ne quis optet rursus in vitã
 redire, cum præteritas molestias cogitet nisi
 puerili opinione teratur. Quæ omnia ita se ha-
 bere, illud mihi argumento est, quod modò
 queritur. Querimus, n. quonã pacto fieri sapien-
 tes possimus, quasi aliqua huiusmodi vis lingu-
 lis insit. Quæ quidè tunc nos fugit, quando ad
 aliquã earum facultatum, quæ artis vel prudẽ-
 tix vel scientiæ nomine cõmuniter appellan-
 tur, quis petrexerit, tanquam nulla istarum in
 huiuscemodi humanis rebus digna sit sapien-
 tiæ vocabulo nuncupari; animus tamen valdè
 confidat, vaticineturque aliquam huiusmodi
 vim sibi secundum naturã inesse, quæ verò sit
 & quando, & quomodo adsit, facillè inuenire
 non possit, Nonne dubitatio & inquisitio hæc

nostra de sapientia, huc spectat maximè plena
nimitum spe in singulis quicunque & seipios
& alios prudenter concorditerque possunt in
omni genere sermonis disputationisque exa-
minare. Itane, an aliter hæc se habere dicemus?
C. I. Nos quidem hospes ista concedimus, speran-
tes videlicet vnâ tecum deinceps ad verissimâ

*¶ Cū licet dif-
ficili non ta-
mē plane de-
sperata sit
inuestigatio
vera sapien-
tia primū
ostēdit Plato
à remotione
partium in
q̄. artibus
illa nō sit &
primū ostē-
dit illā nō es-
se in artibus
admixtā aut
cū corpō-
ris necessa-
riā.*

de his sententiam peruenturos. **¶** Alias igitur artes, quæ cū scientiæ appellentur, hominem sapientem non faciunt, primū percurramus, ut illis remotis, eas quibus egemus admo-ueamus, comparemûsque, & factâ comparatione discamus. Atq; eas in primis videamus, quibus humanum genus maximè indiget. Verè. n. hæ primæ sunt, & maximè omnium necessariæ. Quarum artifices quamuis ab initio sapientes vni sunt, nunc tamen & sapientes non habentur, & propter eas artes vituperantur. Dicendū igitur quænam hæ sint, & quod quicunque optimi viri cupiunt videri, artium huiusmodi studia fugiant. Prima verò sit, quæ ab humana rum carnium esu qui ferarum ritu quondam inter homines inoleuerat, ut fabulæ ferunt abstineri iussit, & ad victum modestiorem nos reuocauit. In quo sanè præsci homines quamuis mansuetè & humaniter nobis cōsulerint, valeant tamen nec sapientiæ nomen vsurpent. Deinde eibi Cerealis artificium vtile quidem & pulchrum, sed sapientem absolutè virū nunquam efficiet. Difficultatem. n. & molestiam sorum quæ sunt ostendit ipsa effectio appellatio. Neque etiam agricultura id faciet. Nō enim arte, sed natura, & dei quodam fauore terræ culturam aggressi videmur. Sed nec domorum constructio, & reliqua omnis ædificatio, suppellectiliūque effectio, nec ætatis,

vel lignaria fabrica, aut siglina, aut textura, nec instrumentorum omnium artificia, quæ plebi commoda sunt, quæque ad virtutem afferunt. Venatrix etiam ars omnis, quamvis varia & ingeniosa sit, magnificentiam tamen sapientiamque non tribuit. Sed nec diuinationis aut interpretatio vlla. Nam & si quæ dicuntur cognoscit, utrum tamen vera sint, necne, non intelligit. Postquam verò nulla in earum artium quibus necessaria parantur, sapientem hominem facere nobis constitit, reliqua est imitatrix quedam facultas minimè seria. Sæpe enim instrumenti imitatio sit, plerumque deformibus corporum gestibus & figuris. In eloquio etiam & musis imitatio est & in fingendo pingendoque ubi multa & varia in corporibus tam duris quam mollibus exprimuntur, horum nihil hominem imitationi deditum, sapientem reddit: imitatione verò sublata, artes alia restant quæ in ferendo auxilio versari videntur: hæc quidem multe & variae sunt, sed omnibus belatrix, quam imperatoriam vocant, excellit. Hæc summopere propter usum probatur, sed felicitate maximè indiget, & fortitudinis magis naturali quam sapientia perficitur. Medicina quoque nobis opitulatur contra immoderati frigoris & caloris impetum, ceterorumque huiusmodi quibus natura animalium læditur. Sed horum nihil ad sapientiam veram conducit, incertis enim coniecturis, opinionibusque procedunt. Naturas quinetiam gubernatoresque ferre auxilium non negabimus. Nec tamen eorum quemquam sapientem vocari ab aliquo permittemus. Nullus enim eorum iram ventorum amicitiamve cognoscit, quod & optimum est, & maximè in gubernandi ar-

a Non in venatione.

b Non in diuinatione.

c Nec in ista qua in imitatione versantur.

d Nec in illis quoque quæ ad auxiliandum afflicto & laborantibus inueniuntur, qualis ars militaris est Medicina, item nauum gubernatrix.

*a Nec Orato
ria facultas
sapientia no
mē meretur
nec ingenij
docilitas &
agilitas cū
ad mandan
dū memoria
tum ad reti
nendum.*

te requiritur. Neque etiam sapientes dici eos volumus, qui litigantibus dicendi viribus adfunt. Quippe cum memoria & vsu opinionis moribus se accommodent, & à veræ iustitiæ intelligentia procul aberrant. Reliqua est mira quædam vis, quæ sibi opinionem sapientiæ similiter vendicat, quàm naturā magis quàm sapientiam multi dicerent. Hæc in eo consistit, quando facile quispiam discit quæ velit, & multa diu ac firmiter meminit, & quod vnicuique idoneum est cum oporteat, cito, & cōmodè reddit. Hæc enim omnia alij naturam, alij sapientiam, alij naturæ solertiam nuncupabant. Sed nullus mentis compos verè sapientem propter hæc esse quenquam concedet. Veruntamen necesse est scientiam aliquam inueniri, quàm quisquis habuerit, non solūm videatur, sed reuerā sit sapiens. Attentione opus est. Nam arduam omnino rem aggressi sumus, qui aliam præter dictas artes sciutemur quæ iure sapientia vera dicatur: quam qui adentus est, nec abiectus, nec stultus erit, sed sapiens bonūque propter ipsam ciuis, modestūque ciuitatis princeps & subditus. *b* Hanc igitur primam inspiciamus, quæ ex omnibus humanis artibus ita se habet, ut si hæc vna se moueatur, amentissima & insipientissima hominis natura reddatur. Non est autem hoc inuentu difficile. Nam si vni vnam conferes, illa quæ numerum mortalium generi dedit, id profectò efficit. Deum autem aliquem magis quàm fortunam ad salutem nostram hoc munus nobis arbitròr contulisse. Quem verò Deum putem, vobis dicam, etiam si absurdus videbor, & rursus modo alio non absurdus. Nam ipsam bo-

*b Inter scien
tias q. b. ve
ra Sapiētia
comparatur
primam enu
merat Ari
thmeticam.*

norum omnium autorem, cur non etiam ma-
 ximi boni, prudentiæ dico, causam arbitra-
 mur. Quem verò deum laudibus, ô Megille, &
 Clinia effero? Cœlum ferè, quod par est, si-
 cut dæmones alij simul omnes cæterique dei
 faciant, nos quoque honoribus colere, ac
 præcipuè precari. ^a Atque cæterorum om-
 nium bonorum causam nobis cœlum fuisse,
 omnes confitemur. Deditis præterea nu-
 merum, atque etiam si quis observare velit,
 daturum, nos affirmamus. Quod quidem is
 assequetur, qui in rectam eius speculationem
 ascenderit, siue mundum, siue olympum, si-
 ue cœlum id libeat appellare, dummodo va-
 rietates ipsius consideret, & quomodo anfra-
 ctu circuitûque astorum diuersa efficiat tem-
 pora alimentâque animalibus largiatur, ac
 sapientiam vnâ cum numero cæterisque bo-
 nis hominibus tribuat. Id verò maximum
 est, si quis numerorum munus ab eo susci-
 piens, omnem percutrat circuitum. ^b Sed
 memoria repetamus, dictum & rectissimè
 quidem in superioribus à nobis fuisse, si
 quis ab hominum natura numerum aufe-
 rat, nunquam prudentes nos fore. Nun-
 quam enim ferè animalis huius anima vir-
 tutem omnem percipiet, à quo rationem
 abstuleris: nec animal quod duo & tria, &
 par & impar, ac numerum prorsus ignorat,
 rationem de rebus reddere vnquam pote-
 rit, quas sensu solum atque memoria per-
 cipit. Reliquam verò virtutem, fortitudi-
 nem dico & temperantiam, habere nihil
 prohibet. Qui autem veræ rationis est ex-
 pers, is quomodo sapiens vnquam euadet?
 Cui verò deest sapientia, yniuersæ virtutis

^a *Arithme-
 ticam ex
 celestium
 motu con-
 sèplatione di-
 cèrunt ho-
 mines.*

^b *Sine nume-
 randi scien-
 tia homo
 prudens esse
 non potest,
 nec proinde
 etiam bea-
 tus.*

pars maxima is cum bonus absolute esse non possit, nunquam beatitudinem assequetur. Ita necesse est omnino numerum presupponere. Idque necessarium esse, pluribus etiam rationibus monstrari licet. Sed recte nunc ratione hac ostenditur, quod ceterae artes quas omnes paulo ante enumerauimus, sublato numero penitus euanescent. Fortè verò qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabitur, in quibus humanum genus numero indiget, quamuis & hoc magnum sit. Verùm si quis, quod diuinum in generatione, & quod mortale est, inspexerit, qua in re pietas erga deos, & verus numerus cognoscetur, is profectò inueniet, nullum quantæ virtutis nobis causa omnis numerus sit, si in nostro vsu versetur comprehendere posse. ^a Nam & tota musica motus & vocum numero indiget. Et quod maximum est, bonorum quidem omnium, mali verò nullius causam esse numerum, hinc facile cognoscere possumus, quòd irrationalis & inordinata, deformis, inepta, inconcinnaque agitatio, omnia denique in quibus mali quippiam inest, omni numero carent. Quod sanè qui beatus tandem futurus est, ignorare non debeat. Et qui iustum, bonum, honestum, ceteraque huiusmodi ignorauerit, nec veram opinionem de his acceperit, ad seipsum & alios persuadendos numeri rationisque vi uti non poterit. ^b Sed consideremus iam quomodo numero uti didicimus. Age, vnde vnum & duo perecipimus ut illud animaduertamus, ad quod cognoscendum ab vniuerso naturam vniueque accepimus. Profectò cum multis animalium natura negauerit, ne à patre queant vsu numeri

^a *Sciētia numerandi utilis in musica, tū bonorū omnium, mali verò nullius causa est.*

^b *Vnde numerare didicerūt & discant homines.*

meri discere, nobis id primum indidit deus, ut possimus in eo quod ostenditur, numerum intelligere. Deinde ostendit apertius, idemque assidue facit. In qua explicatione rerum nihil aliud, si vnum vni conferatur, pulchrius aspicere possis, quam dei lucem. Unde & noctem oculorum officio vicissim confideres, vbi maxima apparet diuersitas. Nam si reuoluere hæc non desinas, multas noctes, & multos dies videbis, quibus cælum nunquam cessat docere homines vnum atq; duo, ut etiam qui tardissimus est, hinc vti numero discat. Sic enim & tria, & quatuor, & multa quilibet cernendo, hæc intelliget. Sed de his vnam deus Lunam formauit, quæ modò minor, modò maior appatens, ita quotidie varia ad quindecim vsque dies ac noctes cernitur. Hic autem circuitus est, si quis tantum circulum in vnum conferre voluerit. Quare, ut ita dicam, tardissima etiam animalia, quibus naturam aliquam deus dedit, ut possint discere, numerum perciperent? In his igitur ad hæc vsque, quodcumque animal discendi potestatem habet, vnumquodque per seipsum considerando, ad numerandû idoneum maxime factum est. Sed numerum omnem ad numerum conferre, maius opus est, atque idcirco lunam, ut diximus modò crescentem, modò decreascentem fecit. Hinc menses ad annum constituit, numerumque omnem felici quadam fortuna conferri ad numerum docuit. Hinc terra fecundior facta concipit, fructusque ad alimentum animalium omniû parit, cum & suauiter venti flant, & imbres in terra gremium salubriter defluunt. Ac si quid mali in his accidit, non diuina culpanda

*a De numero
rum inuicem
cōparatione.*

*b Si qd ad-
uersi circa tē
pestates an-
ni accidit id
sibi deputa-
re debent ho-
mines.*

natura est, sed humana, quæ iniuste vitâ suam distribuit. Nobis autem de legibus modò scribentibus cætera quæ hominibus optima sunt, facilia cognitu esse videntur, & quemlibet posse sufficienter quæ de iis dicuntur, intelligere, ac præterea, ac facere, postquam quid confert, & qui non confert perspexerit. Cætera in quâ nobis visa sunt, & modò videntur non nimium ardua: quo autem pacto homines boni efficiantur, penitus difficillimum. Reliqua rursus bona, possibile est, ut dicitur, & non arduum possidere, opes quatenus oportet, & quatenus non: & corpus quale decet, & quale non decet. Animam quoque bonam habere oportere quisque fatetur. Quomodo etiam bonus futurus sit, interrogatus quisque ita responderes, si iustus, moderatus, fortisque sit, cæteræque huiusmodi. » Sapientem quoque animam esse debere, quis neget? Quæ verò sapientia comparanda sit, ut nuper disertuimus, nullos de multis inter se convenire cognovimus. Nunc ergo præter omnes quas supra narrauimus sapientias, non vilem quandam ad hoc ipsum inuenimus, ut qui iam dicta didicerit sapiens videatur. Vtrum verò sapiens bonusque sit, qui hæc didicit, ratione querendum. C. L. Scitè nimium loquutus es hospes, cum affirmares magna te de magnis dicturum. A. T. Certè non parua sunt hæc, ô Clinia: & quod maius est, penitus vera. C. L. Ita sanè, ô hospes. Liberi ne cedas, quin ut cepti progrediaris. A. T. Dabo operam: sed vos etiam labori audiendi ne cedatis. C. L. Sic utique faciemus, ut ego pro vtrisque respondeam. A. T. Probè. Quare alius repetendum, & primò quidem si quo modo possumus, vno nomine cõ-

» Et si omnes
fateantur ho-
minè ut bea-
tus sit sapi-
ens esse deb-
ere, tamen
qua sit vera
sapiètia vul-
go ignorant.

prehendendum videtur, quænam ea facultas sit, quam sapientiam esse arbitramur. Sin minus id fieri potest, saltem alterum declarandum quænam, & quot sunt artes, quibus habitis, sapientem more nostro hominem appellamus.

C L. Dic iam. A T. Omni crimine legum lator carebit, si melius de diis quàm prisci sentiat, & optima vsus disciplina, deos hymnis colat, beatitudinèque extollat, atque ita vitam transigat.

C L. Rectè tu hospes quandoquidem finis hic legum tibi propositus est, vt Dei cultu & vitæ puritate optimum atque pulcherrimū exitum consequaris.

A T H. Quomodo ergo dicemus, Clinia? An deos hymnis magnopere honorabimus? supplicabimùsque, vt sequentè de ipsiſ disputationem optimè & pulcherrimè transigamus? Itane, an aliter agendum censetis?

C L. Ita prorsus, sed, ô vir felix, diis fide habita precibùsque præmissis, sermonem qui tibi in mentem venerit recense, de bonis quæ circa deos & deas sunt.

A T H. Sic erit, si deus ipse nos duxerit. Tantummodò mecum precare.

C L. Prosequaris ergo.

A T. Principiò deorum animaliumque progeniem, quoniam malè maiores nostri de diis tradiderunt, nunc melius tractandam ita suscipere oportet præteritum est, vt superiorem aduersus impios disputationem à nobis habitam resumamus, qua asseritur esse deos rerumque omnium maximarum simul & minimarum curam habere, nec precibus vllis muneribusque præter iustum placari. Recordamini hæc dicta esse, ô Clinia? Profectò ita tunc accepistis, vt meminisse debeatis, præsertim quia maximè vera esse constitit. Omnium verò maximum illud habitum est: Antiquiorem omni corpore omnem animam esse.

a *Legislatori hic finis legum propositus esse debet, vt deo cultu & vitæ puritate optimè atq; pulcherrimū exitū consequantur homines.*

b *Repetitur quaedam quæ superioribus libris dicta sunt de reſtâ de Dÿs opinione, & Anima generatione prioris generationis corporis.*

Num recordamini? Vel maximè id quidem. Nam quod melius & antiquius, atque quod diuinius est, id inferiore iuniorè ac viliorè prius est. Et similiter dux ducto & princeps subiecto natura prius. Id igitur admittamus, animam corpore antiquiorè esse. Quod si ita se habet, quod in generatione primi primum est, verisimile profectò est præiuisse. Quare ponamus principatum principiumque principij decentius se habere, & sic rectissimè in sapientiam de deorum generatione nos ingredi. **CL.** Maneant ista pro visibus affirmata.

ATH. Age igitur, nonne verissimè animal secundum naturam tunc affirmamus, cum vna animæ corporisque constitutio, vnam suo cōcursu formam patit? **CL.** Rectè. **AT.** Animal ergo huiusmodi aliquid meritò nuncupatur.

CL. Certè. **AT.** Solida verò corpora quinque cōuenienter dicere possumus, ex quib. pulcherrima optimaque finguntur. Alterù autè genus vniversum vnâ possidet formâ. **N.** n. est aliud quicquã q. incorporeù esse queat, & omnino coloris expert. præter diuinissimū illud genus in quo est anima. Cuius generi soli fingere fabricarèq. cōuenit corpori verò fingi.

igni, atq. oculis cerni. Sed animæ generi, nō in semel id dicendū, cōuenit vt inuisibile sit cognitionis cōpos, intelligibile, memoria ratio, nisq. in ipsius imparib. partibus transmutationib. particeps. Sed cū quinque sint corpora; igni, aqua, tertiu aër, quartum terra, quintū æther; horū in principibus. multa variâque singula animalia producuntur. Quod in vno sic dicere possumus: ponamus .n. primò terrenū animaliu genus esse homines, animalia multipeda pedibusque carentia, progressiua simul,

*De numero
Elementorū
Nihil præter
Animum
est incorpo-
reū aut colo-
ri expert.
Quæ Sci-
entia cōueni-
at
Animalia
duo cōstituit
genera Plato
ignis & æther
genū terre-
nū vt homi-
nes & omnia
alia anima-
lia ignis &
aëtra.*

& stabilia, radicibusq; connexa. Vnū autem id
 vbique existimandū, vt quāuis omnia ex omni
 bus corporū generibus sint, plurimum tamen
 in hoc terræ solidæq; naturæ insit. Alterū ani-
 maliū genus ponendū, quod etiā gignitur cer-
 nique potest, & ignis plurimum possidet, terræ
 quoq; & aeris cæterorūq; omnium paruas parti-
 culas habet, variāq; idcirco hinc omnino ani-
 malia & visibilia gigni dicendum. Hæc ecclæstia
 putamus animalia esse, diuinū astrorū genus,
 corpore pulcherrimo, animāque beatissima &
 optima constitutū. His utiq; animalibus è dua-
 bus sortibus alterā tribuēdam putamus. Nā aut
 absque pernicie immortalia prorsus atque di-
 uina necessaria singula sunt: aut vitā longiorē
 agūt, singulis adeo sufficientē, vt longiore non
 egeant. Hæc inquā duo esse animalium genera
 cogitemus. Rursūsq; dicamus vtraque visibilia
 esse, quorum alterū ex igne totū, ex terra alte-
 rū videatur. Sed terrenū quidē absque ordine:
 igneum verò omni ordinis ratione mouetur.

Quòd absque ordine fertur, amens esse putan-
 dū est, quod plerūq; faciūt apud nos animalia. *Calū A-
nimatum*
 Quod autem ordine in cælo progreditur, id *& sapiens*
 mentē habere sufficienter eo vestigio demon-
 stratur, quòd per eadē semper & similiter pro-
 ficiscitur, agitque & patitur eadē. Animæ verò *esse hoc potis-
simum argu-
mento pro-*
 intellectum habentis necessitas omnium necessi-
 tatū maxima est: ducens enim, sed nō ducta *batur quod
semper eodē
modo mouen-
tur.*
 tunc sine persuasione id quod verè secundū in-
 tellectū perficitur, necessariò eueniet, nec ada-
 mas solidius immobiliūque esse poterit. Sed
 res profectò Paræ, quod singuli deorū opti-
 mo deliberatū consilio, perfectū conseruant.

Oportebat igitur hominibus argumento esse, quod astra vniuersusque ille circuitus mentē habeant, quia eadē semper agūt. Maximo enim atque mirabili tēporis spatio iā ante quid sibi agēdum sit, deliberatūt. Nec sursum deorsūmque modò hoc, modò illud consilio probant. Quare nec errant, nec præter antiquū ordinē reuoluuntur. Multis autē nostrū contrā visum est, hæc quia eadem & similiter semper agunt, animā non habere. Hāc insanā opinionē sequitur vulgus, & genus humanū quia moueatur, vitā mentēmq; habere putauit: Diuinum verò quia in eisdē permanet lationibus, mēte caret. Decebat autē pulchriora melioraq; & diis gratiora sentire, quòd propterea mentē habeant, quia per eadē similiter profecta, eadē semper agunt. Hanc astrarū naturā esse, visu pulcherrimā, quæ progressū & chorea optima vtens, omniūmq; chorearū magnificentissima, cūctis ani-

*Astra esse
Animata
ex ipsorum
magnitudi-
ne demon-
stratur.*

malibus cōmoda præbet. ^a Quod autē non immeritò animata hæc esse dicamus, primū magnitudo ipsorū testatur. Nō enim tāta sunt dūtaxat, quāta cernūtur: sed incredibili magnitudine singula sunt. Quod ideo credendum est, quia sufficientibus demonstrationibus id ostēditur, quibus Solē totū tota terra maiore esse, & quæcūq; feruntur astra mirabile habere magnitudinē intelligimus. Cogitemus igitur quomodo fieri possit, vt tāta magnitudo ab aliqua natura possit tāto tēpore circūferri. Ego igitur ^a assero Deum causam esse, nec aliter fieri posse. Animatū enim nō aliter quàm propter deū fieri posse, vt nos declarauimus. ^b Quoniā ergo id facere Deus potest, facile ipsū fuit primū omni corpori magnitudinēque vitā tribuere: deinde qua ratione optimē fieri cogitarit, hæc age-

re & mouere. Demum de his omnibus veram hanc sententiã ferti volumus: impossibile esse terrã cœlũ, stellãsq; omnes & quæ ex his constãt moles, nisi anima singularis aut adsit aut insit, adeò exquisita ratione annis, mēsis, diebũque circumuolui, nobisq; omnibus bona omnia facere. Hominem verò decet quò vilior est, eo minus de ipsis nugari: sed conari potius certi aliquid dicere. Siquis autem impetus corporum, aut naturas, aut huiusmodi quicquã ordinis huius agitationisq; causam esse dicet, perspicuũ nihil adducet. Verũ quod diximus iterũ attẽtẽ cõsideremus, vt pateat vtrũ oratio illa probabilis sit, an omnino fatilis iaceat: quã primo dicitur, duo quædam esse animã atq; corpus, & quæ ad vtriusq; genus pertinent esse multa: eãque ab aliis in genere suo differre, & vtrãq; genera à se inuicẽ esse diuersa, adeò vt tertiũ nihil sit vtriusq; cõmune. Animã verò ita differre à corpore, quòd illa mentem habeat, hoc non habeat. Illa dominetur, hoc subiciatur. Illa omniũ passionum corporibus, hoc nullius causa sit. Quocirca si quis cœlestia ab alio quoquam facta fuisse nec ex anima & corpore, vt diximus, constare cõtendat, stultus omnino imperitusq; habendus est. Igitur si rationes in his omnibus adductæ quicquam valent, atq; hæc omnia diuina prorsus iudicanda sunt, duorũ alterũ arbitrari oportet. Nam aut deos esse hæc & rectissimẽ quidem putabimus: aut deorũ imagines, & quasi statuas esse ab ipsis diis prudentibus dignissimisque artificibus fabricatas credemus. Alterũ inquã, horũ decernamus, & quod decreuerimus firmiter teneamus: multoq; magis hæc quã alia quælibet simulachra veneremur. Nunquam enim

Quædam sunt ad Animã vel ad Corpus pertinent quomodo autẽ hæc duo inter se differant describitur.

Altera autem sunt Dii aut deorũ simulachra ab hominibus summo cultu veneranda.

pulchriora cunctisq. hominibus communiora simulachra reperientur: nec in excellentioribus locis locata, puritate, maiestatemque & perpetua vita pollentia, quæ hæc quæ vndiq. similiter constructa sunt. Sed nunc id quoque de diis asseremus. ^a Næpe cum duo animalia nobis visibilia cognouerimus, quorum alterum immortale, alterum verò quod terrenum est, omne mortale sit, tria de quinque mediis sortita locum probabili ratione declarare conemur. Æthera post ignem ponamus, ex quo animam animalia gignere arbitramur: quæ similiter ut in cæteris generibus fit, plurimum de suo habeant, minimum autem copulæ gratia de generibus alienis: post æthera ex aere alterum animalium genus: tertium ex aqua similiter ab anima fingi. ^b Quæ omnia quum anima finxerit, totum animalibus cælum impleuit, omnibus quoad fieri poterat generibus usque, quæ omnia vitæ participia sunt. Secunda verò & tertia, quarta & quinta à manifestorum generatione deorum incipientia ad nos tandem homines deducuntur. Deos igitur Iouem & Iunonem cæterosque omnes quomodo cunque aliquis velit locato, modo legem eandem seruet, atque hæc rationem stabilem teneat. Visibiles itaque deos maximos, summosque honorandos, acutissimisque vndique cuncta videntes ac primos naturam astrorum & quæ cum astris facta sentimus, fatendum. ^c Deinceps verò sub his demones genus aereum in tertia mediisque regione, qui interpretationis causa sunt, collocatos, orationibus colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisque debemus. Horum quidem duorum animalium alterum ex æthere, alterum deinceps ex aere est. Ac neutrum conspici totum potest: sed quanuis hi demones prope nos sint, nunquam tamè manifestè nobis

^a Aliarumque
diuisionem
animalium
instituit, aut
potius superius
positam implet
adiciens quæ
Animalia
ex elementis
intermediis
inter ignem &
terram constituta
sunt.

^b Animalia
ex elementis
vult facta fuisse
ab Anima
per quæ verisimile
est eum nihil aliud
intelligere quam
Deum.

^c De demonum
natura, munis,
& cultu.

bis apparēt. Prudētix mirabilis participes sunt acuto quippe ingenio, tenaciq. memoria cogitationes nostras omnes cognoscunt. Honestos bonosq. homines mirificè diligunt, improbos vehemēter oderūt, vtpote qui doloris participes sunt. sed Deus qui diuinā sortem perfectè possidet, à doloribus voluptatibusque liber, sapiētia cognitioneq. penitus fruitur. Cùm autē refertū animalibus cœlū sit: & dij. summi & dæmones se inuicē interpretātur. Media enim animalia tū ad terrā, tum ad cœlū leui motu ferūt. Quintū verò quod ex aqua est, rectè semideū vocabimus. Id nonnunquā cernitur, nonnunquā aspectū nostro se subtrahit: & cūm videtur, tenui visu perceprū admirationē affert. Cūm igitur quinq. hæc animalia sint, quæ aussonnis, aut vaticinio auditūq. per vocē sanorū, aut ægrotatiū auribus percepta, aut etiā in ipso è vita excessū nobis sese offerētia, nostros animos mouēt, vnde multa multis sacra & priuatim & publicè his opinionibus instituta sūt, instituētūq. in posterū: horū omnium legislator qui vel minimū mētis habeat, nunquā aliquid innouabit. *Cauebit enim ne ad nouum minus certæ religionis cultū ciuitatē suam ver

**Noui culti*
deorum non
sunt in ciuitatem
introducendi.*

tat. Nec quæ patria lege vel cōsuetudine de sacrificiō firmata sunt, mouere audebit. Scire nāq. debet, mortali naturæ non esse possibile certi quicquā de his cognoscere. Eadē ratione pessimi habendi sunt hi, qui deos verè oculis manifestos non prædicant: & sine sacrificiis debitisque honoribus relinqui eos ab hominibus patiuntur: perinde enim faciunt, ac si quis Solem Lunāque omnia lustrare, nulloque in honore haberi videat, nolit tamen pro virili sua parte clara hæc homini-

bus reddere, ut solennes dies eis sacrificiaque agantur, ac tempora maiorum minorumque saepe annorum certa distribuatur. Nonne malus & libi ipsi & cognosceti cuique, si dicatur, merito dici videbitur? CL. Quidni, hospes? Imò verò pessimus. ATH. Adipsum, o amice Clinia, scias nunc mihi accidisse. CL. Quonam pacto? ATH. Scitote octo in caelo esse virtutes, sibi inuicem sorores, quas ego inspexi, nec magni aliquid ferri, cuius enim hoc facile est. Harum tres haec sunt, Solis una, Lunae una, stellarum omnium, de quibus ante diximus, una, atque aliae quinque. Has omnes & eos qui in his sunt, siue ipsi progrediatur, siue in vehiculis ferantur, nullus ita habere se putet, ut alij eorum dii sint, alij minimè, alij legitimi, alii tales quales nefas est dicere: sed omnes fratres, & in fraternis sortibus viuentes dicamus, illisque honores reddamus: non alij annum, alij mensem, alij nullam sortem, nullumve tempus, in quo circulum suum percurrit mundum ornatumque, vna perficiens, quem ratio omnium diuinissima vibilem statuit. Hunc vir felix primum summo pere admiratur: deinde cupiditate ardet ea discedi quaeque à natura mortali percipi possunt sic arbitratus optimè atque felicissimè se victurum, & cum decesserit ad congrua virtuti loca venturum. Atque ita verè initiatus, & ipse vnus vna reuera sapientiam nactus, reliquum tempus in rerum omnium pulcherrimarum contemplatione versatur. Post haec quae & quot sunt, dicendum est. Equidem affirmare audeo, nunquam nos in hoc mēdaces fore. Iterum octo esse dicimus. Quatuor dictae sunt, quinque restant. Quarta verò & quinta latius & decursus aequali ferme velocitate cum sole feruntur, itaque neque tardiores sunt, neque velociores. Atque harum trium semper sufficiens du-

Septem planetae una cum octava Sphæra pro diis aequaliter habendi & colendi.

Vir sapiens contemplatione motuum corporum calidum ad felicitatem peruenit.

hoc est intellectus, Solis dico & Luciferi, & tex-
 ti illius, quod cū ignoretur, nominari nō po-
 test. Quod p̄terea factū est, quoniā prim⁹ ha-
 rū rerū spectator Barbar⁹ fuit. Antiqua. n. regio
 illos aluit, qui propter æstivi tēporis serenita-
 tē, primi hæc inspexerunt. ^a Talis Aegyptus & ^a Syria &
 Syria fuit, ubi stellæ semper omnes, ut ita dixe-
 rim, clarè cernūtur, quia cæli aspectū nubes & ^a Aegyptus
 pluuia non impediunt. Inde huc & aliò quo-
 cunque infinito tēpore probata ista manarunt. ^a legiam inue-
 nerūt & ex-
 Quapropter magna cū fiducia hæc Legibus san-
 ciātur. Res enim diuinas non esse venerandas
 arbitrari, aut hæc nequaquā esse diuina, extre-
 mæ demeritæ foret. ^b Quòd autem nominibus ^b De planeta
 carent, causam hanc dicere oportet. At enim rum nomi-
 etiā nomina ab aliquibus acceperūt. Lucifer ^b bus & appel-
 enim qui & Vesper est, rationē sanè habet. Stel-
 la verò quæ æqualiter cū sole simūlq. cū hoc
 currit, Stilbon à splendore appellatur. Restant
 tres adhuc lationes eorū qui ad dextram cum
 sole lunāq. mouentur. Octauū p̄terea vnum
 oportet dicere, quē iure mundū supernū quis
 nuncupabit, qui contrā quàm cæteri mouetur,
 cæteri oīsq. secū trahit, ut hominibus pauca de
 iis sciētibus videtur. Sed necesse ea dicere, quæ
 sufficienter cognoscimus. Vera enim sapientia
 hac ratione quodammodo illi apparet, qui vel
 modicū quid rectæ diuinæq. intelligentiæ na-
 ctus est. Reliquæ sunt stellæ tres: quarū vna cæ-
 teris tardior est, quæ Saturni nominæ à quibus-
 dam cognominatur, quæ post hæc situ & tardi-
 tate ponitur, Iouis esse dicatur, deinde Martis,
 qui cæterorū maximè rubens est. Hæc intelle-
 cto, si quis exponat, difficilia non sunt, sed post
 quā intellexeris, ita de diis, ut diximus existi-
 mādam est. Illud etiā cuilibet Græco sciendū

est, nos regionē ad virtutem omniū penē opti-
mā habitare. In hoc maxime laus regionis hu-
ius cōsistit, quod inter hyemalē æstiuamq. na-
turam media est. Quoniā verō magis quān Bar-
bati, vt diximus, ab æstiuā serenitate distamus,
horū deorū ordinē tardius intelleximus. Verū
quicquid Græci à Barbaris accepēte, meli⁹ red-
diderūt. Quod & in his quæ modō tractamus,
cogitare debemus, quod quāuis inuentu hæc
difficilia sint, magna tamen spes nobis est Græ-
cos præstantiori cultu quān à Barbaris accepe-
rint, hos deos omnes honoraturos, ac tū disci-
plina, tū Delphicis oraculis monitos, omni legi-
tima obseruatione diligenter prosecuturos.

a De diuinis
homini licet
inquirere, cū
se ad eam rē
ducē & adiu-
torem ipsi es-
serat numē.

b Reprehē-
ditur vete-
res Physici
qui existima-
uerunt corpo-
ra ipsorum &
adeo motus
prioris esse
Anima &
eius motus.

Nec Græcorū quispiā existimet non oportere
mortales de diuinis rebus tractare: sed contra
omnino putet, nec mēte carete deū, neq; natu-
rā humani generis ignorare. Scit enim se docē-
tē ita sequuturos homines, vt quæ docētur per-
discāt. Quod autē numerū numeratēq; docet,
quodq; nos id ipsum discimus, nō ignorat: si e-
nim id ignoraret, esset omniū amētissimus: cer-
tē & quod fertur, accideret. Ipse enim se ipsum
ignoraret, si potētibus discere inuideret magis
quān gratularetur, quod propter deū boni ef-
ficiantur. *b* Profecto verisimile est, quando pri-
mūm homines de diis cogitare cōperūt, quod
essent, & quales, quidue agerent nō vt pruden-
tes quidē, nec vt secundi iudicauit, qui anti-
quissima esse putauerūt ignē & aquā & cætera
corpora: mirabilem autē animā posteriorē. Vn-
de & corporis motū potentiorē honorabilio-
rēmq; ducebāt. Nempe se ipsum calore & frigore,
cæterisq; huiusmodi agitare. Animam verō
neq; corpus, neque se ipsam mouere: nūc verō
cū dicamus, si anima corpori adlūt, nihil mirū
esse

esse, vt & seipsam moueat, & corpus circumferat, dubiū nobis nullū est quin pōdus ab ea circūferri possit. ^aCū autē vniuersi causa anima sit, & rerū alix bonæ sint, alix malæ, latioris quidem omnis motūsque causam animā esse dicendū, sed latiorē motūque ad bonū ab optima anima proficisci, motum verò ad cōtraria, à contrario. Mala autē à bonis victa esse, vincique oportet. Hæc nobis secundū iudiciū impios puniēs, dicta sunt omnia. Quantū verò attinet ad id quod modò probatur, dubitandum non est, quin bonus vir sapiens sit dicendus. Sed videamus nūquid hanc sapiētiam quā iamdiu querimus, per disciplinā vel artem aliquā assequamur, quod si ignorauerimus, expertes ignarique iustitiæ faturi simus. Ita profectò mihi videtur, quare dicendum est. Quod igitur sursum deorsūque inuestigando cognoui, oratione vobis aperire conabor. Nam maxima virtus neglecta ignoratiæ causa fuit, vt prædicta nobis significare videtur. ^b Maiorē verò virtutē religione pietatēque in deū, nullā in humano genere inueniri quā sibi persuadeat. Ex maxima ignorantia sitque in optimis naturis illa nō reperitur. Optimæ autē naturæ sūt quæ rarissimè reperiuntur, & si quādo reperiantur, maximè pro sunt. ^c Animus certè facilis ille est, qui tardā cōtrariāque naturā māsuētē & mediocriter possidet: fortitudinē admiratur, & tēperantiam diligit, & quod maximū est in his naturis, ad discendum promptus est ac memor: & huiusmodi rebus maximè delectatur, discēdi studio deditus hæc utique nec facilè innascūtur, & cū innata fuerint, si educationē disciplināque idoneā consequantur, plurimos inferiores ita moderari & continere possunt, vt cogitando, loquendo

^aOmniūque sunt in vniuerso causā facit Animā bonorū bonā malorū malā sed mala à bonis victa esse & vincere oportere.

^bPietas & religio maxima virtus est.

^cQua sint bona inter homines nature, quibus disciplinis illis imbui oportet, & quæ vtilis sint vniuersis naturis.

atque agendo singula erga deos, ut oportet, & quod oportet, in sacrificiis purificationibusque eorum quæ in deos homines facta sunt, non simulatione, sed veritate virtutem maximè colant, quod ciuitati omnium utilissimū est. Hanc igitur partem natura principalissimam esse asserimus, postquam quàm maximè atque optimè si quis doceat, discere. Nemo autem docebit nisi deus adiuuerit. Ab eo verò qui modum in docendo non seruat præstat non dicere, necessarium tamen ex his quæ modò dicta sunt, videtur hæc discere, & à nobis naturam hanc optimam dici. Quare conemur exponere quæ & qualia sint: & quomodo perdiscenda, idque pro meis qui dissero viribus agatur, & eorum qui exaudire poterunt quo pacto cultus diuini nonnulla discantur. Inusitatum quid forsitan audietis, nomen tamen rei dicemus, quod nullus propter huius rei imperitiam arbitratur. Nolite ignorare Astronomiam sapientissimum quiddam esse. Neque necesse est verum astronomum esse, non cum qui secundum Hesiodum omnesque huiusmodi, occasum ortumque consideret, sed eum potius qui circuitus octo, & quomodo septem sub primo versentur, quibus ordine circulos suos singuli peragant. Quod nulla natura nisi mirabilis sit, facile unquam inspiciet, ut modò diximus, & dicemus, declarantes quid oporteat & quomodo oporteat discere. Primò igitur id dicatur, quòd Luna celerrimè circulum suum euoluit, atque ita plenilunium primum & mensem peragit. Sol deinde inspiciendus est, qui solstitia versionesque temporum circuitu efficit suo, præterea & qui unam cum Sole currunt, considerandi. Denique eadem de iisdem sæpius disseramus, cursus omnes quos paulò ante tetigimus, quibus non facile

facilè intelligūtur, contēplari debemus, ita vt naturæ prius doctrinis ad hæc pertinentibus longo vsu laborēque à iuuenta, imò verò & à pueritia præparētur. ^a Quocirca doctrinis quæ ^{Matthema} mathematicæ appellantur, opus est, primo ve- ^{tica scientia} rō ac maximè numeris. non iis dico numeris ^{cognitu ne-} qui corpus habent, sed qui omnē paris imparis ^{cessaria iis} ue generationem atque virtutem, quā ad perh- ^{quibus pictas} eiendam cognoscendāq; rerum naturā con- ^{& numinis} ferunt. Quibus perceptis illa deinceps, quā rudi ^{cultus cura} culè Geometriā appellant, dicenda est. Nume- ^{est.} rotū verò inter se natura dissimilium similitu- de ad planorum partem relata clarescit. Quod quidē non humanū, sed diuinū miraculum, si- quis planè intelligat, videatur oportet. Post hanc numeri, qui in tres vsque dimensiones adaucti sunt, naturæ solidæ similes, ac rursus dissimiles, alia quadā arte, stereometria videli- cet huic simili, considerandi sunt: sed hæc quo- que qui in ea obiter versati sunt, Geometriam nominauerunt. Illud autem mirū diuinūque intelligentibus est, quòd cū rerū virtus in du- plo semper, & in suo opposito reuoluat, in singulis proportionibus per genera speciēsque vniuersa natura formatur. Prima igitur dupli virtus secundum numerū, per vnū ad duo pro- portione procedit, duplum potentia possidēs. Sed in solidū & tāgibile rursus ab vno in octo dupli ratio proficiscitur, alio verò dupli in me- diū, sed forte minore maius, & minus maiori æqualiter. Verū aliud eadē parte extremitates excedit, ab eisque exceditur. In medio verò senarij ad duodenariū numerū, sesquialtera, sesquitercia emerit proportio, horū in medio vis huiusmodi ab vtraque versa cōcinnum ho- minibus vsum commodūque attribuit, ludi

& tēporalis numeri cōcentūsque. gratia chorea
 musarum felici tributa. Hæc igitur ita fiant, &
 ita se habeant, quorū finis est, vt ad diuinā ge-
 nerationem, & eorū quæ cernuntur oculis pul-
 cherrimā diuināque. naturā considerandā nos
 conferamus, quatenus hęc hominibus inspiciē-
 dā deus largitus est, quā nunquā sine dictis ar-
 tibus assequemur. Ad hæc singula quæque ad
 species suas, omnia denique ad vnū in disputa-
 tionibus referendo, interrogādo & arguēdo, si
 qua minus rectē dicantur. Rectē enim omniū
 pulcherrima & prima hominibus huiusmodi
 examinatio est. Vbi verò non talis reuera, sed
 simulata inquisitio est, frustra cōtenditur. Præ-
 terea temporū considerādus est ordo, quā ex-
 actē cœlestia omnia perficit, vt quicumque. verē
 dictū fuisse crediderit antiquiorē diuinioreque.
 corpore animam esse, putet præclare sufficien-
 tēque. illud quoque esse dictum, deorum plena
 esse omnia: adeo vt superi neque obliuiscantur
 nostratarum rerum, neque nos deserant. Sed hoc
 in his omnibus aduertendum est, maximē illi
 qui rectē perceperit, profutura: ei verò qui nō
 rectē, deum inuocādū esse. Modus verò hic est
 (necesse enim est id quoque dicere) Omnē li-
 nearū descriptionē, constitutionēque numeri,
 & cōcentus rationē, circuitūsque astrorum cō-
 ueniētiam, & quæ vna cunctorū cōspiratio est,
 perspici oportet ab eo qui modo congruo dis-
 cit. perspicietur autē si quis quod dicimus ad
 vnū rectē respiciens discat. Vnū enim horum
 omniū intelligenti vinculū apparebit. Qui ve-
 ro aliter hæc adipisci studet, fortunam, vt dicit
 mus, inuocet. Nunquā enim absque his natu-
 ra in ciuitatibus vlla felix efficietur. Etenim
 hic modus est, hæc educatio, hæc disciplinæ.

*Dialectica
 utilitas &
 necessitas.*

*Concludit
 ea institutio
 ne & illis di-
 sciplinis,
 quas comme-
 morauit, se
 licem reddi
 ciuitatibus.*

Res

Per hæc itaque siue facilia siue difficilia sint, eûdum. Nefas aut est deos negligere, quum felix omniû illorû doctina omnibus recta ratione patuerit. Eum sanè qui cuncta hæc ita percipit, verè sapientissimum appellamus. Quem ego etiam ioco & seriò affirmo, cum diè iuum obierit, non amplius multorû sensuum, vt nunc, sed vnus sortis participem fore, vnûque de multis factum, felicè, sapientissimû atq; beatû: & siue quis in cõnenti, siue in insulis, seu publicè, seu priuatim vixerit, modò ita se gesserit, eandè a deo sortem reportaturû. Sed quod in principio diximus, nunc quoque verum nobis apparet, nõ posse homines præter paucissimos perfectè beatitudinè consequi. Quod quidem rectè nobis assertum est. Nam qui diuini prædèctæque simul, aliis virtutibus natura præditi sunt, disciplinas præterea felices cõsequuti, quas diximus, iis solummodo satis ad felicitatè omnia se habere videntur. His igitur qui ita & priuatim & publicè in his elaborarunt, tùm ad senectam peruenerint, maximos tradi magistratus iubemus, cæteros verò sequi, & deos simul deâque laudare, se cæterum nocturnum ad hanc sapientiam omnes diligenti examinatione peracta quàm rectissimè adhortari.

FINIS OMNIUM OPERUM
Platonis.

INDEX RERVM PRÆCI-
PVARVM QVÆ IN HOC
tertio volumine continentur.

- A**dmonitionis gratia mul-
ta debent suggeri a le-
gislatore pag. 924
- de Adulteratiis nummi seu
mercibus 1101. & 1102
- Adulterium puniendum 914
- Aegyptij, quas sua antiquita-
tu causas adferant 525
- Aegyptiorum mos antiquus, in
suis & aliorum populorum
rebus gestis memoria man-
dandis 525. 526
- Emulatio honesta laudanda
842
- Enigma puerorum de Eu-
nuchi & Vespertilionis per-
cussione 211
- Equalitas Respublicas con-
tinet 879
- duplex est Equalitas Arit-
metica & Geometrica ibid.
- Equalitas sortis 880
- qua de Esculapio fabulan-
tur Poeta exploduntur 120
- in Afflictu rebus meliora
semper speranda 844
- Agitatio corporis prodest in-
fantibus regens natij imò
etiam dum adhuc gestantur
utero matris 926. & 927
- dyspnoici, qui 882. de corii
creatione 887
- Agros dividere & novas ta-
bulas introducere in Repub.
periculosum 772
- Agri diuisio ad concordiam
alendam inter ciues quanā
sit legitima 850
- ad Agriculturam leges perti-
nentes 994
- Alimentum quomodo per to-
tum corpus hominis deriuetur
& distribuatur 195
- Ambitiosa dominatio qua &
que eius mores 304
- Ambitiosi hominis, quique si-
milis sit ambitiosa domina-
tioni mores qui, & unde
nascantur 305. & seq.
- erga Amicos quomodo bene-
ficientia exercenda 840
- Amor cur olim Tyrannus di-
ctus 316
- Amor puerorum iuuenū tur-
pis & obscenus à Rep. ex-
terminatur 114. 984
& seq.

- & sequent.
 Amor sui immoderatus ma-
 gnum malum, & multorum
 malorum causa 843
 ab Amyco & Epco ars pug-
 latus tradita 934
 Analogia præclara exemplis
 inter verè Intelligibilia, &
 Sensibilia 248
 Anima est id quod seipsum
 mouet 1074
 v: de Anima natura melius
 possit indicari ea conside-
 randa est in se ipsa, qualis
 fuit in sua origine, qualis
 item adhuc est in præcipua
 sui parte nempe Ratione
 411. 412
 Anima propria 1073. &
 1184. 1075
 Anima antiquior corpore
 1158. 1074. & sequent.
 Anima mundi essentia &
 compositio describitur 538
 Anima nostra cur ex eiusdem
 & Alterius natura parti-
 cipat 550
 Anima causa omnium que fi-
 unt in Vniuerso 1193
 Animarum certus & idem est
 numerus ab initio 411
 Anima immortalitas vide
 quo argumento asseratur
 lib. x. 1.º Rep. 407. item
 1158. & 1085
 Anima humana duas partes
 constituit Plato vnã im-
 mortalem, alteram morta-
 lem 885
 Anima partes quomodo locis
 disculsa ibid.
 de Anima perturbationibus
 585. 547
 Anima facultates vna an
 verè tres sint ista, nempe
 Rationabile, Irascibile
 & concupiscibile 153. & seq.
 348
 Anima nostra præcipua pars,
 quibus meditationibus ex-
 ercenda 613
 Anima pars que esculenta &
 poculenta appetit, ubi collo-
 cata 586
 Animabus singulis suum a-
 strum attributum 547
 de Anima & corporis cõsortio
 548
 Anima nouissimè ingressa cor-
 pora sua ignorantia & obli-
 uionis tenebris propè abru-
 untur 549
 quomodo & unde sit ut in no-
 ua corpora venientes Ani-
 ma variam vitæ conditio-
 nem sortiantur 548
 sanitatis cum anima tum cor-
 poris simul procuranda &
 conseruanda quamam vera
 ratio 611
 Anima morbi ex corporis ha-
 bitu nascuntur 608. item

- ex mala educatione 609
 Anima humana non potest ut
 par est sustinere summam po-
 testatem 780
 Ut in ciuitate ita etiam in
 Anima partes Anima tem-
 perat musica cum gymnasti-
 ca coniuncta 161
 Quid efficiat ut Animal bene
 se habeat 610
 Animalis qua partes maximè
 sentiant qua minimè 579
 Animalium diuisio 544. 1185.
 1188
 In Animo, qua laudabiles fi-
 gura & concentus, qui contra
 729
 Animus bene affectus corpus
 bonum reddit. non contra cor-
 pus animum 114
 Qui gradus miserie vel felici-
 tatis Animorum 347
 Animus hominis compositus
 ex tribus, homine, leone, &
 multiplici bellua 357
 Quo loco & ordine Animum
 suum quisque debet colere &
 honorare 837. 839
 Animum dedecorandi quot
 modi 837. & 838
 Animus duabus de causis in
 rerum cognitione percipien-
 da turbatur 166
 Annus magnus 541
 Annum inchoat Plato post sol-
 stitium æstiuum 893
 Annorum iudices erant apud
 Athenienses Pratores, quos
 illi appellabant ἀρχοντες
 914
 circa Anni tempestates, si-
 quid aduersi accidit, id sibi
 deputare debent homines 1181
 ab Antao luctandi ars tradi-
 ta 934
 Arbitri qui 892
 Argius & Messeny se turpiter
 gesserunt pro defensione Gre-
 cia aduersus barbaros 781
 Argiuorum imperium qua cau-
 sa euerterit 779
 Arithmetica naturalis in om-
 nibus artibus necessaria 272
 prodest ad essentia rerum in-
 uestigationem 275 ad quid
 utilis custodi ciuitatis ibid.
 1179. & seq.
 Arithmetica, Astronomia &
 Geometria an sint necessarie
 omnibus in ciuitate 960. &
 seq. quomodo discenda 962
 Quales unitates verus Arith-
 meticus consideret 276
 Aliud est Armorum ob neces-
 sitatem aliquam amissio, aliud
 pro ignauia abiectio 1139
 Articuli cur adiuncti ossibus
 591
 Vnum Artificium duntaxat in
 ciuitate singulos exercere o-
 portet & cur 66
 Asturum imperium 772
 Astra

- Astra ignea materia & cale-
 stia animantia* 544
Astra sunt animata 1186. &
 1107. 1078 & *quemodo unū
 quodq; astrum à sua Anima
 moueatur* 1078
*Astrologia non reddat homines
 sapientius* 1168 *eiusdem uti sitas*
ibid. & 278
Astronomia utilitas 278. 1168
*à v. p. uici, qui 882. de eorum
 creatione* 887
*de Athenis antiquis quid Solo-
 ni retulerit Saiticus Sacer-
 dos* 522. 665
*Athenienses verbosi, contra
 Lacedamonū breuiloqui* 711
*Athleticus victus non cōuenit
 custodibus ciuitatis* 115
*Atlantica insula hominūmq;
 qui illam olim tenuerūt de-
 scriptio* 648
*quid per Atlanticum mare,
 intelligendum apud Plato-
 nem in Timæo* 528
*Attica regionis aer tēperatiss-
 simus, & ad proferenda pru-
 dentissima ingenia optissimus*
 527. 665.
Aqua genera duo 370
de Aqua ductū, leges 994
*aduersus eos qui aquas cor-
 rumpunt aut abducunt* 997
Auaritia qua causa sit 1032
*in Auaro pecunia insatiabilis
 cupiditas alia cupiditate*
- coerces* 312. *auarus seditione
 intestina laborat* 313
*Aurum, adamas & as quo-
 modogenerentur in terra vi-
 scribus* 571
 B
D *E Baccho mente à nouer-
 ca alienato & in furo-
 rem conuerso fabula* 751
*Belli necessitas in ciuitate un-
 de* 71
Belli quod legitimum tempus
 914
*Bellica exercitia quibus in ci-
 uitatibus non permittatur
 exercere, & cur* 979
*Bendidia Diana seclum con-
 consecratum* 45
Bilis quid, & unde fiat. 605;
eius species 604
Boni Idea est Deus. 249. om-
 nibus qua sunt non modo dat
 ut cognoscantur, sed etiam
 esse & essentiam elargitur
 240. est aliquid supra essen-
 tiam. 249. omnium qua re-
 fta & bona sunt causa est, lu-
 men solis & lumen quod est
 in intellectu humano creauit
 265
*Boni Idea ignorata malè bo-
 nū dicitur esse sapientia* 244
*circa Boni Ideam maxima
 scientia versatur* 144
*sive Boni cognitione iusta & ho-
 nesta nemo potest cognoscere.* 45
 GGgg

- ex mala educatione 609
 Anima humana non potest ut
 par est sustinere summam po-
 testatem 780
 Ut in ciuitate ita etiam in
 Anima partes Anima tem-
 perat musica cum gymnasti-
 ca coniuncta 161
 Quid efficiat ut Animal bene
 se habeat 610
 Animalis qua partes maximè
 sentiant qua minimè 579
 Animalium diuisio 544. 1185.
 1188
 In Animo, qua laudabiles fi-
 gura & concentus, qui contra
 729
 Animus bene affectus corpus
 bonum reddit, non contra cor-
 pus animum 114
 Qui gradus miserie vel felici-
 tatis Animorum 347
 Animus hominis compositus
 ex tribus, homine, leone, &
 multiplici bellua 357
 Quo loco & ordine Animum
 suum quisque debet colere &
 honorare 837. 839
 Animum dedecorandi quot
 modi 837. & 838
 Animus duabus de causis in
 rerum cognitione percipien-
 da turbatur 266
 Annus magnus 541
 Annum inchoat Plato post sol-
 stitium æstiuum 893
 Annorum iudices erant apud
 Athenienses Pratores, quos
 illi appellabant ἀγορευταί
 914
 circa Anni tempestates, si-
 quid aduersi accidit, id sibi
 deputare debent homines 1181
 ab Antao luctandi ars tradi-
 ta 934
 Arbitri qui 892
 Argiui & Messenij se turpiter
 gesserunt pro defensione Gre-
 cia aduersus barbaros 781
 Arguorū imperium qua cau-
 sa euerterit 779
 Arithmetica naturalis in om-
 nibus artibus necessaria 272
 prodest ad essentia rerum in-
 uestigationem 275 ad quid
 utilis custodi ciuitatis ibid.
 1179. & seq.
 Arithmetica, Astronomia &
 Geometria an sint necessaria
 omnibus in ciuitate 960. &
 seq. quomodo discenda 962
 Quales unitates verus Arith-
 meticus consideret 276
 Aliud est Armorum ob neces-
 sitatem aliquam amissio, aliud
 pro ignauia abiectio 1139
 Articuli cur adiuncti ossibus
 591
 Vnum Artificium duntax. in
 ciuitate singulos exercere o-
 portet & cur 66
 Assyriorum imperium 772
 Astra

- Astra ignea materia & cale-
 stia animantia* 544
Astra sunt animata 1186. &
 1187. 1078 & quomodo unū
 quodq; astrum à sua Anima
 moueatur 1078
*Asrelogia non reddit homines
 impius* 1168 eiusdem utilitas
 ibid. & 278
Astronomia utilitas 278. 1168
à v. ἄστροι, qui 882. de eorum
 creatione 887
*de Athenis antiquis quid Solo-
 ni retulerit Saiticus Sacer-
 dos* 522. 665
*Athenienses verbosi, contra
 Lacedamonē breuius qui* 711
*Athleticus virtus non cōuenit
 custodiibus ciuitatis* 115
*Atlantica insula hominūmq;
 qui illam olim tenuerūt de-
 scriptio* 648
*quid per Atlanticum mare,
 intelligendum apud Plato-
 nem in Timæo* 528
*Attica regionis aer tēperatiss-
 simus, & ad proferenda pru-
 dentissima ingentia optissimus*
 527. 665.
Aqua genera duo 370
de Aqua ductu, leges 994
*aduersus eos qui aquas cor-
 rumpunt aut abducunt* 997
Auaritia qua causa sit 1032
*in Auaro pecunia insatiabilis
 cupiditas alia cupiditates*
- coerceat* 312. *auarus seditione
 intestina laborat* 313
*Aurum, adamas & as quo-
 modogenerentur in terra vi-
 scribus* 574
 B
D *E Baccho mente à nouer-
 ca alienato & in furo-
 rem conuerso fabula* 751
*Belli necessitas in ciuitate vn-
 de* 71
Belli quod legitimum tempus
 914
*Bellica exercitia quibus in ci-
 uitatibus non permittatur
 exercere, & cur* 979
*Bendidia Diana festum con-
 consecratum* 45
Bilis quid, & unde fiat. 603.
eius species 604
Boni Idea est Deus. 249. om-
 nibus qua sunt non modo dat
 ut cognoscantur, sed etiam
 esse & essentiam elargitur
 240. est aliquid supra essen-
 tiam. 249. omnium qua re-
 cta & bona sunt causa est, lu-
 men solis & lumen quod est
 in intellectu humano creauit
 265
*Boni Idea ignorata male bo-
 nū dicitur esse sapiētia* 244
*circa Boni Ideam maxima
 scientia versatur* 144
*sine Boni cognitione iusta & ho-
 nesta nemo pot cognoscere.* 245
 GGgg

- Bonū quid verè sit minus cer-
 tum & exploratum est ani-
 ma hominis 245
 Bona quæ vulgò putantur, im-
 pedimento sunt veræ sapien-
 tiæ parandæ 231
 Bona quæ vulgò repetantur si
 à virtute seuncta fuerint ho-
 mini sunt mala. 738
 in Bono quarunt omnes rem
 ipsam. cum in honesto & iusto
 quarat duntaxat speciè 245
 Bonorum diuinorum & huma-
 norum numerus gradus & or-
 do preponitur 695. 50
 Bonorum ordo & gradu non
 obseruatus in Rep. ipsam pes-
 fundat 789
 de Boni vulgi sententia 757
 Boni viri cum Deo precibus
 & sacrificiis cõmunicant. 823
 C
 de Cadibus voluntariis vel in-
 voluntariis. 1027. & seq.
 Cambyses cur florentissimum si-
 bi à patre relictum regnum
 perdiderit 784
 Cantuum species vsitata exim
 Athenis in alia Grecia 791
 Cantus & saltationis modus
 patrius obseruandus & reti-
 nendus 599
 de Capillis 594
 Capitis compositio & partium
 illius vsus. 593 caput cur car-
 ne tenui & rara operiã ibi
 quæ causa primaria quæ secun-
 daria, quæ cõcausa appellan-
 tur 533
 Carpones cur necessarij in ciui-
 tatibus 68
 Cauponaria ars quousque ex-
 ercentia 999. eius artus vsus
 legitimus quis 1103 & seq.
 Causarū dua species una neces-
 saria, nẽpo Materia, altera
 vero diuina, nẽpo Idea, 585
 aduersus Causidicos radulas
 1128
 de Censuribus 1140. & se-
 quent.
 Censu quatuor gradus propo-
 nit Plato in sua ciuitate 860
 Censum maximū quẽ velit esse
 Plato 876. & quã penam sta-
 tuat aduersus eũ qui censum
 suum non profiteatur tan-
 tum, quantum est 876
 Choreæ quid 728
 Cibi quomodo in actu alimẽti
 in corpore nostro mutetur 600
 Cnitas quid, cur & unde ori-
 ginem habeat 65
 de loco Ciuitati condenda ad
 virtutis studiũ oportuno 807
 Ciuitatis & Reip. nascentis pri-
 mordia & incurabula 763
 mores 765
 Ciuitatis muri qui esse de-
 beant 606
 nisi Ciuitas bonis & honestis
 moribus imbuatur frustra
 leges

- leges varia in ea figuntur & resiguntur de his qua ad commercia pertinent 140
- Ciuitatis informata à Platone quomodo se habeant tres partes ad tres partes seu facultates Anime 160
- Ut Ciuitas reddatur felix deo concurrant oportet, bonus legislator & bonus princeps 815
- Ciuitas qualis informatur à Platone pluribus alijs simul debellandis par erit 135
- in ciuitate à Platone constituta quomodo inueniantur quatuor cardinales virtutes 142 & sequent. multis
- Ciuitas in qua pauperum & diuitum discrimen est, non est una sed multa 138. ciuitati quantum ager sit necessarius. 137. ciuitatis precipua sunt firmamenta recta institutio & educatio ibid.
- in Ciuitate bona uniuersumque cuius si non communia omnibus in terse esse possunt, saltem communia patriae esse debent 854
- Ciuitas, qua supra modum augetur, quomodo minuenda contra qua supra modum deficit quomodo supplenda 855
- Ciuitate in aliquot partes diuisa unicuique parti, deus aliquis praeficiendus 898
- Ciuitatum mala institutarum & hoc pessimum est institutum, quod illa vetant ne quis ciuitati statum mutet 141
- de Ciuitatum duplici purgatione 847 & 848
- à ciuitate se prorsus alienum putat: qui à iudicandi potestate penitus remouetur 894
- Ciuitas debet esse mixta instar craterum 900
- in Ciuitatibus corruptis luxu & otio diffluentibus multis artificibus opus est 69
- Ciuitas illa maxime est una, in qua non simul audiuntur haec voces Meum & non meum 189
- Ciuitas ab ambitione remota seditioibus caret 169
- Ciuitas simul beata & diues non potest effici 857
- Caelestium orbium duo motus contrarij 541
- Caelum est Animal 1185
- Cognatio generis maxime colenda 840
- quibus gradibus cognitio nostra à rebus sensibilibus ad diuinas euehatur 162
- Cognoscendi quatuor sunt habitus procerum diuersitate 252
- de Collegij sanctioris cui legum tutela commissa est institutione & munere 1119. & seq.

- item quibus disciplinis oporteat excultū esse eū qui ad illud cōciliū admittitur. 1162
- Colonsam deducere vtrum praestet ex vno genere hominum & vna ciuitate an ex multitudine variis ex locis & populis conflata & collecta 811
- de Coloribus 582. 583
- Comitia frequentādi & in magistratuum creatione suffragia ferendi quam necessitatem imponat Plato ciuibus 888
- Communione rerum omnium in ciuitate commoda & effecta vid. 190. 191. & sequent.
- in Cōmunitate vxorū & liberorum qui patres & matres, qui pro liberis, qui pro fratribus & sororibus habēdi 188
- Cōmunitas vxorum & liberorum inter custodes an sit utilis deinde an possit esse 183
- Communitas vxorum & liberorum an solis custodibus ciuitatis conueniat an verò etiā reliquis ordinibus 188
- Comēdia ē ciuitate eiicitur à Platone 959
- Concertatoriè potius quā Dialectica disputant, qui rerum species non valens distinguere aduersus nomen potius quā rem redargutionem dirigunt 178
- Coniuges separari posse qua de causa & à quibus velit Platon 913
- aduersus Coniugales leges peccantes tam viri quam mulieres quib. poenis afficiantur 913
- Conscientia bona, & recordationis vita pie & iuste transacta quantus sit fructus 13. & 14
- de Coniucis leges 1124
- instituti, de Cōmū publico & communi qua causa & origo fuerit apud Cretenses 908
- in conuiuiis publicis non admittēbantur scēmina apud Cretenses & an rectè 909
- de Cōde 586
- de Corporis hominis singulorū membrorum compositione figura & vsu 551
- Corpora hominum quae ratione ex elementis fuerint contempta à demonibus 518
- quibus Corporibus & quam medicinam praescripserit, contra quibus curationem denegandam censuerit Aesculapius 119
- Corporis habitus, non solū quod ad valetudinem attinet, sed etiam quod ad formam & vires quis optimus 839
- Corpori suo quē honorem quisque debeat habere 839
- Corpora humana à primis quibus

- que enim in reliquis 20. in
duplum non crescunt 415
- Koopa^{ns} tertius dies Apatu
riorum 523
- Cretensiu^{le}ges & instituta om
nia ad bellum spectarunt 691
haud satis apta fuerunt ad
instruendos ciues ad fortitu
dinem 703 ad temperantiam
quoque non profuerunt: pro
pter gymnicas exercitationes
& conuictum publicum quem
constituerunt 704
- Cupiditas est suapte natura in
explebilis 151
- Cupiditatum quousque effe
rata vis procedat ex intem
perantium hominum in saui
niss intelligitur 335
- Cupiditates in homine vche
mentissima sunt trium rerum
cibi potus & prolis generanda
qua quibus magistris sunt
moderanda vide 911
- Cupressa monumenta 856
- de variis in cursu certami
bus 981
- Ciuitatis custos debet esse cani
bus similis. 73. & philosophi
co ingenio. 74 qualis a pue
ritia debeat esse eius institu
tio & educatio ibid.
- Custodes ciuitatis nihil debent
propriu^u possidere 131. debent
esse aurea natura. 119. & non
debent tractare aut habere
- aurum humanum 132
- Custodes ciuitatis, quid imita
ri conueniat & exprimere in
vita & moribus 103. qualis de
beat esse oratio custodum ciui
tatis, simplex necesse, an ali
quid imitationis habere 105
- Custodibus ciuitatis alij impe
rare alij parere debet & qui
125. & si q. qua opinione imbu
tos esse oporteat custodes ciui
tatis 126. & qua ratione co
gnosci possit an constanter opi
nionem illam retineant 127
- inter Custodes ciuitatis: a ma
res quam faeminas quomodo
iungenda matrimonia 185. nu
pta concilianda & celebranda
186 nati ex illis quomodo ale
di 186. custodibus quodna^m legi
timu^m tempus ad danda libe
ris operam praescribatur 187
- Custodes auxiliarij ciuitatis
quomodo in bellu^m exire cum
uxoribus & liberis debeant 195
- de Custodia Suium regionis
88. & seq.

D

- Demonos post Deos proximè
colendi 837
- de Damonum natura munio
& cultu 1189
- de Demonibus. 545 an im
mortales 546
- Dammum differt ab iniuria

1013. *damna quomodo sint resarcienda* 1013
Dardania 768
de Darij regno, & quibus artibus regnum Darius administravit 785
Deus nequaquam se in varias formas & species vertit 79
Deus mutari non potest & citr 80
Deus non ludit vanis spectris & imaginibus homines 81.
Deus non potest mentiri 80
Deus qualis est natura talis & describendus est 77
Deus res minutas huius mundi curat 1080. & seq.
Deus non esse natura sicut negiustum, sed arte duntaxat, hoc est instituto hominum volebant veteres Sophista 1066
circa Deorum cultum nihil innovandum 851. 1189
à Deorum sacris planctus, & omnis eiulatus debet abesse 939
qua ad Deorum cultum pertinent, & sacras ceremonias non sion humana, sed divina institutionis 142
Ad Deorum invocatione ardua quaque inchoanda 531
de Deorum cultu 813
Deo qua sint offerenda 1154
Deus duntaxat boni auctor nunquam mali 78
Delictorum divisio in ea qua vi & aperte fiunt, & ea qua dolo & fraude 1026
Delictorum omnium tres fontes 1024
Dextra & sinistra manus discrimen utrum a natura 932
Dialectica utilitas & necessitas 296
Dialectica & concertatoria disputationis discrimen 178
Dialectica, qua veri inveniendi ars est qua atate potissimum ediscenda 235. 293
Dialectica ad alias artes discendas necessaria 284
Dialectica, quatenus Metaphysica inseruit & pro ipsa accipitur scientiarum omnium est apex & fastigium 288
Dialectica criminatio quodam minutu interrogationibus imperitos circumveniat 221
in Dialecticis disputationibus, licet respondentem respondere quod sibi videatur 22
Dialecticus est conventus hoc est rem sub uno aspectu complecti, & diiudicare potest 293
Dialecticus pro Metaphysico 284
Dialecticus est multa & diffini 771

- milia dispicere & rursus
 in multis unū uno cognomen
 to ægnū inspiciere 664
 Diaphragma 585
 Diarrhea & dysenteria, unde
 907
 impiarum de Diis opinionum
 qua causa 1061
 Diū muneribus non delinuntur,
 ut improbi potestatem
 faciant male & iniuste agen-
 di 1037
 de Diluio vniuersali 762
 Dimidium manus toto 779
 Disciplina recta virtus est,
 que primo pueris aduenit
 727-739
 Dithyrambi ad quod pœmatis
 genus referendi 102
 Simul diues & valde bonus ne-
 mo esse potest 858
 de Diuini rebus leges à Del-
 phis vult accipi Plato 883
 Diuitia extrema, & extrema
 paupertas pariunt intelli-
 gas in ciuitate seditiones
 860
 Diuitia & paupertas corrumpunt
 omnes artifices, & ar-
 tificum opera deteriora red-
 dunt 134
 Diuitiarum, quis summus &
 precipuus usus 14
 Diuites quidam non mali 858
 Diuisio quomodo inseruiat ad
 inuestigandum rei definiendi
 da genus, habet exempl. 49
 & 50
 Diuorium quomodo permittatur
 1118
 in Dominiorū mutatione quid
 sequendum sit in Republ.
 849
 Dotes unde 769
 Dorum Resp. quomodo consti-
 tuta 770. quibus legibus &
 presidii firmata 771
 Dotes nec danda nec acci-
 pienda 857-901
 Duces exercituum quomodo
 eligi velit Plato in sua ci-
 uitate 877
 de Duro & molli 575

E

- E**ristas apud quos popu-
 los olim in usu 706
 apud quos prohibita 705
 Ebrietas quomodo proficit inter-
 dum 707-717-902
 Elementorum forma geometricis
 figuris explicata 563
 Cur Elementa perpetuo moueantur
 569
 verè Entis scientia quomodo
 anizo nostro indatur
 267

- Epimenides vates Cretensis 712
 de Equestri certamine 983
 de Erano 1101
 Et de re, pro genere & ordine aliquo hominum in ciuitate 133
 ευδηξια, in bonam partem 110
 ευφρονη, quid 180
- F
- Fabris & alii artificibus non est otium ad agrotandum 118
 + cum à fabulis initium ducat educatio & institutio puerilis qualis fabularum delectus fit adhibendus 75
 Facultates mediocres maximè probanda 839
 de Febribus 607
 dies Festi summa religione colendi 852. de numero dierum festorum 975. eorum usu & fine 976
 dies festi cur instituti à Diis 717
 De fideiusionibus 1151
 an ad Fiscum redigi debeant bona eorum qui capitali supplicio affecti sunt 1014
 Famina apta ad custodiam ciuitatis non minus quam spiri 175. & 178. in musica & gymnastica exercenda 175
 282
- Faminiarium varia apud varios populos studia 946
 Fœnus prohibet in sua ciuitate Plato 857
 quis ordo in foro esse debeat, quod ad res venales attinet 1001 1002.
 Fortitudo à prudentia differt 1163
 Fortitudo circa qua versatur 701
 Fortitudo inter virtutes quartum locum obtinet 697
 Fortitudo quomodo inueniatur in ea ciuitate qua est informata à Platone 1144
 Fortune an locum aliquem det in rebus humanis Plato 813
 de Frigore 575
 Fructuum diuisio in eos qui non reconduuntur, & eos qui recondi & seruari possunt 996
 Fuci sunt sine aculeis 310
 de tota Funerum ratione 1157. & seq.
 de Furiosis, lex 1114
 de Furtis leges 1016. 1135. 1136. 1153
- G
- de Ganymede Fabula Cretensi summi reprehenditur 704
 de Generatione Animalium 614. & 615
 in Geometria Græcorum ignorantia taxatur 961
 Geome-

- Geometrica necessitas 184
 Geometria ad quid utilis sit vi-
 ro politico 277. quomodo cō-
 sideret, res sibi subiectas
 278
 Gortynij qui sunt in Creta ex
 Peloponneso orta & deducta
 colonia fuerunt 311
 Graeci semper iuvenes 524
 de Grandine, glacies niue &
 pruina 572
 Gyge historia siue fabula 52
 de Gymnasiorum constructio-
 ne 944
 Gymnasia frequentare cogi de-
 bent pueri tam mares quam
 feminae ibid.
 de profectis circa Gymnasia
 889
 Gymnastica & musica debet
 constare institutio puerorum
 933. 124
 Gymnastica duplex ibid.
 Gymnastica qualis usus in e-
 xercendi corporibus eorum
 qui futuri sunt custodes ciui-
 tatis 113. 124. 271. 145
 Gymnica certamina non pro-
 bata, & cur 704
 de Gymnicis certaminibus qua
 ad bellum conferunt 982
- H
- Hæreditatibus eorum qui pro-
 le nulla relicta, & integritate
 moritur quomodo prospici de-
 beat 1111 & sequent.
 qua Harmonia debeant habe-
 re locum in Rep. bene mora-
 ta 108
 Heracliteorum opinio de causis
 rerum naturalium 1168
 Heroës quo ordine colendi 837
 Heroicū carmen ad quod Pœ-
 matis genus referendum
 102
 Homerus ignorauit eas artes,
 quarum multa præcepta suis
 carminibus inspersit 395.
 397
 Homerus Tragicorum omnium
 dux & magister 390
 Hominum generatio an ab æ-
 terno fuerit dubitat Plato
 910
 Homini unde sensu varij mo-
 tus secundum locum varia
 item affectiones tam secun-
 dum animam quam secun-
 dum corpus 549
 Hominis Anima creationem
 immediatam Deo tribuit
 Plato, sed ad corporū fabri-
 cā ipsū dæmonū operā adhi-
 buisse falsò existimat 547
 Hominum exitia vniuersalia
 multa fuerunt ab initio &
 erunt 525
 Homines Inæquata quadam
 944
 Necessum iustum & bonum,

- qualia sunt, pertinet ad legi-
 slatorera explicare 1018
 Honor diuinum quid 837
 Hospitiij iura erant in certis
 familijs cum ciuitatibus ex-
 teris 712
 Humana res, itémque homo lu-
 dus & παιγιον deorum
 943
 in Humanis rebus Deum &
 fortunam opportunitatémq;
 cuncta gubernare artem ve-
 ro sequi affirmat Plato 813
 Hymni precibus diuinu adian-
 gendi: sed in quorum hono-
 rem, & quales, vide 941
 I
 id est pro natura rei 64
 Idea est id quod res est 392
 Idea vniuscuiusque rei est eor-
 sim ab his singularibus
 246. 560
 Idea vniuscuiusque rei solus
 Deus est effector 392
 Idea intelliguntur non videntur
 247
 Idea à suis umbris & simu-
 lachris quomodo discernan-
 tur 562
 de lecore 587
 Ignis quot species 570
 Ignis & reliqua elementa non
 sunt verè illud ipsum quod
 esse dicuntur 557
 Ignis figura ex pyramidibus
 constat 567. Ignis cur tali
 dus 574
 Ignis præ ceteris elementis mi-
 nutissimis constat particulis
 596
 Ignis aer aqua & terra syl-
 labarum nedum elementor-
 rum in mundi constitutione
 vicem non obtinent 556
 Ignorantia duplex 1024
 de Imaginibus qua redduntur
 & videntur in speculis 553
 Imitationes honestæ non solùm
 à Poëtis, sed & omnibus a-
 liis artificibus requirenda
 111
 in Imitationis idoneo Iudice q̄
 qua requirantur 747. 748.
 749
 de Imitatione vitiosa 959
 Imperium in ciuitate & in v-
 noquoque homine debet esse
 penes Rationem & Mentē
 819
 Imperitia non est summum ma-
 lux 962
 Imperandi ius habentium se-
 ptem gradus 778
 quinam improbi, qui nondū ad
 extremum vsq; malitia gra-
 dum peruenerunt 43
 Improbum non esse prudentem
 & scientem, ac proinde nec
 bonum, quod argum. probetur
 aduersus Trasymach. 39
 Ingenij vis & sagacitas à na-
 tura contingit 267
 Intu-

- Iniuria alia sunt incurabiles*
alia sanabiles 843
qui ab Iniuria inferenda alios
prohibet is maximè dignus
est honore 842
Iniuria aliud est quàm dam-
num 1021. & 1023
Iniuria alia sanabiles alia
minimè 1023
Inustus nemo sponte 1021
Inustus miser est etiamsi bo-
nis omnibus externis fuerit
cumulatus 738. 742
Inustum non esse meliorem In-
sto, quibus argum. aduersus
Thrasymachum pro. 37
Iniustitia extrema velle vide-
ri instum, cum non sis instus
54
Inscitia & ignorantia qua
maxima 777
quicumque est Intemperans, in-
ustus talis est 846
Invidia detestanda 842
locis & salibus quibus alios
perstringere punitatur 1125
lomicam vitam in primis car-
mine suo expressit Homerus
766
Ira scendi vim à ratione esse
diuersam probatur 159
Ira à rationis partibus stans
cupiditatibus quando inter
ipsum & rationem est dissidium
succenset 159
Iudex non propria experientia
sed tarda scientia debet cog-
noscerè vitia 121
Iudex debet leges scriptas di-
scere 1156
Iudicium & medicorum necessi-
tas in ciuitate arguit ciuim
iniustitiam & intempe-
rantiam 116
Iudiciorum priuatorum quoad
fieri potest omnes participes
esse oportet & cur 894
Iudiciorum & fori ratio qua
esse debeat in ciuitate rectè
instituta 892
de Iudiciis publicis, quibus do-
lecta ciuim coercerentur le-
ges necessaria 1011
in Iudiciis quanta cautio ad-
hibenda 1015
de Iudiciis priuatis & publi-
cis 1155
Iudicia publica penes quos
esse debeant 893
Iustitia, quid sit & sequens.
Iustitiã potentiorẽ esse iniusti-
tia quibus argumentis pro-
batur 41 *Iustitia effecta*
ibid. 261
Iustitia ipsa etiam sola & per
se est optimum Anima pre-
mium 412
quo pacto cognoscatur utrum
quis Iustitiam colat 905
qua in re sita sit Iustitia et cõ-
sistat quam informet Pla-
to 149

- quid sit Iustitia in homine de-
scribitur 163
de Iustitia, quid veteres So-
phistæ sentiebant 52. 56
& sequent.
- Iustitia præstat Animæ ut
bene vivat 43
- Iustitia in quo honorum gene-
re reponenda 50
- Iustitia summa est esse virum
bonum, verisæ nec talem vi-
deri cupere 54
- Iustitiæ & iniustitiæ natura
qualis in se est ut cognosca-
tur, spectanda est prius in
tota civitate quam in singu-
lis hominibus 64
- Iusti definitio allata à Thra-
macho 24. eadem refutata
à Socrate 25. & sequent.
- Iusto homini quæ à Deo tri-
buantur præmia 113 & seq.
- Iusta agere an prosit 165
- de eius Magistratus qui lu-
uenum supra alios omnes
institutionem moderari de-
bet creatione 890
- L
- L**acedæmoniorum Respu-
blicæ formam
speciem aliquam habuit
817
- Lacedæmoniorum institutum
laudabile in mandandis
magistratibus 786
- Leuitatis & asperitatis edu-
se 577
- Lampadas equis currentes ge-
stabant, & sibi inuicem tra-
debant in festo Dianæ, quod
Athens celebrabatur 10
- Lapis quomodo generatur 572
- Liter quomodo fiat 573
- de Legatione ementita 1135
- Legislator in legibus sancien-
dis quem scopum sibi propo-
nere debeat 782. 896.
1183
- Legislator qualem sibi dari
civitatem legibus instru-
endam optare debeat 814
- Lex quid sit 715
- de Legum utilitate & necessi-
tate 1039
- Legum finis 1047. 280. 281
- Legum condendarum & mu-
tandarum quàm variæ cau-
sæ & occasiones 813
- Leges debent referri ad bono-
rum unumquodque secundum
ipsorum gradum & ordinem
698
- de Legibus circa commercia pa-
ria & contractus non feren-
dis non est magnopere Le-
gislatori laborandum 141
- Leges quædã non scriptæ sunt,
quæ & patria instituta
appellantur 930. 566
- in Leges inquirere iuveni-
bus prohibitum apud
Laca.

- Laceulam onios & (reten-*
ses 702
Leges & instituta ciuitatis
an ad bellum debeant refer-
ri 692
Legibus non solū publica sunt
ordinanda, sed etiam priva-
torum vita 908
Leges suas antiquissimi legis-
latores ad Deos auctores re-
ferre soliti fuerunt 690
de Legum conseruandarum ra-
tione 1160
in Legibus de rebus leuioribus
mutandis & interpolandis,
quousque progredi liceat
 898
de Legum custodibus vid. in
voce Magistratus.
Lex rata non mouenda 899
Libertis dare operam quo tem-
pore & quā diu cōinges de-
beant 912
de Libertorum erga dominos
officiis, 1099 de eorūdem
iure in ciuitate *ibid.*
Ligaminum fila cur sanguini
sūt aspersa 606
de Lignorum quorundam ge-
neratione 572
an Loci differentia naturales
sunt sursum & deorsum
 175
Locorum magna differētia est
ad ferendos meliores seu de-
teriorē homines 804
fabula de hominibus in Lupas
conuersis ad aram Licæ Io-
uis in Ariadia 327
ad Lucrum in aduerso reprī-
mūdum, quod ratio suggerat
 402
Luctandi ars qualū debeat es-
se in Rep. 934. 936
Ludis puerilibus mutatis &
nouis inductū mutantur &
corrumpūtur mores ciuitatis
 935
Ludi publici cur instituti 732
in illis non quauis musica to-
leranda 732. 937. *quandocē*
lebrandi 977
 M
M *Agistratus gerēdi quod*
legitimum tempus tā vi-
ris quā mulieribus 914
quā necessaria sit reſta Ma-
gistratum constitutio 872
eius qui Magistratum gerit,
quatenus talis est quis fi-
nis 35
de Magistratus qui legum en-
flos futurus est creatione.
 874 & *seq. de eius mune-*
re 876
Magistratum nemo debet ul-
tro & sponte suscipere 36
Magistratus si iniuste iudica-
uerit in ius vocare licet
 998.
pro Malefactoris quanam ma-
xima ultio à iustitia diuina

- rependatur 839
 Malus nemo sponte 608
 843
 inter peccata & corporalia
 quid discriminis 388
 Materia prima 158 quomodo
 cognoscitur ibid. propriam
 formam nullam habet ibid.
 loci rationem obtinet 561
 Mathematica scientia à
 pueris discenda 290
 Mathematica scientia sunt
 gradus quidam, per quos
 Anima humana deduci
 potest ad vere entium,
 atque adeo ipsius Dei co
 gnitionem 285
 Mathematica scientia cogni
 tu necessaria 1195
 Mathematica discipline non
 sunt scientia sed & saxotay
 286 vide etiam 222.
 Medicorum necessitas in ci
 uitate quid arguit 516
 Medicina veterum qualis e
 rat belli Troiani tempo
 re 117 operosa & difficilis
 medicina damnatur à Pla
 tone. ibid. 119 122
 Medici & Iudicis diffe
 rentia in cognitione quam
 uterque debet habere mor
 borum quos curat 121
 de Medulla, & quem v
 sum habeat, in corpore
 humano 590
 Mendacium quando utile
 82 quibus interdum permitt
 itur 95 185 741
 Mendacitas non toleranda
 1 126
 Mensura non esse potest, id
 quod est imperfectum 243
 Mercatores cur necessarij in
 ciuitate 67
 Mercenaria ars se cum a
 liis ferè omnibus artibus cõ
 miscet 34
 de Mercibus exportandis vel
 importandis leges 999
 Metaphysica quedam subie
 ctum 285
 Metaphysica cur Dialectica
 nomine interdum appella
 tur 287 quo atatis tempore
 discenda 295
 Militares leges quas in sua
 Rep. sancit Plato, vide 195
 & sequent.
 Militares aliquot leges 136.
 & sequent.
 Militaria studia debent esse
 cõmunia viris cõ mulieribus
 945
 in militaribus exercitiis, quo
 pacto sint erudiendi iuuentis
 954
 eorum qui arti militari dunta
 xat vacaturi sunt qualis esse
 debeat natura 72
 Monarchia & democratia
 quasi matres aliarum Reip.
 307

- Formarum pura non sunt pro
 banda 783
 Morbi unde 601
 Morbi nisi periculosi sint phar
 macis non sunt irritandi 612
 de variis morborum speciebus
 vid. 605 606
 Morbus sacer cur sic appella
 tur 606
 Mors naturalis quibus causis
 accidat 601
 Mundum à Deo genitum esse
 quomodo intellexerit Plato
 584 533 562
 Mundum creandi causa Deo
 fuit sua bonitas 533
 Mundus unus cur 534 cur qua
 tuor elementa habeat 535 to
 tam materiam complexus est
 intra se & cur 536 & 537
 cur ipsi attributus motus cir
 cularis 537 Anima ipsius es
 sentia & compositio describi
 tur 538
 Mundus genitus est 532 cau
 sam efficientem habet ibid.
 ad similitudinem perfecta
 inuisibilis & intelligibilis
 Idea factus est 532
 qui de hoc Mundo visibili ha
 bentur sermones non sunt ne
 cessarii 533
 Mundi varij ortus & interi
 tus 762
 Mundus Animal 534
 Munera accipere penitus pro
 hibetur magistratibus 1153
 in Muneribus publicis assigna
 da non solum virtutis sed e
 tiam census ratio est haben
 da 859
 Vera Musica & harmonia ani
 mi qua 728
 Vera Musica quare metienda
 est 746
 in Musica grati, moderata &
 honesta. quâ opere proficit te
 neris annis educatum esse 112
 Musica sola nimis extollit ani
 mû de eaq; coniungenda cû gym
 nastica 113 114
 Musica quæ non permitten
 da in Rep & cur 740 731
 Musica modi nusquam mutatur
 quin sequatur legum & insti
 tutorum civitatis mutatio
 118 791
 quid in Musica sit discendum
 à iuuentibus 953
 de Musicis certaminibus 983
 Mutationes omnes, nisi quæ res
 in malo posita mutantur per
 niciose 936
 N
 quo anno quisq; natus sit Pla
 to vult scribi 914
 Natura apta ad civilita mune
 ra ex aquo per virile & mu
 liebrem sexum sparsa 180
 Natura præclara eo magis sũ
 morũ vitiorũ sũt capaces, si
 rellta institutione destituta

- prauis doctorē nacta fuerint
 230 227]
- Naturalium rerum vera cau-
 sa ex diuinis oraculis dun-
 taxat affert possunt 909
- Naturalia probabilibus diui-
 taxat rationibus exquiren-
 da 971 189
- Necessitatem ne Deus quā-
 cogere potest prou. 855 961
- de Neruis & carne 591
- Nitrum & sal quomodo fiant
 573
- ad rei cognitionem non solum
 Nomen, sed & rationem, hoc
 est Definitionem cognoscere
 oportet 1164
- ex rebus notioribus & euiden-
 tiorib⁹ similiū quo minus no-
 ta sunt: notitia capienda 64
- quod nouum videtur in Re-
 rum institutis nō est nouū
 762
- Nubendi tempus legitimum,
 tam fœminis quàm maribus
 914
- Numerandi ars quatenus vti-
 lu sit. 851 vide Arithmet.
- Nummi tam domestici quàm
 peregrini quis vsus in ciuita-
 te rectè constituta esse debet
 856
- ante Nuptias sacrificia facien-
 da coniugibus futuris, &
 cur 902
- Nuptiale conuiuium ibid.
- cauendum ne in Nuptiali con-
 uiuio quisquam inebrietur
 ibid.
- O
- Occidere quos impuñe li-
 ceat 1038
- da illi qui seipfos occidunt
 1037
- de Oculis 552
- Oculi cur dati hominibus 554
- de Odoribus 181
- de Opificiis leges 998 1107
- Opificium manuarium cuius in-
 digeas non permittitur exer-
 cere, sed solis peregrinis.
 998
- tria sunt, circa quæ omne opifi-
 cium vertitur Idea, opus fa-
 bricatum ad similitudinem,
 tum imago operis 391
- Opinio est aliquid medium in-
 ter scientiam & Ignoran-
 tiam, obiectū quoque eius est
 aliquid medium inter verè
 ens & omnino non ens 210
- Opinio & fides quomodo gignā-
 tur in Anima 541
- Optimatum dominatus quo-
 modo initio constituitur,
 761. quomodo degeneret in
 ambitiosam potestatem 302
- Orphica vita qualis 911
- Ossa primum capitis, deinde
 totius corporis quomodo fa-
 bricata 591
- Ossa, capillis, & quadam alia

- partes corporis cur nihil sen-
 tiant 578
 Usuum iuncturæ cur pauca car-
 nes adiuncta 592
 Pacis causa bellum faciendum
 613
 Pausania, quid eius dicat, signifi-
 cet 714
 Palamedes an numeri inuen-
 tor fuerit 272
 Parentes ut & viros & defun-
 ctos quo honore debeat col-
 lere liberi 824. 1119
 An ob Parentum peccata de-
 beant liberi puniri 1014. &
 1016
 Parentum mores & vitia in
 proli animis & corporibus
 imprimuntur 903
 Pastoris veri. quatenus est pa-
 stor, officium 32
 Partis pulchritudo in quo posi-
 ta sit 133
 de Paternis imprecationibus
 & precibus pro liberis 1120
 Patriam Matriam Cretenses
 appellant 341
 Patribus quomodo liceat filios
 abdicare 1116
 Paucorum dominatus qualis
 308. qua eius vitia 309. qua-
 lis sit ille qui moribus simi-
 lis est paucorum dominatus
 311
 ex Paucorum potentia quomo-
 do in populo dominatus tran-
 seat Resp. 314
 Paupertas vera, qua in re con-
 sistit 850
 Pecuniam & opes duplo pluris
 faciunt, qui eas sua indu-
 stria acquisiverunt 13
 erga Peregrinos quomodo se ge-
 rere oporteat 841
 Peregrinationes quatenus com-
 cedat civibus Plato. 1147. &
 sequent.
 Vere Philosophi cur animus a-
 ptus sint adhuc humana tra-
 ctanda 222. 223. 24. 264.
 quomodo Reip. gerenda apti
 & idonei reddi possint 208.
 269
 verus Philosophus quis 206.
 & 207
 verè Philosophus cum Ideam
 pulchri & Boni perpetuè o-
 templetur esse quam simi-
 limum & iustitiam quam
 regit reddere conatur 238.
 239
 verè Philosophus omnes virtu-
 tes complexus est 218. 219
 verè philosophicum ingenium
 est docile & ad percipien-
 dum velox 210
 quales sunt Philosophi quos de-
 pravatus & corripit mori-
 bus sunt 204. 232
 veros Philosophos, quid a Reip.
 administratione capeffenda
 deterreat 233

- Philosophi sunt, qui vera Entia hoc est Ideas contemplantur qui verò circa hæc singularia sunt occupati, illi sunt. 112. 117
- Philosophia nata & constituta ex aspectu motuum caelestium & ad illorum similitudinem confirmatione motuum animi nostri 114
- inter Philosophiam & Poesin veteres inimicitia 406
- Phœnicia fabula 118. 129
- Physicorum veterum error, quod existimarunt corpora eiusque motus priores esse Anima, & motibus ipsius 1193
- Pictor non curat rem ut ipsa est in seipsa exprimere, sed duntaxat prout apparet 393
400
- Planetas pro dijs haberi & colli ab hominibus aequaliter vult Plato 1190
- Pluto inferorum Deus colendus & cur 976
- Poematum tria genera & ex illis tribus generibus plura an unum duntaxat utile sibi custodibus civitatis, & quod nã illud sit 100. 101. 102. 737
- Poesis que tota versatur in imitatione damnatur 390.
401
- quod Poeseos genus tolerandum sit in Rep. bene morata 107
- Poeseos pars quam relinquenda in civitate 404
- qua Poesis & Musica in Rep. rectè instituta toleranda 736
- Poesia cum pictore comparatio 397
- Poesia sepius & in multum legitima imitationis regulas violant 747
- Poesia licet aliquando contraria dicere, non item legislatori 826
- Poesia Tragicus præsertim, qui est imitator duntaxat similis est pictori, qui duntaxat rei imaginem efficit 393
- in Populi dominatu quam sit profusa licentia 324
- Popularis dominationis mores qui 316
- eius qui sit similis moribus dominationi Populi, qui mores 318. & 321
- nulla Potestas præter Regiam debet esse immunitas à reddendis rationibus 885
- Potentia seu divitiarum quid sit 208
- de Prescriptionibus 152
- qua Precium formula diu precandi 910
- Primorum hominum qualis vita 766. qualis apud illos forma Reip. ibid.

- an Principes ciuitatis debeant
suum commodum, an potius
subditorum commodum,
querere 285
- quantopere profit Princeps bo-
nus ad ciuitatem boni mo-
ribus imbuendam 815. bonus
princeps rara avis in terris
816
- τις τροπαις εστιν ex animo & vo-
luntate agentis recte facta
vel malefacta aestimanda
1023, 23
- πρ. οσιουον qua de re proprie
dicatur 830
- Proemia sunt legibus necessa-
ria 827
- Pudor quid 718. ad quid pro-
fitu reb. publicis 718. pudor
bonis quis 790
- Pudor animis iuuenium quomo-
do ingenerandus 840
- Pueri ad sculam mittendi ipsi
que paedagogi proficiendi
949. 15. 25
- qua Pueri discimus ea fideli-
us & tenacius nobis in me-
moria haerent 529
- Puerorum infamis amor, natu-
ra contrarius 704
- Puerilis aetas quibus disci-
plinis impertienda 950
- quibus scriptis vel metro
vel prosa orationis compo-
sitis exercenda 941
- idem Pulchrum & honestum
est 1020
- de Pulmone & arteriis 586
- de Pupillis & tutoribus 119
- Q
- de eo Qui velit aliquid qua-
rere in aliena domo 1151
- de Quæstoribus pecunia &
redituum sacrorum 883
- R
- Rationalis facultatis Anima
motus sunt simplices ac pro-
inde facile non possunt ex-
primi 402
- eius in quo Ratio imperium
obinet, vita describitur
361
- in Rebus omnibus que expetū
tur tria hæc considerari so-
lent, voluptas, rectum, & u-
tilitas, vel simul omnia, vel
seorsim eorum trium unum
745
- Recordatio est prudentia def-
cientis influxus 844
- Regia potestas debet esse im-
munitas à reddendis rationi-
bus 885
- Regius dominatus quomodo i-
nstituitur constitutus 767
- ut Regio possit præclara ad vir-
tutem ingenia ferre in eo
positum est, ut propitios &
bonos nactus sit demones
praesides 871. 31
- Regiones singulas singuli dij re-

- gendas & sœuedua ab ini-
 tio sortiti sunt 663
 Reip. forma, qua non sint ve-
 re 980
 Reip. forma capit cum ciuita-
 tis cuiusque renascentis, ad
 humaniorem vitam & cul-
 tam progressu 761
 Reip. formam per vim muta-
 re volentes quo supplicio af-
 ficiendi 1015
 Reip. eam perfectissimam for-
 mam putat esse Plato in qua
 omnia sint communia 853
 Reip. quot sunt forma tot sunt
 hominũ species atq; mores
 301
 euerfionis Rerum omninũ cau-
 sa uniuersalis 77. & seq.
 mutatio & Rerum in genere
 qua causa 302
 Reip. beata, qua aut veri Phi-
 losophi regem, aut qui regit
 philosophia studiosi erunt 237
 Resp. bene constituta medium
 tenere debet inter vnius &
 populi potestatem 879
 sola ea verè Resp. est qua ex
 omnibus gubernatione eius
 lis generib; mixta est 818. 27
 Respiratio quemodo fiat & cur
 fiat in animalibus 597.
 599
 prou. Res sunt necessaria & fir-
 ma vel mutabiles ita de il-
 lis vel necessariis vel praba-
 bilibus argumentis agendũ
 332
 a Risu nimio & a lacrymis
 immodicis est abstinendum
 844
 Rhapsodi & histriones diffe-
 runt 103
 quid Rhythmus & harmonia
 728
 quis Rhythmus conueniat in
 moderata Rep. 109 rhythmus
 bellicosus quis 110. rhythmus
 orationem, oratio animi mo-
 tus & affectus sequi debet, &
 ad eos componi 110
 S
 de Sacerdotibus 882
 fuit tempus quum non Sacrifi-
 carent homines, sed libis, &
 placentis frugibusque dunta-
 xat deos placarent 913
 in Sacrilegos qua pœna sta-
 tuatur 1015
 de Saltatione & eius duabus
 speciebus 956. 958
 in Saltatione quemodo exer-
 cendi iuuenes 954
 Sapientia qua vera 777
 vera Sapientia, in quarũ sci-
 entiarum cognitione posita sint
 1175
 Sub Saturno regendis homini-
 bus & ciuitatibus præse-
 rant demones 819
 Sauromatides mulieres mili-
 tia dant operam 945
 Scien-

- Sciētia varij modi, ubi habes
 differentiam inter Mathe-
 maticas scientias & Meta-
 phisicas & diverso processu
 utriusque scientia 249 &
 250
 Scientia veritatis & essentia
 eadem res ex aequo particeps
 est. 354
 Scytae sunt ambidextri 932
 Seipso quomodo quis potentior
 & debilior dicatur 146 &
 147
 Senectus unde 601
 Senum familiaritas adolescen-
 tibus utilis 12
 quomodo Sensus prouocent ani-
 mum ad inquirendam rei es-
 sentiam 273
 auersus senes querulos sene-
 ctuti incommoda accusantiū
 locus expressus à Cicerone
 12
 de Sepulchris 1157
 Serui quomodo à Dominis tra-
 ctandi 904 & 905
 Seruorum quorundam in domi-
 nos magna fidelitas 904
 qui nunquam seruuit in laude
 dignus, dominus esse nūquā
 poterit 885
 à seruo suo damnatum alteri il-
 latum quando prestare te-
 neatur dominus 1126
 Singularia haec nostrata in Idea
 participantia, mediū sunt
 inter verè ens & omnino nō
 ens 211
 Socratis consuetudo erat nun-
 quam respondere, sed alios
 respondentes redarguere 23
 sodalitates in seditiōibus ob-
 stant ciuitatibus 704
 Somnus unde 552 item insom-
 nia 553
 Somnia cui parti anima tribu-
 at Plato 587 588
 Sophistarum vulgariū &
 mercenariariorum qualis e-
 rat ars 219
 Sorti etiam locus esse debet in
 creandis magistratibus 779
 Spartanū regnū optimè tempe-
 ratum 780 & 781
 Spes optima senectutis nutrita
 14
 Sponte nemo malus 608 843
 1021
 Stereometria Geometriam pro-
 ximè sequitur, & quodnam
 eius subiectum curq̄ non sit
 exculta 279
 erga Supplices ab iniuria ma-
 ximè abstinendum 842
 Syracusana & Sicula mensa
 lautitiis redundantes 116

T

Temperantia consonātia &
 harmonia magnisimilis est,
 quam sapientia & fortitudo
 146
 qua in re posita sit temperantia
 eius ciuitati quā informa-

- uit Plato 148
 Temperantia omnium aliarū
 virtutum condimentum 786
 honorum omnium additamē-
 tum necessariū 787 duplex
 814
 Tempus quando factum 542
 Terra cubica figura pradita
 566
 Terram malè compactam sola
 aqua vi soluit, benè compa-
 ctam verò dūtaxat ignis 573
 Testamentaria leges 1109 &
 1110
 Testimonij dictio quatenus ser-
 eis & mulieribus conceda-
 tur 1127. testimoniū falsum
 iudicium de causa irritū red-
 dit ibid.
 De eo qui testem per vim sum-
 mouerit a iudicio 1152
 Theages imbecillitate corporis
 coactus immorari in studio
 philosophia 223
 De eo qui thesaurum ab alio
 depositum accipit 1097
 Tragedia & Comædia ad quod
 Poematiū genus referantur
 102. eiecta ciuitate 959
 Trebuliū conuentus hū fugulus
 mēsi^o in solennibus sacrificiis
 numinis in cui^o tutela est ipsa
 erib^o, vult fieri Plato 898
 de Tributi publico pendendis
 1153
 de Tutore o^o p^o anis statim suffi-
 ciēdo in defu^o tēi locum 891
 de Tutoribus constituēdis leges
 1111
 Tumores in partibus corporis,
 vnde 606
 Tyrānici animi tyrannidē imi-
 tantis mores descripti 337 &
 seq.
 Tyrannorum anime quos cru-
 ciatus & qua supplicia apud
 inferos sustineant 417
 Tyrāni qualis & quāta sit mi-
 seria 342 & seq.
 Tyrannicus vir, quomodo ex
 populari fiat 338
 quibus artibus potentia quā so-
 lent stabilire, qui Tyranni-
 dem primi constituunt in ali-
 qua ciuitate 328
 Tyrtaus Atheniensis sed
 apud Spartanos ciuitate do-
 natas 695

V

- V**oletudo bona mala item,
 vnde 602 & 603
 Vestigal nullū esse vult in sua
 ciuitate Plato ibid.
 de Vecturis frugum & damnis
 quæ vicino vehendis frugi-
 bus inferri possunt ibid.
 de Venationis variis generib^o,
 & quod genus venationis
 permittat Plato 967
 de rebus veditis dolo malo 1101
 de Veneficiis, & aduersus vene-
 ficos 1122

- Ventre inferiore, intestinis*
de atque eorum Spiritus 589
Veritas pluris facienda quo-
us homine 390. 841
Verum ex rationum attritu
tanquam ex silicem attritu
ignis inuenitur 152
Victorū omnia bona iure bel-
li victoribus cadunt 602
Vinum prodest ad probandā,
quo quisque pudore & for-
titudine animi sit praeclusus
 721
Vini vsus legitimus ad quid
profit 752
Vini vsus largior, quibus inter-
dum & qua de causa per-
mitti debeat 742. 750.
 751
Vini vsus immoderatus quae
damna & nocumenta ho-
mini afferat 716
Virtutum habitus ex actioni-
bus frequentatis nascuntur
 164. 267
quorū Virtutis species esse pos-
sunt in ciuitate, tot esse posse
in animis singulorum h. mi-
nū construendū est 153. 161
quomodo Virtus fiat 552
Virus maxime & facillime
sentit, sed sine dolore aut vo-
luptate 578
Vita laudabilis quatuor gene-
ra 846
in Vita laudabili à voluptati-
bus dolores superantur, qui
itaque declinat ab ea vita,
is illud facit vel ignorantia
vel incontinentia vel utroque
simul 846
Vitium seipsum & contrariū
suum non cognoscit: sed con-
tra virtus se & contrarium
suum nouit 122
Voluntatis liberum arbitrium
constituit Laio 1085
de Voluptatis & doloris cau-
sis 177
Voluptatis honesta quis ido-
neus iudex 734
Voluptatis plurimum est in vi-
ta honesta 845
Voluptates, quae olfactu, visu,
auditu & intelligentia per-
cipiuntur verae sunt volupta-
tes 352
quomodo voluptates in ascribi-
lis & concupisibilibus facul-
tatis sui partis Anima ve-
ra esse possint 355
Voluptas & dolor duo fontes
beatitudinis vel miseriae
705. sunt in homine duo cō-
siliarij amentes & contra-
rij 715
Voluptates sunt hostes à dex-
tra, dolores verò hostes à si-
nistra 709
sapientis sola Voluptas pura
& vera est 351
qui à Voluptate vincitur, det-

<i>vior est quam qui vincitur</i>		<i>in animis hominum</i>	726
<i>à dolore</i>	701	<i>d' medio statu inter Volupta-</i>	
<i>Voluptates doloribus mixtas</i>		<i>tem & dolorem</i>	381. 929
<i>vulgus prosequitur</i>	355	<i>Vnguib; cur præditi sint ho-</i>	
<i>qua Voluptates necessariae, &</i>		<i>mines</i>	599
<i>qua non</i>	318	<i>Vulgus & populus maximus</i>	
<i>Voluptates corporeæ non sunt</i>		<i>sophista summus deprauator</i>	
<i>vera voluptates</i>	353	<i>& corruptor adolescentium</i>	
<i>Voluptatum legitimus usus &</i>			227
<i>delectus</i>	845	<i>de Vulneribus sponte vel non</i>	
<i>sum singulæ facultates animi</i>		<i>sponte illatis leges</i>	1042
<i>propriam Voluptatem ha-</i>		<i>non audienda voces illæ in</i>	
<i>beant, quis optimè iudicare</i>		<i>Rep. quibus lucunditas &</i>	
<i>potest, qua sit optima & ca-</i>		<i>Utilitas à iustitia separan-</i>	
<i>teris anteponenda</i>	348	<i>tur</i>	738. 739. 740
	734	<i>ij; qui Vxores non duxerint</i>	
<i>ex Voluptate & dolore virtu-</i>		<i>quæ pœna imponatur à</i>	
<i>tus & vitia ingenerantur</i>		<i>Platone.</i>	902.

F I N I S.




*Errata quaedam obiter & cursim obseruata
si emendabis.*


Pag. 52. in annot. pro Iustitiam lege Iustitia. p. 96. in
annot. initio, supple prax. Ad. p. 128. in textu linea à fi-
ne, quinta pro qui, lege, quæ & pag. 122. lin. 1 pro pro-
pria lege, propriam. pag. 128 lin. 12 à fine post illorum,
supple vocab. quæ. & lin. 10. pro sui lege sin. pag. 14. in
annot. pro sequuntur, lege, figuntur. p. 152. in annot. pro
attita, lege attritu. pa. 173 in annot. pro accurationem,
lege accuratorem tractationem. pa. 203. in annot. lin. 5.
pro &, lege, at. p. 210. in annot. pro Subiectum lege ob-
iectum. p. 222. in ann. dele alterum, ostendit, quod bis
est positum. & pro asseruatur lege aspernatur. pag. 227.
in ann. pro optima, lege optima. p. 240. in ann. pro vul-
gi, lege vulgus. pro solent, solet. p. 284. in ann. pro spe-
culo, lege specu. p. 291. in annot. post diiudicare, supple,
potest. p. 301. in prima annot. post mores, supple, cuius
rei p. 304. pro optimam, lege optimatum, in ann. p. 326.
est transpositio. annotatio enim illa, quæ asterisco nota-
tur reicienda est in p. 318. & pertinet ad vocem, procul-
cans, quæ est linea septima. p. 341. lin. 4. dele haudqua-
quam. p. 343. in annot. lege miseria. p. 355. in ann. b. pro
rationes lege ratione. pag. 398. pro effigit lege effingit.
p. 423. pro Solonis, lege Solon, in annot. p. 526. in annot.
post suæ ciuitatis, supple octo millium annorum. p. 528.
pro Octauum, lege Oceanum. p. 556. in ann. ante obti-
nent, pone non. p. 576. in ann. pro *καὶ μεν* lege *καὶ οὐδὲν*.
p. 579. dele illa (p. 481) p. 663. pro Diis, lege Dij. p. 698. in
annot. pro oporteret, lege oportere, & pro sapientum,
lege sapientum. p. 698. & 703. pro reprehendit, lege o-
stendit in annot. p. 768. lin. 10. pro specie, species. p. 782.
pro *ἀναλατάντες* lege *ἀναζήσαντες*. p. 811. in annot. b. circa
linem pro possit, lege profit. p. 826. pro legislator, lege

legillatori. p. 848. pro sunt refecanda, lege refecentur.
 pa. 850. lin. 20. pro consecutionibus lege dissensionibus.
 p. 860. pro censui lege census. p. 863. pro ad deiectionem lege obiectiouem, in annot. p. 874. Locus ille,
 ab his verbis, leui opera, vsque ad cogitatis est includendus
 lineola vncinata. est enim emendatus. p. 880. in annot. pro
 per vices, lege per vices. p. 887. in annot. ante creatione supple, Et de eorum. p. 888. post necessitatē,
 dele vnicuique. p. 899. lin. 8. pro nacti lege nacta. p. 908.
 pro *ζωστίσις* lege *ζωστίσις*. pag. 913. in annot. ante rei,
 supple ei. p. 913. lin. penult. pro recipiant, lege recipiā-
 tur. p. 914. Locus ille, lin. 18. iuxta numerum vsque ad
 Et cuiusque includendus lineola: est enim emendatus.
 p. 916. in annot. supple post, corporis habitum. p. 945.
 in annot. militia pro militia. p. 947. lin. 9. in textu, pro
 instituta lege instituti. p. 976. in annot. post soluta à
 corpore, supple per mortem. p. 986. pro dediscens lege
 deducens. in annot. b. p. 996. in annot. à pone Non, an-
 te reconduntur. pro *αγγελοι* scribe *αγγελοι*. p. 998. lin.
 8. pro tumide lege tum de. pa. 999. lin. 23. lege ad arma
 verò quod attinet. pag. 1002. in marg. lege *πληρω*. & pro
 coacti, lege coactilia. lin. 24. lege contractum & in an-
 not. pro Inquilinorum lege Inquilini, & post illi, supple,
 permittatur. p. 1012. in marg. pro *δύο* lege *δύο*. p. 1017.
 in annot. pro tenet si, lege tenet an. p. 1039. in annot.
 pro qua, lege quibus. p. 1045. in annot. à post luenes,
 supple paruo. Ne. pa. 1077. pro percipit, lege percipitur.


F I N I S.













plus ambe
S. vlt. & l. l.


e Modestini
quous quoqu
pecuni aut re

mo: an is tenea
de sentit, hunc in
desertim, si titulo
tura. arg. l. vlt. ff.
& allegat l. pla
dine mutui ser
am fuerit, heredes
nedum domi
Quod cum

soluitur, quum
teq; ratū habuif
plus debito. A
debitor: tam ipse
est. d. l. cum in
tor. tractans ra
tuo quoque con
de man
viti libe
teperit, ideo exi
omine exigendo
deatur: repeten

debitu pier

ede



45
435

5.595